D. T. 3. D. 1. N. 6.

hv 47
w 122

octo. Martyrio coronatus fu[it] Alexan-
dro Imperatore, [i]llatus [e]t in cœmete-
rium Calepodij via [A]urelia, tertio ab
Vrbe lapide, prid[ie] Idus Octobris.

*Die [x]viij. Octobris.*

IN FE[S]TO SANCTI

Lucæ E[u]angelistæ. Totum Duplex.
ad Ves[p.] super Psal. Antiph. E[t] stote.
℟. Vos estis.vj de Communi Aposto
lorum. Reliqua fiant de Communi v-
niu[s] Euangelistæ. 3. Oratio.

INTERVENIAT pro nobis, quæsumus Domine, sanctus tuus Lucas Euangelista: qui Crucis mortificationem iugiter in suo corpore, pro tui nominis amore portauit. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno. Lectiones de Ezechiele. Et factum est. vt in j. Dominica Nouembris. 427.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

*Ex S. Hieronymo de Scriptoribus Ecclesiasticis, & ex alijs antiquis Patribus.*

Lectio iiij.

LVcas medicus Antiochensis, vt eius scripta indicant, Græci sermonis non ignarus, fuit discipulus ac sectator Apostoli Pauli & peregrinationum eius comes: de quo hæc ait sanctus Chrysostomus: Cuius quidem Lucæ virtutem cum multis alijs ex rebus, tum præcipue ex eo conspicere valemus, quòd magistro semper adhæserit, secutusque semper eum fuerit. Nam quando etiam omnes ipsum deseruerant, alius in Galatiam, alius in Dalmatiam profectus; quid de ipso dicat Paulus, audi: Lucas est, inquit, solus mecum.]

Lectio v.

SCripsit Euangelium, de quo idem Paulus: Misimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias. Nam de ipso Paulum intellexisse plerique sanctorum Patrum affirmant. Et ad Colossenses: Salutat vos Lucas, medicus charissimus. Vbi sanctus Chrysostomus ait: Et hoc non modicum est encomium, sed admodum magnum, Paulo esse dilectũ.] in Achaiæ Beotiæq. partibus Euangelium conscripsisse, sanctus Hieronymus affirmat.

Lectio vj.

POrro quotiescumq. in Epistolis suis Paulus dicit, Iuxta Euangelium meum, de Lucæ significare volumine plures antiquorum Patrum existimãt. Lucam autem non solum ab Apostolo Paulo didicisse Euangelium, qui cum Domino in carne non fuerat, sed à ceteris Apostolis, ipse quoque in principio sui voluminis declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Quibus verbis indicasse etiam se multa, quæ de primordijs Saluatoris scribit, à beatissima Dei Genitrice accepisse, plerique suspicantur.

IN III. NOCTVRNO. Lectio vij.

ALiud quoque edidit volumen egregium, quod titulo Acta Apostolorum, prænotatur: cuius historia vsque ad biennium Romæ commorantis Pauli peruenit, idest, vsque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus, in eadem vrbe librum esse compositum. Vnde sanctus Chrysostomus de Luca inquit: Euangelium scripsit, & Apostolorum Actus summæ vir industriæ, discendi studiosus, patientissimusque laboris.] Igitur Euangelium, sicut audierat, scripsit: Acta vero Apostolorum, sicut viderat ipse, composuit.

Lectio viij.

VTriusque sane operis præclara à Patribus celebrantur encomia: san-

# CONSILIORVM ALEXANDRI TARTAGNI IMOLENSIS, IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI

Liber Primus.

HABES HIS TYPIS OMNIVM POSTREMIS PRAETER accuratam emendationem, Adnotationes repurgatas & expunctas, quæ nouis opinionibus & hæreticis Orthodoxam Ecclesiam lædebant. Et quod nostram censuram effugit, tertia pagina huiusce libri delendum etiam docet.

*DVO INSVPER HABES ALEXANDRI RESPONSA restituta: vnum, quod est XXXIII. lib. IIII. multis ab hinc annis prætermissum: Alterum verò est in VII. libri calce, quod inter Consilia LAVRENTII CALCANEI impressum reperitur.*

Item ALEXANDRI Vitam per NICOLAVM ANTONIVM GRAVATIVM I. C. editam.

*Postremò, Additamenta doctissima præstantiss. I. C. MARCI ANTONII NATTAE Astensis, hucusque non edita, quæ in fine librorum cum hoc signo † & numeris etiam ad quodlibet responsum adscripsimus. Et eo quidem ordine, vt omnia citra laborem inuentu faciliora cognoscas.*

Demum, Rerum & verborum toto hoc Opere maximè memorabilium habes INDICEM locupletem & accuratum.



*FRANCOFORTI,*

*Ex officina Nicolai Bassæi, Impensis Sigismundi Feyrabend.*

M. D. LXXV.

# ILLVSTRI AC ADMODVM REVERENDO HIERONYMO MATTHAEIO PROTONOTARIO APOSTOLICO,

## *AC VTRIVSQVE SIGNATVRAE REFERENDARIO,*

*Nicolaus Beuilaqua Typographus S. D.*

*VETVS EXTAT CONSVETVDO,* HIERONYME MATTHAEIE *Præsul dignissime, maiorumq; nostrorum institutum, libros, qui foris prodeunt, viris claris & excellentibus dicandi atq; consecrandi. Quod meritò ac iure laudatum & vbiq; locorum receptum est: ne liber ipse patrono careat & defensore, cùm maior fortasse pars mortalium vsque adeò liuore occœcata & fuerit semper, & in dies sit, vt doctissimorum etiam hominum scriptionibus, licèt ingenio perfectis, summa industria elaboratis, & denique ad Heraclium lapidem examinatis, non parcat, quin blateret, in eas incessat, ac quodammodò debacchetur. Hanc igitur optimam consuetudinem, quæ pro lege habenda est, vt à tuis traditur Iurisperitis, animaduertens, insedit animo hæc Alexandri Tartagni primæ classis Iurisconsulti præclarissimi Responsa, citra supercilium valde docta, & penè diuina, magnificentius quàm anteà & emendatius discussis mendorum tenebris à nobis excusa, tibi viro amplissimo & pientissimo dicare. Præsertim, quòd adnotationes superioribus annis impressas, quæ dicta Responsa nouis opinionibus & hæreticis conspurcauerant, quoad potuimus, repurgare (vt par erat) curam diligentiamq; præstitimus. Et non modò his nostris typis hoc maximè bonum, sanctumq; opus habetur, à pijs, constantibus viris, simplicisq; veritatis amicis iamdiu exoptatum, sed additamenta etiam doctissimi & in omni genere literarum eruditissimi Iurisconsulti Marci Antonij Nattæ patricij Astensis, & in Monteferrato Senatoris olim dignissimi. Quem prædicare, maximis vel laudibus efferre, non esse hìc locum iudicaui. præcipuè, quia præclara eius monimenta quanto vir ille sapientissimus fuerit ingenio & eruditione, non obscurè testantur. Cape igitur hoc munusculum* HIERONYME *Præsul ornatissime, ea qua soles tranquilla & serena fronte: nam (vt dixi) si antiquum morem communi opinione litteratorum omnium multis seculis per quandam consuetudinem obseruatum spectem, idest, optimis viris & summo loco natis libros offerendi atq; dicandi, cui potius quàm tibi Patricio Romano & Iurisconsultissimo nuncupari potuissent? Tu quidem maiorum imaginibus, stemmatumq; splendoribus iurè gloriari potes. Etenim Senatores optimos, magnanimos, grauissimosq; viros, tua semper aluit* MATHAEIORVM *vetustissima*

*familia. quorum è numero, vt multos ex industria præteream, INNOCENTIVM fuisse Pontificem Max. gloriosissimæ memoriæ, eius nominis secundum, tacitus non relinquam, eximia virtute principem, vita, fama moribusq́ præclarum. Et PETRVM etiam MATHAEIVM virum clarissimum, qui paucos æquales, neminem autem virtute ac fortitudine superiorem habens, Romanæ vrbis patriæ gubernacula, vt Platina est auctor in vita Ioannis Pontificis XXIIII. periculosis temporibus ac turbulentis suscipere, licèt inuitus, à populo coactus fuit. Sed quoniam, clarissime vir, exiguas ingenij mei vires, quòd pro dignitate Heroes tuos laudare satis commodè non possum, planè cognosco, & tuam etiam quam maximi facio modestiam, pietatemq́ Christianam, vt maiorum titulis, rebusq́ strenuè gestis haudquaquàm glorieris, & cupiditate hac tenearis, sermonem meum hac in re claudere visum fuit. Præsertim, quòd tu ipse ad omnem natus honorem, dignitatem & gloriam, celebranda (quæ verè gloriosa dici possunt & laudabilia) in dies apertè palamq́ facere non desistis. Nimirum certè, nam communis omnium parens natura quàm maximè te ingenij magnitudine ornauerit, argumento confirmatur, quòd non diù est, cùm annos natus fermè viginti summo Patrum consensu, omniumq́ admiratione ob copiosè, sapienterq́ à te disputata, Cæsarei, Pontificijq́ iuris lauream adeptus fuisti. Non ab re igitur, si PIVS Sanctissimus Pontifex Max. eius nominis quintus summa Dei clementia in hac temporum calamitate, sæuisq́ hæresum procellis ad Ecclesiam reparandam veluti è cœlo delapsus, te Protonotarij Apostolici dignitate honestauit. Nec satis hoc esse pro tua virtute, & in negotijs dexteritate planissimè perspiciens, deinde in numerum Referendariorum (vt vocant) vtriusque signaturæ magnis laudibus asciuit. Qui ad maiora atque honorificentiora (Deo propitio) quòd euehet te, à quo nil alienum ab officio præstantis & iusti hominis est, omnes boni & optant & sperant. Vale Patrone atq; etiam vale. VENETIIS.*

# NICOLAUS BEVILAQVA TYPOGRAPHUS LECTORI.

ALEXANDRI Tartagni Iurisconsulti clariss. Responsa cùm typis mandare ob publicam vtilitatem insederit animo, primùm id maximè curæ fuit, vt adnotationes C. M. quæ venenum infunderent & hæresim, bonosque mores fœdarent, obeliscis (vt par erat) confoderentur. Et negotio catholicis Iurisperitis demandato, ex prauis illis ac virulentis adnotationibus magnam profectò illi partem transuerso calamo notauerunt, absterserúntque. Demùm prætermissis his, quæ fuerant censoria virgula notata, vt quisq; laqueos effugere possit & fraudes, iam dicta Responsa excusimus. Cœterùm, postquàm laboribus nostris maximo cum impendio finem imposuimus, incidit in manus exactissima illa & nouissima censura doctissimi Theologi admodum Reuerendi fratris *THOMAE MANRIQVE* Sacri Palatij magistri, iussu sanctissimi domini nostri *PII PONTIFICIS MAX.* eius nominis V. qui, vt *DEI* Vicarium decet, optimumq; pastorem, inuigilat continuò, ne morbidæ pecudes sanctum ouile corrumpant. Et cùm hanc legerem censuram, quasdam animaduerti adnotationes expurgari etiam oportuisse, quæ nostram effugerunt. Indolui, nec quidem parum, quòd hanc sanctissimam censuram & limatissimam antè non habuerim, à qua ne transuersum (quod aiunt) vnguem, discessissem. Verùm, vt filius obedientiæ statim huic rei sic esse occurrendum putaui; quòd illas ederem adnotationes, quæ purgatione adhuc indigent. Quas, pijssime Lector, hac eadem pagina sub vnum conspectum redactas, ac ad numerum foliorum expressas, tibi offerimus delendas. Exiguus erit certè labor, sed summa laus, amplissimumq; præmium; dum nostræ consulimus animæ, & ei, (veluti iure obstringimur) qui vicem *DEI* tenet in terris, obedimus. Vale benigne lector, & quod optimè ac sanctè actum fuit, tibi animo aperto atque Christiano proponas adimplendum, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præceptis toto pectore obtemperandum.
Et interim Pontifici nostro Max. ac sacrosancto, & auro ipso puriori fausta precare.

# ADDITIONES DELENDAE EX LIBRO PRIMO, SECVNDVM CENSVRAM NVPER ROMAE FACTAM.

Consi.4.fol.12.col.2.ver. iuramenti, ad mediū, deleantur duo verba, veritas vt.
Consi. 27. fo. 36. col. 3. ver. producto, dele à versi. & male, vsque ad illud, seruamus. Item ibid. col. 4. ver. certioratione, à ver sed omnes, vsque ad fi. add. Et ibid. ver. actus, dele add. illam, & alteram etiam in vers. valebit.
Consi. 42. fo. 50. col. 1. ver. iuramentum. dele add. illam, item & alteram ibid. ver. alias.
Consi. 59. fo. 66. col. 1. dele add. in ver. instrumento, rursum & illam verb. non valet.
Consi. 85. fol. 86. col. 3. in vers. ipso iure, dele à versi. sed falsum, vsque ad fi. add.

## *Ex libro secundo.*

Consi.1.fol.3.col.4.ver. dispensari. dele à ver. sed tunc, vsque ad fin. add. Item ibid. 7. vers. non peccat, dele verb. secus in diuinis, & quò ad Deum.
Consi. 11. fol. 13. col. 4. verb. iuramento, dele verba, verum est vt etiam.
Consi. 37. fol. 31. col. 4. ver. Pau. dele verba, sed non puto, vsque ad fi. add.
Consi. 38. fol. eod. & col. deleatur tota epitome, incip. si mulier.
Consi. 65. fol. 51. col. 4. ver. laicum, dele add.
Consi. 91. fol. 70. col. 1. ver. saperet, dele.
Consi. 119. fol. 92. col. 1. ver. vsurarum, dele add.
Consi. 139. fol 107. eod. col. 4. ver. vsusfructus, dele, & ver. etiam sequens, valere.
Consi. 157. fol. 122. col. 2. ver. validatur, & versi. sequ. iuramenti, dele.
Consi. 162. fol. 125. col. 3. dele add. in ver. piam.
Consi. 179. fol. 137. col. 2. ver. non valet, dele add.
Consi. 205. fol. 160. col. 2. ver. iuratum, dele add.

## *Ex libro tertio.*

Consi.1.fol.4.col.2.ver. non valet, deleatur add.
Consi.4.fol.7.col.1.ver. probet, deleatur.
Consi. 6. fol. 9. col. 3. ver. prophanis. deleantur illa verba, hodie non curamus de his formulis.
Consi. 9. fol. 12. col. 4. ver. prælatura, deleantur verba sed hoc vsque ad illud, solemnitate.
Consi. 13. fol. 18. col. 1. ver. concludo, vbi dicitur sectam, repone religionem.
Consi. 20. fol. 24. col. 3. ver. obstet, deleatur add.
Consi. 80. fol. 68. col. 1. ver. tempus, deleatur.
Consi. 81. fol. 70. col. 2. ver. iuramento. deleatur add.

## *Ex libro quarto.*

Consi. 55. fol. 45. col. 4. ver. non possunt, dele verba, quod nota, vsque ad verbum fundatum in.
Consi. 56. fol. 46. col. 3. ver. expellere, dele verba, quia contra ius diuinum.
Consi. 74. fol. 58. col. 4. ver. potuit, dele verba, sed veritas, vsque ad verbum teneat, inclusiue.
Consi. 81. fol. 65. col. 1. in themate, dele verba Qui abbas, vsque ad verbum facturum, inclusiue.
Consi. 100. fol. 75. col. 3. ver. His, dele verba, quoniam tales, vsque ad verba esse debent, inclusiue.

## *Ex libro quinto.*

Consi. 69. fol. 62. col. 3. ver. præsumetur, dele verba, sed in hoc, vsque ad fi. add.
Consi. 80. fol. 72. col. 3. ver. iuramentum, dele.
Consi. 102. fol. 89 col. 2. ver. incisum, dele illa verba, & etiam limitatio, vsque ad fi.
Consi. 121. fol. 102. col. 2. ver. concludit, dele verba, licet Laurentius, vsque ad fi.
Consi. 133. fol. 111. col. 2. ver. renunciare. dele verba, sed est falsum, vsque ad ver. contractus, inclusiue.
Consi. 180. fol. 148. col. 3. ver. iurauerit, dele verba, sed ego, vsque ad fi. add.

## *Ex libro sexto.*

Consi. 6. fol. 5. col. 2. ver. Senenses, dele verba, sed hi, vsque ad fi. add.
Consi. 54. fol. 26. col. 1. dele totam add. incip. venditoris.
Consi. 78. fol. 35. col. 4. ver. Italica, dele verba, vnicum remedium, vsque ad fi. add.
Consi. 93. fol. 48. col. 1. ver. differentia, dele verba, præfata differentia, vsque ad ver. Deum, inclusiuè. ibi. in ver. ecclesiæ, deleatur add. vsque ad fi.
Consi. 152. fol. 82. col. 3. ver. iuramento, deleatur.
Consi. 185. fol. 105. col. 4. ver. iuramentum, dele verba, sed non est verum nec practicatur.
Consi. 209. fol. 128. col. 1. ver. pœnam, dele. vbi contrarium tenui.

## *Ex libro septimo.*

Consi. 89. fol. 63. col. 1. dele add. in ver. iuramentum.
Consi. 146. fol. 103. col. 4. ver. valuisse; dele verba sed veritas. vsque ad fi. add.
Consi. 180. fol. 129. col. 2. dele add. incip. nostrum.
Consi. 210. fol. 148. col. 1. dele, add. incip. licita.



# IOANNES FRANCISCVS CAZOLLA AD LECTORES, IVRISQVE CIVILIS PHILOSOPHIAE STVDIOSOS S. P. D.

*QVUM SVPERIORI ANNO IN HVMANIS agens eximius inter celeberrimos suæ tempestatis iurisconsultos Marcus Antonius Natta, patricius Astensis, & primarij senatoris gerens in Monteferrato magistratum, quem ego mirum in modum obseruabam, diligebamq́, & quem nunc pro eius admirabili facundia, omniumq́ virtutum dotibus, non possum nisi magnopere venerari, fœlicisq́ recordationis ac tantum de me benemeritus, pro quamplurimis in me collatis beneficijs, illo præsertim, quòd transeunte nunc anno diem suum obiens, vltra Responsorum reliquias secuta tertij voluminis impressione editorum, mihi olim eius cancellario & sui studiosissimo responsa celeberrimi Iurisconsulti eximijq́ legum Alexandri ab Imola, quibus ipse viuens vtebatur, cum apostillis summo cum labore, summa lucubratione, summisq́ vigilijs, ac summo studio his per eum adiectis iure legati fuerit elargitus. Et non me lateret, quantum circa illas inuigilarit, & ipsum iuris ciuilis scientiæ adiectum, nedum omnem ferè ætatem, tum de iure litigantibus respondendo, tum gerendo magistratus consumpsisse: verumetiam nescio quo diuino implusu (non enim aliter dici potest) alia ingenuarum artium studia pariter secutum, & non secutum modò, sed etiam literis mandasse. Quod quàm præclarè, quàm copiosè, quamq́ eleganter in eis versatus fuerit, librorum numerus, quos doctè luculenterq́ compositos edidit, attestantur: adeo vt non immeritò, sicut in ciuili philosophia nemini vel paucis secundus extitit, ita & aliarum scientiarum doctrina cæteris præcellere videretur: & non minus humano generi, animisq́ mortalium consuluerit, quàm si prælijs ac vulneribus patriam parentesq́ seruasset. Possem vtiq́ hoc loco apertius, qualem virum omnibus animi dotibus ornatum, mirificisq́ moribus imbutum nobis natura scatuerit, demonstrare: Veruntamen, quoniam ingentes & immortales eius, quas meretur laudes, nunc memorandas nec extollendas suscepi, ne tam ingens pelagus mea præteruehatur oratio: præsertim, quum illæ iam omnibus sint cognitæ & exploratæ, ac per totum terrarum orbem celebratæ, vt nemo sit, qui nesciat, quanta esset hominis doctrina, quantum ingenij acumen, quanta iudicij maturitas, quamq́ admirabilis virtus: quanta etiam fide, quanta dignitate, authoritate, & omni denique integritate excelluerit: satius esse duxi illas silentio & taciturnitate pertransire, quàm de hisce parum loqui: satis enim superq́ scripta sua tam legendo, quàm consulendo, bonarumq́ literarum edita illud ostendere arbitror. Huius tamen beneficij magnitudinem memoria repetens, animaduertensq́ quantas in me contulerit gratias aliquibus meritis non prace-*

*præcedentibus ( omne enim quod ab eo suscepi, gratia est nihilq́; ex debito habui, sed id natura sua tantum propensus ad liberalitatem & munificentiam exercendum, non propter aliam causam sum consecutus ) ne ingrati animi notam subirem, indagare modum incepi, quo possem grates persoluere dignas, beneficiumq́; retribuere. Et si quis alius mihi hoc aptior superesset modus, quo magis cumulatas gratias Nattæ meo, (quum præsertim considerem, nullam esse gratiam, quam vel non capere animus meus, vel in accipiendo vel remunerando, cumulandoq́; illustrare posset) referre possem, illum tum libenter exquirerem, tum pro viribus eniterer, vt per me quantum fieri posset, cumulatissimè persoluerentur. Sed quid aliud nunc possum? si quod me retribuere oportebat, mors nemini parcens intercepit? præter hoc ipsum Lucubrationes has laboresq́; suos luce carere non pati, vt illius gloria sempiterna & immortalis grandior fiat, cuius vita perbreuis fuit, & harum apostillarum editione vestrum & quoruncunque studiosorum vtilitati consulatur, mihiq́; gratum saltem animum apud mortales re ipsa nunc demonstranti satisfiat, beneficusq́; in alios esse videar, & dignus quo affectus fui, beneficio? Quòd quum iam pridem ab eo vsq; die, quo mihi tam gratum munus fuit elargitus, pro communi omnium vtilitate, proq́; singulari meo erga illum studio & pietate, ac pro innumeris alijs eiusdem in me collatis beneficijs ( & si de illarum impreßione nullum vnquam verbum fecerit ) animo facere statuissem: eas tandem è tenebrarum solitudine vindicans, diutius delitescere non sum passus. Ad quod inprimis efficiendum me impulit, adegitq́; crebris literis, & flagitationibus studiorum meorum, atque adeò omnium aßiduus agonotheta integerrimus, acutißimusq́; iureconsultus Lælius Montalerus, patricius Casalensis, quem anno superiore cum propter eius multiplicem variamq́; in omni genere disciplinæ peritiam, tum multò magis propter integritatem promptumq́; iudicium, admirabilemq́; facundiam, naturæq́; fœlicitatem, & excellentem animi vim, ad omniaq́; celeriter iuxtà, ac subtiliter & acutè cogitandum, inueniendum, & excutiendum versatile ingenium Illustriß. & excellentiß. Mantuæ Dux Heros Gulielmus, fœlicißimo nimirum ac prudentißimo consilio ad se accersiuit, inq́; suæ Vrbis clarißimæ & opulentißimæ senatorum classem cooptauit, & esse voluit, loco & conditione, cui certè tantum ornamenti ac dignitatis vir ille adfert, quantum homini singularis eruditio cum multiplici prudentia, morumq́; integritate admiranda quadam coniuncta, adferre possunt. Sed cur eius laudes aggredior? quem probè noui non ex alieno præconio pendere, sed bene agendo, beneq́; sentiendo summum semper esse & velle & voluisse? Huius igitur Lælij hortationibus experrectus omni posthabita mora operam nauare cœpi, vt in lucem quàm primùm ederentur. Et illarum cuicunque ad apostillas aliorum distinguendas verbum Nattæ consultò subieci. Nec cogitarit quispiam, si fortè ex istis aliquæ ab alijs iam positæ comperiantur, quod ab authore fuerint alijs subtractæ, quia hoc falsò suspicaretur, & præbet eius sinceritatis testimonium, quòd hæc volumina, quibus hæ apostillæ connectuntur, & memoratus iam Natta semper vsus fuit, nullius continent, quàm eiusdemmet apostillas: & intrepidè attestari non diffiderem, ipsum aliorum apostillas nunquam vidisse. Vos itaque læta fronte æquo gratoq́; animo munusculum hoc à Cazolla vestrum studiosißimo vberrimos fructus allaturum accipite, vtilitatemq́; non paruam hodie me vobis elargitum existimate. Veruntamen omnia boni æquiq́; consulite, & si quid prudenter grauiterq́; scriptum comperietis, id authori: quicquid autem frugi percipietis & authori, & beneuolo Lælio nostro editionis hortatori tribuendum esse ducite. Interea verò reliquum eiusdem Nattæ responsorum, quod quam breuißimè potero, ad communem etiam vniuersorum vtilitatem sum in lucem editurus, vultu sereno & læta fronte expectate. Bene Valete. Casalis Idibus mensis Octobris currente Anno*

*M.D.LXIX.*

# ALEXANDRI TARTAGNI IVRISPERITISSIMI VITA, PER NICOLAVM ANTONIVM GRAVATIVM, IVRECONSVLTVM EDITA.

ALEXANDER Tartagnus nobili & præclaro ex genere, Forocornelio natus, in humanioribus literis adeò celeriter profecit, cunctis approbantibus mirificam virtutis indolem, eiusque vim ingenij, [redacted], nec optari maius à nobis potest, vt vix decimum quartum ætatis annum agens, Bononiam studiorum altricem ad perdiscendas sacratissimas leges concesserit. Quibus multum operæ præbens (laboris namque patientissimus erat) breui longè alios condiscipulos præcelluit. Is Ioannem Imolēsem,[a] ciuem suum, audiuit, Ioannem Ananiam,[b] & Florianum à sancto Petro[c] Bononienses, Angelum Cambilioneum[d] Aretinum, Paulum Castrensem[e], & Gasparem Arengerium[f]. Quibus multum admodum charus fuit atque iucundus. planè perspicua res videbatur, ac certa spes, eos à tam magno & egregio discipulo gloriam, quæ dulcis est, & laudem consequuturos. Nam, auctore Seneca,[g] Si agricolam arbor ad fructum producta delectat, si pastor ex fœtu gregis sui capit voluptatem, quid euenire credendum sit his, qui ingenia educauerunt? Doctoratus insignia[h] anno MCCCCXLV. ætatis verò suæ XXI. Bononiæ, vbi plurimùm insudauerat, magno applausu, assentientibus omnibus consequutus est. Cæterùm patria repetita, ocium in legali philosophia consumebat, nec eo loci satis multos annos commoratus est. Nam accitus Bononiam[i] se contulit, vbi Ius Ciuile interpretando, magnum sibi nomen asciuit, famamque factis extendit: itaque breui admodum spacio, eruditorum confessione primas haud dubiè occupauit. Ferrariæ[k] quoque docuit, Papiæ[l], ac Paduæ[m], cuius nobilissimo Gymnasio pluribus annis magna cum laude præfuit. vbi cum Bartholomæo Cæpolla, I. C. Veronensi collega, fuit illi præcedendi causa, non obscura contentio[n]: cùm ipsi Bartholomæo, quamuis ætate superiori, locum dare nollet. Proinde, non iniuria putabat Alexander iuniores senioribus, doctrina tamen præstantiores, præferendos esse[o]. Quo sanè tempore Angelus Vbaldus Angeli senioris nepos, Alexander Neuus, Angelus Castrensis Pauli filius, Ioannes Baptista Rosellus, & Ioannes Baptista à sancto Blasio sacra iura & ipsi profitentes, Patauinam Academiam ornabant[p]. Postremò magnis propositis præmiis Bononiam iterum contendit, (existimabant enim cuncti eam demum ciuitatem beatam esse, quam Alexander sua præsentia decoraret) vbi Andrea Barbatio I.C. præclarissimo concurrente, vt cum vulgo loquar, donec vitam egit, professus est, totoque notus orbe maximis semper fulxit honoribus. Et tantum sibi in hac scientia neruorum comparauit, vt innumeri scholares vndique ab extremis etiam oris in ipsius scholis ad eum audiendum conuenirent. Etenim fœcundissimus erat, & vsque adeò iurium ac testimoniorum vbertate, vel auctorum vtebatur, vt velut parturiens ab ore copiam habere videretur. Apertus erat in dicendo, & in disputationibus insuperabilis, qui non tam subtilitatem, quàm veritatem inquirebat. Et quod magnum est & mirabile, difficiles res & obscuras, ipsoque Labyrintho inflexiores sic aperiebat, quod dilucidius nemo omnium desiderare poterat. Iure igitur optimo subtilissimus Franciscus Accoltus Aretinus (vt fama percrebuit) Alexandrum Doctorem Chriseum, id est, aureum, appellabat. Et eo nominis splendore facundissimus Iason Mainus,[q] & clarissimus Franciscus Curtius senior[r] decorauerunt. quem & Doctorem insuper veridicum & illustrem dixere. Et celeberrimum

*a Ioannes Fichardus in vitis Iurisconsultorum.*
*b Alex. ipse responso. 26. nu. 4. et 178. nu. 11. libr. 7.*
*c Catel. Cotta in memoral. titu. De iurisperitis.*
*d Alex. responso. 173. in princ. lib. 7.*
*e Alex. in addi. ad Bar. in l. 1. C. de sac. sanc. eccle. in ver. voluntas captatoria.*
*f Hip. Mars. in praxi. §. Oportunè. nume. 40.*
*g Epist. 34.*
*h In libro secretorũ almi Collegij Bononiēsis, et supplemēto chronicorum Iacobi Philippi Bergomatis, Eremitanæ familiæ San. August.*
*i Alex. resp. 7. & 79. ad finem lib. 6. et alibi sæpe.*
*k Alex. respō. 79. ad fi. li. 5. & ad l. 1. nu. 12. ff. quod quisque iur.*
*l Mantua in Epito. virorũ illustriss.*
*m Alex. resp. 169. n. 3. li. 5. et in addi. ad Bar. ad l. 1 ff. de iu. au. an.*
*n Fel. ad rub. de ma. et obe. n. 3. & Io. Fichar. vbi sup.*
*o Accur. in §. ordinatione. ver. tēpus. in Auth. de Mona. vbi Ang. Alex. et cæteri ad l. cũ q d. ff. si cert. pet. & e loco paulò antè citato.*
*p Lib. secretorũ venerādi. Colleg. Pata.*
*q Respon. 61. num. 5. lib. 1.*
*r Respons. 12. col. 2. & 65. colum. pen.*


leberrimum

leberrimum fuiſſe, doctiſsimus Ioannes Baptiſta Caccialupus fatetur. [s] Et Felinus ille Sandeus incomparabilis doctrinæ Iuriſconſultus lucernam ardentem [t] cathedris Iuris Ciuilis, nouumq; [u] luminare Alexandrum eſſe memoriæ prodidit. Et ſolenniſſimum modernum nuncupauit, vt eius verbis vtar, Petrus Philippus Corneus [x] magni vir ingenij. Et excellentiſſimum inter neotericos eruditus Pantaleo [y] Calderius. Et omnium iudicio in hac noſtra iuris prudentia ſummum Doctorem eſſe, candidum addidit calculum Andreas Tiraquellus [z] in omni doctrinæ genere exquiſitè verſatus. Et celebrem, ſuorumque temporum principem vocauit argutus Rodericus [a] Suarez. Et elegans Catellianus Cotta [b] multis encomiis illum proſequutus eſt, nec non Ioannes Neuizanus [redacted] ſcriptorum coaceruator. Sed quoniam vereor, ne in recenſendis his, qui Alexandri doctrinam admirati ſunt, atque illum ad cœleſtes extulere plagas (cùm ferè omnes fuerint) faſtidium afferam, idcircò reliquos ſilentio percurrere viſum fuit. Verùm ego te felicem ô Alexander, inter tot indita nomina vocabo, multorum ſapientum linguis, grauibusque teſtimoniis probatum. nam ea eſt profectò maxima laus, quæ à laudatis viris proficiſcitur: & ab his præſertim, qui eadem vigerent ætate, quales Franciſcus Accoltus, & Petrus Philippus Corneus fuerunt, qui & ipſi tum Piſis, tum Peruſij ſummum locum in docendo tenebant. Si quidem ſolent homines maximè paribus inuidere, vt laudatiſſimus Cicero [c] ſcribit, & atrum effundere virus, quemadmodum ingenioſus Ouidius [e] his carminibus explicauit:

,, *Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes,*
,, *Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno.*

Et alibi [f]:

,, *Ingenium magni liuor detractat Homeri.*

Quamobrem nemo dubius eſt, Alexandri famam vigere memoria ſeculorum omnium, quam poſteritas ſic alet, vt ipſum etiam tempus edax rerum officere nunquã poſſit, aut delere. Claruit autem ipſe ſub Pio Secundo, & Sixto Quarto Pontificibus Maximis, & Federico Imperatore eius nominis Tertio, Anno MCCCCLX. & MCCCCLXXVII. Statura fuit nec procera nec breui, & gracili potius, quàm craſſo corpore, facie aliquantulum longa, iucunda & amabili, oculis nigris, ac naſo aquilino, grauis in ſermone, grauis & in ipſo inceſſu. Caputium in capite ſemper geſtare perquàm ſibi placuit, ſiue tornatile, vt vulgi more loquar, ac tonſam habere barbam. Optimis fuit moribus, & omni elegantia, ſuauitateque ſanè præditus. qui mirificè ſtudio literarum diuinarum delectatus eſt, muſica etiam, & quandoq; venatione feriarum tempore. Diuitiis affluxit, & auaritiam, qua nil fœdius, ſemper fugiendam duxit. Non ab re ſi peculiare fuerit illi (vt fama iactatum eſt) hoc dicterium: LEGIBVS VACAVI, VT SCIREM, NON VT EAS VENDEREM. Vxorem habuit, ex qua ſex genuit filios. tres mares, Antonium, Carolum, & Camillum, & totidem fœminas, Lucretiam, Lauram & N. Antonius Iuriſconſultus extitit, ſed ob corporis malam valetudinem, medicis citò mortem promittentibus, niſi ſtudia intermitteret, ea, licet ægrè, linquere coactus fuit. Carolus vxorem duxit filiam Comitis Tiberij Maluetij, clariſſimi viri Bononienſis: Camillus autem filiam Laurentij Heronis nobilis Florentini. Laura Bonifacio Elephantucio I. C. nupta fuit, & N. Virgineo Magnano, ambobus Bononienſib. & ſummo loco natis. Verùm, illud inter cætera prætereundum eſſe minimè decreui, quòd apud me Alexandri extat imago ad viuum expreſſa, quam nobiliſſimi & ornatiſſimi viri Annibal Tartagnus & Camillus pronepotes miſerunt. à quibus etiam multis de rebus ad noſtrum inſtitutum pertinentibus certior factus ſum. Et poſteriore parte ſimulacri ſignum hoc eſt, aut toreuma: Mons Parnaſus, vbi Mercurius Caduceum læua manu tenens, dextraque collum ſerpentis, in quo inſidet, cum hoc titulo cernitur: VIGILANTIA FLORVI. Feruntur & Alexandri pulcherrima, laudatiſſimaque monumenta in Pandectas, & Iuſtinianeũ Codicem, lippis (quod aiunt) ac tonſoribus

nota,

s In prælectione ad l. 1. col. 31. C. de ſum. Trini.
t In commentariis ad c. 2. nu. 32. de reſc.
u In c. Rodulphus. num. 23. verſ. vlt. eod. titu.
x Reſpõ. 189. nu. 5. lib. 4.
y In legẽ ſecundã, col. 7. ff. de reſcind. vend.
z In l. ſi vnquã. in verb. ſuſceperit liberos. nu. 72. C. de reuo. do.
a Ad l. quoniam. in prioribus, pag. 247 nu. 3. C. de inoff. teſt. & in prœmiũ fori. nu. 18. pag. 339.
b Loco citato. De Iuriſperitis.
c In ſyl. nup. lib. 5. tit. Quomodo iudic. num. 6.
d 2. de Orat.
e Lib. 2. Metamorph.
f Lib. 2. de remed. amoris.

nota. Accessiones etiam ad Bartholi, Baldiq; Commentaria, verùm dote maiore ea Bartholi locupletauit & ornauit, quem ex omnibus maximè amplexus est, & in summo semper habuit honore. Cæterùm, si Roderico Suarez [g] credimus, pleraque in Bartholi additamentis prauè citantur amanuensium vitio, vt rectè ait, non autē Alexandri, qui verissimè auctores semper aduocare solet: quamobrē illis non multùm fidendum, sed auctores citatos petendos esse admoneo. Sed porrò est, quòd animaduertatur, multa esse additamenta spuria, falsòque Alexandro adscripta, vt ex stylo his etiam liquet, qui à primo limine ipsum salutauere. Item celebratissima huius extant Responsa in septem distincta volumina (Consilia vulgò appellantur) vsque ad sydera nota, quæ diuina penè sunt, sic, vt sacros Tripodes (vt cum Ethnicis loquar) edocuisse, aut respōdisse probè con tendas. Nempe his doctrina excellentiores libros perscrutari nequaquam posse, omnium testimonio firmatum est. Profectò nihil in foro contingere, quod in ipsis non fuerit decisum, excogitari potest, quodque præ oculis explicatio non statim tibi occurrat. nam latus est campus & frugifer, in quo nil ieiunè tractatum inuenies, aut frigidè, sed ab imo summum præclarè omnia sic disputata, & confirmata, vt Alexandro duce secundissimè cursum tenebis, ac cuncta in vado esse cognosces. Verè igitur Andreas Alciatus Iurisperitorum eloquentissimus de eo prædicauit, [h] cùm dixit:

,, *Opinionum tutius Symplegadas*
,, *Superabis Alexandro duce.*

Et Philippus Decius Iurisperitus eminentissimus, qui nefas esse arbitratus est [i] ab Alexandri Responsis, ne quidem latum vnguem recedere, si contradicentem non habeat, cùm summo, illustriq; loco sit eius auctoritas, ac satis apud omnes ponderis habeat, vt Iouis suffragium prouerbiali schemate rectè dici possit. Et nimirum, quoniam ipse veritatem summopere amplexus est, pro qua non secus ac pro muro pugnabat. Enimuerò fuit proprium Alexandri veritatem quærere, & omnium etiam erit, tanti viri vestigia sequentium, si nil pecuniarum gratia egerint, si iniustitiam fugerint, si non spe alliciantur, aut præmio, si nō gratia flectantur, auctoritateue frangantur, sed rectum animum habentes, vt hæc omnia ipse faciebat, stateram transiliendam non esse putarent. Quam ob causam iure & meritò Doctorem veritatis Lancelotus Galliaula, [k] Iason Mainus, [l] Franciscus Curtius Secundus, [m] & Hieronymus Cagnolus [n] appellabant, nec alio epitheto præclara eruditione, atque doctrina I. C. Marcellus Beringutius Senensis præceptor meus Alexandrum nuncupare solebat. O pulcher, & insignis titulus, tanto cæteris sanè præstantior, quanto veritas ipsa omnibus, quæ sub cœlo sunt, excellentior est, atq; præstantior. Nec Alexander cognomēto Magnus iure gloriari magis posset, quàm noster Alexander cognomine veridicus. Sed quorsum attinet huius diuini hominis laudes commemorare, cùm parui referat Alexandrumne, aut virtutem laudem. Commentaria in titulum de actionibus, lib. 4. Institutionum Iustiniani, quæ auctore Iasone Maino circumferuntur, pleriq; Alexandri fuisse contendunt, inter quos Ludouicus Gomesius, [o] & Additionator ad Philippi Decij consulta. [p] quod argumentum præstat, si eis credimus, scribendi stylus, dicēdi vbertas, præsertim, quòd Alexander ipse titulum illum explanasse fatetur. [q] Verùm opinionem hanc confirmare fluctuat animus: nam pro Iasone multa succurrunt, quia ipse locupletissimus fuit interpres & clarissimus, nec diuersa est phrasis, si scriptiones eius æquilibrio pendamus. Accedat hominum fama, quoddam multitudinis testimonium, vt Cicero extra omnem ingenij aleam positus [r] autumat. Cæterùm, quantum auguror coniectura, mihi persuadeo ad manus Iasonis, lucubrationes Alexandri præceptoris peruenisse, quas tandem sic auxisse & amplificasse, vt vix Lynceus discernere possit, cùm facilè sit inuentis addere, vt tritum est sermone prouerbium. Fertur & Alexandrum librum Regularum edidisse, cum suis (quod aiunt) fallentiis, à doctis desideratum, necnon sextum Decretalium librum ac Clementinas epistolas, si Ioanni Abbati Spanhemensi [s] fides adhibenda est, commentariis illu-

*g Ad legē post rem iudicatam, c. visum est. nu. 11. pagina 672. ff. de re iudi.*

*h Lib. 2. Parerg. iuris. ca. 42.*

*i Respon. 61. nume. 2.*

*k In l. Centurio. co. 8. ff. de vul. et pu.*

*l Eo quod citauimus, respons. 61. nu. 5. lib. 1.*

*m Respō. 139, nume. 10.*

*n In l. si qua illustris, nu. 46. C. ad S. C. Orfic.*

*o Insti. de act. in princ. Rubricæ.*

*p Respon. 62.*

*q Ad l. Neratius, in additamentis ad Bar. ff. de pet. hær. & alibi, vt per Gome. proximè citato loco.*

*r Orat. pro Sest.*

*s Lib. de scriptorib. ecclesiasticis, fol. 184.*


strasse.

strasse. Verùm errore Ioannem hunc lapsum fuisse, rectè Thomas Diplouatatius animaduertit, cùm illa alterius sint, Alexandri scilicet Antellæ, I.C. Florentini. Pietatem maximopere colebat noster Alexander, interque cętera pietatis officia, & illud obseruabat, quòd aduersus reos in iudicium capitis vocatos, nequaquam consulebat [t]. Hic publicè annis ferè 30. docuit, ex cuius Academia tanquam ex equo Troiano innumeri propè discipuli prodierunt. Horum ex caterua, vt multos silentio inuoluam, memorabiles fuere Bartholomæus Socinus [u] Senensis, Iason Mainus, [x] Lancęlotus Decius [y] Mediolanenses, Ioannes Marius Riminaldus [z] Ferrariensis, & Ludouicus Bologninus [a] Bononiensis. Statua marmoreo ex lapide à suis Forocorneliensib. honoratus est in Prætorio posita. egregium sanè factum, quoniam, nedum patriæ splendorem & ornamentum affert, sed ad excolendos animos mirum in modum iuuentutem excitat. quanquam illi fuerit etiam data ciuitas à Bononiensibus, vt de tam summo viro & clarissimo ciue possint & ipsi lætari atque gloriari. Mors hominem inuasit Millesimo Quadringentesimo septuagesimo septimo, cùm decies quinque supra tres vixisset annos, non sine litteratorum omnium maxima iactura: multo plus etenim profuisset, nisi naturæ communis fragilitas celeriore cursu illum rapuisset. Sed quid mortem commemorem, cùm is memoria hominum sempiterna viuet? Nam, vt Oratius ait: [b]

,, *Dignum laude virum Musa vetat mori:*
,, *Cœlo Musa beat.*

Sepultus est Bononiæ in æde Sancti Dominici, loco celebri prope aram maiorem, vbi monumentum eius elatum candido ex marmore operosè structum, cum hac inscriptione cernitur:

ALEXANDRO TARTAGNO
IMOLENSI, LEGVM VERISSIMO AC
FIDISSIMO INTERPRETI, Q. V. AN. LIII.

FILII PIENTISS. P. OPT. B. M. POS. OBIIT
ANNO M. CCCCLXXVII.

*ET NOS HOC RECENS EPITAPHIVM IN EVNDEM EGIMVS.*

,, *Terra vale, & Tartagni suscipe corpus aura,*
,, *Spiritus est summo redditus ipse Deo.*
,, *Cæsarei excellens fuerat, qui gloria iuris,*
,, *Hei, nunc perduro clauditur hoc lapide.*

Hæc ex multorum monumentis collegimus quæ ad Alexandri vitam pertinere visum fuit. verùm maiorem lucem citò proferendam esse nequaquam ambiguimus. Nam Guidus Pancirolus Regij decus, Academiæque Patauinæ splendor, omnibus numeris Iurisperitus perfectus & absolutus vitas Iurisconsultorum quamprimùm in manus hominum dabit, maturus est iam partus. Et Hieronymus Magius Iurisconsultus Anglarensis præstantissimus, ac diui Marci Eques, hoc etiam argumenti genus scriptis persequi orsus est, Operique suo, De Imaginibus I.C. titulum indidit. Deus igitur Opt. Max. cœpta secundet, & vterque bonis auibus expetitum videat finem.

t *Alex. respō. 19. nu. 13. & 188. in princ. lib. 7.*
u *Alex. resp. 17. libr. 5. & 27. lib. 7. vtrobiq. in princ. Soci. in l. certi conditio. col. 1. ff. si cer. pet.*
x *Iaso. citato respon. 42. n. 3. & Insti. de acti. in princ.*
y *Idem Lance. in l. omnes populi. col. 4. & 5. ff. de iu. & iur. & alibi sæpe.*
z *Alex. resp. 80. in ipsius vestibulo, li. 5 & 145. lib. 7.*
a *Ludou. ipse in repertorio ad respōsa Alex. libr. 5. in primordio.*
b *Ode 8. li. 4.*

ALEXAN-

# CONSILIA SEV RESPONSA CLARISSIMI ET PRAESTANTISSIMI IVRISCONSVLTI ALEXANDRI TARTAGNI IMOLENSIS,

## QVAE NON VT ANTEA PLVRIMIS FAEDATA MENDIS, SED acri studio emendata, atq; omni, quantum licuit ex parte expolita emisimus.

*NVNC RECENS IN STVDIOSORVM ET IVRISCONSVLTOrum omnium gratiam & vtilitatem edita, feliciter inchoantur.*

## LIBER PRIMVS.

### *SVMMARIVM.*

1 *Substitutionis sublato priore gradu, admittitur sequens.*
2 *Substitutio compendiosa continet vulgarem. limit. nu. 15. & 16.*
3 *Substitutio compendiosa de vno casu ad similem extenditur.*
4 *Appellatione filiorum veniunt nepotes. contra. nu. 12.*
5 *Qualitas refert an iungatur verbo dispositiuo, vel executiuo.*
6 *Hæres, verbum, intelligitur de hærede per aditionem.*
7 *Substitutio merè fideicommissaria non continet vulgarem.*
8 *Testamentum potest accipere vires à tacita vulgari.*
9 *Substitutio nunquã debet extendi ad alium casum, quando per hoc plus faueretur minus dilecto.*
10 *Substitutio inutilis non facit aliam vtilem.*
11 *Substitutio concepta in vnum casum, an extendatur ad alium.*
13 *Alienare filiis prohibitis, non sunt prohibiti nepotes.*
14 *Verborum à propria significatione non est recedendum. nu. 17.*

### EPITOME.

TESTATOR instituit Raymundum filium suum, & posthumum ex vxore prægnante, cui posthumo substituit dictum Raymundum vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum: & si contingeret d. Raymundum eius filium & hæredem seruantem legem testamenti decedere quandocunque sine filiis masculis, vel filios eius sine filiis, vel descendentibus masculis, tunc substituit sibi, & d. Raymundo, seu vltimo filio, vel descendenti masculo ex eo Antonium Spaciforam nepotem suum. Et si contingeret dictum Antonium Spaciforam succedere d. Raymundo, ipso casu adueniente, & decedente d. Anton. sine filiis masculis substituit sibi testatori, & d. Anto. Spaciforæ Bernardum si extaret, & eo non extante filios Bernardi, illis non extantibus Thomasium, & eo non viuente, substituit postremò Antonium de Baresio testatoris nepotem, & eius filios masculos. Accidit quòd Raymundus filius prædecessit viuo patre, nec natus est posthumus. Decesserunt etiam Spacifora, Bernardus, & Thomasius non relictis liberis. Anto. verò Baresius cum filiis decessit relictis ex eis nepotibus, qui vendicant bona testatoris tanquam substituti. Decidit Alexa. eos non esse audiendos, sed locũ esse successioni ab intestato. Quia excepta prima substitutione, quæ viuo testatore defecit: omnes reliquæ substitutiones sunt fideicommissariæ sub conditionibus quę defecerunt. Idem in hac eadem specie, fusius & clarius consuluit Philip. Corn. consil. 192. in præsenti. libr. 2.

### CONSILIVM I.

CHRISTI nomine inuocato. Perspectis verbis testamẽti magnifici Comitis Henrici Rubei: & his quæ in themate narrantur: Videtur prima consideratione dicendum, locum esse substitutioni factæ de filiis Antonij Baresij, & illius substitutionis vigore vocari nepotes prędicti Antonij
1 Baresij, maximè ex infr. scriptis. ¶ † Et primò per illud quod habetur in l. quandiu. la vltima, in versiculo, is autem. ff. de acquirend. hæred. vbi si Titius in primo gradu fuerit institutus, & sibi secundo gradu fuerit substitutus Sempronius: & Sempronio fuerit tertio gradu substitutus Cornelius: & antequam eueniret casus substitutionis factæ Titio primo hæredi, decesserit Sempronius secundo gradu substitutus: tamen postea eueniente casu substitutionis factæ Titio primo hęredi, poterit ei ex substitutione succedere Cornelius tertio gradu substitutus. ¶ Ad idem tex. in l. cohæredi. in princip. & quod ibi no. Bart. ff. de vulg. & pup. & ideo per
a d. l. quandiu. dicit Bart. ibi, quem Bald. Ang. & Moder. *a* ibi sequuntur, quòd si testator filium impuberem hæredem instituit, & ei pupillariter substituit Titium, & quandocunq; decesserit, ei substituit Sempronium: & contingat quòd Titius ante pupillum moriatur, & postea decedat pupillus, ꝙ Sempronius poterit perempto primo gradu substitutionis admitti. Pro hoc etiam adducit quòd Sempronius fuerit
2 substitutus Titio † compendiosè, quæ substitutio continet vulgarem, vt concludunt omnes in l. Centurio. ff. de vul. & pupil. & in l. precibus. C. de impu. & aliis substit. vnde testator videtur dictum Titium substituisse: & si Titius hęres nõ esset, videtur Sempronium substituisse, & sic substitutio facta Sempronio videtur quò ad Titiũ esse vulgaris, & quò ad filium impuberem fuisse pupillaris: & subdit Barto. quòd si prima substitutio fuisset pupillaris. & secunda fuisset merè fideicõmissaria, tunc secunda substitutio non potest habe-

re effectum, nisi ille primus substitutus, cui facta esset secunda substitutio, admissus esset ex prima. l. apud Iulia. §. idem Iulia. & lege, ita tamen. §. qui suspectum. ad Treb. sed si prima & secunda fideicommissaria fuisset, tunc licet primum fideicõmissum deficiat, vt qa prædecedat primus fideicommissarius, remanet primum fideicommissum apud ipsum hæredem testatoris fideicommittentis, cum onere tamen secundi fideicommissi: & sic debebit per hæredem restitui secundo fideicommissario. l. vnica §. pro secundo. C. de cadu. toll. & ita etiam consuluit Bartol. in consilio incipiente, Quidam nomine Meuius, &c. ¶ Modò ad propositum testamenti de quo agitur post institutionem vniuersalem factam posthumo, fuit facta prima substitutio vulgaris & pupillaris & etiam cõpendiosa, si bene inspiciantur verba testamenti. Nam inquantum substituit Raymundum, si contingeret vxorem esse non prægnantem, vel esse prægnantẽ, & partum in lucem nõ peruenire: hic dicitur esse vnum caput substitutionis vulgaris, scilicet si hæres institutus non poterit esse hæres. l. fin. C. de instit. & substit. sub condi. fac. & ibi not. Bart. & Docto. in l. qui ventri, secundum primam lectu. ff. de ven. inspi. facit l. cùm proponas. C. de hær. instit. l. si paterfa. ff. eod. tit. Inquantum aũt testator vocauit substitutum in casu quo posthumus peruenerit in lucem, & in pupillari ætate decederet, fuit pupillaris expressa: vt d. l. precibus. & quod ibi no. gl. magna in fi. Item inquãtum postea testator subiunxit hæc verba: scilicet, postea quandocunq; filiis legitimis & naturalib. de suo corpore non relictis, &c. fuit cõpendiosa. d. l. Cẽturio. & l. precibus. & c. Ray. de test. & c. si pater. eo. ti. li. 6. Secunda verò substitutio quantũ ad propositum de quo quæritur, fuit facta d. Ray. quia voluit ꝙ si contingeret dictum Ray. eius filium hæredem seruantem legem testamẽti decedere quandocunq;, tunc nobilis Ant. Spacifora nepos dicti testatoris esset substitutus dicto testatori, & dicto Ray. in bonis, in quibus dict. Raymundus fuerat substitutus dicto posthumo. Tertiã deinde facit substitutionem, volens ꝙ si contingeret dictum Ant. Spacifor. succedere prædicto Ray. ipso casu adueniẽte, & decedente dicto Ant. Spacifora sine filiis masculis, substituit sibi testatori, & d. An. Spaciforæ Bernardum si extaret, & eo non extante filios Bernardi, & illis non extantibus Thomasium: & eo non viuente vocauit, seu substituit postremò dictum magistrum Ant. de Baresio eius testatoris nepotem, & eius filios masculos legitimos & naturales descendentes ex d. An. de Baresio. Quamuis ergo prima substitutio facta posthu. non habeat effectum in persona Ray. primo substituti: quia prædecessit viuo testatore: tamen aut dicimus quòd Anto. Spacifora substitutus in secunda substitutione compendiosa comprehendente vulgarem, vt dictum est, succes sit in eo, in quo erat substitutus Raymundus posthumo vulgariter per d. l. quandiu. vers. is autem. & quod ibi not. Bart. attento ꝙ in posthumo euenit casus substitutionis vulgaris: quia nullus posthumus peruenit in lucem: & tunc nihil est quod obstare videatur dictis nepotibus An. Baresij, quo minus ex substitutione admittãtur, attento quòd tempore mortis Antonij Spaciforę decedentis sine filiis masculis, nõ extabat Bernardus nec Thomasius, nec filius alicuius eorũ. & sic euenit casus tertiæ seu vltimæ substitutionis. Nec obstat quod dicta tertia, & vltima substitutio videatur facta in casu, quo contingeret An. Spaciforam succedere Ray. quia dico, quòd testator in dicta substitutione accepit, Ant. Spaciforam succedere Ray. quamuis Anton. Spacifora veniret prout venit in locum, in quo vocatus fuerat à testatore. d. Ray. non autem accepit quòd Anton. Spacifora sit hæres dicti Ray. quia etiam quando contigisset quòd Ray. decessisset sine liberis mortuo testatore, & agnita per ipsum Ray. portione sibi delata ex substitutione vulgari: tamen nõ diceretur Anto. Spacifora esse hæres, d. Ray. nec sibi propriè succedere: quia per substitutionem cõpendiosam post tempus pupil. ætatis, seu per substitutionem fideicommissariam comprehensam in compendiosa facta Ray. non succedit dicto Ray. sed testatori. l. cohęredi. §. cum filiæ. ff. de vulgar. & pupil. l. sancimus. §. cùm autem. C. ad Trebel. l. vnum ex familia. ff. de lega. 2. not. Bart. in l. Mar. §. quidam liberis. ff. ad Tre. vnde accipitur in d. testamento, Ant. Spaciforam succedere Ray. quandocunque contingat Anto. Spaciforæ apertum esse locum, ad quem testator vocabat Ray. sicut in simili accipitur in l. hæreditas. §. qui filium. ff. de test. tutel. ad hoc accedit quòd d. substitutio compendiosa facta Ray.
3 † cùm dicatur comprehẽdere vulgarem secundum * communem conclusionem, vt dixi, dato quòd intelligeretur facta in vnum casum, scilicet, quando decederet Raym. post mortem testatoris, debet extendi ad alium sibi similem, scilicet quando decederet viuo testatore. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. & ibi Bart. in l. fin. & ibi Doct. C. de instit. & substi. sub condi. fac. & Guil. de Cu. in d. l. precibus. & Bart. & alij in d. l. 1. ff. de vulg. & pupil. & in d. l. 7. quęstione princip. & Bart. in l. 3. C. de hæred. insti. cum simi. aut dicimus, quod Antonius Spacifora non debuit succedere in eo in quo erat substitutus Ray. quasi non videatur euenisse casus substitutionis, ad quam vocatus fuerat à testatore Antonius Spacifora, qui quidẽ videbatur vocatus quando Ray. esset hæres: & seruans legem testatoris, aliàs testamenti, vt sonant verba substitutionis factæ Ray. & tunc adhuc videtur, quod cum fuerat perempta prima substitutio facta posthumo de Ray. etiam fuerat perempta substitutio secunda Raymund. de Antonio Spacifora, debet habere locum tertia & vltima substitutio facta, de Antonio Baresio & eius filiis per eandem l. quandiu. cum ibi nota. per Doctor. quare sicut ibi perempta prima substitutione facta hæredi, seu filio impuberi scripto in primo gradu, admittitur ille qui erat vltimo substitutus primo substituto: ita pari ratione perempta prima, & demum secunda substitutione debet admitti substitutus in tertia: quia eadem ratio, facit l. potest. ff. de vulgari & pupillari, & Institu. de vulgari & pupillari substitu. in princ. & sic in omnem euentum videtis, quòd debeant vocari dicti descendentes Anton. Baresij. ¶ Nec obstat si diceretur, quòd filij Anton. de Baresio fuerunt substituti Thomasio per fideicommis. & quòd Thomasius non fuit hæres: & sic deficit casus fideicommissi in persona filiorum Anton. Baresij: quia respondetur, quòd imò filij Anton. Baresij fuerunt substituti Anton. Spaciforæ, si non extarent Bernardus aut eius filij vel Thomasius, vt patet ex verbis testamenti. ¶ Ad hoc facit, quia substitutio compendiosa facta alicui post mortem, habet locum etiam si ille cui facta est substitutio viuo testatore decedat, vt declarat Bart. in d. l. Centurio. in versicu. Quæro vtrum substitutio compẽdiosè facta, &c. & omnes sequuntur, ibi, in d. l. precibus. & in d. c. Ray. per legem 3. in prin. ff. de adi. le. & l. hæc conditio filiæ. §. fin. ff. de condit. & demonstr. & l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. ¶ † Nec obstare vi- 4
detur, quòd substituti fuerint filij Anton. Baresij, & nulla fuerit facta mentio de nepotibus: quia potest responderi, quòd in dispositione testatoris facta fauore filiorum, & al-
nitur.l.ſi ſtipulatus.de vſu.l.1.§.ſi quis ſub condi.ff.vt le.no.
ca.l.damn.infec.quidam, in prin.de dam.infec.l.ſi legati.ff.
de leg.1.not.in l.ſi quis cum aliter, de ver.oblig. in l.qui Ro
mæ.§.duo fratres.in 2.q.prin.eo.ti. facit regula, acceſſoriũ,
&c.Nam inſpici & attendi debet, quòd principaliter fit.l.ſi
quis nec cauſam.in prin.l.rogaſti.in prin. ff.ſi cer.pet. & l.q
exceptione.ff.de cond.indeb.quo ar.in ſi.vtitur Ang.in d.l.
triticum.bene facit quod inquit Imo.in c.ſi cautio.de fi.in-
ſtru.poſt medium.vbi tractans hunc arti.refert plures opi-
niones & difficultates, & tamẽ in fi.arg & poſt expeditas il-
las quæſt.illius art. dicit iam dicta per eum videri procede-
re, quando ꝓmiſsio fit per ſtipulationem ſine confeſsione:
vbi autem fieret per ſtipulationem ſine cauſa; vt quia confi
tetur quis debere centum, & vterq; per ſtipulationem pro-
mittit, tunc clarum videtur ſecũdum eum, ꝙ promiſsio nõ
obliget cum effectu, † quia confeſsio ſine cauſa non valet,
2 vt in d.c.ſi cautio, cum ibi no.& plenè in l.generaliter.C.de
non nu.pe.non valebit etiam promiſsio acceſſoriè illi facta
ar.de re.iu.c.acceſſorium. de hoc dico eſſe text.cum gl.in l.
cum de indeb.§.fin.ff.de proba. & licet Bar. in d.l.triticum.
velit quando ſunt duæ ſtipulationes factæ ab eodem, intel-
liguntur in dubio de diuerſis ſummis per l. quinquaginta.
ff.de proba.cum ibi no. & eò præſertim, quia aliàs ſecunda
ſtipulatio eſſet, & redderetur inutilis.l.qui bis idẽ.ff.de ver.
oblig. tamen illud debet intelligi, quãdo illæ ſtipulationes
ſunt per ſe principales, ſecus ſi acceſſoriæ, per prædicta.& li
cet Bar.in d.l.triticum.in ver.ſi eadẽ, &c.loquendo de dua-
bus cõfeſsionibus mutui, videatur velle, quòd intelligatur
de eadem ſumma, quia illæ confeſsiones non ſunt vallatæ
ſtipulatione, tamen nõ videtur, quòd habeant caſui noſtro
obſtare.quia poſito, quòd Bar.ita innuit: ibi tamen loqui-
tur, quando ſtipulationes eſſent adiectæ confeſsionib.mu-
tui, quo caſu tunc non videtur acceſſoria, ſed prin.per illud
quod habetur in dict.leg. ſi in ſtip. §. primo, & l.ſe.ff.de do.
& l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus, de verb.oblig. & ideo ſi
in caſu illo interueniſſet ſtipulatio, nõ eſſet tractandum de
confeſsione, ſed de ſtipulatione.Item poſito, quòd Bart.ibi
videatur contradicere prædictis, hoc non eſt verum, ex con
trario ſenſu verborum eius, qui ſumi non debet, cum repu
gnaret regulis & rationibus iam dictis.¶Nec obſt.quòd vi
deantur alterari prædicta, quòd ſumma, de qua in confeſ-
ſione ſecunda, ſit minor ea ſumma, de qua in prima confeſ-
ſione, non videtur referre, an ſit eadem ſumma vel minor,
vt colligitur etiam ex no.Bar.& Doct.in d.l.triticum. per l.
ſi diuortio.eod.tit.& d.l.Sempron.Proculo. ¶Et per eaſdẽ
rationes videtur dicendum, quòd ſumma duc. 635.auri, de
quibus in confeſsione facta de anno M.CCCC.LXI.intel-
ligitur de eadem ſumma, de qua in duobus præcedentibus
confeſsionibus, vel ſaltem de qua in prima confeſsione ſu-
perius relata: præſertim eo, quia vltima confeſsio videtur
ſine cauſa eſſe, vt tangam in ſecundo dubio per d. l. triticũ.
cum gl.iunct.ibi no.per Bar.in q.1. ¶Sed præmiſsis non ob
ſtantibus, contrariam ſententiam de iure in propoſito pro
3 babiliorem eſſe puto.†quia, vbi in vna ſcriptura ſeu inſtru-
mento, vel diſpoſitione, facta eſt mentio de certa ſumma, &
in alia ſcriptura vel diſpoſitione, ſicut etiam inter eaſdem
perſonas facta ſit mentio de alia ſumma, præſumitur eſſe di
uerſa à prima, & ſic præſumitur ſumma dupliciter data, li-
cet de vtraque confeſsio eſſet vniformis: vt probatur in d.l.
quinquaginta.& nota.in l.planè. la 1.§.1.de leg.1.vnde dicit
ibi Ang.quòd ſi duo appareant inſtrumenta mutui de quin
quaginta aureis, intelligitur ſumma duplicata.idem ſi repe
riantur duæ quantitates, oſtendentes diuerſis temporibus
factæ eodem tempore, intelligerentur duæ ſummæ, ſecun-
dum eum per d.l.quinquaginta. & d.l.ne caſu. cum gl.2. C.
de diſcuſſoribus.lib.10. & idem tenet Imo.in d.l.planè.ſal-
tem quando diuerſo tempore factæ fuerint dictę ſcripturę,
vt eſt in caſu, de quo quæritur:& ita etiam no.Bal.& Imo.in
d.l.Sempro.Proculo.& Bar.& Ang.in d.l.ne caſu.& Bald.in
l.ſi quis ex argentariis.§.fi.ff.de eden.in lect. anti. & ibi etiã
Ang.& Bal.in d.l.qui bis idem.ff.de verb.obligã.in materia
circa tertiam columnam vel quartam, quem vide.prædicta
etiam ſunt de mente Spec.in tit. de inſtr. editio.§.poſtquã.
b verſic. ſed autem. *b* ¶Accedit deciſio quæſtionis diſputatæ
per Martinum de Fano: quem refert Fulgo. in d.l.quinqua
ginta.nam cõcludebat, quòd ſi in inſtrumento vno reperi-
tur, qualiter Titius ex cauſa mutui numerauit Sempro.cen
tum, & in alio inſtrumento reperitur, qualiter Sempro.cõ-
feſſus eſt ſe debitorem dicti Titij in centum: præſumetur
de aliis cẽtum, vt in dicta l.quinquaginta.& quia fruſtra fa-
ctum eſſet ſecundum inſtrumentum, ſi intelligeretur de ea
dem ſumma: imò inſtrumentum debet aliquid operari.ar.
l.ſi ſtipulatus.in prin.ff.de vſur.& l.ſi quando. in prin.de le.
1.niſi cõditio perſonæ debitoris, puta ruralis alia ſuaderet.
arg.l.cùm de indebito.poſt prin. ff.de proba. Si ergo Doct.
in dictis locis volũt, quòd vbi eſt in vtraq; diſpoſitione par
quantitas, intelligitur ſumma multiplicata, quantò magis
in caſu noſtro, in quo ſumma eſt valde diſpar: & diſparitas
ſummarum facit præſumere, diſponentes voluiſſe actum &
qualitates multiplicare: vbi aliàs non præſumitur, ſi ſum-
ma eſſet parua, l.ſi ita ſcriptum. de lega.1.iuncta l.quinqua-
ginta.cum gl.inducendo, vt per Iac. de Aret. & Bartol.in l.
centum.in prin.ff.de adi. leg. vbi hoc firmant in prin.& no.
in l.ſi is qui ducenta. in prin. ff.de reb.dub. & expreſsè dicit
Bald.Ang.& Imo.in l.ſcire debemus. in princ.ff.de verbor.
obli.

obli. Propter diuersitatem summarum præsumitur diuersitas obligationis, & ibi cōcludunt in ea.q. qua quærunt: an si peto quinquaginta, tanquam mihi promissa fuisse centum: an debeā obtinere in illis quinquaginta. & concordant oēs in hoc, quod si appareat de vna promissione, intelliguntur diuersę promissiones diuersarum summarum, quarum vna non comprehenderetur sub alia, stante diuersitate summarum, & idem dicit Pet. in l.1.§. si stipulanti. eo. tit. ¶ Accedat quia omnibus instrumentis vltra confessiones sunt insertę stipulationes solennes. & expressè dicit Bar. in d.l. triticum. ver. sed in prima, quem alij sequūtur ibi, ꝙ si promitto tibi ex stipulatione decem ex causa mutui, deinde & per stipulationem promitto tibi ex causa mutui: intelligeretur secūda stipulatio de aliis decem; ne reddatur inutilis: in d.l. qui bis. & in d.l. quinquaginta. ecce quòd ꝓsupponitur ibi præcisè mutuum subsecutū esse per stipulationem ex ipsa causa mutui, & inde ne reddatur inutilis stipulatio, intelligitur de alia summa: hæcmet ratio militat in proposito nostro: & ita etiam expressè est de mente Bar. in d.l. triticum, in versi. eadem ratio puto, &c, dum loquitur de confessione, & fortificantur infrà in respōdendo ad obiecta. ¶ Quinimò plus
c probat gloss. in dict. l. ne casu. c in gloss. 2. quam sequuntur
* * communiter Doctores ibi & in aliis locis suprà allegatis,
4 † quòd quando creditor confessus est in diuersis scripturis se recepisse 10. à debitore, intelligatur de geminata quantitate: & tamen illa confessio seu cautio de recepto nō erat contractus seu distractus, sed erat ꝓbatio ipsius distractus: iuxta dictam l. Publia. ff. depositi. ¶ Corroborantur prædicta: quia patet instrumētum confessionis fuisse factū anno M.CCCC.LIII. die V. Februarij, de ducatis 1430. Venetis ex causa depositi. Secundū verò fuit celebratū M.CCCC.LXII. die VII. Decemb. & ibi debitor confitetur se habuisse & recepisse à creditore in depositum, vsq; ad diem V. Febr. tunc proximè elapsi, & de eodem anno ducatos 362. Venetos. circa verba illa quid operari debent, vt iam dictum est, ostendunt, ꝙ ista non est de pecunia ducatorum 1430. quia illam iam per quatuor menses antè habuerat. hoc insuper comprobatur; quia in primo instrumento dicti contrahentes voluerunt in summa, scilicet ducatorum 1430. cōputari vnam summam ducatorum 1302. alterius depositi, de quo apparebat instrumentum, & illud expresserunt. vnde accidit illud, quod & Papa ait, de transla. præla. c. 2. ibi dum tex. dicit, vnde si circa translationē idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, de translatione poterat expressisse, &c. ita in proposito in contractu secundæ & tertiæ cōfessionis depositi sensissent illam summam esse de alia summa, vel aliā in ea concludi, hoc expressissent, quemadmodum & in prima expresserunt. qua ratione in secunda cōfessione fuisset expressa modica pars dictæ pecuniæ maioris summæ absq; eò, quòd de residuo summæ nulla fieret confessio seu mentio. Certè nulla videtur ratio subesse, tamen in vtraq; dispositione attendendum est id, quod verosimile est. l. in obscuris. ff. de reg. iur. & in reg. inspicimus. eo. tit. In secundo sine dubio verosimile est, ꝙ fuerit diuersa quantitas, quàm fuerit pars primæ summæ, cùm de reliqua summa sit facta mentio. & quia si intelligeretur esse pars primę summæ, nō operabatur illa sequēs cautio. & ita dico in secunda summa ducatorum; licet per easdem rationes. non enim erat necesse, ꝙ creditor tempore celebrationis dicti secūdi vel tertij cōtractus diceret, quòd in illa summa non computaretur illa prior pecunia, de qua in primo instrumento: vt est tex. in l. Lucio. ff. de act. & oblig. ¶ Vltimò iuuatur casus iste per ea, quæ vltra alios dixerant nonnulli moderni: vt Florianus de sancto Pet. de bono. in l. quinquaginta. vbi dixit, quòd vbicunq; apparent diuersę scripturę siue confessiones, siue alij contractus, siue dispositiones, etiam si in vtraq; contineatur eadem summa, præsumitur geminata quantitas, si sunt factæ diuersis temporibus per dictam legem quinquaginta. Sed ibi non apparet pluralitas scripturarum, sed multiplicatio: quia fuit actum absque scriptura; & vna dispositio postea subsequatur per scripturam subsequentem, & continentem eandem summam ex eadem causa, tunc præsumetur vna summa tantùm, & non plures. præsumetur enim ad scripturam deuentum propter faciliorem probationem. l. qui tabularum. ff. de fur. & de condit. sine causa. leg. dissolu. quæ ratio locum non habet, vbi scriptura fuit facta: etiam vna scriptura sufficit, ita creditor ad probationem: & sic limitat decisionem vnam in d. l. triticum. dū loquitur de cōfessione geminata: & habet locum, quando nō est facta duplex scriptura, & diuerso tempore, vt in casu nostro. Et pro ista sua limitatione licet ipse non alleget, videtur esse gl. no.
* in d.l. ne casu, quæ est * communiter approbata. ¶ Non obstant allegata in contrarium. & primò, dū adducta sunt no. per Bar. in d.l. triticum. dum loquitur de duplici confessione facta de decem, quia respondeo primò, quòd Bartol. loquitur, quando vtraq; confessio erat de eadem summa, nō quando de dispari & diuersa: quo casu facilius præsumi potest geminatio & duplicatio, quàm quando est eadem quātitas numeri: vt probaui suprà. ¶ Nec adhuc obstat l. si diuortio. de verb. oblig. & id, quod not. Bart. in l. triticum. in versic. quid si mutaui centum, &c. in quibus loquitur, quando præcesserit vnus contractus vnius speciei, puta dotis vel mutui, in centum: deinde debitor promisit per stipulationem quinquaginta: & ex illa causa dotis vel mutui, præsumitur debitorem sensisse de quinquaginta, quæ erant de parte dictorum centum, quæ mutuo vel pro dote receperat. ita loquitur lex si diuortio. secus quando prima dispositio fuisset eiusdem speciei, puta per stipulationem: & secunda similiter, quæ erat de alia summa sic per stipulationem, non censentur contrahentes sensisse, quòd ista minor comprehendatur sub prima, quia nullius vtilitatis esset sequēs actus. vt d. l. qui bis. cum ibi no. per Bart. ¶ Nec obst. l. Sempronius Proculo, quia ibi loquitur in duabus scripturis vnius testamenti factis eodem tempore, exemplificandi causa; vt dicit litera: & sic in ea conuentione, vt vnica tamen esset vltima voluntas. Sed in casu nostro non apparet, quòd vnicam voluerint contrahentes esse dispositionem. ¶ Secūdò respondeo, quòd decisio Bart. in confessione loquitur, nisi ambæ confessiones essent factæ per scripturam, vt not. in d.l. ne casu. & dixi suprà. ¶ Tertiò dico, quòd decisio Bar. est pro isto creditore: quia Bartol. bene vult hoc procedere quando illæ confessiones essent factæ sine stipulatione: sed quando in vtroq; actu interuenisset stipulatio, vult ibi contrarium. & in versicul. sed si primò inde, &c. vt suprà retuli.
5 ¶ Nec obstat, † quòd stipulatio accessoria debeat regulari secundum naturam sui principalis, &c. & quòd in l. triticū. non loquitur in casu isto, sed loquitur, quando stipulatio esset adiecta circa confessionem mutui: quo casu stipulatio est principalis contractus, per legem si ita fuero. §. fin. cùm lege sequenti, de nouationibus. quia dico, hanc responsionem nullo modo teneri, nec videri posse subsistere: quia illud quod dicitur in dicta lege si ita fuero. §. fi. cum l. sequenti. quamuis loquatur in mutuo, tamen habet etiam locum in causa depositi, & in omnem contractum qui perspicitur. vt probat Iacobus de Aret. quem refert & sequitur Bart. in l. singularia. circa tertiam vel quartam columnam, in versi. est speciale, &c. ff. si certum petatur. & alij sequuntur. ergo cum non loquatur in casu depositi, sequitur, quòd sumus in casu, in quo loquitur Bartolus in dicta l. triticum. nec dicatur, quòd verba Bartol. solùm in contrario sensu importent hoc, quod dixi de confessione vallata stipulatione: qa imò important hoc ex directo sensu verborum. patet: quia dicit non tantùm per stipulationem. & dictio illa importat exceptionem, vt not in l. 1. in prin. si quis ius di. non obtem. & certè dicant, qui aliter sentiunt quantum eis placet, mihi videtur, quòd Bart. in dicta lege triticum. maximè in verbo eadem ratione puto, decidat casum nostrum pro creditore. ¶ Nec obstat, quòd accessorium regitur secundum naturā sui principalis: & quòd debeat inspici illud, quod principaliter agitur, &c. quo casu nec aliter stipulatio potest dici principalis, vt Institut. de literarum obligation. in princ. ibi, dum dicit, cessante, & in verbo obligationibus. & quod ibi notatur. vbi similiter habetur, quod quando facta est cōfessio mutui in chyrographo, si iuxta illam confessionem

est interposita stipulatio, & occultatur confessio & chyro-
graphum: nec oritur obligatio, nec actio, ex confessione &
chyrographo: sed solùm ex stipulatione: sicut & in casu d. l.
si ita fuero. §. 1. cum l. sequ. & sic est solùm in consideratione
stipulatio: vt ibi habetur, & vt patet etiam ex his, quæ dicta
sunt suprà. & sic tunc confessio solùm retinet virtutem pro
bationis, non autem disponendi & inducendi obligationē
& actionem: quia accessorium non sequitur naturā sui prin
cipalis, quando non est eadē ratio in accessorio, quæ est in
principali. l. ex placito. C. de re. pmut. & l. si is. C. de prædi.
mi. & no. Bar. in l. non dubium. ad fin. post gl. C. de legi. sed
posito, ꝙ stipulatio esset hîc accessoria, tamen non est eadē
ratio in accessorio, quæ est in principali: quia principalis, id
est confessio, nō erat apta inducere obligationem: ideo ge-
minatio cōfessionis eiusdem summæ non inducebat multi
plicationem summæ, nec ꝓpter hoc reddebatur confessio
inutilis: quia tātò magis erat munitus creditor in facultate
probandi: sicut in eo, qui habet ꝓbationes per varios mo-
dos vel multos: & potest expedire & habere duplicatos, &
faciles. d. l. Sempro. Proculo. & quod no. in d. l. si pupillus.
in prin. ff. de noua. nā probatio multiplicari potest: sed ob-
ligatio resultās ex iteratione contractus stipulationis mul-
tiplicari non potest circa idem: quia nostra interest. d. l. bis
idē. iunct. l. stipulatio ista. §. alteri. de ver. oblig. ¶ Meritò, vt
actus valeant, intelligitur facta secunda stipulatio de alia
quantitate. iuxta l. quoties in stipulationib. de verb. obli. &
in hac ratione iuris fortissimè fundatur decisio Bart. in d. l.
triticum. ergo cum iuxta dictas confessiones fuerint adie-
ctæ stipulationes, quæ inducunt obligationes, & quæ non
possunt dici esse adiectæ ad probandum, sed ad obligandū:
Nam meritò debet semper interpretatio fieri, vt intelliga-
tur de alia summa; quia aliàs redderetur inanis & inutilis.
Et hanc tertiam responsionem puto tutiorem. ¶ Potest &
quartò responderi, ꝙ in dictis stipulationibus fuit adiectū
iuramentum promissioni, quod quidem operatur, vt par-
tes videantur voluisse, quòd vbi actus accessorius non po-
terat valere, vt accessorius, valeat vt principalis, si in vim
principalis valere poterat; vt egregiè decidit Bar. in l. si quis
pro eo, in 8. membro. ff. de fideiuss. & sequitur Ang. in l. hi q.
eo. ti. & cano. in c. cum contingat, de iureiu. & per id, quod
habetur in l. cùm pater. § filius matrem. de legat. 2. ita ergo
erit in casu nostro: quia si ista stipulatio sequitur naturam
confessionis, nullam nouam in casu nostro obligationem
induceret: & non valeret stante priori obligatione primi in
strumenti & primæ stipulationis. d. l. qui bis idem. ergo de-
bet stare in vim principalis promissionis, quo casu induce-
rent obligationem, & in aliam summam secundum iam di-
6 cta. † Et per prædicta multiplex patet responsio ad id, quod
dixit Imo. in d. c. si cautio, primò, quia Imo. non loquitur in
casu, in quo promissio sine causa esset facta ab eo, qui sciret
se non teneri: sed loquitur simpliciter, seu quando est, & nō
apparet ex certa scientia, an per errorem: quo casu variæ fu
erunt opi. relatæ ibi per eum & alios, & per scribentes in va
riis locis. nam quidam tenebant, quòd valet: vt Ia. de Are. &
Pet. vt refert Cy. in l. generaliter. C. de non nu. pec. & vt pa-
tet per Bart. in l. 2. §. circa. ff. de doli exce. & plures alij, quos
refert Io. An. in addi. Spe. in ti. de confess. §. nunc dicendum.
ver. sed quædam est ratio. & alij tenuerunt, quòd non vale-
ret: vt tenebat gl. in d. l. generaliter. quam plures sequūtur
ibi in locis suis, vbi Imol. vult in d. c. si cautio. quòd quando
talis promissio sine causa facta iuxta confessionē, sine cau
sa emanatam à promittente. tunc clarè videtur, quòd non
valeat. d. l. cum de indebito. & cessabunt tunc dictæ opi. sed
quando promissio sine causa fieret à sciente, tunc non erat
aliqua opi. & tunc non habet locum id, quod dicit Imol. in
d. c. si cautio. sed Imol. tenebat, ꝙ valeret per no. in l. 3. §. 1. &
in l. hactenus. §. fi. infra ð const. pecu. cum si. licet secus in cō
fessione facta sine causa, & scienter, vt dicto cap. si cautio. &
rationem diuersitatis inter confessionem sine causa. & sci-
enter, & promissionem sine causa & ignoranter, tradit Bal.
in Rub. C. de confess. & in l. fi. ad fi. C. si cet. pe. & dicam in se
quenti dubio. vnde in isto casu, quando iuxta confessionē,
& sine causa, esset adiecta promissio scienter facta per stipu
lationem sine causa, talis stipulatio esset efficax, sicut & quā
do facta esset sine causa, sicut in terminis Anton. de Butr. in
d. cap. si cautio. circa 2. colu. in vers. ad secundum est viden-
dum, &c. dum loquitur de confessione vestita stipulatione:
& ibi concordat Abb. in. versic. quandoq; cautio non est o-
mnino nuda, &c. & voluit Dyn. in c. quod semel. de reg. iur.
in 6. & puto in sequenti dubio ostendere, necessariò ita esse
intelligendum. ¶ Præterea, vt probaui suprà, non est verū,
quòd stipulatio censeatur accessoria, imo principalis. sed
posito, quòd vt accessoria non valeret, valet tamen in vim
principalis, sicut per se principalis valere poterat: vt fuit o-
stensum de accessoria etiam iuramento vallata, & ita etiam
sunt in consideratione habenda. ¶ Quò ad argumentum
principalis dubitationis, de quo ibi dicam. non obstat etiā,
dum dicebam, quòd tantò magis debet præsumi, ꝙ quan-
titas, de qua in vltimo instrumento, includatur in primo:
eò, quia ibi non continetur in vltima causa, per no. per Bar.
in d. l. triticum. in q. 1. quia respondeo, quòd Bart. ibi loqui-
tur, quando præcedens contractus non fuerit contractus
stipulationis, sed mutui: vnde dato, quòd sequens contra-
ctus stipulationis intelligitur de eadem quantitate, valebit
tamen vterq; contractus. l. duo societatem. ff. pro soc. l. si sti
pulatus. ff. de vsur. cum si. ideo Bart. tunc vult, quòd non sit
differentia, an sequens contractus stipulationis contineat
causam vel non: sed quòd vbi tam primus contractus quàm
secundus est contractus stipulationis, tunc vult Bar. ꝙ intel
ligatur de diuersa: vt ibi in versi. sed si primò mihi, &c. per ra
tionem. l. qui bis. & est casus noster. ¶ Vtrum autem habēt
obstare defectus causæ in vltimo instrumento, tāgam in se-
quenti dubitatione. ¶ Vltra prædicta ad omnia argumen-
ta in contrarium adducta, potest responderi, ꝙ ex verbis di
ctorum instrumentorum. s. secūdi & tertij, iunctis maximè
contentis in primo, colligitur de mente partium fuisse, ꝙ
quantitates, de quibus in vltimis duobus instrumentis cō-
prehensæ non essent sub primo, vt deduxi circa fundamēta
superius per creditorem adducta. Modò capio secundam
7 principalem dubitationem, videlicet, † an vltimus contra-
ctus teneat. Videtur prima facie, quòd non, quia cautiones
& promissiones, de quibus ibi, nō sunt efficaces, ꝙ causam
non continent. d. l. cum de indebito. §. fi. ff de proba. & in d.
l. generaliter. & ibi no. C. de non num. pec. & in præalle. c. si
cautio. & licet in instrumento promissor confiteatur se de-
bitorem de ducatis 235. auri, & hoc pro aliis tot ducatis: seu
tanta pecunia peruentis, & peruenta ad ipsum cōfitentem
de bonis pecuniæ: de ducatis ipsius stipulantis: & quos du-
catos 635. solenniter dare & reddere per solennem stipula-
tionem dicto stipulanti, &c. tamen illud videtur esse de con
fessione partis promittentis: & non exprimitur ibi, ex qua
causa peruenerint dicti ducati ad dictum cōfitentem & ꝓ-
mittentem. Vnde propter hoc non dicitur habere sufficiē-
tem causam illa cautio. pro hoc videtur esse gl. in d. c. si cau-
tio. expressius gl. in d. l. cum de indebito. §. fi. quæ vult, ꝙ si-
ue quis confiteatur se debere 10. siue quis confitetur acce-
pisse 10. super alio non expresso, dicatur confessio sine cau-
sa. & plus vult illa gl. in fi. secundum quòd eam intelligit Sa
li. quòd si quis per stipulationem promittat dare 10. Titio,
qui ab eo accepit, dicatur hæc stipulatio esse indiscreta, &
sine causa, & non valeat. & Sali. licet primò videatur ibi du-
bitare de veritate istius gl. tamen finaliter videtur residere,
quòd illa stipulatio valeat. Et dic, quòd hoc casu nō videtur
promissio illa facta animo donandi: quia prædicta habet
causam, quod accepit ab eo, cui promittit, tamē dicit, ꝙ nō
est causa valida: vnde illa causa est cōsideranda, nō vt faciat
vt stipulatio obligationē producat, sed vt operetur, quod
declaret mentem promittētis fuisse nolle nouare. Videtur
secundò, ꝙ dicta promissio sine causa, etiam iūcta cum con
fess. sine causa non sit efficax: vt etiam satis videtur probari
in d. c. si cautio, coniuncta ibi gl. in verbo crimen. Et etiam
Doct. videntur intelligere, quando confessioni erat adiun
cta ꝓmissio seu stipulatio. ¶ Sed his non ob. puto dictam ꝓ
missionem, de qua in vlt. instrumento esse efficacem secun

dum

dum quòd infrà dicetur. & licet posset fortasse allegari, ꝙ illa promissio & assertio dicatur habere causam, vt quidam velle videntur; præcipuè per d.l. Publia. §.fi. & ibi Fulg. & facit quod no. Sali. in l.1. C. de confessis, in 3. col. in ver. sed iu-
8 xta prædicta † quæro, an si quis confiteatur, se esse debitorē
d Titij in centum pro resto, *d* & saldo rationis inter eos facto: dicatur talis confessio habere causam sufficientem, per plura, quæ ipse ibi adducit: & maximè per illam l. Publia. in fin. ibi ex ratione partis, &c. vel alia ratione magis mouetur: nā præsuppono, quòd dicta promissio fuit facta non per erro-
9 rem, sed ex certa scientia, quia in illo instrumento † dicitur sponte, & ex certa scientia, &c. quę operantur, vt non possit allegari præsumptio erroris: vt not. Bar. & alij. in l. si dari. ff. de verbo. oblig. & in l. sed si quis. §. fi. ff. si quis cau. per illum tex. & in l. fi. §. pen. ff. de cond. indeb. & Bal. in Rubr. C. de cōfes. & in l.1. in 10. col. eod. tit. & in l. mater. in 2. col. C. de rei vend. & in l.2. in 7. q. in fi. C. de resci. ven. & Imo. in l. à Titio. post medium. ff. de verb. obliga. sed ita est, quòd vbi est promissio fit etiam sine aliqua causa discreta vel specificata, vi-
* detur facta animo donandi, vt * omnes concludunt in l. Cāpanus. de ope. libe. arg. l. cuius per errorem. de re. iur. & no. gl. quas allegaui in præcedenti ar. & Doc. in locis vul. de quibus aliàs mentionem feci. & quòd propter illa verba adiecta in instrumento, sed ex certa scientia, præsumitur causa donationis, no. expressè Bal. in d. ru. C. de confessis. & Imo. in d.l. à Titio. & Pau. de Cast. in materia l. hoc iure. ff. de do. in l. si diuortio. ff. de verb. oblig. Sed istud est verum, si promissioni factæ ex certa scientia, iuncta est cōfessio sine causa, & certa scientia: vt expressè firmat Anto. de But. in d.c. si cautio. in ver. ad secundum dicendum, &c. & Ab. ibi etiā, & Dy. in regula, qui semel, de re. iu. li. 6. & dixi in superiori art. ¶ Nec mirum, ꝙ hoc casu stipulatio censetur principalis, vt ibi probaui: imò dico, ꝙ esset accessoria: quia ratio, propter quam confessio sine causa scienter facta, non est efficax ad inducendam donationem, secus in promissione scienter facta secundum Bal. in ru. C. de confessis. & l. fi. C. si cert. pet. ad fin. quasi confessio est inducta ad probationem, non ad obligationem, vt in sæpius alleg. d.l. Publia. §. fi. & probatio incerta non valet: vnde si non valet expressum, nec tacitum. l.3. §. qui habet. ff. de serui. rust. præd. aliud autem est in stipulatione propter eius solennitatem: ipsa autem inuēta est ad obligandum: ergo cum ibi in accessorio stipulationis non militet ratio impeditiua, quæ militat in principali, debet efficaciter accessorium producere obligationem. d. le. ex placito. & d.l. si his. C. de prædi. mino. & not. Bart. in d.l. nō dubium, ad fi. ¶ Nec in casu isto potest intelligi id, quod no. Imo. in d.c. si cautio. Sed quando ex certa scientia promittitur, nec etiam dicatur, quòd non potest dici quòd habeat animum donandi promissor, quando expresserit promissionem sine causa, quia dico, quòd illud potest esse verum in dubio: sed quando ex certa scientia facit, quia tunc potest dici, quòd non videatur habuisse animum donandi postquàm sciebat causam non subesse, non cadit nisi præsumptio donationis. & si aliter diceremus, sequeretur, ꝙ si soluo ex aliqua causa, quam scio esse inefficacem, seu nō subsistere, nō videor donare, cuius contrarium probatur in d. l. qui per errorem. & idem debet esse in promissione, quod in solutione. l. fi. C. ad l. Fal. & l. patronus. ff. de do. ¶ Ad idē facit: quia si alicui promitto ex causa de præterito, quæ præcesserat respectu recipientis, videor donare cum causa, & illam causam non esse inhonestam: vt subtiliter per Bart. in l. pen. ff. de cond. ob turp. causam. secundum Raph. Cu. in l. generaliter. & in l. si plagij. de verb. oblig. & dicit ipse in d.l. generaliter, se mirari hoc à nemine animaduersum. ꝓ hoc facit etiam id, quod habetur in l.1. de rei vxor. act. in princi. ver. eod. modò si inutiliter facta esset stipulatio, &c. accedit ꝙ quando iuramentum est appositum, facit vt eo casu, quo stipulatio accessoria non valeret, valeat vt principalis. not. Bar. in l. si quis pro eo. in 9. membro. ff. de fideiussor. & dixi in præcedenti. ¶ Nec ad hoc obstat, si dicatur, quòd donatio non valet sine insinuatione, quia ad hoc respondeo, ꝙ imò non vitiatur vsque ad summam quinquaginta solido-

rum auri. l. si quis pro redemptione. C. de donat. iunct. l. si quis. arg. eod. ti. & Io. An. in addi. Spe. in tit. de instru. edi. §. porrò. in fi. Bal. in l. illud. in vlt. col. de sacrosan. eccles. circa hoc intelligitur de illis solidis auri, quorum 72. faciunt libram auri. l. quoties. C. de suscep. & arch. lib. 10. & not. in l. quicunq;. C. de ser. fug. & in c. fi. de iud. & dicit Barto. in d.l. quoties, quòd in illo, quod dicitur ꝙ 72. constituunt librā auri, idem hodie si ponimus 86. ducatos Venetos, qui con-
10 stituunt libram auri legalem. ¶ † Quinimò virtute iuramē-
c ti e nō potest donatio infringi per eum, qui donasse videtur prætextu deficientis insinuationis secundum veram opin. cum iuramētum possit seruari sine interitu salutis æternæ. & quia donatio sine insinuatione nō est penitùs inimica legibus: & quia non habet perpetuam causam prohibitionis quoniā valet in aliquibus casibus sine insinuatione, de quibus in d.l. si quis pro redemptione. & in Authen. Item à prima. C. de do. & inde per no. in c. cum contingat. iuramentū debet operari hoc casu ad eam formandam: nec est indiscreta, ex quo fit à sciente, & per alias plures rationes, quas allegant Doct. in hoc arti. propter quas etiam hîc tenet Io. An. in §. porrò. in vlt. addi. cum quo videtur concordare Fede. de Senis, in con. 82. in ordine meo, & incipit, Cum lis & qō, & ibi in pen. col. concludit, ꝙ saltem iuramentum de nō veniendo contra cōtractum donationis operabitur, vt repellatur ille, qui prætextu insinuationis non factæ vult venire contra donationem. & Imo. in d.c. cum contingat. circa secundam conclusionem, etiam tenet, ꝙ per iuramentum de non veniendo contra donationem firmatur donatio nō obstante insinuatione: & ibi plenè respondeo ad ea, quæ adducuntur in contrarium. & etiā ibi ita tenet Ab. Sic. in 22. col. in vers. ex prædictis potest inferri ad decisionem talis quæstionis, an donatio, &c. Item etiam vidi consilium recolēdę memoriæ Io. de Ana. domini Archi. Bonon. & eius consiliū incipit In nomine S. Trinitatis. Visis & ponderatis his, quæ in scriptura donationis. & ibi refert, ꝙ aliàs vidit elegās cōsilium per quendam dominum Pacem de Aquila, qui dicebat, ꝙ licet Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. specificè non decidat istum casum, tamen per rationes, quas ibi Bar. ponit, deciditur, ꝙ donatio valeret. & in d. cons. referebat, qđ dicit Pet. de Vbal. de Perusio. & ita consuluerat. Et dicit dominus Io. de Ana. in d. cons. ꝙ illi consilio domini Pace ferè se subscripserant omnes Doct. Bono. & præcipuè Io. de Im. & d. Flor. de S. Petr. & istud consilium domini Io. de Ana. vt vidi, erat subscriptum à celeberrimis Doct. domino Iacob. de Zoc. de Ferraria, & dom. Ang. de Are. & fuit in causa cuiusdam donationis, factæ per Raphaelē de Foscariis de Bo. Idem etiam recordor aliàs consuluisse, dum Ferrariæ legerem: & pro eadem parte consuluerunt celeberrimi Iuriscōsulti, dom. Franc. de Aret. & dom. Marianus Socin. Senen. ¶ Vltra prædicta etiam in ciuitate, vbi quæstio agitur, viget statutum, prout in pluribus partibus Italiæ viget, quòd huiusmodi instrumenta haberent executionem paratam, sicut sententię non possent opponi, nisi certę exceptiones: & tunc concludit Bal. in l. si causam. C. de execu. rei iud. in fin. col. pen. in versic. quia modò quæro de alia quæstione. nam
11 ibi vult, † quod si statutum dicat contra executionē instrumenti guarentigiati non possunt opponi, nisi quædam exceptiones, non poterit opponi, quòd stipulatio contenta
f in instrumento est sine causa: *f* & sequitur ibi Pet. de Anch. in c. canonum statuta. de constit. colu. 70. in versi. iuxta hoc membrum. circa hoc insisterem pleniùs, sed prætermitto, cum in hoc nō sentiam, quod statuta loci disponant. in alia ratione videtur esse consultum præfatæ stipulationi etiam dato, quòd illa confessio potest dici sine causa: & etiam, ꝙ
12 non possit in totum subsistere vt donatio. † Nam confessio sine causa non est verum, quòd sit in totum inutilis, imò valet, quò ad semiplenam probationem, si per eum, cui facta est confessio, allegatur aliqua causa: vt concludit Spec. sequens Mart. de Fano, in titul. de confes. §. nunc videndum. in versicul. sed quæ est ratio. cum versiculo sequenti, per l. instrumenta. C. de probation. & approbat hoc Anton. de Butr. Imol. & Abb. Sicul. in d. cap. si cautio. de fi. instrumen.

quod etiam puto not.& licet ipsi non dicant:legistę habent
duas gl. hoc tenentes in l.vbi numerus. ff.de test.in ver.spe-
ciem.& in l.inter chartulas.in versi.vanitate.C.de conuen.
fis. de. li.10.& regulariter in defectum semiplenæ probatio
nis defertur iuramentum propter naturam probationis. l.
in bonæ fidei.& ibi no.de reb.cred. & in l.admonendi.ff.de
iureiu.& in c.fi.eo.tit.ex quibus videtur dictam stipulatio-
nem variis modis se posse tueri aduersus allegatum defectũ
causæ confessionis & promissionis. ¶ Ex quib.apparet cla-
ra & multiplex responsio ad alleg.in cõtrarium.quia posito
ꝙ illa confessio diceretur sine causa,tamen attento,ꝙ vltra
confessionem est promissio facta ex certa scientia,illa valet
in vim probationis,vt probaui suprà. ¶ Nec ad hoc obstat
illud,quod no.gl.1.in fi.in d.l.cum de indebito.§.fi. ponde-
rando eam,vt facit Sal. quia respondeo,ꝙ illa gl.in casu suo
dicit totum contrarium eius quod ponderatur per Salice.
& ita inter cæteros Cyn.ibi in addi.intelligit illam gl.ad op
positum illius intellectus,quem dat ibi Salic.& cuilibet in-
tuenti apertè patet. Nam gl.ibi in fin.dicit sic, promisit 10.
quæ pro stipulatione accepit. illa verba refert gl.ad ea,quæ
proximè dixerat:secus si dicit accepit. & sic refert ad casum
in quo dixerat promissionem valere.& in fi. suæ distinctio-
nis ponit alium casum , in quo tradit stipulationem valere.
Salic.autem intellexit, ꝙ casus ibi positus in fin. gl. non re-
feratur ad proximè dicta per gl. sed ad dicta per glo. in pri-
mo præsupposito,quod illa gloss.in princ.illud diceret, seu
quod dicit,in se esset verum:tamen illa gloss. non loquitur,
quando promissio esset facta à sciente causam nullam effi-
cacem subesse,sed vbi facta est à sciẽte,vt in casu nostro, tũc
valet, etiam si promissio sit iuncta cum cõfessione sine cau
sa,vt tenet Dyn.& Ant.de But.& alij,quos retuli suprà, & vi
deatur donare, sicut quando soluo alicui prætextu alicuius
causæ,quam scio non subsistere:vt puta, probaui illam esse
veritatem,& est munita maioribus authoritatibus & ratio-
nibus,& pręcipuè stante statuto,prout in casu nostro.extãt
& alia fundamẽta, de quibus dixi suprà, ex quibus apparet
(vt dixi) variis modis dictã exceptionẽ reijci posse. ¶ Quò
ad vltimum dubium,quo quęritur,an duo prima instrumẽ
ta sint comprehensa ab vltimo:addo,ꝙ stante illo vltimo va
lido non posset aliquid peti de contentis in primis duobus
instrumentis,vnico verbo me expediam.& dico,ꝙ non ob-
stante vltimo instrumento potest peti illud,quod contine-
tur in primis instrumentis,vt est text.in l.Lucio.de actio. &
oblig.ff.& etiam probatur in l.fi.C.de noua. & in §.præter-
ea Instit.quib. mo.tol.ob.sed specialius,quò ad differentiã
nostram in d.l.Lucio.die XVII.Mart.Bononiæ.M.CCCC.
LXI.& fuit iudicatum. Laus Deo. Alex.&c.

ADDITIO.

a ¶ Circa primum. vide Paul. cons.406. Satisfaciendo.lib.1. Bal. Sali.in l.vnic.C.de confes. Rot.dec.326. Alex.consil.13. & consil.83.hic eo.1.vol.& in l. cum de indebito. de probatio.Lanf.in c.quoniam contra.ver.confessiones. de proba. Cano.in c.si cautio.de fi.instr.

b ¶ Vbi autem idem Ale.Ias.d.l.planè.§.1.Bal.l.si quis ex argẽtariis.§.1.ff.de eden.Ias.consi.87.col.1.lib.3.Albe.Bru.consil.15. fallit 1. si vtrunq; instrumentum esset eiusdem Datæ. fallit 2.si altera probatio fieret per instrumentum , altera ꝑ testes,per Matth.de Afflict.in decisio.Neap.198.

c ¶ Nec casu.Ro.not.547.debitor.limita primò,vt procedat quando in vtroq; instrumento fit mentio de certo debito indiuiduo, puta tali die contracto:aliàs dico, quòd non minus duplex debitum præcessisse præsumetur,quàm duplex solutio per prædicta.limito secundò, vt procedat , quando vtrunq; instrumentum continet integram solutionem. secus si vltimum:totum,& præcedens,partẽ,quia tunc in dubio videtur primum includi. Tertiò limito, quando altera confessio de recepto probaretur solùm per testes. Matthæ. de Afflict.decisi.Neapo.118.fusius dixi super consuet.Paris. §.171.

d ¶ Resto.idem Bal.cons.461.inter Ioan.lib.1. Alex.infrà eo. consi.83.ad fi.

e ¶ Iuramenti.idem Alex.cons.125.col.fi.infrà eod.consil.32. colu.2.consil.83.in fin.consil.157.in fin.lib.2. consil.21.col. 4.lib.3.& vbique:& hæc est * crebrior sententia.& per Gui. Pap.decisi Delph.quæst.350.& consil.32.colu.2. decis.432. 488.Corn.consil.221. lib.1.consil.36.libr.3. Bertran.consil. 103.quæstio.3.lib.2.consil.9. Multa sunt,columna 2.libr.3. Curt. iunior consil. 34. Anton. Rubeus consil. 59. Alciat. l. pacta quæ contra.colu.4.C.de pact. fortius idem stante statuto de insinuando vult Ber.consil.155.circa col.1.li.1. consil.163.Ex Themate.cons.113.viso instrumento. in fin.lib. 2. cons.227.In re sua.colu.1.cons.234. viso cons.colu.1.consil. 306.Quædam sunt.cons.331.Viso consil.li.3. sed in contrarium est veritas,vt Ioan.Fab.§.aliæ.Instit.de donatio. Bald. cons.113.Quædam domina Brolia.consi.115.Verba dicunt, in fi,lib.1.Ro.consil.12.Curt.senior cons.66.col.fi.cons.67. Ant.de Canar.in trac.insinuat.quæst.63.Io.Crot.de Montefer.re.l.nemo potest.col.15.ff.de le.1.Barb.cons.16. colu. 13.lib.2.& ita obseruatur etiam in hoc regno post constitutionem nouam anni M.D.XXXIX.

f ¶ Causa. non puto verum , cũ hic defectus appareat ex instrumento.plenè dixi super consu. Pari. §.166. vbi remitto.

*SVMMARIVM.*

1 *Confessio extorta non præcedentibus legitimis indicijs, non valet etiam postea ratificata.*
2 *Res furtiua , licet reperiatur apud aliquem,non est suspectus de furto,nisi sit solitus furari.*
3 *Fama sola non est indicium sufficiens.*
4 *Indicium remotum debet probari per duos testes.*
5 *Tortura non debet repeti,nisi ex nouis indicijs.*
6 *Domestici sunt idonei ad probandum innocentiam.*
7 *Numerus testium supplet defectum qualitatis.*
8 *Consanguinei sunt idonei ad simplicem defensionẽ probandam.*
9 *Matrimonij tempus in teste attenditur.*
10 *Testium varietas quæ non est circa substantialia, non vitiat testimonium.*
11 *Vestis appellatione venit caputium.*
12 *Testium dicta non cauillanda,sed iuuanda.*
13 *Iudex non debet excedere pœnam consuetam, sed arbitrari de minori.*

CONSILIVM V.

IN CASV inquisitionis formatæ contra Valerium, videndum est de tribus. ¶ Primò, an virtute confessionis suæ etiam reiteratæ possit damnari consideratis tantum dictis confessionis. ¶ Secundò posito, ꝙ confessio esset talis, quæ sufficeret ad condemnationem: an attentis probationibus testium inductorum ad ostendẽdum innocentiã dicti Valerij debeat absolui. ¶ Tertiò posito, ꝙ aliquo modo veniret condemnandus, qua pœna debeat puniri. ¶ Circa primum mihi videtur, ꝙ iudex non debet se ex dictis cõfessionibus fundare ad condemnandum. Ad quod ostendendũ præsuppono,† ꝙ vbi iudex non præcedentibus suf- 1
ficientibus & legitimis indiciis processit ad torturam, & reus in tortura confiteatur: quamuis postea ex post facto perseuerauerit in ea confessione extra tormentum : tamen nunquam debet ex tali cõfessione damnari. *a* l. quæstionis.
a secundum vnam lectu.gl.approbatam. ff.de quæstionibus. & sequitur Albe. de Gandi.in tract. de maleficiis, dum tractat de tormentis in Rubr. quæ incipit. quæritur, nunquid confessus in tormentis non præcedentibus,&c.& Angel.& Io.de Imo.& Paul.de Cast.in l.qui in alie.§.Celsus.ff.de acquir.hær.& Pet.de Anch.in cle.1.de homicidio.& Sal.in l.2. in vlt.colum.C.de custo.reor. & per id, quod habetur in c. 1.cum ibi no.per Innoc.extra,quod met.causa.& per Inno. in c.causam quæ. extra, de offic.deleg. & Istud idem tenuit Bart.in tract.de quæstio. qui attribuitur ei, licet quandoq; dubitauerim,an fuerit ab eo editus: idem consuluit Pet. de Ancha.cons.24. Visa inquisitione. ¶ Hoc præsupposito videamus,an sumus in casu,& mihi videtur,quòd aut indicia non fuerunt sufficientia ad torturam, aut posito, quòd fuerant aliquo modo talia , quòd potuerit ex eis à principio torqueri:tamen nõ fuerunt indicia adeò grauia,vt debuisset

ſet repeti in tormentis, prout repetitus fuit. quòd autem in
dicia non fuerunt ſufficientia, patet: quia quatuor vel quin
que teſtes fuerũt examinati per iudicem. ſ. Bar. de Bel. Gui.
& Lucas: & quidam alter. primus teſt. ſ. Bar. nihil deponere
videtur in genere vel ſpecie contra Valerium: imò dixit, ꝙ
de eo nihil mali intellexit. Et licet deponat, ꝙ ſchala, quã vi
dit appodiatam ad eccleſiam, eſt ſchala Valerij: eo quia di-
cit, ſe pluries vidiſſe in domo Valerij, & audiuit ſæpe à Pira
mo de Sciendo dicente, eam feciſſe dicto Valer. dum eſſet
eius famulus: tamen hoc non vrget, quòd Valer. fuerit ille,
qui acceſsit ad illud furtum faciendum, quia potuit illam
ſchalam auferre Henricus frater dicti Valerij, ſtans in com
munione ſecum, vt verbo, refertur, contra quem plura di-
cam, per ea, quæ no. per gl. Cy. & alios Doct. in l. inciuile. &
2 in l. ciui. C. de furt. vbi videtur, † ꝙ licet res furto ſubtracta,
reperiatur apud aliquem: tamen non ex hoc ſolo redditur
ille ſuſpectus, ꝙ furto ſubtraxerit, niſi probetur, ꝙ erat ſo-
litus, talia crimina perpetrare. Sed nõ eſt probatum, quòd
dictus Valer. ſit conſuetus furari, ergo ex hoc ſolo, ꝙ illa eſ
ſet ſchala ſua, non ſubeſt ſuſpicio, ꝙ furtum prædictum cõ-
miſerit. ¶ Nec obſtat ad hoc illud, quod deponit dict. Guil.
& Lucas, dum deponunt, ꝙ Valer. habet malam famam:
3 † quia reſpondeo primò, ꝙ illud non eſt indicium ſufficiẽs:
b *b* vt inquit Bar. in l. fi. in vlt. col. ff. de quæſtio. per l. de mino-
re. §. tormenta. eo. tit. Secundò reſpõdeo, quòd illud, quod
dicitur contra hominem malum, vel malæ famæ eſſe ſuſpi-
cionem, iuxta l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accu. l. non omnes. §. à
barbaris. ff. de re milit. procedit in eo homine, quem appa-
ret fuiſſe malum ſeu malæ famæ in eodem genere mali, de
quo nunc ſuſpicatur: vt no. Bar. poſt Iac. de Ra. in l. Caſsius.
ff. de ſenato. & Bal. clarè in l. fi. ff. de hære. inſtit. arg. l. ſpado-
nem. §. qui iura multa. cum ſi. ff. de excu. tut. & illam deciſi.
Bal. in illa l. fin. ſequitur etiam ibi Io. de Imo. qui reputat il-
lam eſſe bene notandam pro limitatione regulæ, ſemel ma-
lus. li. 6. hoc etiam eſt de mente Bart. in l. ſi pupillus. §. ſed ſi
quis ipſi prætori. in 7. q. de nou. oper. nun. & gl. & Doc. in d.
l. inciuile. ex diuerſis enim non fit recta illatio. l. fi. ff. de cal.
l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ver. ſi ſimilia. ff. de verb. oblig.
ſed dicti teſtes non dicunt, ꝙ Valerius ſit ſolitus furari, aut
malæ famæ in hoc genere furandi, ergo mala fama non ar-
guit, quò ad propoſitum noſtrum ſuſpicionem huius furti
in Valerio. ¶ Nec ad hoc ob. quod deponit dictus Guil. dũ
deponit ſe aliàs audiuiſſe à quodam Regio Longo, ꝙ ſibi fu
erat ſubtracta furto quædam vacca, & ſuſpicabatur, ꝙ Vale
4 rius prædictus ſubtraxiſſet: quia reſpõdeo, ꝙ † vnumquod-
que indicium, quando eſt à remotis, debet probari per du-
os teſtes: & ſic vnus teſtis iſto caſu deponens, non de facto
principali, ſed de aliquo extrinſeco facto vel indicio non fa
cit indicium: *c* vt eſt gl. reputata ſing. in l. fi. & ibi no. per Bar.
& alios. C. fami. erciſc. & eſt alia in authen. de teſt. impe. col.
8. quam ibi ad hoc ponderat Ang. & no. Inno. in c. ſicut Si-
mo. de ſimo. & Bar. in l. admonendi. in 10. col. ff. de iureiu. &
Bal. in l. cum ſocero. C. de iur. do. & in l. 2. in prin. ff. de excu.
tut. & Ang. in l. fi. ff. quod met. cauſa. ergo teſtimonium di-
cti Guil. non ſufficit ad probandum illud indicium conſue
tudinis furandi, vel malæ famæ in eodem genere delicti. i.
furãdi. nec ſufficit etiam, quòd audiuerit ipſe teſtis ab vno
tantum: vt ipſe dicit per id, quòd habetur in cap. qualiter &
quando. el 2. cum ibi no. per Inno. de accu. & per Bar. in d. l.
de minore. §. plurimum. ff. de quæſti. Alij teſtes nihil depo-
nunt contra Valer. imò Barto. Beltra. deponit, quòd Valer.
eſt bonæ famæ. Poſito etiam, quòd alij teſtes tale indicium
facerent, quod fuiſſet ſufficiens ad torturam: tamen poſt-
quam ſemel fuit tortus, non debuit iterum torqueri ex ta-
* libus indiciis tantum, quia de iure * magis communiter te-
5 netur, † ꝙ ex primis indiciis non debet quis in tormentis re
d peti: *d* vt firmat Iac. de Aret. & Cy. in l. fi. C. de quæſtioni. &
Cyn. & Rayn. quos refert Bar. in l. vnius. §. reus. ff. de quæſti.
& Ioan. Andr. & alij poſt eum in c. contractus. de reg. iur. ibi
etiam refert Odof. & alios antiquos ita tenentes: & ita etiã
tenet Bald. in l. milites. C. de quæſtionib. & per d. l. vnius. §.
reus. & dicit Bartol. in d. §. reus. licet dicatur, quòd conſue-
tudo hoc non obſeruet: tamen dicit Barto. quòd non eſt ite
rum torquendus: niſi quando prima indicia fuerunt mul-
tum vrgentia & manifeſta, per d. l. vnius. §. reus. & dicit, ꝙ
ita practicatur. & hoc ſequitur Salic. in l. 2. C. de cuſto. reo.
vbi etiam vult hoc, etiam dato, ꝙ reus in tormentis primò
illatis confeſſus fuerit, & poſtea extra tormenta non perſe-
uerat: ſed dici poteſt dicta indicia multum vrgentia & ma-
nifeſta: ſeu euidentiora illis indiciis, quæ conſueuerunt ſuf
ficere ad torturam: vt patet ex ſupradictis. Quinimò aut nõ
ſufficiebant ad torturam, aut poſito, ꝙ eſſent quoquo mo-
do ſufficientia ad torturam, quia ſunt indicia à remotis, vt
no. Bar. in l. 2. ff. de quęſtio. & alij, maximè Sal. in l. fi. C. eod.
tit. cum ergo antequam Valerius extra tormenta ſponte cõ
feſſus eſſet, fuerit repetitus pluries abſq; eo, ꝙ per indicia
ſaltem quæ eſſent multum vrgentia, & abſq; nouis indiciis:
ſequitur, quòd dicta confeſsio facta poſt tormenta repeti-
ta: quæ repeti non debuerunt: non eſt ſufficiens ad cõdem-
nandum. per d. l. quæſtionis. cum ibi no. & concor. ſuprà al
leg. ¶ Venio ad ſecundum arg. ſ. an poſito, ꝙ dicta cõfeſsio
per ſe conſiderata eſſet ſufficiẽs ad condemnandum, an eli-
datur per probationes factas pro parte inquiſiti, in quo mi
hi videtur concludendum, ꝙ ſic: quia per tres teſtes proba-
tum eſt, quod dicta nocte, & per dictam noctem, qua dici-
tur commiſſum furtum in villa Maledi, Valer. non perno-
ctauit, & ſtetit in ciuitate Vicentiæ, ſeu in ſuburbiis, & in lo
co diſtanti à villa Maledi per 12. miliaria, adeo ꝙ non potu-
iſſet illa nocte iuiſſe ex Vicentia Maledum: & ibi commiſiſ-
ſe dicta nocte furtum, & redijſſe in Vicẽtiam eadem nocte.
ſic probatum apparet, ꝙ illa confeſsio non eſt vera: ſed me-
tu tormentorum facta, probatur in l. optimam. C. de con-
trahen. & commit. ſtip. in §. item verborum. de inut. ſtip. &
ex teſtibus. Teſtes autem prædicti ſunt Beatriſia, Paſchali-
nus, & Franciſcus. Nec ad hoc ob. ſi diceretur, quòd Beatri
6 ſia eſt famula matris dicti Valerij: quia reſpondeo, † quòd li
c cet ad aliquid domeſtici non ſint idonei teſtes, *e* iuxta l. 2.
de teſt. & in c. in literis. de teſti. tamen fallit, quò ad proban
dum innocentiam: quia familiares & cubicularij ſunt ido-
nei, vt in terminis dicit Spe. in tit. de inquiſitione. §. 1. in ver.
ſed nunquid eas. arg. 12. q. 1. manifeſta. & c. ſeq. & 2. q. 7. cum
paſtoralis. bene facit l. conſenſu. C. de repud. & c. veniens.
el 2. de teſt. bene facit, quod no. Inn. in addi. Spe. in ti. de te-
ſte. §. 1. ver. quòd ſi olim fuit, &c. ¶ Secundò reſpondeo, ꝙ li
cet aliàs duo domeſtici teſtes nõ ſufficerent, tamen tres ſuf
7 ficerent: † quia numerus ſupplet defectum qualitatis, per
not. per Iac. de But. in l. 3. poſt prin. ff. de teſt. & per id, quod
ibi not. gloſſ. in §. eiuſdem. in verbo, numerus. dum glo. di-
cit, quòd illud, quod deficit in fide teſtium, ſupplet nume-
f rus: *f* vt no. Io. An. in tit. de notorio crimine. §. fama. in add.
incip. aliàs ſupra, &c. & Io. de Imo. in l. qui teſtamento. in 1.
col. ff. de teſt. & expreſſè hoc tenet Nico. de Neap. in l. excu-
ſantur. in prin. 2. col. ff. de excu. tu. allegando gl. in d. verbo,
numerus. quam dicit non eſſe alibi. facit quod no. in l. ſi qs
ex argentariis. §. 1. cum ibi no. per Bart. ff. de eden. præcedẽs
tamen reſponſio tutior eſt. Non obſt. etiam, ſi diceretur, ꝙ
dictus Paſchalinus non eſt idoneus teſtis, eo quia eſt natus
8 ex fratre matris dicti Valerij: † quia reſpondeo, ꝙ vbi cõſan
guineus non deponit ad impugnationẽ alterius, ſed ad ſim
g plicem defenſionem & innocẽtiam *g* purgandam ſeu liqui-
dandam, eſt idoneus teſtis. c. in literis. de præſump. & ita ex
preſſè firmat Bal. & Sal. in l. parentes. C. de teſt. & Sal. in l. te
ſtium. de teſt. Vnde dato, ꝙ cõſanguineus deponens, ꝙ cõ-
ſanguineus ſuus fuiſſet offenſus à Titio, non eſſet idoneus
teſtis pro conſanguineo contra Titium, ad eius impugna-
tionem, per no. in l. lex Cornelia. in princ. ff. de iniur. & per
Bar. in d. l. q teſtamento. §. 1. & p can. in c. cũ oporteat. de ac-
cu. & in c. inſinuante. poſt glo. de offi. deleg. tamen eſt bene
idoneus teſtis, quando deponit ad meram defenſionẽ con
ſanguinei: vt dictũ eſt. ¶ Poteſt etiã reſponderi, prout reſpõ
di ad obiectionem factã contra Beatriſiam. Non ob. etiam,
ſi diceretur, ꝙ dictus Frã. alter teſtis erat, famulus dicti Hẽ-
rici, qa reſpõdeo ex his, quæ dixi circa perſonam Beatriſiæ.
poteſt etiam reſpõderi, ꝙ tempore, quo teſtificatus eſt, non

9 erat famulus Henrici: † & ideo famulus *h* potuit teſtificari:
h licet tempore aſſerti commiſsi delicti eſſet famulus. l. 1. §. itē
Numio. & ibi no. Bar. ff. de quæſtio. & Bald. in l. 2. ad fi. C. de
teſt. etiam ſi licentia proceſsiſſet ab Henrico, & non à famu
lo: vt voluit Bal. in l. 1. C. de epi. & cle. per no. per Io. An. in c.
ſicut. de ver. ſig. lib. 6. hoc expreſsius firmat Io. An. in addit.
Spe. in tit. de teſt. §. 1. in ver. quid ſi olim fuit eius clericus. &
Ia. de Ra. & Cy. in l. 2. C. de teſt. vbi volunt, quòd ſi quis velit
probare ius ſuum per famulum, poteſt eum licētiare: & eū
poteſt teſtem producere: quia nō eſt fraus probationes pa-
rare. l. at qui natura. §. cum me abſente. ff. de ne. geſt. niſi po
ſtea rediret famulus incontinenti ad ſeruiendum domino.
¶ Pro quo facit dictū Bar. in l. vir mulieri. ff. de do. inter vir.
& vxo. arg. l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priui. cre. cum l. ſequ.
eo. tit. & c. officij. de elec. & ita etiam no. d. Abb. in c. in lite-
ris. de teſt. & Io. de Imo. in d. c. inſinuante. Et eſt alius teſtis.
ſ. Nic. qui deponit, ꝙ Vale. dicta nocte ſeu die Mercurij de
mane vidit Vale. in domo magiſtri ſui Vicētiæ in iuuarulo.
Ideo in dicto ſuo facere fundamentum non curaui; quam-
uis in aliquo ſit diſcrepans ab aliis: & ſtandū eſt dictis alio-
rum teſtium. ca. in noſtra. & ibi not. extra, de teſt. Non obſt.
etiam, ſi diceretur, ꝙ dicti tres teſtes videntur in aliquo ſibi
ipſis contrariari, & ſic adinuicem variant: & per hoc videa-
10 tur eis nō eſſe credendum: iuxta l. ſi qui falſa. ff. de teſt. † Nā
i reſpondeo, ꝙ dicta varietas *i* non eſt circa ſubſtantialia ne-
gotij principalis, de quo quæritur, ſeu locum vel tempus i-
pſius facti principalis; ſed circa alia penitus extrinſeca, quo
caſu talis varietas non infringit dicta teſtium, quò ad factū
principale, ſuper quo deponunt: vt no. Barto. in l. eos. circa
med. ff. de fal. & expreſſè Bal. & Io. de Imo. in l. his verbis. §.
fi. arg. illius tex. ff. de hær. inſtit. & no. Inn. in c. fraternitatis,
de hære. & Spec. in titu. de teſt. §. 1. ver. quod aliquid de ſuo.
¶ Ad idem quod ſignanter no. Ant. de But. in c. 2. de regula
ribus. vbi per illum tex. cum gl. 3. dicit, licet teſtes in modi-
co ſint contrarij, non tamen eſt per hoc, quin fidem non fa-
ciāt: vnde ſi vnus teſtis deponit de anno, & alius de anno &
die; non tamen tam modica ratione cōtrarietatis variatur
dictum eorum. ¶ Videatur igitur, quæ ſint iſtæ contrarieta
tes: & in primis videtur, ꝙ ſit contrarietas inter Beatri. & Pa
ſchali. quia Beatri. dicit, ꝙ quando ipſa acceſsit in camerā,
ad lectum, vbi vidit Valerium Henri. Paſchalinum, & Fran.
nullus eorum aliquid ſibi dicit: & ſic videtur deponere etiā
Fran. de Paſchal. qui dixit, ſe dixiſſe dictæ Beat. nō ve vergo-
gnati à vegnire ſopra quando le perſone ſono in lecto? & ꝙ
illa nihil dixit. certè hæc varietas ſeu contrarietas nihil ob.
per prædicta: quia non eſt circa principale ſeu eius cohęren
tia. ſ. in loco ſeu tempore tantùm: & etiā, quia nulla cēſetur
eſſe iſta contrarietas, quia potuit eſſe, ꝙ Paſchali. dicta ver-
ba protulit præſentibus dicto Fran. & dicta Bea. tamen ipſi
nō audiuerūt. l. 1. §. fi. & ibi no. Bar. ff. de aut. tu. vbi propriè
loquitur in teſte. & etiam Bal. in l. teſtium. C. de teſtib. in 4.
colu. in ver. modò hîc inſurgit, &c. & probatur in l. hæredes
palàm. in prin. & ibi no. Bal. Ange. & Io. de Imol. ff. de teſt. &
Bal. in l. 1. ad fi. C. de bon. poſ. ſecundum tab. ¶ Alia contra-
rietas videtur, quia Paſchali. poſuerat ſuam Iornedam pro
pignolato, & caputium ſuper menſam. & ꝙ neſcirēt dicere,
quomodo ſtarent dicta veſtimenta. quæ contrarietas non
obſt. tum quia non eſt circa factum principale (vt dixi) tum
11 † quia omne quod induitur etiā venit appellatione veſtis. l.
inſtructum. & ibi no. de verb. ſignifi. & ſic caputiū venit etiā
appellatione veſtis. ¶ Vnde ex verbis dicti Fran. apparet, ꝙ
dictum caputium intellexit comprehendi appellatione ve
ſtimentorum, dum dicit, quod neſcit, quomodo ſtarent ve
ſtimenta. Alia etiam videtur ſubeſſe contrarietas, qa Paſch.
deponit, ꝙ Valerius dixit Franc. ſta fermo che tu me tene li
pedi ne la ſchina: & ꝙ Fran. dixit: io non poſſo altro. Franc.
deponit, ꝙ non audiuit Valer. in illa nocte loquentem. Nā
iſta varietas non nocet per præallegatam rationem: qa non
eſt circa ſubſtantialia: vt circa negotiū principale. Secundò,
qa Fran. dicit, ꝙ non audiuit Valer. illa nocte loquentē, ſed
non bene eum ſenſit: vnde dicit, illa nocte, quando Paſchal.
deponit, ꝙ Valerius dixit Fran. ſta fermo tù me tene li pedi
ne la ſchina: non dicit Paſchal. quòd eſſet tūc de nocte, nam
poterat eſſe de die, quia Paſchal. dicit, quod ſteterunt in le-
cto, quando eſſet dies per mediam horam, & Fran. nō dicit,
quòd quādo poſuit pedes in ſpatulis Valerij, quòd tunc Va
lerius nihil dixit. ¶ Aliæ verò contrarietates & varietates
12 ſunt nullius momenti, ſi bene inſpiciātur: & † dicta teſtium
k non ſunt cauillanda, ſed iuuanda, *k* vt inquit Bal. in l. de qui
bus. in vlt. col. de legibus. & in Rub. ff. de re. diui. in vlt. col.
& in l. 2. C. de tem. app. circa 3. du. ſed poſito, ꝙ ex aliquibus
probationibus veniret cōdemnandus dictus reus, qua pœ-
na veniat puniendus? Reſpondeo, ꝙ ſi res furto ſubtractæ
excedant ſummam librarum 10. pro primo furto eſt pœna
manus: & licet poſſet augeri, vel minui, arbitrio Poteſtatis
inſpecta qualitate facti & perſonarum, vt dicit ſtatutum, ta
men iudex non poterit arbitrari vſq; ad pœnam mortis in-
cluſiuè: quia de iure communi pro primo furto non debet
mori. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. & arbitrium boni
viri non debet excedere terminos iuris. l. fideicom. §. quan-
quam. ff. de leg. 3. l. ſi libertus. ff. de lib. cum ſi. ¶ Optimè fa-
cit, quod no. gl. in c. ſuper his. in verb. arbitrio. & in verb. ad
ſtringendum. de accu. ¶ Et tantò magis, vbi conſuetudo ſit
13 ꝙ non imponatur pœna mortis: vt verb. fertur. † nam iudex
habens arbitrium, non debet excedere pœnam conſuetā. l.
hodie. cum ibi no. ff. de pœn. no. in l. quid ergo. §. pœna gra-
uior, cum ibi no. ff. de his qui not. infa. ſed vbi eſt delictū, ꝓ
quo pœna iudicis arbit. imponenda eſt, intellige, ꝙ de iure
eſſet, vel conſuetudine dignum pœna mortis, per prædicta:
& ita ꝓcedit gl. in §. in ſumma Inſti. de iniu. & quod not. Bal.
in l. pe. C. de his qui latro. & etiam expreſſè concludit Ant.
de But. in c. de cauſis. de offi. deleg. & Io. de Imo. in l. publi-
corum. ff. de pub. iud. & in c. ex literis. poſt d. Florian. ibi de
conſtit. & Ang. & Io de Imo. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub.
iud. & Lud. Ro. in Rub. ff. de arbi. circa med. in verſ. item an
ſi ſtatutum, &c. & per plura allegata per hos prædictos in di
ctis locis. & in pœnis arbitrariis dicit Bald. in l. quicunq;. C.
de ſer. fug. in antepe. col. in verſ. ſcias etiā quod in pœnis ar-
bitrariis iudex debet arbitrari de pœna minori: alleg. not.
in d. c. de cauſis. facit regula in pœnis, de regul. iuris. cum ſi.
Alex. conſuluit Paduæ, cui ſubſcripſit Bar. Cæpol. cōcurrēs
præfati do. Alex.

## ADDITIO.

a ¶ Damnari. Bal. in addi. Spe. de confeſ. col. 1. Ro. conſil. 167.
Matthæſi. nota. 55. No. ꝙ quotieſcunq;. Ang. Peru. l. 1. C. de
confeſ. Ang. Are. in tract. male. in ver. Fama publica. col. 16.
Hipp. de Marſi. in l. 1. in prin. nu. 24. l. quæſtionis. nu. 12. ff. de
quæſtio. & in §. quoniam. nu. 43. §. ſecunda. colu. 23. pulchrè
Tho. Grā. Neap. conſ. 37. adde eundem Ale. conſi. 93. col. 1.
lib. 1. conſ. 143. nu. 5. lib. 2. conſ. 1. conſ. 52. lib. 3. Corn. conſil.
134. lib. 4. Iaſ. conſ. 188. col. 1. lib. 2.

b ¶ Sufficiens. vide latè Hipp. de Marſil. l. de minore. §. pluri-
mum. ff. de quæſt.

c ¶ Indiciū. ſed ꝓbandū eſt ꝑ duos teſtes. Bart. Bal. & oēs. d. l.
fi. in l. admonend. in lec. co. 19. de iureiu. Alex. cōſ. 13. nu. 18.
conſ. 18. co. fi. in e. li. con. 180. nu. 5. li. 2. Hip. Marſ. l. de mino
re. §. plurimū. nu. 69. de quæſt. limi. vt in li. 2. con. 24. nu. 42.

d ¶ Repeti. latè Hip. de Marſ. in l. repeti. ff. de quæſtionibus.

e ¶ Teſtes. Adde Fed. de Sen. in conſ. 119. in c. Nulli dubium.
Alex. in conſ. 175. in 2. volu. Spec. in tit. de inqui. §. 1. verſ. ſed
nunquid reus. Doct. in c. literas. de præſumpt. & plenè in l.
maritus. de quæſtio.

f ¶ Numerus. Bal. conſ. 152. Plura tangunt. lib. 1. Alex. conſil.
24. num. 16. conſ. 47. col. 1. conſ. 56. in fi. lib. 2. conſ. 53. colu.
9. lib. 4. Curt. ſenior conſ. 55. num. 5. Decius c. licet cauſam.
col. 6. de proba. Iaſ. l. 1. ver. 1. col. fi. tract. 2. nu. 10. C. de ſum.
Trin. auth. ſi verò contigerit. C. de iud. Fran. Curt. in tract.
de teſtib. conclu. 1. Bertran. conſ. 55. Viſis. lib. 1. conſ. 358. Te
ſtamentum. lib. 2.

g ¶ Innocentiam. adde Alex. in lib. 2. conſ. 24. nu. 39. Alex. cō.
212. col. fi. li. 51. conſ. 119. col. 2. lib. 7. Feli. in c. cum oporteat.
col. 3. de acc. Iaſ. l. vt vim. col. 1. ff. de iuſt. & iur. l. ſed & ſi quis.
in prin. ff. ſi quis cautio Paris in tract. ſynd. fol. 135. 254 De-
cius conſil. 459. Hippolitus de Marſil. nota. 508. Alciat. in
tract.

tract. de præsum. reg. 1. præsum. 23. adde no. in eo. lib. consil. 76. ad finem.

h ¶ Famulus. vide Ang. cons. 1. Bal. & Præp. c. vnico. quot test. sint necessa. ad proba. ingra. in vsib. feu. Alexan. consil. 149. col. 2. li. 5. Stephan. Aufr. in addit. ad dec. Tho. q. 4. Ias. l. tutæ tiexteræ. nu. 10. ff. de insti.

i ¶ Varietas. Ad not. infrà lib. 11. cons. 47.

k ¶ Iuuanda. ad no. infrà eo. lib. cons. 93.

*SVMMARIVM VI.*

1 *Tempus immemoriale habetur pro concessione & priuilegio, nec de titulo vel bona fide docendum.*

2 *Statutum non receptum in obseruantiam non ligat.*

3 *Portoria tempore immemoriali acquiruntur.*

4 *Scientia superioris vt consuetudine tanti temporis acquiri possit, non requiritur.*

5 *Laicus frui düs est in decimis, probata possessione immemoriali.*

6 *Verba nuntiatiua in antiquis probant.*

7 *Antiquum est, quod centum annos excedit.*

CONSILIVM VI.

VISO THEMATE, & dubiis suprascriptis, quia super omnibus dubiis, per celeberrimũ dominum suprà consultorem late fuit allegatum, & fortasse plus quàm oporteret, concludendo in omnibus dubiis in fauorem virorũ terrigenarum Saligenensium. Ego breuioribus absoluam, attingens ea, quæ mihi de iure videntur posse sustineri: & ꝑ ea videtur opportunè consultum voto dictorum virorum terrigenarum Saligenensiũ. ¶ Præsupponitur enim in Themate, ꝙ consuetudo & obseruantia vetustissima semper viguit à tanto tempore citra, cuius in contrarium memoria non extat, ꝙ communantia prædicti cõmunis fuerunt dun taxat terrigenæ Casalenses, qui erant terrigenæ tempore concessionis dicti priuilegij, vel qui descenderũt ab eis, exceptis descendentibus fœminis, quæ quamuis à prædictis terrigenis descendissent, tamen si collocabantur matrimonio in familiam aliquam, quę non esset de dictis terrigenis, non gaudebant nec fruebantur commodo dictæ cõmunantiæ. & eandem consuetudinem pręsupponitur esse obseruatam, quò ad decurionatus & officia communis: vt ad ea sola forent admissi dicti terrigenæ, qui erant tempore dicti priuilegij, & descendentes ab eis: sed ita est, ꝙ † obseruantia &

1 vsus dicti temporis habet vim concessionis & priuilegij in his, quæ sunt principi reseruata. c. sup quibusdã. §. præterea. de ver. sig. & ibi no. centesima di. c. contra morem. 18. q. 2. c. fi. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æst. l. 1. in prin. ff. de aqua plu. arc. l. fi. C. noua vectigal. no. gl. l. sanè. iuncto tex. ff. de iniu. 64. dist. c. quia. & ibi no. c. 1. in 6. de præscript. cũ si. ¶ Et talis consuetudo & longissima obseruantia ęqui

a polletveritati. a l. 1. vbi gl. magistra hoc no. C. de serui. siue dicamus, talem vsum & obseruantiam esse consuetudinem seu pręscriptionem tanti temporis, &c. ¶ Et neutro casu est necessarius ti. aut eius tit. allegatio: vt in d. c. 1. cum ibi not. per Arch. & Io. An. de præscrip. in 6. & no. Host. in summ. de consuet. §. fi. circa pen. col. & Inno. in c. cum ecclesia, de causa pos. & hoc no. Bal. in tit. de pace Constantiæ. in verbo, sicut ab antiquo. ¶ Nec etiã est necesse docere de aliqua bona fide vtentium: vt no. in locis proximè allegatis. Anto. de But. in c. fi. de consuet. dum tractat, quæ sit differentia inter consuetudinem & præscriptionem. & Bal. in l. si quis ad declinandam. in 13. col. C. de episc. & cler. & ex vsu longissimi temporis præsumitur bona fides. l. possideri. §. si seruus. ff. de acq. pos. & no. Io. An. in addi. Spe. in ti. de test. §. nunc videndum. in 1. add. magna, in ver. itẽ opponitur, &c. & Arch. in d. c. 1. de præscript. in 6. & l. nec cui. de resti. in integ. per illum tex. no. Bar. in l. fi. C. vnde vi. & Ang. in l. pen. C. quibus non ob. lon. temporis præscrip. & in l. super longa. C. de ꝑscrip. lon. temporis. & in l. eum qui. §. fi. ff. de pub. & Ant. de But. in c. cum eccles. circa vl. col. de causa pos. & pro. & in repe. c. peruenit. de censi. & d. Ab. in c. si diligenti. de for. compe. ¶ Ergo ex prædictis infertur cõclusio, ꝙ ad communantiam, & ad decurionatum, & ad officia non admitterentur, nisi illi, quos tm̃ diuturna obseruantia & cõsuetudo admittere consueuit, per quam non fuerunt admissi ad cõmoda, & honores dicti terrigenæ. & alij supr. nominati habuerũt, & habent in se nedum actum negatiuum, non admissionis, s. alienigenarum, sed etiam habuerunt & habent implicatũ actum affirmatiuum. s. ꝙ vocarentur, & ꝙ imbursarẽtur dicti terrigenæ, & non alij: quo casu ex actibus etiam negatiuis potest causari etiam præscriptio & consuetudo, vt plenè not. Io. And. & alij in c. 1. de cler. coniu. & Cy. in l. 2. in ver.

* expedire, &c. C. quæ sit long. consue. & * communiter Doc. in c. fi. de consuet. & Bal. in l. de quibus, in 10. & 12. col. ff. de legi. ¶ Et per prædicta apparet, non esse opus insistere circa verba priuilegij; nec etiam circa verba statutorum, & maximè, quia casu, quo dici posset, quòd statutum allegatum ꝑ alienigenas esset statutum authenticum, & quòd verba ta-

2 lis statuti deseruirent intentioni eorum: † tamen ex quo tale statutum nunquam fuit receptum in obseruantiam, nec moribus vtentium approbatum, nullas vires habet: vt est glo. reputata singularis in ca. 1. de treuga & pa. & secundum

* Doct. ibi * communiter, & maximè Anto. de But. dominus Card. & Io. de Imo. ibi satis est, quòd à tempore dicti conditi statuti transiuerunt 10. anni, quibus non fuerat dictum statutum receptum in obseruãtiam ad commodum dictorum alienigenarum, per no. per Dy. in c. si de consuet. in 6. facit, quod no. Bar. in l. fin. §. sed cùm antiquitas. C. de cura. fur. & in consil. 144. incip. Iudex communis. & Bal. in auth. omnes peregrini, in vlt. col. C. communia. de succes. vbi inquit: Pone quòd fuit facta quædam reformatio contraria statuto, tamẽ statutum antè & post fuit obseruatum. ¶ Cõcludit, quòd si reformatio non fuit more vtentium approbata statutum adhuc valet, quoniam non dicitur interruptum, quod semper viguit, allegat notata per Arch. & Dyn. in c. fi. de reg. iur. in 6. & hoc idem sequitur Pet. de Anch. in repet. c. canonum statuta, de consti. in versi. quæro vlterius facta fuit quædam reformatio, &c. facit quod no. glos. & ibi Bal. in l. rem non nouam. C. de iudi. ¶ Et per hoc etiam apparet, non expedire attingere illud arg. An fine confirmatione superioris possunt dicti consules seu decuriones statutum condere ad exclusionem dictarum mulierum; cum

3 satis appareat ex supradictis eas esse exclusas. ¶ † Ex præmissis etiam infertur decisio eius quod quæritur. s. an pedagia spectent ad dictum commune Casalis: & dico, quòd sic. maximè ex vsu tanti temporis, cuius in contrarium memoria non existat, vt profertur: quia propter tam longum vsum talia pedagia acquiruntur: vt in specie est casus in c. super quibusdam. in §. præterea. in verbo, de pedagio, de verb. sig. ad hoc. l. si publicanus. §. in omnibus vectigalib. ff. de pub. cum ibi plenè no. per Bar. & no. Spec. in tit. de cau. pos. & ꝓpriè in §. quia imò. ver. quid de colligente pedagia. & Cyn. in l. 1. C. nou vectig. & Ang. in l. fi. eod. ti. & Bal. in l. cum ꝓponas. in vlt. col. C. de nauti. fœnore. ¶ Est enim verum, ꝙ secundũ opi. Bar. in d. l. si publicanus. §. in omnibus vectigalib. oportet probare, quòd commune Casalis collegisset ista pedagia, per dicta tempora sciente Imperatore, vel saltem scien-

b te b illo iudice, q ꝑerat territorio, in quo colligebatur pedagium. Ad curam enim illius iudicis hoc pertinet. l. 3. C. noua vectigal. & quia sine tali scientia & patientia non potest creari, quasi possessio & præscriptio in istis iurib. incorporalibus: vt l. 2. C. de ser. & aqua. in l. pen. ff. de serui. ti. generali. & plenè no. Inno. in c. bonæ. el grande. de postu. præla. & in c. cum in ecclesia. de causa poss. & in c. conquerente. de offi. ordi. & in c. 2. de restit. in integ. & in c. olim. el 3. & c. in literis. de restit. spo. & in c. cum dilectus. de capel. mo. & legi-

4 stæ no. in l. 1. C. de seruit. cum si. † Verior tamen & magis cõ

* munis * opin. esse videtur, quòd etiam sine scientia Impera

c toris c vel dicti iudicis possit consuetudine tanti temporis acquiri per dictum commune ius colligendi pedagium: vt firmat Bal. in c. 1. in tit. quæ sunt rega. in vsi. feu. & Anto. de But. in c. peruenit. de censi. in repetitione in 24. col. in vers. per hoc apparet, quid de pedagiis: & etiam in 20. colum. in versi. ex his apparet, quid dum aliquis colligit pedagiũ, &c. & Ioan. de Imo. in d. l. si publicanus. §. in omnibus. & Ludo.

Ro.

Ro.in l.vectig.ff.de publ.quia secundum Bal.in d.c.1.appa-
ret,principem scire istos abusus percipiendi pedagia, & si-
miles prohibitas exactiones. ca.1.§.illicitas. de pace iur.fir.
¶ Item,qa non pscribitur hoc casu contra Cæsarem poten-
tem.l.competit. C.de præscrip.30.anno. sed contra priua-
torũ libertatem & vtilitatem: & ideo cùm causa non tangit
principem, etiam principis scientia non requiritur. Itẽ, qa
secundum Ant.de But.in d.c.peruenit,vsus tanti temporis
cuius in contrariũ memoria non extitit,psumitur iustus:vt
probatur ex his, quæ dixi sup.alleg. Inn.in c.1.de rest.in in-
teg.& l.3.§.si seruus.ff.de acqu.poss.cum aliis alleg. suprà,&
etiam per illa iura, quæ probant, ꝙ dictus vsus tanti tempo
ris æquipollet concessioni & priuilegio: vt dixi suprà. ¶ Et
secundum eum non obstat ratio Bart.dicentis, quòd si non
constat de scientia & patientia principis,non dicitur perci-
piens pedagium habere quasi possessionẽ, sine qua non po
test acquirere,&c. quia respondit,ꝙ argumẽtum procedit,
quãdo quis fundaret intentionem suam ex præscriptione:
sed si se fundat ex vsu, non exigitur illa patientia: quia ex il-
lo vsu inducitur consuetudo,quæ loco constituti iuris est.l.
1.in fi.ff.de aqua plu.arcẽ. & l.hoc iure. §.ductus aquæ.ff.de
aqua quoti.& æsti.& istam opĩ.esse verã probat Io.de Imol.
in d.l.si publicanus.per tex.in d.c.super quibusdam. §.præ-
terea. vbi litera vult simpliciter, quòd sufficiat vectigal vel
pedagium esse perceptum à tanto tempore citra, cuius in
contrarium memoria non extitit, nec curatur alia scientia
principis: quia ille vsus tanti tẽporis habet per se fomentũ
à lege: eò quia habet vim priuilegij, vt dictũ est, & per hoc
etiam adducit id,quod habetur in d.ca.1.de præscript. in 6.
vbi dicitur in præscrip. tanti tẽporis nõ est necesse probare
titulũ, etiã si præsumptio vel ius commune sit contra præ-
scribẽtem. ¶ Ad idẽ inducit: quia talis vsus videtur propriè
consuetudo,cum per eam non agatur detrahi solummodo
iuri certæ personæ,sed vniuersaliter iuri omnium transeun
tium:iuxta no.per Io.An.in c.3.de consuetu. lib.6. in nouel
la.& in consuetudine inducenda non videtur necessaria sci
entia vel patientia principis:vt no.Dy.in c.fi. de consuet. in
gl.magna.ad fi.ita etiam residet Ludo.Ro.in d.l.vectigalia.
Et secundum Sal.in l.vectigal. C. noua vectigal. Adde vltra
eos,ꝙ in vsum tanti temporis, cuius contrarium memoria
non extitit,non requiratur scientia aduersarij. alle. gl. in d.
l.hoc iure §.ductus aquæ.ff.de aqua quot.& æsti. & illam ad
hoc ibi in proposito ponderat Ang. & istud dicit menti te-
nẽdum.vel secundum Sal.in d.l. vectigal. C. noua vectigal.
sufficeret, ꝙ commune Casalis allegaret aliquem titulum
in dicto pedagio colligendo:& satis dicetur probatus ille ti
tulus eo ipso,quòd esset probata exactio pedagij tanti tem
poris.argu.l.si filius. C.de pet.hær.& l.qui aliena.in prin.ff.
de acq.hær.& not.Iac.de But.in l.cum de in rem verso. ff.de
vsu.etiam sine pbatione alicuius scientiæ principis, secun-
dum Sal.& idem dicit etiã Ang.in d.§. ductus aquæ.¶ Vel se
cundum eundem Sal.in l. vectigal.dici potest, ꝙ cum Impe
d rator prohibeat noua vectigalia institui posse. sequitur *d* ꝙ
antiquitùs instituta confirmat:sed est,quòd si aliquis colli-
git introitus alicuius pedagij à tanto tẽpore citra, cuius
in contrarium memoria nõ extat, non poterat quis dicere
illud nouum esse:tamen cum non constet specificè, quę fu-
erunt vetusta; & per consequens non debet obtinere: quia
qui vult dicere illud nouum esse, debebit probare, ꝙ facere
non poterat:& sic non erit necesse,quòd ille, qui colligit pe
dagium tanto tempore, probet aliquid de scientia princi-
pis secundum eum. ¶ Pro quo adduco,licet ipse nõ allegat,
* id quod signanter voluit Io.An.& Ant.de But.& * commu-
niter alij post eum in c.cum apostolica.de his quę fiunt à p-
la.sine consensu capituli. vbi quærunt in terminis illius de-
5 cretalis dicentis,† ꝙ laici decimas concessas ante Conciliũ
Lateranense in feudum licitè tenent: sed post Conciliũ nõ.
Pone,ꝙ laicus est quasi in possessione feudi decimalis alicu
ius ecclesiæ:vt quia positum est in parochia ipsius ecclesiæ:
iuxta c. ad decimas. de resti.spo. in 6. an si ecclesia vult illas
vendicare, & dicit,concessionem in feudũ esse factam laico
post Concilium Lateranense:laicus verò dicit,ꝙ concessio
fuit facta antè, quis debeat pbare? & inter cætera conclu-
dunt,ꝙ si laicus potest probare possessionem tanti tempo-
ris,cuius in contrarium memoria non existit, obtinebit ac
si appareret, concessionem fuisse factam ante Concilium,
e prout ipse laicus *e* allegat:faciunt secundũ eos,quæ no.in d.
l.cùm de in rem ver.ff.de vsur.& in d.c.peruenit.& quod ha
betur in d.c.1.de præscrip.in 6. ¶ Potest etiam dici, quòd sa
tis appareat pedagia pertinere ad dictum commune ex his
quæ narrantur enuntiatiuè in dicto priuilegio antiquo, in
6 quo fit mentio de dictis pedagiis. † & verba enuntiatiua in
serta priuilegio principis licet contineant narrationem fa
cti alieni, tamen ex antiquo inducunt sufficientem proba-
tionem:& latè firmat Ant.de But.in c.fi.de succes.ab intest.
per no.in c.si Papa.de priui.in 6.& in c. cum olim.de censi.
& per no.per Io.An.in regula,sine culpa. in mercurialibus:
7 facit c.abbate.de ver.sig.¶ † Et dicitur esse de antiquo quan
f do excedit metam centum *f* annorum,vt no. Inn.in c.veni-
ens.de testib.& in c.quid per nouale.de ver.sig.& Spe.in ti.
de proba.§.1.ver.valet.& no.Ant.de But.& Io. de Imol.& d.
Abb.in d.c.veniens.el 1.extra, de testi. & per Ant.de But.in
c.illud.de præscrip. ¶ Pręcedens tamen fundamentũ magis
placet:nam ea,quæ dixi in pedagiis,dicuntur etiam proce-
dere in quibusdam gabellis,mulctis seu confiscationib. bo
norum eadem ratione. Nam talia etiam cõsuetudine tanti
temporis acquiruntur,vt vltra prædicta concludit Bar. in l.
cunctos populos.circa vl.col.C.de sum.Trin.& fide catho.
& Bal.in l.aduersus.C.de furt. bene facit quod no. Bar.in l.
1.C.de bo.vacan libr.10. & in l.item veniunt. §.cum autem.
ff.de pet. hær.& in l.2.in prin.ff.de iur.fisc.cum si.&c. Alex.

ADDITIO.

a ¶ Veritate.Bal.cons.187. Quia consuetudo. lib.4.in c.si qs
per triginta.col.3.si de feud.tuer.contro.in vsib.feud.Fran.
Balb.in tract.præscrip.part.1.q.6.

b ¶ Sciente.ad hoc Bal.cons.352.Materia.lib.1. Alex.cons.16.
col.4.lib.5.Alber.Bru.cons.66.col.1.Et hæc sententia mihi
verior videtur,siue loquamur de præscriptione, siue de con
suetudine priuilegiata in his iuribus incorporalibus, iure
communi resistente.

c ¶ Sine scientia.latè Fran.Balb.tract.de præscrip.in 2.parte.
3.partis prin.q.6.nu.22.Ia.de S.Geor. in tract.feu.ver.cum
mero mixto imp.col.fi.Cur.iunior cons.158.num.12.Anto.
Rub.cons.21.col.fi.And.Alciat.l.munus.de ver.sig.

d ¶ Sequitur.Imò non sequitur nisi de rectè institutis.

e ¶ Laicus.Idem decis.Tolo.339.vbi Auffr.adde,ꝙ nec requi
ritur probatio famæ infeudationis, vt tenet Iac.in trac.feu.
ver.cum mero mixto impe.in fi.Fran.Balb.in tract.præscri.
in 1.par.5.partis prin.q.7.col.fi.Ia.cons.156.col.1.lib.2.ple-
nius dixi super consue.Pari.§.69.

f ¶ Centum.plenè dixi super consuet.Parisi.§.5.nu.63.

*SVMMARIVM.*

1 *Portorium resignatũ nouo tẽpore immemoriali acquiri potest.*
2 *Communitas fecisse non probatur, etiam si antiquo instrumento contineatur, quòd homines talis loci resignarunt.*

## CONSILIVM VII.

SVper hac dubitatione,qua quæritur, an per re
signationem, vt dicitur, factam per homines
Casalis serenißimo Imperatori, prout narra-
tur in priuilegio mihi exhibito,pręiudicatum
sit dicto communi in iuribus suis, quibus antè
vtebatur,videlicet in pedagiis colligendis, confiscationib.
bonorum delinquentium,& aliis similibus.Et visis his,quę
late sunt scripta per celeberrimum dom. consulentem, bre
uiter concludo, quòd ad dictum commune pertineant ea-
dem iura,quæ ante resignationem pertinebant: ea potissi-
mùm ratione,quia etiam post dictum antiquissimum priui
legium,in quo de dicta resignatione fit mentio, commune
Casalis eadem pedagia p se colligit, & alia iura exercuit, si-
cut & primò exercuerat,& ita p tantum tempus exercere p
1 seuerauerit,quòd non est memoria in contrarium. † Vnde
dato,ꝙ per resignationem cecidisset,tamen ex repetito vsu
tanti temporis,iterum acquisiuit eadem iura.qui vsus tanti
temporis

temporis vim habet concessionis & priuilegij, etiam absq; scientia ipsius Imperatoris, vt per plures rationes & authoritates comprobaui, in alio consilio per me in præsentiarũ reddito, in fauorem dicti communis: vbi ostendi etiam, ꝙ nõ est necesse probare titulum, nec bonam fidem, & illa hic pro repetitis habeantur. Satis erit probare vsum tanti temporis, cuius in contrarium memoria non existit, probando communem opinionem esse, memoriam non extare in contrarium. s. ꝙ alius exercuit prædicta, quàm commune Casalis, vt l. si arbiter. ff. de prob. & no. gl. & Doc. in c. 1. de præscrip. in 6. in gl. fi. & Bar. in l. 2. §. item Labeo. ad fi. ff. de aqua plu. arc. & Bal. in l. conuenticulam. C. de epi. & cler. in 6. vel 7. col. & Cano. in c. quod per nouale. & in c. veniens. de ver. sig. & per Spec. & Io. An. in tit. de prob. §. 1. vers. vltimò quæritur qualiter. † Satis etiam negari potest, factam fuisse illã
2 resignationem per cõmune, vel per maiorem partem, aut habentes potestatem resignandi dictum locum cum iurib. suis. Quia licet in priuilegio dicatur, ꝙ homines Casalis hoc fecerunt, tamen illa verba possunt verificari de duob. & non concludunt, ꝙ commune hoc fecerit; & ita Petr. de Anc. & Io. de Imo. c. quanto, de his quæ fi. à prælat. sine ma. par. capit. vbi dicunt, quòd si in instrumento contineatur, quòd canonici talis ecclesiæ constituerunt talem procuratorem seu syndicum, non per hoc erit probatum, illum esse syndicum legitimè constitutũ à capitulo, seu à maiori parte canonicorum; quia illa verba possunt verificari de duob.
a *a* canonicis. l. inter illum. §. fi. ff. de verb. signif. & idem est de mente Bar. in l. fi. C. de prædiis curia. lib. 10. & Dom. de San. Gemin. in c. si canoni. in prin. de offi. ord. lib. 6. idem tenuit per illum tex. iunct. gl. 2. vbi facit mentionem de cons. Old. incip. In executione. Ex quibus concludo, non esse per dictam resignationem exclusum commune Casalis à dictis iuribus, &c. Alex.

ADDITIO.

a ¶Duobus. & placet, licet contrarium sentiat Gemi. in c. ad decimas. in prin. de resti. spo. in 6. secus autem si nomen capituli, quod est collectiuum, exprimatur, vt Old. cons. c. & idem quod hic tenet Alex. infra. e. cons. 110. col. 1. & in l. rescriptum. colu. 1. ff. de pac. Phi. d. c. ordinarij. Fel. c. auditis. col. 13. de præscrip. Dec. c. tertio loco. col. 3. de prob. Ias. l. 2. in fi. ff. de liber. & posth. Fran. Rip. in c. cum M. Ferra. nu. 12. de const. adde Alex. in lib. 4. cons. 114. nu. 12.

SVMMARIVM.

1 *Clericus etiam primæ tonsuræ non coniugatus deprehensus in delicto sine habitu & tonsura, non potest puniri per principē.*
2 *Clericus, limi. 1. præcedente trina admonitione. 2. si artem infamem exercuerit.*
3 *Clericus, limi. 3. si exerceat actum omnino contrarium.*
4 *Clericus coniugatus quando gaudeat priuilegio clericali.*

EPITOME.

Quidam clericus solutus primæ tonsuræ deprehensus fuit sine habitu & tonsura non admonitus, decidit ꝙ non potest puniri per principem. h. d.

CONSILIVM VIII.

Videtur super primo dubio prima cõsideratione dicendum, Imperatorem punire posse dictum clericum *a* non vxoratum deprehensum
a sine habitu & tonsura, probatur in l. omnes, circa princ. C. de episc. & cleri. vbi clerici trahi possunt coram præfec. prætorio. multò magis per Imperatorem, qui super omnes est. l. 1. ff. à quibus app. non licet. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. 8. dist. quo iure. 7. q. 1. in apibus. confirmatur per id, quod habetur in auth. clerici. C. de episc. & cleric. qui text. canonizatus est 11. q. 1. in c. si quis cum cleri. vbi apertè dicit, clericum pro crimine ciuili puniri posse à iudice seculari laico; sed pro crimine ecclesiastico puniendus est à iudice ecclesiastico. & crimina ciuilia sunt, homicidium, falsitas, adulterium, & similia, vbi per gl. & Doct. ¶Pro hoc facit: quia qui non incedit in habitu & tõsura, videtur indignus priuilegio clericali, saltem si immiscet se enormibus sceleribus, & in illis fuerit deprehensus. c. cum nõ ab homine, de iudi. & c. perpendimus. de sent. excom. & in c. ex parte. el 3. de priui. & c. 2. de apost. saltem quando sunt in minoribus constituti. vt no. Doct. in di
1 ctis locis. l. qui sub prætextu. C. de sacrosanc. eccle. l. 1. C. de colle. lib. 10. ¶† Contrarium dico de iure verius esse: quia à Deo distinctæ sunt iurisdictiones. est enim Papæ asignatũ sacerdotium, & omnis iurisdictio in spiritualibus, & Imperatori in secularibus. 96. distinct. ca. cum ad verum. in auth. quomodo oporteat episc. cũ ibi no. vnde dicit Bal. in auth. statuimus. de epis. & cler. in prin. quòd prohibens clericum trahi coram laico, non dicitur ponere ius nouum; sed dicitur recedere ab errore veterum legũ: quia clerici nunquã à principio fuerũt de iurisdictione laicorum: quia Deus istas iurisdictiones distinxit. ¶Confirmantur prædicta expressè per id, quod habetur in c. clerici. & in c. at si clerici. & in ca. cum non ab homine. extra, de iud. & in c. si diligenti. & in c. significasti. de fo. comp. & in auth. statuimus, præalleg. ver. nullo modo laicus, quacunq; dignitate fulgeat, potest cognoscere in crimine ciuili: & multò minus in criminali contra clericum etiã consentiente ipso clerico & episcopo suo. & damnatur consuetudo, quæ esset huic contraria. & hoc etiam procedit in clerico primæ tonsuræ, vt probatur in d. ca. significasti. de for. comp. in ver. clericum vllum. & ibi ad hoc illum tex. ponderant Doct. & etiam probatur in d. c. cũ non ab homine. & 12. q. 2. c. clericum. bene facit, quod habetur in c. cum contingat. de æta. & qual. ¶Quinimò nec propter defectum iustitiæ seu negligentiæ iudicis ecclesiastici permittitur, ꝙ trahatur clericus coram seculari. c. quanto. de iud. & no. 11. q. 1. placuit. & tunc recurrendum est ad summum proximum superiorem. c. nullus. de iure patronatus. & in auth. vt differentes iudices. in prin. nisi cum fuerit clericus à suo iudice ecclesiastico depositus, & postea si monitus incorrigibilis perseueret, excommunicaur: & crescente adhuc contumacia traditur curiæ seculari. vt ple. legitur & no. in d. c. cum ergo. & 17. q. 1. c. nec licuit. ¶Potest etiam Imperator condemnare clericũ, vbi Papa hoc sibi delegasset: vt habetur 2. q. 4. Mennam. & 12. q. 1. clericus. & 96. dist. bene quidem. & in quibusdam paucis aliis casibus se potest princeps laicus contra clericum immiscere, quos no. gl. 23. q. 5. princeps. & 11. q. 1. placuit. & Spe. in tit. de cõp. iud. ade. §. 1. ver. in quibusdam. & no. doc. in d. c. at si clerici. aliàs non debet se de talib. impedire. ¶Vnde piæ memoriæ Constantinus princeps, cum sibi contra episcopos accusatores porrigerent libellos, quos omnes accepit, & eosdem qui accusati fuerãt, episcopos absoluit, & in eorum conspectũ libellos, quos susceperat, incendit, dicens: Ite, & inter vos dispo nite causas vestras: quia dignũ nõ est, vt iudicemus deos: vt testatur Gregor. in transsumptione, & habetur 10. q. 1. sacerdotes. & 11. q. 1. futuram. ¶Difficultas igitur, si qua est, consistit in respondendo ad allegata in contrariũ. Ad quæ respõdeo: & primò dico, nõ obstare id, quod habetur in d. c. oẽs. & in auth. clerici. de epi. & cler. quia respondeo, ꝙ illa iura correcta sunt per nouas cõstitutiones, tã imperiales, quàm canonicas: vt in d. auth. statuimus. & in d. c. clericus. & ferè ꝑ totam 11. q. primam, cum aliis etiã alleg. ¶Non ob. quãdo non defert habitum & tonsuram saltem si se immiscet enormitatibus, perdat priuilegium clericale, per id quod habe-
2 tur in d. c. perpendimus. de sent. excom. & in d. c. cum nõ ab homine, de iud. & aliis supr. alleg. quia respondeo, † ꝙ imò non perdat priuilegium fori, nisi prius fuerit à diœcesano suo seu prælato suo admonitus trina admonitione: vt à pdictis desisteret, & habitum reassumeret: vt in c. in audientia. & c. cum cõtingat. el 2. de sent. excom. & in c. si iudex. eo. tit. lib. 6. & d. c. perpendimus. & c. fin. eo. tit. in antiquis. nisi fuerint publici ioculatores, histriones seu buffones, exercendo illam artem ignominiosam per annum; vt inquit litera in c. vniuersitatis. de sen. excom. & hoc probatur ibi, tamen contrarium est decisum in cle. cõiugato. c. 1. de cleri. coniu. li. 6. & in sequenti dubio dicam. ¶ Et ad d. c. perpendimus, plures dantur responsiones, quia plures habet intellectus, de quibus per gloss. & Doct. ibi. in d. c. cum non ab homine. Quidam enim intelligunt, vt iura iuribus concordentur, ꝙ ibi

ibi p̃cessit vna admonitio, vel ꝙ ibi loquatur in clerico in-
corrigibili, vel ibi loquitur, quò ad percutientem talẽ cleri-
cum: quia non inciderit in canonem, si quis suadente. 17. q.
4. ibi statutum erat, ꝙ percutiens subiaceret anathematis
vinculo, à quo præterquam in articulo mortis absolui per
ordinarium non poterat, sed habeat necesse se conspectui
apostolicæ sedis p̃sentare, & eius mãdata suscipere: sed quã
tùm ad personam ipsius clerici, an perdat priuilegium fori,
habebat locũ illud quod traditur in d. c. in audiẽtia. & in d.
c. cum contingat. cum concor. sup. alleg. s. ꝙ requiratur ad-
monitio. & iste intellectus videtur planior & verior, & opti
mè conuenire literæ, vt ibi dicunt Doct. & eodem modo est
responsum ad d. c. cùm non ab homine. de iudi. ¶ Nõ ob. id
quod habetur in d. c. ex parte, el 3. de priuile. quia illud secũ
dum gl. & Doc. ibi ꝓcedit, quando non cõstat, eos esse ve-
rè clericos, licet aliquando assumpserint habitum clericalẽ
& tonsuram, & postea deposuerint: nã per hoc non possunt
defendi, vt clerici, si in delicto deprehensi fuerunt, & prius
cõmuni opinione non putabantur clerici: etiã si deinde ve-
lint assumere habitum & tonsuram: quæstio autem nostra
ꝓcedit in eo, quem constat verè esse clericũ. est etiã verum,
ꝙ Odo. intelligebat illũ tex. procedere in clerico cõstituto
in minoribus, vt si deprehendatur in enormitatib. dimisso
habitu & tonsura, perdat priuilegium clericale, etiam si nõ
fuerit admonitus: tamen iste intellectus nimis violat illum
tex. in d. c. cum contingat. qui non magis loquitur de cleri-
co constituto in sacris, quàm in constituto in minorib. vel
econtrà. vnde p̃cedens solutio & intellectus videtur verior
* & * magis cõmunis: nam ad hoc, vt clericus constitutus: in
minoribus priuilegium fori perdat, non sufficit, ꝙ dimise-
rit habitum & tonsuram, & se immisceat enormitatibus. vt
infrà dicã. nec potest dici intellectum Gof. ꝓbatum ꝑ text.
in d. c. ex parte, quia cum habeat plures intellectus, debet ꝓ
bari per alias rationes, vt no. Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb.
dub. per illum tex. ¶ Non ob. etiam id, quod habetur in c. 1.
de apostatis. q̃a potest plurib. modis respõderi, sicut plures
habet intellectus. ¶ Vnus est, ꝙ ibi solùm quærebatur, an iu
dex laicus detinens clericum deprehensum in crimine, qui
relicto ordine & habitu clericali in apostasia tanquã laicus
conuersabatur, arctetur ꝑ censuras ecclesiasticas, ad relaxã
dum clericum? & dicitur ibi ꝙ non. Nam sicut ipse clericus
contempsit ecclesiam, ita ecclesia cõtempsit eum: & sic per
hoc ibi nõ dicitur, ꝙ de iure talis clericus sit sub iurisdictio
ne laici, vel ꝙ perdat priuilegium clericale, sed solùm, ꝙ ec
clesia non cogit iudicem ad relaxandum eum, vt ibi in glos.
secundum dom. Abb. ¶ Secundus est, q̃a ibi quærebatur, an
iudex laicus detinens talem clericum ita deprehensum, in-
currat excõmunicationem, iuxta id, quod habetur in d. c. si
quis de homic. ¶ Et respondetur ibi ꝙ non, tamen remanet
sub foro & iurisdictione iudicis ecclesiastici: vt probatur in
d. c. si iudex. saltem quando in his non est in veritate iudex,
iuxta id, quod habetur & no. in d. c. 1. de vi. & ho. cle. in 6. &
no. expressè Io. An. in d. c. perpendimus. ¶ Fortius dixit do.
Car. in d. c. perpendimus, quem ibi sequitur do. Abb. ꝙ etiã
quando esset in veritate deprehensus in enormitatibus, nõ
b perderet priuilegium clericale absq; admonitione: *b* quia
tex. in d. c. 1. de vita & ho. cler. in 6. loquitur de materia pœ-
nali: ideo non debet extendi ad alios casus. l. si præses. & l. in
terpretatione. ff. de pœnis. l. cum quidẽ. de lib. & posth. c. in
pœnis & c. odia. de reg. iur. in 6. & ibi no. Io. And. in mercu-
rialibus. & no. in c. statutum, de elect. li. 6. & c. 1. ne cleri. vel
mona. in 6. & in cle. 1. de reb. eccles. non alien. facit l. fi. C. de
inter. ma. & no. Cy. in l. 2. C. quæ sit lon. cõsuet. & improbat
dom. Ant. primum intellectum, quem sup. retuli. quia secũ
dum illum intellectum iudices seculares detinentes talem
clericum essent excommunicati, & sic ꝓ talibus debebant
declarari & excõmunicari. 11. q. 3. cum excommunicato. &
in c. cum desideres. de sen. excommu. Item, quia si tales cle-
rici non defenderentur ab ecclesia per tõsuras ferendas ab
eis, qui illos clericos detinent, quid prodesset eis clericale
priuilegium. ¶ Alia est lectura, ꝙ ibi intelligatur, ꝙ clericus
ille fuerat admonitus: & iste intellectus ibi ponitur in fi. vl-
timæ gl. & sic secundum vnumquemq; intellectum apparet
ꝙ iste tex. non ob. quò ad perdendum priuilegium fori. po
test etiam responderi ad d. c. 1. de aposta. ꝙ loquitur in his, q̃
sunt in sacris, quia in aliis clericis non cadit propriè aposta
sia: vt no. gl. & Doct. in c. 1. eodem tit. ¶ Confirmantur præ-
dicta per ea, quæ dicit Hosti. in præalle. c. 1. de aposta. vbi di-
xit, quòd ad hoc, vt clericus constitutus in minoribus con-
3 uersans vt laicus, perdat priuilegium fori, † sine alia moni-
tione, requiritur, quòd exerceat actum omnino contrariũ
actui clericali: vt quia ducat vxorem secũdam vel corruptã:
vel effectus sit miles, & exerceat sæua. per id, quod habetur
84. dist. & c. quisquis. & c. 1. de biga. libr. 6. secus si exerceret
actum non omnino contrarium, vt quia duxerit vnicam &
virginem, vel effectus similes, sed non exercet sæua, iuxta il
lud, quod habetur in c. 1. de cle. coniu. & ca. fin. in antiquis.
¶ Pet. de Anch. etiam in d. c. 1. de aposta. in disputatione sua
ibi expressè concludit, ꝙ clericus, qui detulit habitum cle-
ricalem & tonsuram, & immiscet se enormitatibus, & per-
seuerat in illis; ita, quòd hoc faciendo fuerit deprehensus,
secularis iudex non potest punire eum; sed debet remittere
eum ad iudicem ecclesiasticum: nisi monitio præcesserit, ꝑ
d. c. si iuxta. & per no. per glo. in d. c. ex parte. & quia est spe-
ciale in causis numeratis in d. c. vniuersitatis. & per id quod
habetur in c. degradatio. de pœn. in 6. nam degradatio non
fit nisi pro enormibus, in c. cùm non ab homine. & in c. at si
clerici, de iudi. & tamen antequam iudex secularis se possit
intromittere, req̃ritur degradatio, vt ibi, & in ca. nouimus.
de ver. sig. & dicit, ꝙ ita videtur sentire Inn. in. c. 1. de aposta.
Et dicit Pet. de Anc. ꝙ si ipse esset iudex, quòd ita semper ser
uaret: & hæc videtur veritas per prædicta. ¶ Ex his infertur
ad aliud quæsitum. s. quid in clericis vxoratis? & in hoc stan
4 dum est decisioni ca. 1. de cleri. coniug. in 6. † quia si vnicam
duxerit virginem, & tonsuram & vestes deferat clericales,
gaudebit priuilegio clericali, aliàs secus, vt ibi: & censuræ ec
clesiasticæ, quæ locum habent indistinctè in clericum con-
iugatum: vt sup. quando gaudet priuilegio clericali, ita no.
Doct. maximè Ant. de But. in c. 2. de fo. compe. per illũ tex.
indistinctè loquentem: & cognoscere, an sit clericus, & gau
c dere debeat priuilegio clericali. *c* & sic, an duxerit vnicam
virginem, spectat ad iudicem ecclesiasticum. ita concludũt
d. de rota sua conclu. in ordine meo 197. incip. Item, si cleri
cus coniugatus, &c. & per id, quod habetur in d. c. si iudex.
ibi no. Doc. præcipuè moderni. & in d. c. 1. de cle. coniug. in
6. & faciunt no. per Cy. & Bal. in l. si qua per calumniam. C.
de epi. & cler. ¶ Et dato, quòd talis clericus coniugatus an-
te tempus commissi criminis non incessit in habitu & ton-
sura, tamẽ non perdit priuilegium clericale, dummodò ap-
pareat, ꝙ tempore commissi criminis reassumpsisset habi-
tum & tonsuram. Ita decidit Io. An. in c. sanè. el 2. in 10. q. de
cle. coniu. & quod habetur in c. fi. de vi. & ho. cle. & ar. l. si q̃s
* libellos. C. de app. & ita tenent communiter alij scriben-
tes in d. c. sanè. & idem tenet Io. Mo. Arch. Ioan. An. & Io. de
Lig. in d. c. 1. de cle. coniu. in 6. Pau. de Leaza. in cle. 1. de vi. &
ho. cle. pro quo est optimus tex. in d. cle. in ver. quamdiu. se
cundum primum intellectum ibi positum in gl. in verb. ora
tio, quæ est magis communiter approbata. ¶ Pro hoc etiã
est bonus tex. in cap. clericus si tonsuram. de vi. & hon. cler.
& etiam dato, ꝙ post tempus delicti deposuisset habitũ &
tonsuram, non per hoc, quò ad delictum commissum ꝑdit
priuilegium, quia ad cognoscendum, ad quẽ forum spectet
cognitio, attenditur status, in quo quis erat tempore deli-
cti. ita ꝓpriè in clerico coniugato deponente & tonsurã &
habitum: tenuit notabiliter Bal. in l. affinitatis. in fi. C. com
munia de succes. alleg. not. ꝑ gl. in l. nemo potest. ff. de leg. 1.
¶ Nec etiam perderet talis clericus coniugatus dictum pri
uilegium, etiam si apparet eũ se immiscuisse negotiis secula
ribus, quæ interdicta reperiuntur clericis, nisi iudici consta
ret, eum fuisse ab episcopo ter monitum, vt à dictis negotia
tionib. desisteret, vt probatur in d. c. fin. de vi. & ho. cle. & in
c. 1. de cle. coniu. in 6. & firmat Io. de Imo. in d. c. 1. ¶ Et licet
ipse dicat, quòd istud in clerico coniugato non meminit se
legisse tactum per alios, tamen istud videtur clarè decisum
in d. c.

in d.c.1.de vi.& ho cle.facit quod habetur in d. c. in audientia.& in d.c.cum contingat. ¶ Et quamuis (vt dixi) requiratur, quòd talis clericus coniugatus fuerit tempore cõmisſi criminis in habitu clericali; tamen dico quemlibet honeſtum dici habitum conuenientem dictis clericis: quia clerici non habent habitum determinatum à iure: vt eſt glo.no. in cle.1.in fi.de elect.& no.gl.& Doct.in c.1. de vita & hone. cle. Vnde ibi dicit Inn.quòd illa, quæ ponuntur in d.c.1. in text. non ſunt de præcepto, ſed de conſilio, vt no.Doct.maximè do. Car. in d.cle.1.in fi. de vita & ho.cle.& no.30.diſt. c.ſi quis virorum.Alexan.de Tarta.de Imo.

ADDITIO.

b ¶ Admonitione. imò quòd propter delictum atrociſsimũ poſsit illicitè, ſine alia ſolemnitate, per ſecularem capi, tenet Io.An.in d.c. cum non ab homine. Gemi.c.1.de homic. in 6.Hippo.de Marſi.conſ.9.nu.17.

*SVMMARIVM.*

1 *Nepos comprehenditur in ſubſtitutione facta de filio.*
2 *Filij appellatione comprehenditur nepos, cum reſultat abſurdũ, quòd plus grauaretur filius quàm nepos.*
3 *Teſtatoris diſpoſitio in vno caſu extenditur ad alium, in quo veriſimiliter diſpoſuiſſet.*
4 *Sermo vulgaris vulgariter debet intelligi.*
5 *Lego verbum, eſt obliquum.*
6 *Diſpoſitio facta de bonis mobilibus & immobilibus, non dicitur vniuerſalis, ſed particularis.*

CONSILIVM IX.

Viſis verbis teſtamenti Laurentij de Galeuare: & his quæ narrantur in themate. Videtur prima conſideratione dicendum, dictam congregationem ſancti Franc. nõ poſſe venire ad bona immobilia hæreditatis dicti Laurentij, virtute dictę ſubſtitutionis: eo quia nõ videtur, quòd caſus dictæ ſubſtitutionis euenerit. Et oſtenditur ex pluribus. ¶ Et primò, quia teſtator inſtituit Petrum filium ſuum & quemlibet alium ſuum filium legitimum & naturalem, qui ſuperuiueret ipſi teſtatori, & etiã diſpoſuit, quòd ſi quis ex eius filiis prædictis, qui extabant tempore mortis ipſius teſtatoris, decederet ſine filiis maſculis legitimis & naturalib. quãdocunq;, alij ſuperſtites ſint ſui hæredes, ſiue hæres taliter decedenti.& ſi omnes dicti filij dicti teſtatoris decederent, quandocunq; ſine filiis maſculis ex ſe legitimè deſcendẽtibus, tunc & eo caſu legauit dictæ congregationi omnia bona immobilia, tunc exiſtentia de hæreditate ipſius teſtatoris: ſed ita eſt, quod non euenit caſus, ꝓuiſus in vltima ſubſtitutione: quia nulli filij extantes tempore mortis dicti teſtatoris deceſſerunt ſine filiis: quia nullus fuit filius teſtatoris, qui ſuperuixerit à tpe mortis teſtatoris. duos enim habuit filios.ſ. Pe. & Do. & ambo deceſſerunt ante mortem teſtatoris: ergo caſus qui euenit tanquã omiſſus, non facit locũ diſpoſitioni ſubſtitutionis.l.commodiſsimè.ff.de li.& poſth. l.ſi cùm dotem.in prin.ff.ſol.mat.l. ſi extraneis.de cond.ob cauſam. ¶ Secundò, quia dictũ teſtamẽtũ videtur omnino ruptũ & nullũ: quia fuerũt inſtituti filij: & nõ fuit inſtitutus nepos teſtatoris.ſ.dictus Pet. Ant. qui cepit primũ locũ viuente teſtatore, per mortem dicti Do. decedentis, viuo teſtatore, & ſic teſtamẽtum ex cauſa ꝑteritionis ruptum eſt.l. poſthumorũ.ff.de iniuſto, rup.& irri.teſt.l.Gallus.§.nũc de lege. ff. de li.& poſth. & etiã eſt irritum teſtamentum ex eo, qa nullus hæres ex teſtamento hæreditatem adiuit: qa quos inſtituit, deceſſerunt viuo teſtato.l.1.ff. de iniuſto teſt.l.proximè.de his quę in teſt.delen. ¶ Nec obſt.ſi diceretur, quòd imò videtur inſtitutus etiam dictus nepos, quia inſtituẽdo quemlibet eius filium legitimum & naturalem, qui ipſi teſtatori ſuperuiueret, videtur inſtituiſſe etiã quemlibet nepotem, cùm appellatione filiorum in diſpoſitione teſtatoris inſtituentis, videantur comprehendi nepotes. l. Lucius, la 2.ff.de hære.inſtit.& no.Bart.in l.liberorum.ff de ver.ſig. quia reſponderi poteſt, quòd imò non comprehenduntur

a nepotes a per l.quòd ſi nepotes.ff.de teſt.tut.& inſti.qui dari tut.ad fi.in ratione ſui, ſuccedit cõmunis vſus loquendi, q in vnaquaq; diſpoſitione debet attẽdi.l.Labeo. ff.de ſupel. leg.l. liberorum.§.quod tamen Caſsius. & quod ibi not.ff. de le.3.c.ex literis, de ſpo.& ad d.l.Lucius. poteſt reſpõderi vt inquit Bald.& Ioan.de Imo.in d.l.Gallus.§.inſtituens.ꝙ appellatione filiorum ideo comprehenduntur liberi, & ſic nepotes, ne aliàs extranei ꝓferantur his, qui eſſent de agnatione teſtatoris: qa non videtur fuiſſe de mente ipſius teſtatoris.l.cum acutiſsimi. C. de fideicom. & l.cum auus. ff. de condi.& de.& pro hoc etiam facit, quòd in vltima ſubſtitutione facta eſt mentio de filiis ſub cõditione; ergo debet intelligi, quòd impleatur in forma ſpecifica, & ſic in pſona filiorum, & non nepotum, ſecundum Bar.in prælleg.l.liberorum.arg.l.q hæredi.in prin.de cond.& dem. ¶ Tertiò, qa teſtator dictam ſubſtitutionem fecit in caſu, quo dicti omnes filij decederent, quandocunque ſine filiis maſculis: ſed falſum eſt, quòd omnes deceſſerint ſine filiis maſculis: quia Do. deceſsit cum filio maſculo, ſcilicet dicto Pet. Ant. ergo deficit conditio ſubſtitutionis. l.ſi is qui ducenta. §.vtrum. ff.de reb.dub.& l.pe.C.de imp.& aliis ſubſti. ¶ Tamen præmiſsis non obſtantibus, puto firmiter caſum dictæ ſubſtitutionis eueniſſe ex infraſcriptis. ¶ † Et primò in d. ſubſtitu-

1 tione, facta de quolibet alio filio, qui ſuperuiueret dicto teſtatori, eſt comprehenſus etiam dictus nepos, per l.filij.& l. iuſta.ff.de ver.ſig.iũcta l.in teſtamento. ff.de re iu. & c.cũ dilectus.de don.& firmat Bar.in prælleg.l.liberorũ. & ſequitur hoc An.de Bu.in c.in quibuſdã, de pœnis. & Pe.de Anc. in cle.1.de bapt.& dom. Card. Flo.in c.2.de verb.ſig.& Ang. in d.§.inſtituens. hoc etiam, quò ad caſum iſtum videtur tenere Iac.de Are.& Bal.in d.§.inſtituens.dũ dñt, aut teſtator quando dixit inſtituo filios, habebat filios & nepotes: & videtur voluiſſe inſtituere tm̃ filios. aut habebat tm̃ nepotes, & tunc vt actus valeat, cõprehenduntur nepotes. arg.l.quoties. ff.de reb.du.& c.Abb.de ver.ſig. iuncta d.l.liberorum. ad fi. ergo in ꝓpoſito, cum teſtator dixit, quòd inſtituebat quemlibet alium eius filium legitimum & naturalem, q ſuperuiueret dicto teſtatori, & ita, ꝙ nullus alius filius fuerit, q ſuperuixerit teſtatori, in quo poſsit valere inſtitutio, niſi dictus Pet. Ant. nepos, ergo in eo verificabitur, & valebit dicta inſtitutio. ¶ Ad idem facit alia ratio, quam addunt And.

2 de Piſis, Cy.& Bal.in d.§.inſtituens. dum dicunt † quòd vbi reſultaret aliquod abſurdum & durum, niſi appellatione filiorum cõprehenderentur nepotes, tunc cõprehenduntur nepotes: ita intelligunt d.l. Lucius. bene facit l.vxorẽ.§.cõcubinæ.de leg.3. ſed ita eſt, ꝙ teſtator ſine dubio voluit grauare filios primi gradus onere ſubſtitutionis prædictę, ſi cõtingeret ipſos filios ſuperuiuente teſtatore decedere ſine liberis, ergo idẽ dicendũ eſt, teſtatorẽ voluiſſe ſeruare in nepotibus ſuperuiuentibus ipſi teſtatori, & tenentib. primũ locum, tẽpore mortis teſtatoris, ſi poſtea decedant ſine deſcendentib. maſculis; quia aliàs ſequeretur abſurdum, ꝙ deterioris eſſent conditionis filij quàm nepotes, cõtra l. ſi viua matre.ver.nam licet.C.de bo. mater.hoc idẽ, quò ad caſum noſtrum voluit Io.de Imo.dũ vult, quòd quando diſpoſitio confertur in futurum, ſeu fit de filiis nõ præſentib. ſeu de futuris, tunc illa appellatio filiorum comprehẽdit nepotem: nã quando confertur in futurum euentum, in quo veroſimiliter eſt dubiũ, an tunc extabũt filij primi gradus, an verò nepotes: veroſimile eſt, ꝙ tunc teſtator latè intellexit verbum filij, ꝑſertim ſecundum eũ, cũ veroſimiliter ꝓpter affectionem debuit pſumi, fuiſſe de mente teſtatoris, ꝙ veniant nepotes, ſi illi extarent filiis ꝑmortuis: & ita dicit, ꝙ loquitur d.l.Lucius. & ꝓpterea dicit, ꝙ ſi teſtator inſtituit fratrem ſuum; & ſi decederet ſine filiis, ſubſtituit filios Sempro.& poſtea contingat fratrem mori ſine liberis, & extare nepotes Sempronij, filiis Sempronij ꝑmortuis, admittuntur nepotes per ꝑdicta: ſed ita eſt, ꝙ teſtator habens tẽpore teſtamenti dictum Petr. vnicum filium, contulit in eum dictam ſubſtitutionem dictorum filiorum; nec non in futurũ euentũ.ſ.ſi cõtingeret aliquẽ alium filium ſibi naſci, & ſuperuiuere mortuo teſtatore: ergo appellatione filiorũ debent

b cõprehendi nepotes. Nã ex filio ꝑmortuo, *b* etiam ſuperuiuente teſtatore, veniunt nepotes: & ſic apparet ſaltẽ in caſu noſtro veram eſſe opin. Bartol. in d.l.liberorum, & illam in

huiuſmodi

* huiusmodi casu esse *communem. ¶Nec ob.d.l.si nepotes.
quia respondet Bart.in d.l.liberorum,& Anto.de But.& in
aliis locis sup.alleg.quòd nõ loquatur in testatore instituẽ-
te filios;sed in testatore dante tutorem filiis. quo casu licet
ex parte filiorum sit fauor,tamẽ ex parte dicti testatoris est
onus necessarium:vnde tam lata fit interpretatio sicut in in
stitutione: & modicũ præiudiciũ fit nepotib. sed illa dona-
tio tutorũ non comprehendit nepotes,quia extat ꝓuisio le
gis, qua mediante ꝓuidetur de tutore legitimo vel datiuo.
& hanc responsionem etiam sentit gl.in d.§.instituens. Pro
3 hoc facit † quia prouisio facta per testatorẽ in vno casu ex-
tenditur ad aliũ, in quo casu verosimiliter testator ꝓuidis-
set si de eo cogitasset,vt l. Titius.§.Lucius.& ibi not Bart.ff.
de li.& post. Accedit quod no.in l.tale pactũ.§.fi. ff.de pact.
¶Nec etiam obst.quod dicitur de communi vsu loquendi:
quia dico quòd oporteret primò de illo ꝓbare:nam frustra
disputaret Bart.in d.l.liberorũ, & alij vbiq; an in statutis &
testamentis,& aliis dispositionib. appellatione filiorum cõ
prehenderentur nepotes:quia semper dicendũ esset ꝙ nõ,
cum vnaquæq; dispositio interpretetur secundũ cõmunẽ
modũ loquendi:& tamẽ Bar. in d.l.liberorum, in fin.1.col.
habuit consideratione dicti cõmunis vsus loquendi : quia
imò,vt inquit Bal.in l.maximum vitium,in 4.co.vel 5.C.de
li.præter. ꝙ de cõsuetudine auorum est appellare nepotes
filios.& propterea,vt inquit Bal.in l.lex xij.tab.C de le.hæ-
4 re.ad fi.† verum est quòd sermones qui sunt in vulgari ser-
mone,debent interpretari secundum cõmunem modũ lo-
quendi:sed si sunt literati sermones,vt in proposito, debẽt
interpretari secundum artem literatorũ, vel secundũ gros-
sum modũ loquendi literaliter.alle.no.per Cy.in l ante.C.
de do.ante nup.& id quod no.in d.l. liberorũ.§.quod tamẽ
Cassius. ¶Bene facit quod no.Bar.in l.si quis filiabus. de te
sta.dum dicit quòd verba notarij debent intelligi secundũ
c iuris c interpretationem,non secundum ꝙ idiotæ accipiũt.
per no.in l.1.C.de vsu.& in l.sciendum. ff.de ver. obli. & idẽ
est de mente Bald.in c.1.in prin.pen.col. de succes. feudi.&
Io.de Imo.in c.cum tibi.in fi.de test. vel dato etiã quòd ali-
ter appellarentur filij, & aliter nepotes ex communi vsu lo
quendi, qui semper attenditur;vt sonat text.cum glo.Insti.
qui dari tut.pos.ad fi.& in d.l. ꝙ si nepotes, tamen in dispo-
sitione institutionis saltem collata in futurum euentũ,quo
non supersunt filij,sed nepotes,venient nepotes appellatio
ne filiorũ.vt in d. l. Titius. & approbatur per authoritates
& rationes superius adductas. ¶Non etiam ob.ꝙ quando
per modum conditionis fit mentio de filiis, intelligitur de
filiis primi gradus, & non de nepotib. vt dixi sup. Quia re-
spon.ꝙ in d.substitutione,ad quã fit relatio.l.asse toto.ff.de
hær.insti.l.si ita scripsero.ff.de condi. & dem.& l. institutio
talis.ff.de cond.insti.Nã quoniã relatio ad præcedentem di
spositionem intelligitur facta cum omnibus suis qualitati-
bus,vt inquit Bar.in l.si quis seruũ.§.fi. ff. de leg.2. in versic.
Sed quæro,testator reliquit alicui partẽ bonorum.per l.à fi
lio.§.si testator.cũ §.seq.ff.de ali.& cib.leg. & no.Bart.in l.1.
ad fi.si fa.fur.fe.dic.& in l.1.in prin.ff.de recepta. Cum ergo
fuerit verũ ꝙ dictus Pet.decesserit sine filiis masculis, verifi
cata est cõditio dictæ vltimæ substitutionis,quia nullus ali-
us filius fuit cõprehẽsus in institutione vel ꝑ substitutionẽ,
vt patet ex prædictis:& clarè ostendunt ibi verba testamen
ti.& ꝑ hoc apparet respõsio ad tertiũ & ad vltimũ argumen
tum contrarium.& ista sufficerẽt ad ostendendum dictã cõ
gregationem admitti debere ad substitutionem ꝑdictam.
¶Sed adhuc potest & alio modo confirmari : nã posito etiã
ꝙ dictus nepos nõ intelligeretur cõprehensus in ista substi
tutione loquente de filiis,& non de nepotib.specificè, nul-
lus alius etiam filius dicti testatoris fuit cõprehensus in di-
cta institutione,excepto dicto Pet.qui fuit similiter institu
tus:alij verò filij nascituri non fuerant similiter instituti &
vocati:sed illi,qui superuiuerẽt testatori. & sic Dominicus
qui successit Ant.à testatore non fuit cõprehensus. si ergo
de numero dictorum filiorum Pet. fuit cõprehensus,& cõ-
stat ꝙ Pet.decessit sine filiis,ergo verificata sunt verba dictę
substitutionis vltimæ, quia illa verba videlicet, etiam si oẽs
filij dicti testatoris decederent,verificantur si solus vnus fi-
lius decessit,quando nullus alius extitit filius qui fuerit cõ
prehensus in dispositione testatoris.l.Lucius. 1.respõs.ff.de
li.& posth. ¶Nec obst. si diceretur ꝙ testamentum fuit ru-
ptum vel irritum ex causa præteritionis nepotis ꝑdicti.iux
ta d.l.posthumorum.vel ex eo capite, quia nõ fuit adita hæ
reditas ex testamento. ¶Quoniam respõdeo, ꝙ dato ꝙ te-
stamentum rumperetur etiã quãtum pertinet ad dictã sub
stitutionem,tamen saltem propter clausulam codicillarem
insertam solemniter in dicto testamẽto viderentur venien
tes ab intestato rogati restituere dictã hæreditatem dictæ
cõgregationi:vt plenè no.per Bar.in l.1.ff. de iure codicill.
in 5.7.11.& 12.q.& per alios in Auth.ex causa. C.de lib.præ-
te.& in l.fi.C.de codicil.cum suis concor.& per hoc non est
insistendum,an talis dispositio conseruetur ꝑ prouisionem
dictæ auth.ex causa,vt no.per doct. ¶Veriorem tamẽ puto
esse conclusionem primam.s. ꝙ in dicta substitutione com
prehendatur dictus nepos per superius dicta,& est commu
nis conclusio vt probaui. & dato ꝙ mater dicti Ant. tanquã
proximior sit hæres filij sui intestati seu intestabilis, ex eo
quia dicta substitutio facta de dicta cõgregatione facta fuit
5 per † verbũ lego, & etiã sic nõ potest trahi ad substitutionẽ
pupillarem, vel ad aliquã substitutionem directam secun-
* dum magis * cõmunes conclusiones. l.moribus. §. fi. cũ ibi
no.ff.de vul.in versi. Sed quid si testator cõpendiosè substi-
tuit per hæc verba: Quandocunq; sine liberis decesserit,le-
go,&c. Sali.in l.fi.C.fa.erc.& quicquid dixerit Bal.quem re
prehendit Imol. in l.1.§.si ex fundo.in repe.in 29.col.& in l.
his verbis.in prin.ff.de hęre.inst.& no.etiã Ang.& Imo.in l.
1.ff.de le 1.& in c.Ray.in 14.colu.de testa. vbi multis modis
respondet ad illum tex.qui videtur facere in contrarium,&
ꝓbatur in l.cũ ex filio.in prin.de vulg.& pup.secundũ Ang.
& Imo.ibi. ¶Tantò magis hoc verum est, quia non fuit ad-
iectum hoc verbum lego,vniuersitati omnium bonorũ,seu
certæ parti bonorum seu certis bonis. s. bonis immobilib.
quo casu non possunt talia verba trahi ad hæreditatem seu
directam substitutionẽ.l.si quis seruũ. §.fi. cum ibi not.per
Bart.ff.de leg.2.etiam si facta fuisset dispositio per verbum
cõmune,vt probatur in d.l.Centurio,in ver.quæro quid sit
substitutio compendiosè facta in re certa per verbum com
mune,&c.in ver.quæro vlterius quid si in personis. & Bart.
in repe.legis,si arrogator,in antepe.col. ff.de adop.& Ang.
& Imo.in d.l.his verbis.& in l.nã ꝙ,§.fi.cũ l.sequ.ad Treb.ꝑ
6 illũ tex.& Bal.& Sali.in l.preci.ad.fi. C.de impu.†Et dispo-
sitio facta de bonis mobilibus, & etiã de immobilibus non
d dicitur facta de vniuerso, *d* quia non cõprehenduntur iura
& nomina debitorum:quia est tertia species.l. à diuo Pio.§.
in vẽditione.ff.de re iud.l.quam Tuberonis. §.pe. ff.de pec.
c.2.in prin.cum ibi no.de reb.eccle. nõ alie.in 6. no.doc.in
l.mouentium. de verb.sig.in l.post finitam,de autho.tut.c.
nulli.de reb.eccle.nõ alie.cũ suis cõcor. ¶Tamẽ mater ex
persona dicti eius filij pupilli,agnoscit hęreditatẽ dicti Lau
rentij ex testamento,tanquã hæres dicti pupilli: & clarũ est
ꝙ tenebitur ad præstandum dictæ cõgregationi id quod ei
cõgregationi legatum est in testamento dicti Laurentij, &
dicta bona immobilia;siue etiam vellet dicta mater ex per-
sona dicti pupilli adire ab intestato hæreditatem dicti Lau-
rentij,casu,quo pupillus solemniter se non immiscuisset di
ctæ hæreditati ex testamento; adhuc etiam tenebitur ad ꝑ-
stationem dicti legati dictæ congregationi ex clausula codi
cillari, quæ habet locum etiam, quando hæreditas non est
adita ex testamento.l.eam quam.C.de fidei.l.qui autem.in
prin.ff.si quis omis.causa.& no.Bar.in d.l.1.in 12.q.ff.de iur.
codic.iũctis no.per eum ibi in 7.q. & adhuc etiã tenetur ex
edicto,de quo loquitur titu.ff.& C.si quis omis. causa testa.
probat in d.l.quod autem.in prin.& Bal.in Rub.C.eo.tit.si
quis omis.causa test.Ex quibus remanet firma conclusio,ꝙ
bona immobilia, de quibus in dicta substitutione debẽtur
dictæ congregationi vigore substitutionis prædictæ. & illa
peti possunt aduersus dictam matrem,vel alium succeden-
tẽ ab intestato dicto pupillo,& ex persona dicti pupilli am-
plectentem hæreditatem dicti Laurentij, quam pupillus

prędictus transmisit ad hęredes suos etiam non aditam. iuxta l. infantis. de iure delib. & l. apud hostes. C. de suis & leg. & l. ex mili. §. pe. & fi. ff. de test. mil. & plenè no. in l. ventre. ff. de acq. hære. cum si. & ad omnia allegata in contrarium fuit superius specificè responsum. ¶ Ad primum argumentum tamen dum dicebatur, ꝙ non euenit casus prouisus in substitutione, & ꝙ casus qui euenit, fuit casus omissus: specialius respōdeo, ꝙ imò venit casus prouisus in substitutione, quia in institutione & consequenter in substõne fuit facta prouisio de d. Pet. qui fuit in eo, & etiam in dicto nepote similiter compræhensus, vt suprà probaui. Alex. de Imol. &c.

ADDITIO.

a ¶ Nepotes. Vide suprà consil. 1. num. 12.

b ¶ Præmortuo. aduerte ex his, videtur limitatio ad q. Oldra. 21. vt sic ꝓcedat, si filius grauatus si decederet sine filiis, decedat ante patrem relicto nepote, qui locum patris ingredi tur, sed non est ita, quia Alex. hîc loquitur, quando etiā nepoti est facta substitutio, videlicet quando non certus tantum filius, sed etiā quicunq; filiorum, qui tempore mortis superesset, erat institutus, & si postea sine liberis decederet grauatus, & sic sicut nepos includitur in institutione, ita & in substitutione, & onere accedente institutioni.

c ¶ Iuris. vide sup. eo. lib. cons. 2. nu. 1. adde hîc bo. tex. in l. si dictū. in prin. ff. de euic. Ni. nō vt vulgaris existimat. Bal. l. 1. C. de suc. edic. c. 1. col. 2. de succe. feu. in vsi. feu. Lancel. Dec. in l. omnes populi. col. 11. versic. secunda regula. ff. de iust. & iur. Cur. senior consi. 9. nu. 23. Alcia. in l. liberorū. in fi. ff. de ver. signi. Nic. Euerar. in locis le. loc. 2 ab opini. vulgi. in fin.

d ¶ Vniuerso. idem Bart. Ange. Paul. Fu. Alex. in l. cogi. §. inde quæritur. per illum text. in legato residuo, vel eius quod supererit. ff. ad Trebel. Bal. consi. 46. lib. 2. Aret. consi. 53. col. fin. Cor. consi. 53. lib. 3. con. 105. lib. 2. consi. 242. litera L. lib. 4. licet Ioan. Imol. contra in d. l. cogi.

*SVMMARIVM.*

1 *Dominiū retransfertur ipso iure in pactis l. commissoria, & adiectionis in diem. & num. 4.*

2 *Dominium vbi ex solo titulo non transfertur, eo resoluto, non transfertur ipso iure.*

3 *Dominij translationem non impedit prohibitio alienationis in contractu.*

4 *Fictio non extenditur.*

5 *Pactum l. commissoria vt sit, requiruntur verba directa.*

6 *Pactum l. commissoria si fiat ex interuallo, non operatur retranslationem dominij.*

7 *Contractus est absolutus post conclusionem partium.*

## CONSILIVM X.

Videtur fortasse prima consideratione dicendum, ꝙ si probetur dictam conuentionē initam fuisse inter dominum Titium primum venditorem, & d. Fran. secundum emptorem de retrouendendo, potest agere dictus Titius saltem actione in rem ad dicta prædia, contra dictum dominum Bap. pretio ei oblato secundum formā dictæ conuentionis, per l. si quis hac l. in prin. ff. de rei ven. & l. commissoriæ. C. de pac. inter empt. & vendi. l. fi. ff. de lege commisso. 1 vbi habetur, † ꝙ si dictū sit à partibus cum pacto legis commissoriæ, scilicet ꝙ si non soluatur precium certa die, res sit inempta, & contingat preciū non solui die statuta, emptor ipso iure desinit esse dominus, & dominium ipso iure redit ad venditorē, adeo ꝙ ipsi venditori datur rei vēdicatio contra possidentem vel detinentem. & idem si vendit cum precio adiectionis in diem, s. ꝙ si alius attulisset venditori meliorem conditionem ad certum tempus, res esset inempta, & contingat meliorem conditionem offerri intra dictum tempus, ipso iure redit dominium ad vēditorem, & contra quemlibet detinentem datur sibi actio in rem ad vendicandū, vt in dictis iuribus. Cùm ergo videatur eadem esse ratio in hoc pacto de retrouendendo adiectio in fauorē venditoris, sicut in pacto legis commissorię vel adiectionis in diem, debet esse eadem iuris dispositio. l. illud. ff. ad l. Aqui. c. inter corporalia. de trans. prel. ¶ Pro quo facit, quia si ratio propter quā hîc operantur prædicta, s. vt transferatur dominiū ipso iure absq; retraditione, contra l. traditionib. C. de pac. & in l. si ager. ff. de rei ven. est illa, quam reddit Bar. & Ang. in l. 1. ad fi. ff. de do. s. propter frequentiā dictorum pactorum, a propter quam lex specialiter *a* ei cōcessit hoc priuilegium, non minus idem statui debet in hoc pacto de retrouendendo, quod fortasse videtur esse saltem modernis temporibus non minori frequentia & vsu quàm sit pactū l. cōmissoriæ, & adiectionis in diem. ¶ Et pro hoc videtur esse tex. in l. si cū vēderet. de pig. act. vbi creditor, cui à debitore res pignori data fuerat, debitore nō soluente vendidit rem illam alteri creditori, pacto apposito, ꝙ si debitor preciū emptori redderet, liceret ipsi debitori rē recipere, & text. ibi dicit, ꝙ cū tali pacto potest debitor offerens preciū rem vendicare, & sic dominiū in eum ipso iure transfertur. Vnde in terminis Pau. de Ca. ibi dicit, ꝙ licet istud nō sit pactū legis cōmissoriæ, vt no. gl. iuncto tex. in l. 2. C. de pac. inter emp. & ven. tamen tale pactū de retrouēdendo operatur, vt reddito ꝓcio dominiū ipsum vtile transferatur, & directum ipso iure. sed per pactū legis cōmissorię, vel adiectionis in diem trāfertur dominiū, vt in iurib. sup. alle. Vnde dicit habuisse casum de facto, qa vsurarius qui emerat rem cum pacto de retrouendendo, vēdidit eam alteri, & dubitabatur, an primus venditor offerendo preciū posśit rem recuperare? & dicit, quòd multi tenebant ꝙ non, quia ex tali pacto solùm oriebatur personalis actio primo venditori contra vsurariū primum emptorē, in cuius ꝑtāte nō erat amplius res, quia eam in alium trāstulerat, sed ipse dicit, se respondisse contrarium, si primus venditor obtulit preciū vsurario, id est, primo emptori anteq̄ ipse primus emptor in alium transferret, per d. l. si cū venderet. si aūt obtulisset, potest dici, esse magis dubium, tamē adhuc dicit idē videri, qa non potuit primus emptor transferre, nisi cum sua causa, & sic oblato precio vsurario, id est, primo emptori, ius emētis resolueretur ab eo. l. vecti. ff. de pig. ¶ Sed *b* ꝓmissis non ob. contrariā sententiā b in casu de quo q̄ritur, puto veriorem: maximè ex infrascriptis. ¶ Et primò, † qa vbi ex titulo & traditione transfertur 2 dominium, tunc etiam si postea rescindatur, nō trāsfertur dominium ipso iure, vt actio in rem competat antiquo domino contra possidentē vel detinētem, licet secus sit, vbi ex solo titulo sine traditione transfertur dominium ipso iure, vt est gl. quæ vtrunq; dicit in l. 1. in gl. fi. C. de inof. do. ad quā Bal. ibi in fi. verbis reputat multùm not. & ita etiam per illā gl. no. Bal. in l. 1 in 6. q. C. si quis in frau. patro. vbi ad hoc reputat subtilem. Et no. ad hoc quod no. Bar. in l. si ita quis. §. ea l. ff. de ver. ob. in ver. quæro vtrùm prohibitio legalis, &c. & Bar. in l. cùm mulier. in repe. ff. sol. ma. in 13. col. in ver. de 2. dubio, &c. & in l. 1. in 3. col. eo. tit. bene facit l. ꝓut quisq;. ff. de sol. iuncta regula posita in d. l. traditionibus. & in d. l. si ager. ergo in proposito, ꝙ dictus Titius primus vēditor reuenderet dicto Fran. offerēti precium, diceremus rescindi vēditionem aut ipso iure, aut per retrouenditionem, quam faceret Franc. dicto Titio, tamen per hoc non transferatur dominium in d. Titium, quo dominio mediante posset actione in rem agere contra d. dominum Bap. nunc dominum & possessorem. quinimò si Fran. possideret, videtur ex ꝑdictis ꝙ non competeret dicto Titio rei vendicatio cōtra dictum Franc. posito ꝙ contra eum posset competere actio personalis ex vendito, vel actio præscriptis verbis. præalle. l. 2. C. de pac. inter emp. cùm personalis actio non detur contra singularē successorem d. Fran. id est, contra d. dominum Bap. l. fi. §. fi. ff. de contrah. emp. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebel. l. quædam. §. is autem. ff. de edēdo. ¶ Secundò probatur per id quod legitur, & not. in l. ea lege. C. de condi. ob tur. cau. & in d. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de ver. ob. & per id quod not. 3 in l. qui autē absenti. §. 1. ff. de acq. poss. † vbi si vendo tibi fundum apposito pacto ꝙ non possis alteri vendere, vel in alienationis titulum concedere, tamen nō obstante hoc pacto, si tu alij vendas, transfertur dominiū in secundū emptorē, licet cōpetat actio perso. puta condictio ob causam, primo venditori contra primum emptorem, per quam consequetur primus venditor omne damnū & interesse suum faciendum in pecunia. & sic patet, ꝙ etiam si expressè fuisset actū

inter dictum Titium & dictum Fran. ꝙ non posset alienari alteri, tamen nõ per hoc impediatur transferre dominium irreuocabiliter in d. do. Bap. ad idem faciunt no. per Bar. in l. creditores. C. de pig. in 4. q. prin. dum tractat, an pactum de ingrediẽdo rem autoritate ꝓpria posſit exerceri contra singularem succesſorem, & dicit ꝙ non regulariter quando non apponitur ad executionẽ iurium pignorũ, & ꝙ fallit in casu speciali posito in l. si ꝗs sub cõd. ff. de contrah. emp. & l.
4 * Titius. ff. de ser. expor. ¶ † Tertiò pro hoc facit, quia secundum gl. & DD. * communiter dicunt esse speciale in pacto legis commissoriæ & adiectionis in diem, vt ipso iure transferatur in venditorem dominium, si non impleatur conditio apposita in venditione, vt probant iura quæ allegantur pro parte contraria. & ita not. glo. & DD. in d. l. si ager, & in d. l. traditi. & in d. l. iurisgẽtium. §. qnimò. in gl. in verbo incontinẽti. ff. de pact, ergo in cõtrariũ est ius cõe. l. ius singulare. ff. de legi. & in reg. q̃ à iure. in 6. de re. iu. Cõstat aũt ꝙ tale pactũ de retrouẽdẽdo nõ ẽ pactum legis cõmissoriæ, vel adiectionis in diẽ. d. l. 2. C. de pac. inter emp. iunct. gl. igitur &c. Et rõ spãlitatis q̃ militat in d. pactis non habet locum in casu nostro. ¶ Nã rõ erat secundum Dy. quẽ ẽt sequitur Cy. Ia. Bu. & Bal. in d. l. traditio. & Cyn. in l. 1. ff. de in diẽ adie. & Bal. in l. 1. ff. de le. cõmissoria. in lec. antiqua. qa in pacto legis cõmissoriæ, ꝓtio non soluto ad diẽ contractus vẽditionis resoluitur ipso iure, & sic res nõ remanet apud emptorẽ in eo, sicut in principio nõ potuisset sine causa in emptorẽ per solã traditionẽ transferri dominiũ. l. nunq̃ nuda. ff. de acq. re. do. ita nec debet ex postfacto remanere apud eum dominiũ resoluta causa. ar. l. in omnib. post princ. ibi, vt quemadmodum, &c. ff. de sol. ¶ Vel secundum Pe. & Cy. in l. 1. in 2. opp. C. quãdo liceat ab emp. discedere nõ soluto ꝓtio ad diẽ lex fingit retro nunq̃ fuisse rẽ traditã. d. l. cõmissoria. cum aliis sup. alle. q̃ rationes nõ habẽt locũ in aliis pactis, in quib. lex non fingit hoc, vt apparebit ex his q̃ statim dicã allegando l. pe. C. de ędi. act. Et præterq̃ in d. specialib. casibus non est verum, ꝙ licet esset cã translationis dominij dicatur dominium ipso iure trãsferre, qa hoc est contra l. 1. in fi. & l. pe. ff. de cond. sine cã. vbi quãdo aliqd datum est ex cã legitima, si tamẽ illa postea deinde redeat ad nõ cãm, habet locũ cõditio sine cã, ergo apparet quod dominiũ ipso iure nõ est trãslatum, qa nõ daretur cõdõ sine cã, cũ nõ detur cõdõ domino ꝓterquã contra furẽ. l. fi. in fi. ff. vsufru. quemadmo. ca. &
5 Inst. de act. §. sit itaq;. ¶ † Et in fictione nõ fit extẽsio, quia est cõtra veritatẽ, & contra ius cõe, patet in l. pater instituto. §. fi. cum ibi no. ff. de capti. & in l. lex Cornel. cum gl. ff. de vul. & pu. vbi fictio legis Cornelię validãs testamentũ principale nõ extenditur ad tabulas pupillares, vnde ex tabulis pupillarib. non potest adiri hæreditas de iure ciuili, ꝓut ex testõ principali, sed solùm potest peti bonorum possesſio secundum tab. iure prætorio ex tabulis pupillarib. ꝙ pupillus patre mortuo captus est ab hostibus & ibi decesſit, quia ius prætorium illud validat, vt ibi. Confirmo etiã quia illud quod statuitur in pacto legis commissoriæ & adiectionis in diem, nõ extenditur ad alia pacta per q̃ contractus rescinditur, ẽt si pactum esset factum per verba directa, & ipso iure rescisiua contractus. patet ex no. per gl. in d. l. 1. de do. in ver. mortis. cum ibi no. ibi, dum dicit, ꝙ in illis tamen casib. datur quandoq; in rem. & sic illud quod gl. ibi dicit, esset seruandum in pacto legis commissoriæ vel adiectionis in diẽ, vt detur in eis quandoque actio in rem venditori, s. quando verba sunt directa. gl. ibid. circa princ. eiusdem gl. negat habere locum in donatione facta sub quocunq; pacto, qa non potest competere donãti ex verbis resolutiuis actio in rem, nisi esset donatio facta ob causam alimentorum, vt ibi in gl. ¶ Hoc apertius voluit Bar & Ang. in d. l. 1. ad fi. de do. vbi expresse volunt, ꝙ in aliis pactis hoc sibi locum non vendicet. & hoc dicunt probari per l. pe. C. de ędi. ac. vbi fuit venditũ prædium sub hac conditione, ꝙ si displiceat emptori, inemptum esset. & tamen ibi tex. vult, ꝙ si displicuisset prædium, agendum sit actione personali redhibitoria ad resoluẽdum contractum. ¶ Hoc idem tenet Bar. & Ang. per illum tex. in l. si hominem. ff. de vsuca. & tamẽ ibi fuit factum pactum per verba directa tendentia ad resoluendum contractum ipso iure, nihilominus non transfertur dominium ipso iure, eueniente conditi. de dicto pacto resolutiuo contractus. Et ita etiam intelligit Ang. & Io. de Imo. in l. naturaliter. in princ. ff. de vsuc. ¶ Vnde dicunt Bar. & Ang. in l. 1. ff. de don. ꝙ ratio specialitatis in d. pacto legis commissorię, & adiectionis in diem esse potuit. qa ita visum fuit legislatori ꝑ frequentiam dictorum pactorũ, iõ de illis legislator habuit specialem mentionem ponẽdo de eis titulos speciales, quod quidem non facit in pacto de retrouendendo, quamuis enim legislator de pacto illo cogitauerit. d. l. 2. C. de pac. inter emptorem. Tamen non habuit illam specialem curam nõ priuilegiando ipsum & faciẽdo de eo titulum specialem, quia nullum habemus titulum specialem de illo pacto. & istud decidit istam q. quia si translatio dominij quæ fit ipso iure in pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem, non habet locum in aliis pactis resolutiuis contractus, etiam factis per verba directa, vt Bar. & præfati DD. tenent, quæstio no-
* stra remanet expedita. & ita se habet * communis opi. vt inquit Raph. Cu. in d. l. 1. ff. de dona. à qua communi opi. in iudicando non est recedendum, vt traditur in locis vulg. licet Raph. Cu. in d. l. 1. videatur tenere contrarium, per l. voluntatem. §. fi. ff. qui. mo. pig. vel hyp. so. & per l. fi. C. de le. ¶ Ad contraria respondeo. Et primò dico, ꝙ non ob. d. l. voluntatem. quia ibi non dicitur, ꝙ ex sola rescisſione tituli transferatur dominium in antiquum dominum de necesſitate, sed intelligitur, ꝙ ibi non solum fuit rescissus titulus, sed etiam fuit res tradita vel restituta venditori, patet, quia ibi etiam loquitur, quando propter vitium rei venditæ erat locus redhibitoriæ ex dispositione legis, tantum absque alio pacto. l. 1. in prin. & ferè per totum. ff. de ædi. edict. & tamen nemo ita supinus diceret, ꝙ quando ex dispositione legis contractus resoluitur per redhibitoriam non ex pacto, ꝙ dominium transferatur ipso iure. Imò tunc est locus condictioni sine causa, si res non est restituta, vt probatur in d. l. si ita quis. §. ea lege. & dixi sup. & facit d. l. ꝓut quisq;. ff. de sol. ¶ Non ob. d. l. fi. C. de leg. quia respondeo, ꝙ ibi loquitur in legato, in quo fateor, ꝙ sicut ipso iure transfertur dominium in legatarium sine traditione. l. à Titio. ff. de furtis. ita potest ipso iure sine traditione trãsferri, vt etiam dixi velle gl. in l. 1. in fi. C. de inoff. dona. & ita est de mente Bart. in d. l. fi. C. de leg. & in l. & ideo. ff. de condi. fur. ¶ Quartò, quia vi-
6 demus † quòd ad hoc, vt conuentio sit propriè pactum legis commissoriæ, requiritur ꝙ sit pactum per verba resolutiua directè, puta, si non solueris precium intra tempus conuentum, res sit inempta. secus si per obliqua, id est, sonantia, ꝙ facto domini interueniente transferatur dominium, puta per rei vendicationem vel traditionem, quia nunquã operatur trãslationẽ dominij ipso iure, sed tunc est opus quod agatur actione personali. l. 1. 2. 3. & 4. cum his quæ no. in vtraque earum. C. de pac. inter emptorẽ. Et not. gl. mag. & not. in d. l. 1. in ver. mortis causa donatio. & ibi DD. ff. de donat. ¶ Quinimò ibi plus voluit notabiliter glo. ꝙ etiam si verba essent dubia, nõ retransferatur dominium ipso iure, sed iudicetur perinde, ac si essent obliqua, vt si essent directa verba, ꝙ in certo euentu res vendita, seu dominium rei venditæ ad venditorem pertineret. & probatur in l. 1. cum glo. C. de pac. inter empto. ergo quamuis per testes probaretur ꝙ actum fuisset, quòd dicto Titio offerẽte pretium d. Franci. Fran. ipse tenetur reuendere dicto Titio, aut ad eum reuerteretur, vel ad emptorem pertineret. tamen hoc pactũ non habet vim pacti legis cõmissoriæ, quamuis teneremus ꝙ ibi esset factum pactum per hæc verba, res sit inempta, dominium etiam hoc pacto transfertur ipso iure. Cuius tamen contrarium tenet Bar. & alij, vt dixi in 3. arg. & certè si dictũ fuisset, quòd res sit inempta, non esset pactum de reuendendo, prout præsupponitur in themate. & sic iura loquentia de pacto facto per hæc verba directa resolutiua, seu per illa verba, res sit inempta, non faciunt ad casum nostrũ, in quo præsupponitur, ꝙ si pactum factũ fuit, dicitur pactũ fuisse de reuendendo, quod quidem non potest dici factum per verba directa, cùm sonat, quòd capiat per manũ alterius. l.

cam

eam quam.& ibi gl.in verbo,directè,& ibi Bart.ad fin.C.de
fideicō.l.2.cum ibi no.C.cōmunia de leg.no.Bar.in l. Cen-
turio.in 5.& vlt.q.principali.cum si.de vulg.& pu.¶ Ad hoc
etiā facit quod no.Ang.in l.2.& 3.C.de pac.inter emp.vbi ꝑ
illa iura dicit,ꝙ pactū legis cōmissoriæ formiter conceptū,
id est, secundum formā traditā à lege,operatur translatio-
nem dominij ipso iure, secus si informiter sit cōceptum,id
est,per alia verba, q̃ per ea quæ fuerunt inducta à lege com-
missoria,licet contrahētes hoc in mente gessissent. Sed cla-
rum est,ꝙ istud pactum de retrouendendo, nō est factum ꝑ
verbum, seu secundum formā inductam à lege commisso-
ria,vt patet. ff. de leg. cōmisso.per totum.& C.de pac.inter
emp.& vend. & ferè per totum,vbi ponitur dispositio legis
commissoriæ, ergo non operatur translationem ipso iure.
¶ Quintò confirmatur,nam dicitur ꝙ d. pactum fuit extra
instrumentū,modo sic,pactū legis cōmissoriæ vel æquipol-
lens nunq̃ operatur translationē dominij ipso iure in ven-
7 ditorē,† nisi quādo appositū est tēpore contractus vēditio-
nis in ipso cōtractu,& anteq̃ sit acquisitū ius ex contractu,
secus aūt si post, vt no.gl. reputata singularis in l. ab emptio
* ne.ff.de pac. in verb. colligitur, & illā sequuntur * oēs DD.
& Bal.& Sal.in d.l.traditionib.circa prin.& Bal.in l.2.C.cō-
munia de le. & illud dicitur esse factum in contractu,quod
est factum anteq̃ contractus sit absolutus à partib.l.contra
ctus.C.de fi.instru.& not Cy.& Bar.in l.in bonæ fidei.C.de
pac.& Cy.in l.cum antiquiorib.C.de testi.& Bar.in l.1.ff.de
8 pac.& in l.lecta.ff.si cer.pe.† sed quando per notarium corā
partibus & testib.lectum & publicatum est instrumentum,
& partes cōcorditer illa ita publicata consenserint, dicitur
contractus à partibus absolutus,vt no.gl.in d.l.contractus.
& Sal.in d.l.in bonæ fidei.circa vlt.col. vbi hoc dicit esse ve-
rum , etiam si nondum notarius nomina testium apposue-
rat , sed illa postea apposuit, vt ibi per eum.& sic etiā ex hoc
capite ꝙ non posset agi contra dom.Baptistam prędictum.
¶ Et quamuis ex prędictis apparet de multiplici responsio-
ne ad allegata in contrarium , tamen spālius respondeo,&
dico quod non ob.dum dicitur ꝙ pactū legis commissorię,
operatur translationē dominij ipso iure in venditorem,qa
respondeo , ꝙ illud non est pactum legis commissoriæ,sed
pactum de reuendendo.in quo casu non transfertur domi-
niū ipso iure,sed solū oritur actio ꝑsonalis contra emptorē.
l.2.& 3.C.de pac.inter emp.& ven.& ꝓbaui sup.in 3.& 4.ar.
& tātò magis, si non fuit adiectum pactum in cōtractu,sed
extra.vt in 5.ar.¶ Vel pōt dici ꝙ tex. in d. l.si cum venderet,
loqtur in vēditore,q non erat dominus,sed creditor,q ven-
dēdo nō videtur trāsferre dominiū , sed ius pignoris.& qđ
hæc fuerit mēs creditoris,colligitur ex illo pacto facto per
creditorē eo tpe, cum conuentum fuit , ꝙ debitori offerēti
ꝑcium liceret recipere rē suā.& ponderanda sunt illa verba,
rem suam,qa per hoc colligebatur, quod voluit transferre
ius pignorum , non aūt plenum dominium. Hæc est intētio
Ful.licet non ita clarè apire videatur,& ꝙ saltē quando ver
ba pacti resolutiui non sunt directa,ꝓut non sunt verba pa-
cti de reuēdendo,non competat rei vendicatio, non solum
directa,sed etiam vtilis.& hoc apertè tenet Raph.Cu.in d.l.
1.in fi.ff.de do.dicēs ita esse de mente gl.& DD.in l.2.de pa-
ctis.inter emp.& ven.non violando tex.¶ Et subdit ꝙ certè
inutiliter & superuacuo diceret ille tex. non dari rei vēdica
tionem,si intellexerimus tantum directam denegari,vt ibi,
sed bene dari vtilē,per d.l.si cum vēderet. Et hoc arg.vtitur
gl.Inst.de inu.stip.in §.si quis alij.in gl.mag.in fi.in ver.nihil
agit. ¶ Subdit tamen Raph.Cu.in l.1.ff.de do.in fi.ꝙ in con
trarium faceret d.l.si cum venderet.& licet non respondet,
tamen multiplex responsio patet ex ꝓximè dictis. Potest ēt
responderi, ꝙ illa non obstat in casu nostro, quia in casu de
quo quæritur,pactum nō fuit appositum in contractu per
ea quæ dixi in 5.ar.Posset ēt responderi,ꝙ in d. l.si cum ven-
deret , emptor non alienauerat in alium successorē, tamen
pręcedentib.rationib.magis adhęreo tanquā tutioribus &
ideo istam vltimam responsionem nō pono pro constanti,
quia non expedit. Ex quibus concludo dictū Titium con-
tra dominum Baptistam experiri non posse. Alexan.

ADDITIO.

a ¶ Specialiter.dicendum ꝙ verba l. commissoriæ,non sunt
de forma, licet sufficiunt quæcunq; verba directa,vel exe-
cutionem facti importantia , vt plenè scripsi super consuet.
Parisi.§.23.num.11.cum seq.& snia quam ibi refero consilio
meo latam paulò post impressionem eorum quæ scripsi su-
per d. §. ex iudicib. supremis confirmata fuit per arestum
mense Iunio. Anno 1539.
b ¶ Sed rectè respōdeo. Alex.rigore iuris inspecto, qa hîc ne-
que res erat hypothecata ꝓ obseruātia pacti , nec allegatur
fraus , eamq; participatā ab vltimo bonæ fidei emptore,&
sic relinqtur nuda personalis obligatio, q̃ non sequitur fun
dū. Tamen ex æquitate puto actionē in factum dandā tanq̃
in rem scripta. Et ita obseruamus,ex quo dominiū non exi-
uit simpliciter,sed sub hoc onere , aliàs vbi tale pactū nō es-
set appositum in alienatione rei ꝓpriæ, non esset actio in rē
scripta , quia cessaret hæc æquitas , vt plenius dixi in nouis
intellec.c.30.multi autem tenuerunt & consuluerunt con-
tra Alexan.hic,vt Io. Ana. c.conquestus,col.3.de vsuri.Soc.
consi.80.lib.2.Dec.consi.614.col.2. Ias.consi.128.col.5.lib.
4.Steph.Bert.cons.86. Ponitur in facto.lib.1.Ang.Aret In-
sti.de exce.in prin.cha.29.ver.quò ad secundam speciem si-
mula. Ruger. de Mota,in rep.l. traditionibus. nu.54.C.de
pact. & mouetur per d. l. si cum venderet,quæ non probat.
Paul.etiam ibi non videtur loqui de quocunq; pacto de re-
trouendendo , sed demum quando subest præsumptio pi-
gnoris,vel vsuræ,ponit enim exemplum in vsurario.remit-
to ad d.c.30.vbi plenè & nouè discussi.nouissimè d.An.Ti-
raq.in tract. retr.conuen.§.1.gl.7.num.6.cum seq.in effectu
idem nobiscum tenere videtur.

*SVMMARIVM.*

1 *Testis vnus nisi sit integer, non sufficit ad torturam, etiam in cri mine læsæ maiestatis vel simoniæ.& nu.2.*
3 *Testes infames torturæ subiiciuntur.*
4 *Accusatoris falsi pœna.*
5 *Iustitiam denegans puniendus est per superiorem.*
6 *Mulier an possit esse testis in causa capitali.*
7 *Accusari an quis possit sæpius de eodem delicto.*
8 *Accusatus vt absoluatur, pecuniam non accipiendam.*
9 *Ius sibi dicere nemini licet, nisi superioris copia haberi non possit.*

CONSILIVM XI.

CIrca primum dubium quo quęritur,an aliquis
rex vel dominus superiorē non recognoscens
possit in territorio suo torqueri facere aliquē
tanq̃ criminosum , & ad pœnā vltimi supplicij
condemnare ad solam declarationē seu infor-
mationem publicæ meretricis? Respondeo ꝙ non,quia in
causis criminalibus probationes debent esse luce meridia-
na clariores.l.sciant.C.de proba.l.absentem.ff.de pœ.l.qui
1 sententiam.C.de pœn. ¶ † Item vnus testis *a* nisi sit integræ
a opinionis & famę,non facit sufficiens iudicium ad torturā.
l.1.l.lex Corn.ff.de fal.& ibi no.Bal.& Bart.in l.admonendi.
in 12.col.ff.de iureiu. & Bal. in c.sacramentum.de consuetu
dine recti feudi. ¶ Et dicit Bart. in l.cunctos populos.in 3.
col.C.de sum.Trin.quod infames etiā sola infamia facti re-
pelluntur à testimonio in criminalibus, per d. l sciāt.& per
id quod habetur in c. testimoniū,de testi. Sed publica mere
trix est infamis & à testimonio repellitur,saltē in criminali-
bus,vt dixi in l. 3.§.lege Iulia.& quod ib gl.in verbo,palàm.
ff.de testa. Et not. Innocen.in c.cum P.de accusatio. proba-
tur in c.tanta,in fin.cum glo.de simo & not.etiam Nico.de
Neap. in l. Pantonius. ff. si quis à parente fuerit manumis-
2 sus. ¶ † Et posito ꝙ in crimine læsæ maiestatis vel simoniæ
specialiter sit inductum,quòd testes infames non repellan-
tur à testimonio vel accusatione. c. licet. el 1. c. per tuas. de
simo.l.famosi.& l.2.ad l.Iul.maie.no.glo.in d.l.3.§.lege Iu-
lia. tamen non dicuntur integri testes, vt in d. c. per tuas.&
ideo non sufficeret vnus testis ad torturam inferendam in
illum contra quem testificatur , per id quod habetur in d.l.
item.l Cornelia.& in aliis allegatis cum vtrobique not.per
Bart. ¶ Quinimo in casibus, in quibus specialiter est indu-

3 ctum,† quòd tales teſtes infames accipiantur ad teſtimoni-
um contra accuſatum vel inquiſitum, non debẽt recipi ta-
b les teſtes ſine tortura, *b* ſecundum quod not. gl. Inno. & alij
in c. cum P. de accuſ. & gl. in d. c. per tuas & clarum eſt quod
nullo modo ex dicta atteſtatione vnius ſolius nõ eſt aliquis
condemnandus. c. cum à nobis. de teſtib. l. iureiuran. C. eo.
tit. & ſi illa mulier fuit accuſatrix, non poterit accuſatrix eſ-
ſe & teſtis. l. licet el. .. de ſimon. ¶ Super ſecundo dubio, quo
4 quæritur, † an ſi accuſatus à muliere prædicta fuerit tortu-
ram paſſus & repertus abſque culpa, & de eius innocentia
conſtiterit per plures teſtes, an pœna aliqua veniat d. mu-
lieri irroganda? Reſpondeo, quòd ſi mulier accuſauit illum
de crimine publico, vt de crimine læſæ Maieſtatis, vel de a-
dulterio, vel alio ex delictis ſim. vt in l. 1. de pub. iud. tunc de
bet imponi ea qua veniſſet puniendus accuſatus, & ea pœ-
na debet puniri. l. fi. C. de colluſio. l. fi. C. de accu. l. 1. in prin.
cum ibi nota. ff. ad Turpillianum. ¶ Pro aliis verò caſibus
ipſa etiam punienda eſt extraordinariè iudicis officio. l. ſi
priuatis. & ibi not. ad Turpill. poſſet etiam dicta mulier a-
ctione iniuriarum ciuiliter conueniri per dictum accuſa-
tum. l. apud. §. ſi quis libello. de iniur. & l. iniuriarum actio.
§. ſi quis per iniuriam. ff. eo. tit. in qua actione veniet omne
damnum & intereſſe dicti accuſati. l. iniuriarum æſtimatio.
& ibi no. de iniuriis. l. damnum. cum ibi not. C. eo. tit. ¶ Poſ
ſet etiam dicta mulier criminaliter accuſari, tanquam ſi fal-
ſum commiſiſſet, propter falſam atteſtationẽ, & accuſatio-
nem, & tenebitur l. Cor. de fal. l. ſi quis obrepſerit. & ibi no.
Bart. in princ. ff. ad l. Corn. de fal. ¶ Super tertio dubio quo
quæritur, an dictus dominus denegare potuerit audienti-
am & iuſtitiam fieri contra dictam mulierem pro dicta in-
iuria illata. Nam mandauit dictus d. præfato accuſato ne vl-
lam moleſtiam inferret dictæ mulieri vel per ſe, vel per aliũ
5 in aliquo loco ſub pœna amputatiõis capitis. ¶ † Reſpõdeo
ꝙ iniuſtè facit d. dominus denegando audientiam & iuſti-
tiam miniſtrare ſuper dicta iniuria, vt in Auth. de defen. ci-
ui. §. ius. in princ. & per totam illam conſtitutionẽ. & l. ſed &
ſi per prætorem. §. ſed & ſi magiſtratib. & §. ſeq. vſq; ad §. fi. ff.
ex quib. cau. maio. c. licet ex ſuſcepto. & c. ſe. de fo. comp. &
in Auth. ſtatuimus. C. de epi. & cle. & ibi tractant Pet. Cy. &
Bal. & quam pœnam pati debeat magiſtratus ille, qui iuſti-
tiam facere denegauit. Nam tex. in d. Auth. ſtatuimus, dicit
quod ille qui eccleſiaſticis perſonis denegat facere iuſtitiã,
ſi ter requiſitus in negligentia perſeuerauerit, priuatur iu-
riſdictione, ſed ſi denegat facere iuſtitiam aliis ſ. laicis, tunc
dicunt præfati DD. ibi, quod non reperitur iure cautum, ꝙ
priuetur iuriſdictione, ſed tantum incurrit in indignationẽ
principis, & tenetur ad intereſſe ei cui iuſtitiã denegauit, vt
in §. ſi tibi quem. in Auth. de mand. prin. & in Auth. de queſt.
§. ſuper hoc. & ſecundũ Bal. in d. Auth. ſtatuimus. puniri po
terat extra ordinem arbitrio ſuperioris, cùm eius indigna-
tionem incurrit per iura præall. & ita dicit fuiſſe de facto in
perſona Comitis Standrenſis denegãtis facere iuſtitiã ſub-
ditis. vnde ſubditi ſui habuerunt recurſum ad regẽ Franco-
rum. Nec etiam debuit dictus do. mandare dicto accuſato,
c quod nullo modo moleſtaret *c* dictã do. occaſione iniuriæ ꝑ
eam ſibi illatæ, quia per hoc videtur mandaſſe, quod de iure
non debet eam iudicialiter inquirere ſuper dicta iniuria, vt
probatur in Auth. de fideiuſſorib. in princ. in verbo, mole-
ſtum ſit. & in l. 1. & ibi ponderat Bald. C. de nundinis. & Bar.
in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Treb. & ſic tale mandatum
ſine iuſta cauſa ꝓhibens dictum accuſatum vti iure ſuo, fuit
illicitum & iniuſtum. d. l. ſed & ſi per prætorẽ §. ait prætor.
cum ſeq. & d. l. iniuriarum actio. §. ſi quis prohibet. cum ſi.
¶ Circa quartum dubium quo quæritur, an ſi accuſatus re-
pertus eſt non culpabilis, poſſit petere accuſantem tanquã
calumniantẽ puniri ſimilitudine ſupplicij, quo puniendus
fuiſſet accuſatus ſi conuictus fuiſſet. ¶ Reſpondeo ſup. in 2.
6 dubio. ſuper eo etiam quæſito quo dubitatur, † an mulier
cuiuſcunq; famæ poſſit teſtificari in cauſa criminali vel ca-
pitali. Dico ꝙ Iacob. de Are. dicebat, quod in cauſa capitali
propter magnitudinem præiudicij non poterat mulier eſſe
teſtis, ſicut nec in teſtamento. l. qui teſtamento. §. mulier. de
teſta. vt refert Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de teſte. §. 1. ſu-
per verbo qđ eſt mulier. & Io. Fa. Inſt. de teſta. §. teſtes. con-
* trarium tamen magis * cõmuniter eſt de Iure ciuili. *d* per l.
d ex eo. ff. de teſtib. & quia eſt ſpeciale in teſtõ. d. §. mulier, er-
go, &c. Sed de Iure cano. ſeruando in terris eccleſiæ regula-
riter mulier non poſſet eſſe teſtis in criminalib. in c. forus.
ad fi. de ver. ſig. 33. q. 6. mulierem. Fallit in caſib. exceptis, in
d. c. tanta. de ſim. vt in crimine ſimoniæ, hæreſis, & in crimi-
ne læſæ Maieſtatis, & aliis enumeratis, per gl. 2. q. 2. c. firma-
tum. maximè quando non eſt bonæ famæ ſeu vitæ honeſtæ,
non eſt mulier idonea & integra perſona ꝓ teſtimonio. l. 2.
in prin. ff. de teſt. & d. c. forus. in fi. & no. in d. c. ꝑ tuas. vt dixi
7 in primo dubio. ¶ Circa quintũ dubium quo quæritur, † an
e ꝓ vno & eod. delicto poſſit qs ſæpius *e* ſub eodẽ ſuperiore
torqueri & carcerari? Reſpondeo, ꝙ ſi ſemel fuit abſolutus,
non debet iterũ contra eum inqri de eodẽ delicto. l. ſi cui. §.
iiſdẽ. ff. de acc. l. 1. §. fi. cũ ibi no. ff. nau. cau. ſta. c. de his. de ac-
cuſ. niſi primò accuſaretur ab vno ille q fuiſſet accuſatus ab
aliquo, & per p̃uaricationem fuiſſet abſolutus. l. 2. ff. de præ-
uar. vel ſi ille qui primò accuſauit, ꝓſequitur ſuam propriã
vel ſuorum iniuriam, & tpe quo à primo fuit accuſatus reus
ignorauit iſte qui primò accuſat accuſatũ fuiſſe à primo ac-
cuſatore accuſationem inſtitutã. d. §. iiſdẽ. cum ibi no. ¶ Et
illud qđ dixi in eo q fuit primò accuſatus, ꝓcedit ſimiliter
in eo contra quẽ fuiſſet ꝓceſſum per inquiſitionem, qa ille
ſuccedit in locũ accuſationis: Ita concludit Bar. in d. §. iiſdẽ.
per id quod habetur in c. cũ dilectus, cũ ibi no. per Inno. de
elec. & ſimiliter ſi fuiſſet condemnatus, & punitus non põt
amplius accuſari vel cõdemnari. l. ſepulchra. ff. de ſep. vio. &
in reg. bona fides. de reg. iur. in 6. & not. Doct. in d. c. de his.
¶ Si autẽ non fuiſſet condemnatus nec abſolutus in primo
iudicio in quo ipſe reus cõparuiſſet, obſtaret exceptio pen
dẽtis litis, & ſic impediretur ſecundus ꝓceſſus. l. vbi cœptũ.
& l. ſi qs poſtea quàm. ff. de iud. l. 1. in fi. C. de aſſer. tol. l. q de
crimine. C. de acc. & l. Senatus. ff. e. ti. cum ibi plenè not. per
Bar. in d. l. ſepulchra. & can. in c. ꝓpoſuiſti. de fo. comp. & in
d. c. de his, cũ ſuis concor. &c. ¶ Hic alia multa ſcribi poſſẽt,
ſed ea putaui ſupflua, attẽta facili contrarietate ſecundum
qđ plenius ſup. expoſitũ eſt. ¶ Circa ſextũ dubiũ, quo quæ-
8 ritur † an dictus do. potuerit de iure extorquere pecunias à
dicto accuſato, vt ab eius manib. liberaretur, non obſtante
qđ de eius innocentia ꝓbatum eſſet? & conſtat ꝙ non, vt in
l. 3. & 4. & in l. antep. ff. ad l. Iul. rep. & in Auth. de iud. §. 1. & l.
2. in fi. de cond. ob tur. cau. c. 1. de reg. iu. in 6. ¶ Circa ſepti-
mũ dubium quo q̃ritur, an dictus mercator per iniuſtitiam
& iniuriam ſibi delatã à dicto d. poſſet dictum do. vel aliquẽ
ex ſuis ſubditis in quacunq; ꝓuincia incarcerare vel incar-
9 cerari facere. ¶ † Reſpondeo primò, ꝙ non eſt licitũ dict. ac
cuſato ſibi authoritate ꝓpria ius dicere contra aliquem ex
ſubditis dicti do. nec ẽt contra dictũ d. poſito, ꝙ de facto ad
hoc potens eſſet. l. nullus. C. de Iudæis. l. extat. ff. quod met.
cã. l. 1. C. ne qs in ſua cau. l. 1. C. de priui. car. ſed debet recur-
rere ad ſuperiorem dicti do. & ibi coram eo vel delegato ab
ipſo principe inſtituere iudiciũ, quemadmodum ipſe elege
rit aut ciuiliter, aut criminaliter. l. 2. & 3. C. vbi ſen. vel cla. &
in Auth. vt diff. iud. circa med. non aũt debent ex hoc con-
ueniri ſubditi eius, qa nullã in hoc culpã commiſerunt, in
Auth. vt non fiant pig. col. 6. & in l. 1. C. vt nullus ex vic. li. 11.
& in auth. habita. C. ne fil. ꝓ pat. & in c. 1. de iniur. & dã. da. li.
6. Et hoc verũ eſt, ſi recurſus haberi põt ad ſuperiorẽ cõtra
dom. qui iuſtitiam facere neglexerit, vel qui iniuriam intu-
lit, & dictas extorſiones fecit, ſed vbi copia ſupioris haberi
non poſſit, ẽt propria autoritate ſibiipſi ius dicere poteſt in
iuriam paſſus contra dictum do. l. ſi alius. §. belliſſimè. & ibi
no. gl. & Bart. ff. quod vi aut clàm. & in d. l. nullus. cum gl. Et
no. Inn. in c. cum olim. el 1. de reſt. ſpol. & Bart. in l. hoſtes. ff.
de captiuis. & in l. 1. in 2. col. C. de ſeru. & aqua. & in l. ſi qs à
ſe fundum. C. ad l. Iuli. de vi. Item eodẽ in caſu quo non põt
haberi recurſus ad ſuperiorẽ dictus accuſatus pro eo quod
ſibi fuerit per d. dominum denegata iuſtitia, poteſt in ciui-
tate ſui domicilij impetrare repreſalias contra ſubditos di-
cti do. 23. q. 2. Dominus. & per id quod habetur in Aut. ſi nõ
domi-

dominus imperialis. C. de hær. & per no. in l. pro hęrede. §. si quod. ff. de acq. hæ. factis tamē & reseruatis prius per Potestatē seu rectorē loci, in quo petuntur represaliæ requisitio nib. ad dictum do. super facienda iustitia & aliis reqsitis, secundū quod plenè traditur per Bar. in trac. suo repres. & Io. And. in reg. non debet. in mer. & Bal. in auth. & oīmodo. C. ne vx. ꝓ mari. & l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. & in c. 1. de mil. va. qui contumax est. ¶ Circa vltimū dubium, quo q̄ritur, an post mortē dicti do. successor posit iudicare in dicta cā coram eo tractata, si nondū reperiatur diffinita per sn̄iam. & quia istud non videtur habere dubitationem, dico ꝙ idem potuit facere successor quod ipse dominus, si tunc viueret. l. mortuo. ff. de iu. l. pen. C. de ped. iu. cum simil. Alex.

ADDITIO.

a ¶ Testis. Adde Hyp. de Mars. plenè in l. maritus. ff. de quæst.

b ¶ Tortura. Adde Bal. Hip. in l. diuus. ff. de quęst. Cæp. consi. 61. inter cons. criminalia. sed caue ne sine sale intelligas, sed demum, quando testes huiusmodi sunt conuicti de mendacio in sua depositione vel de participatione eiusdem criminis. vt alibi dixi.

c ¶ Molestaret. adde infrà consil. 52. lib. 2.

d ¶ Ciuili. ad hæc non sit integra. Cæpol. consil. criminalium consi. 32. vide Steph. Aufr. in tracta. de reprob. testi. ver. mulier. Alcia. tract. de præsumpt. re. 1. præsump. 47. adde in lib. 2. consi. 24. num. 11.

e ¶ Sæpius. Adde Bal. consil. 292. & primò. lib. 3. Alb. in 2. parte sta. quæst. 164. Pau. consi. 18. non video. lib. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Stipulatio non potest fieri inter absentes.*
2 *Testamentum non valet ad responsionem eius, qui non potest articulatè loqui.*
3 *Mutus non prohibetur donare, vel testari.*
4 *Iuramentum supplet insinuationem.*
5 *Insinuatio in donatione ob causam non requiritur.*
6 *Testamentum valet ad interrogationem alterius.*

EPITOME.

Concludit valere donationem vel testamentum in extremis, & ad interrogationem alterius, dummodo testator posit articulatè respondere. quod sic, sed puto hoc valde periculosum, & bonum esse lege lata hos actus nullos declarare.

CONSILIVM XII.

Viso instrumento donationis factæ ann. Mccccl. die 10. mensis Augusti, per Bar. Archini de Fereriis, Bonucio quondam Iacobi de Fereriis. ¶ Videtur prima consideratione dicendū dictum actum non valere, quia dicti contrahentes videtur voluisse adinuicem contrahere per stipulationem, vt sonant illa verba: videlicet donauit dicto Bonucio quondam Iacobi de Fereriis, deducta tertia eius affini præsenti pro se & pro suis hæredibus stipulanti & recipienti, &c. ¶ Sed ad contractum stipulationis requiritur verborum expresio. l. 1. in princ. ff. de verb. obli. l. 1. §. mutum. & l. obligamur. §. verbis. ff. de ac. & ob. ideo cùm nō valente loqui, non potest celebrari dictus contractus stipulationis, vt in dictis iuribus. Sed do. Bar. vt asserit in instrumento notarius, paucos sermones intelligibiles exprimere & proferre valebat, nisi affirmationem vel negationem hanc vulga-
1 rem, videlicet si & non. ¶ Secundò probatur, † quia stipulatio non potest cōfici per nuncium seu per ministrum, ideò iura dicunt ꝙ inter absentes concipi non potest stipulatio, quamuis alij contractus qui consensu perficiuntur, possunt celebrari inter absentes, & possunt perfici per nuncium vel per epistolam. hæc probantur in d. l. in prin. & in l. inter absentes. de inuti. stip. & §. item verborum. Inst. de inuti. stipu. iuncta l. 4. & fi. cum ibi no. ff. de spons. & l. 1. §. fi. ff. de contra. empt. & l consensu. ff. de act. & ob. Sed ad stipulationem requiritur verborum expresio, s. interrogatio & responsio. l. iurisg. §. sed quòd ferè. ff. de pac. l. stipulationū aliæ. §. stipulatio, de verb. ob. & de actio. & obl. d. l. obligamur. §. verbis. sed ita est quod dicta interrogatio nō fuit facta per dictum Bonucium, sed per notarium, vt in instrumento dicitur, igitur dicta stipulatio tanquā per nuncium vel alium organū aut instrumentum, sic confici de iure non potuit. ¶ Tertiò probatur, quia ille qui articulatè loqui non potest, mortuo similis est, & ideo testari non potest. l. iubemus. C. de testa.
2 ¶ Vnde dicunt DD. † ꝙ si notarius interrogauit testatorem an ipse instituat hæredem Titium, & respondeat ꝙ sic, non valebit institutio, si talis testator non poterat loq articula-
a te, secundum Pet. & Cyn. & Bar. in d. l. iubemus. a per illum tex. & Alb. Papien. vt refert Io. And. in add. Spe. in ti. de test. §. 1. super verbo, quod si is. sed d. Bart. non poterat articulatè loqui, vt affirmare videtur notarius in d. instrumento, vt retuli sup. ad interrogationē notarij interrogantis, an donaret sibi Bonucio, respondit, sic: ergo nō debet valere talis donatio. ¶ Sed præmisis nō obstantibus, puto contrariam sententiā esse de iure veriorē, & sic ꝙ dictus cōtractus firmiter valeat, ex eo, qa donata fuerunt bona præsentia tm̄, qđ fieri pōt. l. si quis argentū. §. sed si qs. C. de don. l. oēs. §. Lucius. ff. quæ in fra. cre. & plenè no. per glo. & DD. in l. fin. C. de pac. & DD. in l. stipulatio hoc mō concepta. de verb. oblig.
3 ¶ † Itē, quia dato ꝙ fuisset mutus, nō tamē ꝓhibetur donare. l. qui id quod. §. mutus. ff. de do. cum ibi no. & facit l. 1. item quia. ff. de pac. & l. mutus. in prin. ff. de iur. dot. & l. mutus. in prin. ff. de proc. c. cum apud. de spō. nec ēt ꝙ esset cæcus, nā cæcus pōt testari. l. hac cōsultissima. C. q test. fa. pos. & actus testandi difficilius conceditur q̄ actus contrahendi, in quo versatur maius periculū. Inst. q ex cau. ma. nō pos. §. cū ergo. & patet in l. qui in ptāte. & l. cæcus. ff. de iud. & l. obligari. in prin. ff. de auth. tut. & l. tam his. §. filius. ff de do. cau. mor. & cùm non reperiatur cæcū contrahere ꝓhiberi, nō intelligitur prohibitus donare. l. ab ea parte. ff. de proba. l. nec non. ex qui. ca. ma. ¶ Facit in ratione sui. l. 1. §. casum. ff. de postu. nec in tali donatione requirebatur insinuatio, qa pręsupponimus, ꝙ oīa bona illa nō ascendebant ad cōem æstimationē quātitatis, in qua requiritur insinuatio, quæ quātitas est hodie qngentorum aureorū, sed olim erat trecentorum. l. si qs pro redēptione. in fi. iuncta l. sancimus. C. de do. quod seruaretur ēt quando vnus donaret totā substātiam suam, qa est attendendum an ascendat dictā quantitatē, vt est tex. secundum verum intellectū in l. si quis argentum. §. sed & si quis. eo. ti. ibi dum tex. dicit obseruatione monumentorū, secundum ꝙ iam statuimus oīmodò quærenda, &c. & sic habet ibi respectū litera ad id quod ꝓuisum fuerat per d. l. sancimus, & ita intelligunt ibi Cy. Ray. Ang. Sal. ¶ Itē d. donatio non fuit plena donatio oīum bonorum p̄sentium, quia donans reseruauit sibi oēs fructus pcipiendos ex illis bonis toto tēpore vitæ ipsius donātis, & posito ꝙ in pura & ꝓpria donatione oīum bonorum reqreretur insinuatio, tamē ista
4 donatio non fuit hmōi. ¶ † Pręterea, etiā stante iuramento
* in gl.* communiter approbata à Doct. in d. l. quæ dotis. sol. mat. ex cuius verbis casus iste apertè deciditur. Prædicta enim Maria donatrix promisit in dict. contractu donationis contra illã donationẽ non venire, ergo dato quod facta sit mentio mortis vel collata in tempus mortis, transit tamẽ in donationẽ inter viuos. l. vbi ita donauit. & in l. senatus. §. mortis causa. ff. de don. cau. mor. ¶ Et in proposito nostro consuluit Ang. in cons. 179. Visis prædictis. col. pe. nu. 6. faciunt not. per Bar. in d. l. fi. C. de pact. ¶ Quinimò fortius in dicta donatione sunt expresè adiecta hęc verba irreuocabiliter, ita quod nulla ingratitudinis causa vel offensa, aut odio quoquomodo reuocari posset. per quę verba apparet quod donans voluit istam donationem esse fortiorem, quam de sui natura sit etiã mera donatio inter viuos, scilicet quæ ex talibus causis regulariter potest reuocari. l. fin. C. de reuoc. do. c. fi.
2 de don. ¶ † Insuper verò deciditur per ea quæ not. per Bald. in d. l. 2. C. de iure do. vbi voluit, quod quando in donatione est facta mentio mortis per modum dilationis, tunc non intelligimus esse donatum causa mortis, sed inter viuos. ita dicit velle Dyn. in d. l. Seia. §. fi. & potest intelligi in causa dilationis factam esse mentionẽ mortis, quando in verbis importantibus executionẽ donationis facta est mentio mortis, & non in verbis importantibus substantiam donationis: nam tunc mentio mortis non facit præsumi illam esse donationem causa mortis: ita vult Bal. in addi. ad Spe. in tit. de instr. edi. in vl. col. in ver. si qs dona. & ita dicit esse de mente Spe. in d. tit. §. porrò. ver. aut firma, &c. & in ꝓposito nostro debet intelligi factam esse mentionẽ mortis causa donationis etiam in executione, qa in illis verbis dedit & donauit, adiecit verbum inter viuos, & sic aliàs donatrix esset sibi contraria, quod euitari debet. §. quibus. in 1. constitutione. C. & in c. cum tu. de testi. & not. Cy. in l. in exercẽdis. in 2. q. C. de fi. instru. & Bart. in l. scripturæ. eod. tit. ¶ Hoc etiam innuit re-
c seruatio vsusfructus c in vita facta à donante quæ aliàs stare non posset, si diceremus substantiam donationis esse collatam in tempus mortis, & prius non intelligi esse donatum, per quam reseruationẽ vsusfructus donans videtur dedisse donatario res donatas. l. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de dona. & per vltima declarantur præcedentia. l. si seruus plurium. §. fi. & l. qui filiabus. in prin. ff. de leg. 1. ¶ Postremò etiam ex alio colligitur quod fuit donatio inter viuos, licet fuerit facta mentio mortis, quia dicta donatrix donauit dictæ dominæ Appollonię absenti & notario stipulanti & recipienti pro d. domina Appollonia & eius hæredibus & successoribus, quo casu propter mentionẽ hæredũ donari voluit;
3 vt no. Bal. in d. l. 2. C. de iu. do. † quod intelligatur esse donatio inter viuos in dubio, licet esset facta mentio mortis, qa mentio hæredum magis adaptatur ad donationem inter viuos, q̃ ad donationem causa mortis, cùm donatio inter viuos transmittatur ad hæredes, sed donatio causa mortis non, si prius decederet donatarius q̃ donator vel prius q̃ existat conditio donationis, quia habet naturam legati, & legatum conditionale non transmittitur. §. aliæ. Inst. de do. iuxta l. vnicam. §. sin autem sub conditione. C. de cadu. toll.

ex quibus apparet multipliciter responsum ad alleg. in con
trarium. ¶ Circa secundũ dubium, an dato quod dicta do-
natio facta dictæ Appolloniæ sit inter viuos, valeat attentis
his quæ contra voluntatem eius allegantur? Videtur prima
consideratione dicendũ ꝙ nõ, qa ista bona donata fuerunt
de bonis d. Branchæ q reliquit in sua vltima voluntate dicta
bona præfatæ dominæ Mariæ cum hoc, ꝙ posset dicta domi
na Maria vendere & donare dicta bona, & quocunq; titulo
transferre ꝓ libito voluntatis suę ꝓ anima ipsius testatoris,
& prædecessorum suorum ẽt vltra quartam partem dicto-
rum bonorum suæ hæreditatis, cum hoc ꝙ post mortem d.
dominæ Mariæ illud quod superest de dicta donatione seu
hæreditate remaneret, & esset dictæ dom. Marg. vnde cùm
dicta donatio facta dominæ Appolloniæ per dictam Mariã
videatur collata post mortem d. dominæ Mariæ, fuit facta &
collata in tempus quo fieri vel conferri non potuit, qa paria
sunt aliquid fieri tempore non permisso & conferri in tem-
pus prohibitum, & econtrà. l. in tẽpus. ff. de hær. insti. ¶ Se-
cundò, quia d. domina Maria semel donauit quartam par-
tem bonorũ suorum d. Branchæ, ergo ex forma dicti statuti
incipientis: Si qua mulier, &c. non debuit posse vlterius do
nare aliqd de bonis suis in præiudicium descendentiũ dict.
dom. Mariæ. Sed ꝑmissis non ob. contrarium puto de iure
verius, ꝙ dicta bona donata do. Appolloniæ non poterant
dici bona subiecta restitutioni alicuius fideic. post mortem
d. dominæ Mariæ donantis, & sic non posse per eum aliena-
ri, eo quia dico defecisse conditionem fideicommis. quia d.
domina Margareta quæ erat per fideicommis. vocata, post
mortem dominæ Mariæ decessit ante mortem d. dominæ
Mariæ, & per consequens defecit fideicommissum. l. hæres
meus. in prin. ff. de condi. & de. l. si cum hæres. quæ est l. 3. ff.
quando dies leg. ced. Nã in testamento Branchæ fuerat in-
stituta hæres vniuersalis domina Maria, postea in codicillis
Brancha dixit se instituere hæredem dominam Mariam, &
do. Marg. cum hac conditione, videlicet, quod dom. Maria
durante eius vita habeat omnes fructus & vsusfru. & reddi-
tus omnium bonorum & iurium dictę hęreditatis, & de di-
ctis bonis ipsa posit vẽdere, alienare, donare, & quocunq;
alio tit. transferre ꝓ libito voluntatis, pro anima dicti testa
toris & suorum ꝑdecessorum. ¶ Item ꝙ durante dictę dom.
Mariæ, dicta domina Margareta de d. hæreditate se aliquo-
modo impedire non posit. Et post mortem dom. Marię il-
lud quod superfuerit de hæreditate ipsius testatoris rema-
neat & sit dictæ dominæ Marg. Vnde in dictis codicillis in-
telligitur relictũ d. dominæ Marg. fideicommis. præstãdum
ab hæredib. scriptis in testamento, & sic à d. domina Maria.
l. Scæuola. ff. ad Tre. l. illud. §. tractari. & l. conficiuntur. ff. de
iure codi. l. 2. C. de codi. & nõ fuit dictum fideicommissum
purum, sed conditionale, vt patet per illa verba. s. cũ hac con
ditione. & per illa alia verba, sed ita tamen ꝙ durante vita d.
dominæ Mariæ, d. domina Marg. se aliquo modo impedire
non posit, & post mortem dictæ do. Mariæ illud quod su-
perfuerit, sit dictę do. Marga. Cùm ergo decesserit dicta do.
Marg. ante mortem dictæ dominæ Mariæ, remanet hæredi-
tas pura absq; fideicommisso ad prædictam dominã Mari-
am. Præterea dicta donatio facta per dictam domi. Mariam
fuit facta in vita eius, & dicitur donatio inter viuos, quam-
uis dilatione temporis executio esset collata in tẽpus mor-
4 tis, vt probaui in præcedenti dubio. † Et omnis donatio in-
ter viuos dicitur esse actus celebratus in vita, & donatio cau
sa mortis dicitur esse actus vltimæ voluntatis, quia quoad
substantiam & executionem expectat & exigit mortem te-
statoris, & ante quandocunq; reuocari potest, & non enu-
meratur inter actus & cõtractus alienationis explicandos
in vita, vt ꝓbat Bar. in cons. inci. Punctus talis est. pater filio
suo emancipato, &c. ¶ Confirmo ẽt quia posito ꝙ dicta do
natio facta d. Appollonię quò ad substãtiã haberet vires so-
lum post mortẽ dominæ Mariæ, tamen quia testator voluit
quod illud qđ superfuerit de bonis & hęreditate sua post
mortem do. Mariæ, remanere, & esse debet d. dominæ Mar-
garetæ, videtur ꝙ bona donata d. dominæ Appolloniæ non
sunt de illis quæ dicuntur superfuisse post mortem dominæ
Mariæ, adeo quod venirent in fideicommisso prædicto, vt
probatur per ea quę decidit Bal. in Auth. contra rogatos. C.
ad Treb. in vlt. col. in vers. pone ꝙ non alienauit inter viuos,
&c. iuncto tex. ille & eo quod habetur in l. Titius. ff. ad Tre.
5 nã vult Bal. † quod hæres grauatus restituere per fideicom-
missum id quod superesset ex hæreditate post mortem hæ-
redis, non intelligitur grauatus restituere id quod legauit
hæres in testamento suo alteri, quasi illud nõ dicatur super
esse post mortem hæredis qui legauit, cum legatum à tẽpo-
re mortis acquiratur, iux. l. vnicam. §. cùm igitur. C. de cad.
tol. l. à Titio. de fur. cum si. per quę apparet responsum mul
tipliciter ad primum argumẽtum adductum in contrariũ.
6 ¶ † Non ob. supradicta, quia respondeo, ꝙ in hoc debet at-
d tendi tẽpus mortis d dictæ donatricis, & quantitas substan-
tiæ quam tunc habebat, vnde si quispiam donasset in vita ẽt
dimidiam omnium bonorum, quæ tunc habebat & postea
acquisiuit tot bona, ꝙ confusis illis bonis donatis vnà cum
bonis postea acquisitis, non reperitur quod illa quę donata
fuerunt, excedant quartam omnium bonorum, tunc dona
tio irreuocabiliter firma manebit. hoc aptè ꝓbatur per no.
ꝑ gl. in l. 1. C. de inof. do. in gl. mag. & ibi Bal. in ver. 8. quæro
quid si ab initio donauit quis totum suum patrimoniũ, &c.
* Et ibi in hac parte eum sequitur Cyn. in 4. q. & * cõmuniter
alij Scribentes per §. quia verò hactenus. in Authen. de nup.
¶ Sed dato quod domi. Maria donasset quartam partẽ om-
nium bonorum Branchæ, tamen plura reacquisiuit vltra il-
lam quartam partem, & etiam vltra omnia bona dicti Bran
chæ, & sic satis est ꝙ habito respectu ad bona quæ erãt tem-
pore mortis in bonis dominę Mariæ non requiratur, ꝙ ipsa
alteri donauit in præiudiciũ descendentium vltra quartam
partem. Nam si reuersa sunt bona donata Branchæ ad dictã
donatricẽ nullum ex dicta prima donatione facta Branchæ
senserint præiudicium descendentes, cùm ante mortẽ do-
minę Mariæ nullũ ius habeant descendentes in bonis ascen
dẽtium. l. 1. §. si impuberi. ff. de coll. bo. l. fi. ff. de lib. ag. & ibi
per Bar. l. si quando. §. fi. & ibi Bar. C. de inoff. test. Præterea,
dicta donatrix donando dictæ Appolloniæ cum illo onere
soluendo singulo anno pro tẽpore 20. anno. florenos quin
que fratrib. sancti Dominici pro celebrando vnum officiũ
singulis annis ꝓ anima dicti Branchæ & suorum prædeces-
sorum, & d. dominæ Mariæ, non tantum donasse videtur, q̃
exsoluisse legatum à dicto Brancha relictum ad pias causas,
quod quidem potuit conferre in liberam voluntatem hære
dis, s. dominæ Mariæ, per c. cum tibi. cum ibi no. per glos. &
DD. de testa. & no. Bart. in repetitione l. 1. C. de sac. san. ecc.
& in ver. 3. quæro an in relictis ad pias causas valeat volun-
tas captatoria, &c. & in l. captatorias. ff. de leg. 1. & ibi etiam
Bal. & not. Bart. in l. 1. de leg. 2. & in l. Theopompus. ff. de do.
præleg. in l. quidam. & in l. vtrùm. ff. de reb. dub. & Bald. in
repe. c. si pater. de testa. in 6. in materia compendiosæ substi
tutionis. & Ang. in l. captatorias. ff. de hære. instit. & ita sum
solitus semper tenere, † quia in dispositione ad pias e causas
7 non attendimus prohibitionem Iuris ciuilis, sed Iuris di-
e uini vel canonici etiam in terris imperij, per ea quæ haben-
tur in c. cùm esses. & in c. relatum. lo primo. de testa. & not.
Bar. in rep. d. l. 1. in vlt. q. iunctis no. per DD. in c. ecclesia san
* ctæ Mariæ, de consti. & videtur esse * magis communis opi.
licet quidã aliter dixerint, de qua in dictis locis, quæ dispu-
tatio non videtur tamen hîc necessaria stantibus aliis q̃ sup.
deducta sunt. ¶ Circa tertiũ dubium, quo quæritur, dato ꝙ
valuerit dicta donatio facta dominę Appollonię quis in di-
ctis bonis donantis plus iuris habeat, an dicta domina Ap-
pollonia, an secundus donatarius? Et clarum est ꝙ dicta pri
ma donataria, sc. domina Appollonia potior esse videatur,
8 † quia prius traditio sibi facta fuit. l. quoties. C. de rei vend.
& l. si autẽ. §. si duobus. ff. de publi. quod autem prius fuerit
facta traditio dictæ dominæ Appolloniæ, patet tam per di-
ctam reseruationẽ vsusfructus. d. l. quisquis. & l. si qs argen-
tum. §. sed & si quis. C. de don. quàm per cõstitutum. l. quod
meo. in princ. cum ibi not. per Doct. ff. de acqui. pos. & in c.
cum venissent. de restitu. spol. & quòd sufficiat ac præfera-
tur in casu proposito tale consti. donantis & posidenti

actua

actuali traditione primo facta secundo donatario, firmat Io. And. in addi. Spe. in tit. de emp. & ven. §. sciendum. super ver. & not. quem * communiter alij sequuntur, & per canoni. in d. c. cùm venissent. & per Bald. in Rubr. C. de contrah. empt. in 11. q. & fuit decisi. Guid. de Suz. in d. l. fi. C. de sa. san. eccl. & in d. l. quoties. ¶ Alex. Paduæ iura ciuilia legens.

ADDITIO.

a ¶ Inter viuos. Adde Alex. consil. 78. col. 1. lib. 4. Bal. l. 1. in fi. C. si quid in frau. pa. Steph. Ber. cons. 366. col. fin. lib. 2. cons. 9. Multa sunt. lib. 3. Fran. Aret. consi. 74. col. 2. Soc. consi. 53. consil. 137. lib. 1. Ias. consi. 5. & 6. lib. 3. consil. 169. colum. fin. lib. 4. vide de hac materia per Alex. & Iaso. in l. quæ dotis. ff. sol. matr. quòd si libet videre casus & consilia, vbi deciditur esse donationem causa mortis, vide Ro. cons. 229. pro declaratione consi. 513. in casu proposito. Alex. in eo. li. consil. 81. Corn. consil. 124. consil. 259. col. 3. consi. 289. litera R; lib. 4. Franc. Ripa in tract. de peste, fol. 31. ver. sextodecimò. plenè dixi super consue. Pari. §. 96.

b ¶ Simpliciter. imo quia bene merita nõ erant expressa, nisi in genere, velut ex communi stylo, ideo nihil operantur, vt consul. Socin. consil. 295. lib. 2. licet eum malè reprehendat Deci. consi. 20. & in l. si donatione. C. de colla. colum. 2.

c ¶ Vsusfructus. caue quia loquitur contra casum. l. in l. Seia. in princip. ff. de donat. cau. mort.

d ¶ Mortis. not. pro consuetudinibus quæ vetant inter viuos dare vltra quartam partem hæreditariorum, vt dixi super consuetu. Paris. §. 92.

e ¶ Pias. contra fa. not. in l. 2. consil. 210. dixi super consuetu. Pari. §. 96.

*SVMMARIVM.*

1 *Plures si percusserint vnum, etiam si non constat cuius ex eis ictu perierit, omnes tenentur de homicidio. & nu. 8.*

2 *Conatus sine effectu non punitur secundum statuta & consuetudines.*

3 *Sententia quæ fertur ex præsumptionibus temperari debet.*

4 *Plures quid si in rixa percusserint aliquem, & ignoratur à quo sit occisus.*

5 *Testis deponens per verbum, videtur, non probat.*

6 *Testes in criminalib. debent reddere rationem etiam nõ rogati.*

7 *Quasi, dictio, notat improprietatem, nec statuta intelliguntur de casu improprio.*

9 *Opinio Bart. reprobatur in l. si in rixa. ff. ad leg. Corn. de sicar.*

10 *Auxilians quis dici non potest, si non constat de principali delinquente.*

11 *Medici dicuntur etiam obstetrices, & cuiuscunque doloris curatores.*

12 *Bannum & publicatio bonorũ non extenditur ad post quæsita.*

EPITOME.

Tenet istum inquisitum non posse condemnari de homicidio, etiam si constet ꝙ animo occidendi venerit, & cum aliis percusserit, ex quo non constat, ꝙ vulnus illud mortale infixerit stantibus statutis quę non imponunt pœnam, nisi occidenti. in quo (meo iudicio) malè dicit, inquantum loquitur, quando constat de animo occidendi.

CONSILIVM XV.

VISO processu inquisitionis formatæ ꝑ potestatem Parmæ contra & aduersus Io. Mariam, a Io. de Col. de pluribus vulneribus illatis per d. inquisitum, & nonnullos alios in personam Mariani de Gasis, quibus omnib. vnus alteri & alter alteri auxiliũ, opem & fauorẽ inuicem prestiterunt, super dicto maleficio assistendo, ex quibus omnib. vulneribus d. Marianus mortuus fuit, prout plenius in dicta inquisitione continetur. & visis attestationib. testiũ per curiam receptorũ. & visa specifica depositione duorũ medicorum attestãtium in effectu ꝙ excepto vno vulnere magno illato super capite dicti Mariani & penetrato vsq; ad cerebrũ, alia vulnera non erant letalia, & dicunt quod illud magnũ vulnus super capite illatum tanꝗ letale fuit illud solum, ex quo Marianus fuit mortuus, & quod ab aliis vulneribus bene & faciliter fuisset liberatus, prout plenè continetur in scriptura dictarum attestationum, & neq; ex forma inquisitionis neq; ex attestationibus patet clarè quis fuerit ille qui dictũ mortale vulnus super suum caput intulerit. ¶ Vnde quæritur, posito ꝙ verè vel fictè dictus Ioan. Maria intulerit aliquod aliud vulnus ex vulneribus illatis in personam d. Mariani, & quod præstiterit auxiliũ, vtrùm possit condemnari capitaliter tanquam homicida? & videtur prima consideratione dicendum ꝙ sic. Primò per tex. in l. item Mela. §. si plu-
1 res. & l. ita vulneratus. §. idemq; est. ff. ad l. Aquil. † vbi si plures percusserint hominem, adeò ꝙ mortuus est, si non constat cuius ictu perierit, omnes tenẽtur de homicidio. simile habetis in l. 1. §. fi. cum l. seq. ff. de his qui deiece. vel effu. hoc expresse videtur velle gl. ff. de sica. l. si rixa. hoc idem videtur esse de mente Bar. in d. l. si rixa. in distinctione sua inquantũ voluit, quod quãdo primò ab vno illatum fuit vulnus mortale, & posito quod constaret quis intulerit illud, si tamen post illud per alium illata sint alia vulnera quæ per se non fuissent letalia in homine prius non vulnerato, tamẽ casu quo illata sunt post aliquod vulnus letale, teneantur etiã de occisione illi qui talia vulnera non letalia intulerunt. allega. l. qua actione. §. si quis seruum ægrotum. ff. ad l. Aquil. & d. l. ita vulneratus, iuxta principiũ. sed vt ex inspectione inquisitionis apparet post illatum vulnus per vnum ex sociis d. Io. Marię. super capite dicti Mariani cum vna arma & maxima sanguinis effusione fuit adhuc vulneratus letaliter, & ꝑ ipsos omnes multis percussionib. tam super capite quã super pectore & flanchis. & licet dicti testes medici videantur deponere (vt dixi) excepto illo vulnere illato sup capite cũ maxima sanguinis effusione, alia vulnera nõ fuerũt letalia, attamen secundum Bart. quãuis non essent letalia, si tamen illata fuissent ante dictũ vulnus letale facerent vulnerantes teneri de occiso per iura pallegata. ¶ Fortius dicit, quod & si vulnera non letalia prius fuerunt illata per aliquos, & postea per alium fuit vulnus letale illatum, quamuis teneatur solum de occiso ille, ꝗ vulnus letale intulit, per d. l. si in rixa. & per d. l. ita vulneratus. & per d. §. item si plures. tamen illi qui intulerunt vulnera non letalia, potuerunt puniri tanꝗ præstantes auxilium homicidio. assistendo ad homicidium committendum, per illum qui postea vulnus letale intulit. l. in actione. §. ope. ff. de fur. & Bald. in l. qui seruo. §. fin. ff. de furt. & Bal. in l. non ideo minus, in antepe. quæst. in vers. sed iuxta hoc venit quomodo, &c. C. de accus. & per Angel. in l. reos. in princ. ff. de duo. re. & in d. l. si in rixa. & eadẽ videtur pœna præstantis auxilium tali delicto, quæ est ipsius principaliter delinquentis. l. nihil. ff. de sica. l. 1. & ibi Bal. C. de crimi. pec. l. is cuius opem. de adul. & in Cle. 1. & ibi not. de offi. de lega. & not. Bar. Ang. in l. is qui opem. ff. de fur. & Cyn. & clarè Bal. & Ang. in l. 1. C. de Nili agge. non rum. & Io. Andr. in c. dilectus. ff. de pœ. cum si. ergo cum formata sit inquisitio etiã de auxilio prestito maleficio assistendo, debet posse Io. Maria puniri eadem pœna, qua veniret puniendus ille, qui intulit vulnus letale. ¶ Subdit etiam Bart. in d. l. in rixa. ꝙ etiam vbi non potest apparere quis intulerit illam percussionem letalem, tamen constat quod omnes percusserunt, & non apparet quis primò percusserit, & quis post, & sic nõ apparet, an vulnera non letalia illata fuerunt ante vel post percussionem factam ab illo, qui letaliter vulnerauit, puniuntur omnes vt homicidæ, quia præsumuntur omnes simul vulnerasse, sicut alibi quãdo non apparet quis primò decesserit, & quis postea, præsumuntur omnes simul periisse. l. cum hic status. de do. inter vi. & vxo. & in l. si fuerit. ff. de re. dub. & ideo omnes teneantur, per d. l. item Mela. §. sed si plures seruum. & si plures. & Bar. Bal. & Ang. in d. l. ita vulneratus. in fi. ¶ Facit quod no. Dy. in reg. in obscuris. in fi. de reg. iur. lib. 6. & quod no. DD. in l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi. & bonus tex. 23. q. 8. si quatuor. & in c. significasti. el 2. de homicidio. & bona gl. in c. cupientes. §. cæterum. in verbo, culpabiles. de elec. in 6. & quod no. Spe. in ti. de homici. §. 1. ver. sed pone. 4. ex quibus omnib. videtur ꝙ ex pluribus capitibus veniat concludendum, dictum Io. Mariã esse puniendum, vt homicidam capitaliter. ¶ Sed præmissis non obstan-

obstantibus puto, in casu nostro contrariam sententiā esse de iure veriorem. ad quod ostendendum præsuppono ꝙ licet de Iure communi vulnerans cum gladio seu instrumento apto ad occidendum, teneatur pro homicidio, quamuis vulneratus non moriatur. l. is qui cum telo. C. ad l. Cor. de sica. & l. 1. §. diuus Adrianus. eo. tit. tamē attenta dispositio-
2 ne † statutorum, *b* quæ communiter vigent per Italiam. quę
b solam pœnā capitalem imponunt ei qui occiderit, nō intelligitur talis pœna imposita ei qui vulnerauit, si effectualiter non sequatur homicidium, vt probat Bar. in præallegato §. diuus. & in d. l. si in rixa. & probatur in l. si certus sit percussor. §. fi. cum l. seq. ad Sylla. & illum tex. ad hoc ibi ponderauit Bal. in l. 1. §. hæc verba. & ibi etiā not. Ang. ff. quod quisq; iur. not. Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de da. inf. & Bal. in l. si qs non dicam rapere. C. de epis. & cle. & in c. 1. §. iniuria. de pace iura. firmā. & in l. datam. C. qui accu. & in l. si fugitiui. C. de seruis fugiti. & dicit Spec. in tit. de accu. §. 1. vers. sed quid si primò, &c. quod de consuetudine non seruatur, vt puniatur pœna capitali homicida, nisi effectualiter occiderit, nec
c sufficit vulnerasse animo occidendi. *c* Et etiam ita refert tenuisse Cy. in d. l. is qui cum telo. in 3. opp. & Bart. in l. diuus. & Ange. in d. l. 1. §. hæc verba. ¶ Hoc præmisso, dico dictum Io. Mariam non esse condemnandum, vt homicidam pœna capitali, quia vbi agitur de pœna criminaliter imponenda, & plures fuerunt percussores, ictus vniuscuiusq; pcutientis cōtemplari oportet: ita propriè habetis in d. l. si in rixa, quę propriè loquitur quando agitur de pœna criminaliter imponenda, vt patet ex titulo sub quo situata est. l. Imperatores. ff. de in diem addi. l. fi. & ibi no. in princ. ff. de condi. indeb. & sic attendi debet qualitas ipsius percussionis, vt si ex illa percussione sit mortuus, debet percutiens puniri pœna homicidij: Si verò nō sit mortuus ex illa percussione nō letali, sed ex alia letali, nō debeat de occiso puniri ille qui non letaliter percussit. ¶ Secundò, quia vbi agitur de pœna criminali saltem capitali probationes debeant esse liquidissimæ. l. sciant. C. de prob. & l. qui sententiam. C. de pœ. Vnde ex præsumptionibus non est damnandus, sed potius absoluēdus, si probatio est dubia. l. absentē. ff. de pœ. vnde vbi ex attestationibus seu probationib. rei redditur dubia ꝓbatio accusatoris seu iudicis inquirentis, non debet reus dānari, vt not. declarat Bart. & alij in l. non solum. §. sed vt probari. circa princ. ff. de noui ope. nun. & not. Bal. in l. 1. C. an seruus ex suo facto. & Sal. in l. matrem. C. de probatio. circa 4. col. & in c. auditis, circa vlti. chartam præsump. sed ita est quòd ex probationibus factis, præsertim per dictos medicos non potest negari, quin reddatur dubia intentio curię inquirentis, quia illi deponunt ꝙ solum vulnus illatum super capite cum vno ronchono, prout comprehendi poterat, fuerat letale, & alia vulnera non, & non apparet ēt ex forma inquisitionis, vel ꝑ aliquā ꝓbationē veram vel fictam, quod dictū vulnus letale fuerit illatū ꝑ d. Io. Mariam super capite. imò ex inquisitione videtur potius comprehēdi ꝙ illud vulnus fuit illatū per vnum ex sociis Io. Marię ergo condemnari nō potest, saltem capitaliter de homicidio Ioā. Maria. ¶ Tertiò per id quod dixit singulariter Innoc. & Hosti. in c. quia verosimile. de præsump. Bal. in l. fin. in vlt. col. de prob. & DD. maximè dominus Abbas in c. 2. de præsump. & Ant. de But. in c. quanto. de præsump. Lud. de Rom. in l. 1. §. si quis in vil.
3 ff. ad Sylla. vbi voluit, † ꝙ quando iudex procedit in crimi-
d nalibus ex præsumptionibus, *d* quamuis tales pręsumptiones tanquam euidentes sufficerent ad condemnandum in causa ciuili, tamen in pœnis criminalibus debet se abstinere, & non ita procedere ad condemnandum, & si condemnet, debet modicè condemnare. hoc ꝓbatur in d. c. afferte. vbi iudex ex illa pręsumptione violenta bene condemnauit mulierem ad restitutionem filij matri suę, tamen noluit illā mulierē cōdemnare ad mortē, ad quā iustissimè fuisset condemnanda, si legitimè fuisset ꝓbatum contra eā, ꝙ filiū alterius surripuisset, iuxta l. qm̄. & l. fi. C. ad l. Flau. de pla. & l. 1. & pe. ff. eo. ti. sed ita est qđ neq; ex forma inquisitionis, neq; ex forma ꝓbationis clarè comprehenditur, quod d. Io. Maria letaliter vulnerauerit Marianū, stante hoc quod vnum tm̄ vulnus fuit letale, s. illud quod fuit illatum super capite, vt fuit probatū, & non apparet ꝙ tale vulnus fuerit illatum per Io. Mariā, imò potius per alium (vt dixi) ergo si aliquo modo dici potest, quod ex percussione vel percussionibus illatis per Io. Mariam decesserit Marianus. hoc resultare nō potest, nisi aliqua præsumptione iuris seu violentia, prout etiam loquitur text. in d. c. afferte. vbi etiā loquitur in præsumptione violenta, id est, quæ mouet iudicem ad condemnandū, vt ibi not. gl. & DD. ¶ Quia præsuppono quod violenta dicitur esse præsumptio iuris, vt no. Cy. in l. siue possidetis. C. de prob. & Spec. in ti. de pręsum. §. species. ver. violenta. & DD. in c. is qui. de sponsal. & in d. c. quando. de pręsumpt. Quartò moueor, quia quæstio nostra deciditur per Alb. de Gandino, in suo tractatu maleficiorum sub rubrica
de homicidio. in Rubri. quæ tractat, † vtrùm si plures *e* per- 4
cusserint aliquē qui inde moriatur, tamē ignoratur ex quo e
vulnere ille sit mortuus, vt quia non habebat nisi vnum vulnus letale, an debeant omnes mori, an solùm teneantur de vulnere. Et primò arguit ꝙ omnes debeant mori, per dictā regulam. d. l. item Mela. §. sed si plures. & per d. l. ita vulneratus. & l. si plures. ff. de admi. tut. & per not. per glo. in d. l. si in rixa. & quia in dubiis nō debemus recedere à verbis edicti. l. prospexit. ff. qui & à quibus. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercito. sed dicit quod contrariū tenuit domi. Albertus Papiensis, & ita dicit tenere * cōiter omnes Doctor. modernos, scilicet ꝙ nullo modo dānentur ad mortē, quia in maleficiis ꝓbationes debent esse luce clariores, vt dixi, & in criminalibus non debemus vti mendicatis suffragiis l. singuli. C. de acc. Et qa pœna nō debet egredi vltra quàm reperiatur delictum esse cōmissum, l. sancimus. C. de pœn. & principaliter per d. l. si in rixa. vbi dicitur, ictus vniuscuiusq; contemplari oportet, &c. Vnde si vnus occidit Titium cum forcato, alter cum paruo gladio, & non apparet cuius ictu perierit, si dicimus omnes, vt homicidę capitaliter teneri, in tantum puniretur ille qui modicum vulnus intulisset, quātum ille qui intulit vulnus letale, quod esset iniquum & durum, & in tali dubio impossibile esset omnes insolidū occidisse, vnde cum deficiat ꝓbatio quò ad hoc quis eorum occiderit, neuter de occiso debet ad mortem damnari. arg. l. scientiam. §. cum stramenta. ff. ad l. Aquil. & l. duo sunt Titij. ff. de test. tut. & respondet ad no. per gl. in d. l. si in rixa. inquantū dicit quod vbi non constat cuius ictu perierit, quod omnes teneantur, & quod quilibet p̄sumatur occidisse, quod istud non potest procedere in criminalibus pœnis, quia neuter ex præsumptionibus damnandus est. d. l. absentem. Fallit in duobus casib. ibi not. in gl. & cùm non appareat cuius ictu perierit, pœna potius est molienda. l. interpretatione. l. si præses. ff. de pœ. & dum gl. in d. l. si in rixa. dicit quod oēs tenentur, subaudi secundū quod iudici videbitur, non autem quod debeant mori. Respondet etiā ad d. l. item Mela. §. sed si plures. & ad d. l. ita vulneratus quę loquuntur quādo agitur l. Aquilia ciuiliter pro damno dato ex p̄sumptione habita cōtra eos quilibet insolidum damnetur. Sed aliud est vbi criminaliter agitur. Et differunt ciuile & criminale. Inst. de pub. iu. in princ. ex quibus contra eos non debent ad mortē condemnari. tamen ne delicta remaneāt impunita, cū constat eos deliquisse, debēt aliqua pœna puniri. d. l. ita vulneratus. & l. licitatio. § ꝙ illicitē. ff. de pub. & l. si à reo. §. fin. ff. de fidei. & refert qđ hęc quæstio fuit de facto Parmę, vbi in tali casu ꝑtās condemnauit de consilio sapientum tales delinquentes in pœnam pecuniariā. dicit tamen quod vbi apparet eos habuisse animū occidendi, &c. tunc verum est. sc. vbi esset seruandum ius cōmune, quod quilibet ēt pro vulnere non letali teneretur, ac si occidisset. d. l. is qui cum telo. & in d. §. diuus. tamen hoc non debet attendi stāte statuto & consuetudine Italiæ, vt dixi sup. Si ergo videmus esse cōclusum, quod vbi non constat qs intulerit illud vulnus letale, nō debet teneri de homicidio, tantò magis in casu nostro in quo ex inquisitionis inspectione dictorū attestantium potius videatur apparere, quod vnus ex sociis dicti Io. Marię fuit qui intulit dictum vulnus super capite, quod (vt dicūt medici) solum erat mortale, quo casu alij teneantur de vulnerato,

non

non de homicidio, vt probatur in d.l. item Mela. §. sed si plures. ibi dũ tex. dicit. & sic quidẽ apparet cuius ictu perierit, &c. & hoc ẽt expresse no. Bal. ibi & Host. in summa, in tit. de homicidio. §. qua pœna. ver. sed quid si in rixa. & Arch. in 23. q. vltim. c. si quatuor. benefacit l. huic scripturæ. §. si seruus. cum seq. ff. ad l. Aquil. & est de mente gl. in c. significasti. el 2. in ver. discerni. de homicidio. & no. Inn. in c. si aliquis. in gl. mag. ad fi. eod. tit. ¶ Quintò moueor, qa hoc præcisè firmat Ol. in d. l. si in rixa. vt ibi dixi, ꝙ illud quod firmat gl. ꝙ omnes tenẽtur quãdo plures pcussissent, & non potest apparere cuius ictu perierit percussus, seu qs causa occidẽdi percusserit, & qs non, attento ꝙ de iure cõmuni idem operatur illatio vulneris animo occidẽdi, quod operatur occisio (vt dixi) debet intelligi secundũ Old. ꝙ omnes teneantur, s. pecuniariter tantũ, & dicit, qđ ita dixerunt oẽs DD. Bononiæ legentes. & ꝙ nõ obstat l. item Mela. §. sed si plures. quoniã loquitur, quãdo ciuiliter agitur. ¶ Et hæc verba refert & sequitur Pe. de Anch. in cons. suo 216. inci. Nos Bartholomæus de Sal. vbi approbat Pet. de Anch. & dicunt, ꝙ hoc innuit text. in d. l. si in rixa. quæ loquitur quando plures percusserunt. & tunc nõ dicunt omnes l. Cornelia teneri, & frustra diceret tex. vulnus cuiusq; debere contẽplari, si omnes vulnerantes eadem pœna l. Corneliæ tenerentur. & illud consilium Pet. de Anch. pariter comprobatur per Bar. de Sal. & Gasparẽ de Calde. ¶ Sextò moueor, quia si curia inquirens dicit, non plenè constare quod vulnus mortale, de quo deponunt medici, fuerit illatum ab vno ex sociis dicti Io. Mariæ, attento quod medici deponunt, quod vulnus mortale fuit illud magnum vulnus, ꝙ illatum fuit super capite cum fractura cranei vsq; ad cerebrum, & in inquisitione dicitur, postquam Io. Maria vulneranit Marianum vna percussione in pectore, cum magna sanguinis effusione incontinenti, vnus ex sociis dicti Io. Mariæ percussit dictũ Marianum super capite cum vno ronchono vna percussione cum sanguinis effusione, & demum per omnes ipsos percussus fuit & vulneratus letaliter multis aliis percussionibus, tam super capite q̃ in pectore, & in flanchis cum sanguinis effusione. & medici etiam deponunt ꝙ in capite habebat tria vulnera, ergo cùm plura fuerint illata vulnera in capite, de quib. omnibus prædicti sunt inquisiti etiam. præterea vulnus de quo in inquisitione dicitur specificè fuisse illatum ab vno ex sociis dicti Io. Mariæ super capite cum magna sanguinis effusione: sequitur ꝙ dicta pluralitas vulnerũ super capite pariat dictam incertitudinẽ, quomodo ergo potest dici, ꝙ vulnus qđ in inquisitione specificè dicitur fuisse illatũ super capite ab vno ex sociis prædicti Io. Mariæ fuerit prædictum vulnus letale, de quo deponunt medici ꝙ nullum aliud ex aliis vulneribus super capite illatis fuerit lethale vulnus de quo deponunt medici. l. ita fideius. ff. de iu. fis. l. si fuerit. ff. de reb. du. l. si qs seruum. §. si ita. ff. de leg. 2. ¶ Et non sunt duo testes q deponunt, ꝙ illud vulnus letale fuit illatũ cũ ronchono, sed vnus solus, s. frater, s. Iacobis de Bertholotis. & ille etiam non deponit hoc cõcludenter, sed dicit simpliciter ꝙ videbatur illatum vno ronchono,

5 † quo casu testis in ciuilib. deponens per verbum videtur, non probat, vt no. Bar. in l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arb. & in suo tractatu de teste. circa 2. chartam. & Io. And. in addi. Spe. in tit. de teste. §. nunc tractandum, in add. inci. hic ergo regulariter. & Bald. in l. de quib. ff. de le. in 20. col. ver. sed qđ si testis. dicit videri, &c. & Ang. in rep. l. sciendum. de verb. obli. in 2.

6 col. præsertim † cum testib. in criminali nõ credatur, quando etiam non interrogati non reddunt sufficientẽ causam dicti sui, vt signanter tradidit Sal. in l. fi. C. de prob. & in inquisitione ẽt dicitur, qđ omnes inquisiti erant etiã armati spatis, lanceis & ronchonis. Adhuc habet Io. Maria intẽtionem suam fundatam ex isto capite, qa sumus in casu in quo nõ constat quis intulerit illud vulnus letale, quo casu Dyn. cõsuluit ꝙ posito ꝙ de iure punirẽtur, tamẽ per hoc non habet locũ in statutis, id est, vbi tractatur de imponẽda pœna ex forma statutorũ, qa tex. in d. l. item Mela. dicit, ꝙ si non ap-

7 paret cuius ictu perierit, oẽs quasi occiderint teneri. † Nam dictio, quasi, ibi posita notat improprietatẽ. l. si cum dotẽ. §. fi. ff. sol. mat. & ibi no. in l. posthumorum. ff. de iniu. test. & statuta non intelliguntur de casu improprio. l. 1. §. si is q nauem. ff. de exerci. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. ge. c. in nostra. de iniu. & no. Bar. in l. 1. & in l. liber homo. ff. de verb. ob. signanter. & in l. apud Iulianum. §. fi. ff. ex qui. cau. in pos. ea. & Bal. & Ang. in l. more. ff. de acq. hær. cum multis suis concord. & licet Bart. in d. l. si in rixa. non sit cum opi. Cy. volens ꝙ illa dictio quasi, posita in d. §. sed si plures. sit veritatis expressiua. sicut stat in primo respõso illius §. dum ibi dixit, ꝙ si quidẽ apparet ex cuius ictu perierit, illũ quasi occiderit, teneri. q̃ responsio cum supportatione videtur fuisse satis fragilis, qa dictio quasi, secundum subiectã & practicatam materiã ponitur, modò tanquã veritatis expressiua, & modò tanq̃ verè denotans similitudinem. l. Lucius. la 1. Et ibi gl. in ver. inter esse. ff. de admi. tut. l. ait prætor. §. item ei qui. ff. ex quibus cau. maio. l. si quis cum à fideicõmis. & ibi no. ff. de condi. indeb. c. parochianos. & ibi no. Io. And. de deci. & 2. dist. in c. quædam etiam. & ibi not. Archi. quod idem importat, quod dictio tanquam, quæ tamen est nota improprietatis. l. pecuniam. ff. si cer. pet. l. iubemus. §. sanè. el 1. C. de sac. san. eccl. & not. Bart. in l. 1. in fi. principij. ff. de offi. eius cui man. est iu. & Bald. in l. apud antiquos. C. de fur. licet aliquando sit expressiua veritatis. c. solitæ. & ibi gl. de maio. & obed. in vers. tanquam. c. 1. & ibi not. Archid. de homi. lib. 6. l. 1. & ibi not. in prin. ff. de hær. inst. & quod dictio quasi, potest in vna & eadem l. vel §. stare propriè & impropriè secundum subiectam materiam, est etiam text. cum gl. in l. si pater. §. q duos. ff. de adopt. quæ incipit, hæc tria. Vnde licet Iurisconsultus in d. §. sed si plures, ratione subiectæ materiæ accipiat in prima parte dictionem quasi, vt veritatis expressiuam, quia aliter accipi non potest, cùm verum sit vnum occidisse, &c. ibi, cuius ictu vulneratum periisse, tamen non est eadẽ ratio, quòd in sequenti responso accipiatur pro dictione veritatis expressiua, quia si non apparet cuius ictu perierit, non videtur dici posse, ꝙ verè omnes occiderunt, saltem in casu nostro quando apparet quod tantum vnum erat vulnus letale, per di. l. si in rixa. inducendo, vt dixi, & sic posito, ꝙ quando non cõstat quòd vnum vulnus tantùm erat mortale, non posset stare ꝙ oẽs viderentur occidisse. & sic seruetur intellectus in d. §. sed si plures. & ꝙ ibi etiam in 2. responso dictio quasi, sit veritatis expressiua. & sic ille casus habet locum in casu nostro, quando constat quod vnum tantum erat vulnus letale, quia tunc omnes non dicerẽtur verè occidisse, per d. l. si in rixa. & hoc casu optimè procedit decisio noua Dy. ¶ Ex his ergo apparet ex sufficiẽti partium & casuum enumeratione dictum Io. Mariam non posse ad mortem condemnari, vt dixi. & quamuis ex his apparet responsio ad allegata in contrarium, tamen specialiter respondeo.

8 & primò † non ob. d. l. item Mela. §. sed si plures. & d. l. ita vulneratus. cum concordantiis, quia respondeo primò, ꝙ ille text. & similes loquuntur quando agitur ciuiliter, quia aliud est quando criminaliter agitur, vt in casu nostro, qa tunc requiruntur probationes luce meridiana clariores, & saltem quia agitur de imponenda pœna capitis, vt multis authoritatibus suprà comprobaui. & ita ad d. §. sed si plures. & ad d. l. 1. §. fin. cum seq. ff. de his qui deie. vel effu. respondet vltra Doctores superius allegatos Alber. de Rosa. in 3. parte statutorum. q. 62. incipi. Item quæritur, quando erãt in domo vna, &c. ¶ Secundò respondeo, quòd aut tenemus ꝙ vulnus illud vnicum mortale fuit illatum à socio Ioan. Mariæ magis quàm à Ioan. Maria, vel ab alio, & tunc respondeo quòd text. in d. §. sed si plures. non loquitur quando constat vnum tantum fuisse illatum vulnus mortale, quo casu non teneantur capitaliter de occiso, vt firmat Old. & multi alij quos suprà allegaui. ¶ Vel etiam respondeo, quod ille text. non militat in pœnis quæ imponuntur vigore statutorum, quia posito quòd omnes videantur occidisse. illud enim est impropriè, quę improprietates non habent locum in statutis, vt proximè dixi circa sextum fundamentum, secundum Dy. Et per hoc etiam fuit responsum ad not. per glos. in d. l. si in rixa. ad quam etiam fuit responsum in quarto fundamento. ¶ Ex his modis patet esse responsum ad capit.

si qua-

si quatuor. 23.q.vlt.& ad c.significasti.de homicidio.el 2.nā
ibi non apparebat ꝙ vnius ictu pericrit, id est,non appare-
bat ꝙ vnum solum vulnus fuisset mortale,prout hic.¶Item
ibi non agitur de pœna capitaliter imponēda, sed de pœna
irregularitatis,tamē tutior via est ibi eligēda, scilicet quod
tanquam irregularis nō puniatur, aliàs puniatur:vt ibi per
9 DD. ¶ † Non obst.notata per Bart.in d. l.si in rixa. inquan-
tum dicit,quod si primò fuit ab vno illatum vulnus morta-
le,& postea ab aliis illata fuerint alia vulnera,ꝙ quilibet te-
netur de homicidio, per d. l.qua accusatione.§.si quis ser-
uum ęgrotum.& per d.l.ita vulneratus,in prin.quia illi tex.
loquuntur quò ad actionem l. Aquil. & sic quando agitur
ciuiliter, quo casu illud est, & ex præsumptionibus potest
quis damnari,vt dictum est.& opi.Bart. confunditur per d.
l.si in rixa.qui indistinctè vult ictus cuiusq; cōtemplandos.
denique iura illa non dicunt,ꝙ vulnera secundo loco illata
non essent letalia in illo homine,tamen tutior est prima re-
sponsio. ¶Potest etiam dici quòd stātibus his quæ dixi in 6.
fundamento, non apparet sufficienter, ꝙ vulnus mortale
fuerit prius illatum quàm alia vulnera. ¶Et si tunc dicatur,
ꝙ quando non apparet,an vulnus mortale pręcesserit vel se
cutum fuerit, nihilominus secundum Bart.in d.l.si in rixa.
omnes tenentur,sicut retuli suprà in primo responso,posi-
to ꝙ Bart.dicat omnes teneri,non tamen dicit de occiso te-
neri,& sic capitaliter.& si etiam intentio & mens Bartol.ita
fuisset,contra eum faciunt omnes decisiones & authorita-
tes quas suprà allegaui in fundamentis deductis,ꝓ ista par-
te, & in responsionibus suprà traditis. Item est contra d.l.
si in rixa.& Bart.profectò in hoc casu videtur, cum suppor-
tatione multum fragiliter locutus, cum se fundet in iurib.
loquentibus in præsumptionibus in dicta materia,vbi non
agitur ad crimen, seu ad pœnam criminaliter seu capitali-
ter imponēdā.l.si inter virum.& l.sed & in illo. ff.de re.dub.
non autem loquuntur in pœnis capitalibus, quo casu in du
bio semper potius fit interpretatio & pręsumptio in mitio-
rem partem,vt est dictum.¶Nō obstat: quòd saltem auxilij
præstiti assistendo debeant puniri.esto ꝙ vulnus letale non
intulerint, per notata per Bartho. in d.l.si in rixa.cum con-
cordantiis,quia primò respondeo, ꝙ nō est formata inqui-
sitio,nisi contra socios Ioan.Mariæ de eorum auxilio præsti
to de vulnere illato per Ioan.Mariam in pectore dicti Mar-
iani, non autem de auxilio præstito per Ioan. Mariam aliis
vulneribus illatis per alios,vt clarè ex inquisitione apparet.
¶Secundo respondeo, ꝙ non apparet sufficienter quis fu-
erit ille qui vulnus illud intulit, stante ꝙ de iure verum est,
tanquam principalem vnum solum teneri de homicidio,
quando constaret quis fuerit ille qui letale vulnus intulit,
& alij non tenerentur de homicidio,vt principales,si vnum
tantum est vulnus mortale,per d.l.si in rixa.vt probaui,non
potest isto casu puniri aliquis prędictorum de auxilio,si nō
constat quis fuerit principalis, scilicet ille qui occidit,siue
10 qui vulnus letale intulit. † quia incertitudo principalis vi-
tiat in accessorio.Ita concludit Pet.de Anch.in d.consi.116.
ad fi consilij,in quo(vt dixi)interuenit assensus Barthol.de
Sal. & Gasparis de Cald.alleg.not.per Bar.in l.si is qui rem.
§.si tu Titium de furt.per illum text. & ibidem apertè est de
mente Tancredi de Corn.in compendiosa sua in Rub.9.q.
incipiente,quæritur hic,duo vel tres accesserunt,&c. Non
obstāt suprà no.per Spe.in tit.de homicidio.§.1.ver.sed po-
ne.quia respondeo ꝙ illa decisio non potest adaptari ad ca-
sum nostrum. ¶Bene facit quod not.Sali.in l.1.C. de raptu
virg.in 10.col.in ver.quæro successiuè.an si quis opem præ-
stans, &c.quia verba statuti puniētis possunt esse concepta,
adeo in personam quod non compræhendat præstantes o-
pem,per notata per Bar.in l.nihil. ff.ad l.Corn.de sicariis.&
in l.is qui ope.de furt.sed quia verba statuti non habeo,non
insistam circa hanc vltimam responsionem, ꝙ capitaliter
puniatur ex animo percutiens occidendi nō letaliter, quia
de consuetudine & de iure municipali est ꝙ vulnerans ani-
h mo occidēdi,si non occidat, non puniatur *b* pœna capitali,
vt in primo proposito fuit ostensum. & quia dictum est esse
probatum per duos testes peritos & iuratos, vnum tantum
fuisse vulnus letale, dico sufficiēter probationem illam fa-
ctam fuisse per duos testes. §.quæ autem.in Auth.de non a-
lien.l.comparationes.C.de fid. instr. c.quoniam contra.de
proba. no. Bar.& alij in proœ.Digestorum.& Bar.in l.quo-
ties.C.de pondera.lib.10.& in l.1.§.fi.de verbo.obl. & in l.1.
in prin.de ven. inspi.& Bald.& Sal.in d.l.comparationes.&
canonistæ in c.proposuisti. de prob. & satis est ꝙ tales q ha-
bent super prædicta cognitione deponere,ꝙ sint experti in
prędictis,vt inquit tex.in c.fi.de frig.& malef.vel ꝙ sint me-
dici.l.quoties.C.de re mili.li.12.& c.significasti.el 2. de ho-
mi.Et medici in proposito dicuntur illi qui eas ęgritudines
de quibus in proposito,curare & sanare solent.l.1.post prin.
h per Bar.ff.de var.& extraor.co.†vnde medicorum appella-
tione veniunt etiam obstetrices & qui nō vniuersaliter, sed
certam partē corporis curare solent, vt dolores dentiū seu
auricularum,nisi per incantationē curarēt,vt ibi dicit text.
& no. Bal.in l.1.C.man.& sic apparet non oportere quod sit
doctoratus.quod patet etiā ex l.1.§.ne autem.C.de cōmun.
ser.manu. vbi serui vtriusq; sexus possunt esse medici quod
esse non potest,si ad hoc,vt quis dicatur medicus,requirere
tur doctoratus,quia cùm doctoratus sit dignitas.c.quanto.
de magistris.ne aliquid exi.not.Bart.in 1. constit.in l.ex eo.
ff.de testi.& Bald.in l.1.in prin.ff.de iust.& iure.cum si.serui
autem à dignitate repelluntur,l.1.& fin.C.qui mil.non pos.
12 lib.12.ergo non possunt esse medici.d.§.non autem. ¶†Po-
stremò à me quæritur,an si dictus Io. Maria fuisset capitali-
ter bannitus cum publicatione bonorum ob contumaciā,
& post dictum bannum obuenerunt sibi denuo alia bona,
cōpræhendantur illa in publicatione? & hæc dubitatio stan
tibus his quæ conclusa sunt sup. non videtur necessaria,qa
si Io. Maria est infra tempus ꝙ possit post bannum audiri,
apparet ꝙ iudex debet reuocare prædictum bannum & ad
pœnæ pecuniariæ impositionem procedere.¶Tamen dico
vnum verbum ꝙ non veniunt bona post bannum vel publi
cationē quæsita.l.si mandauero.§.is cuius. ff. mand.l.is cui.
§.1.ff.de testa.& pondera Bal.in l.2.C.eo.tit.& Bart.in l.cer-
ta forma.per illum tex.C.de iure fisci.lib.10.& Bald.in l.fin.
per ibi no.per gl.C.quæ res pig.ob.pos.& no.per Bar.in l.1.
in 1.col.de hær.inst. ¶Alexander.

ADDITIO.

a ¶Mariam. huic consilio subscripsit Aure. Mut. vt in lib.4.
consil. 46.

b ¶Statutorum. aduerte ꝙ hæc statuta & consuetudines de
non puniendo conatu pœna mortis, nisi secutus fuerit effe
ctus,qcquid hîc innuat Alex.nō debēt ita iudaicè & ineptè
intelligi, vt oporteat effectum esse secutum manu propria
eius q accusatur.Sed debēt ita intelligi, vt oporteat delictū
esse consummatū,puta hominem occisum,quo facto si tres
vel quatuor occidendi ꝓposito accesserint, etiam si vnus so
lus gladiū eduxerit & occiderit, omnes pœna mortis tenen
tur, etiā stantibus dictis statutis & cōsuetudinibus, secus si
aggressus euaserit, quia tunc nullus pœna mortis, sed aliter
puniendi sunt.& ita obseruamus in hoc regno.& generali-
ter ꝙ non seruetur l. is qui cum telo. C.ad l. Corn.de sicar.
not.Bal.Sal.ibi Bar in l.1.§.diuus.ff.eo. Pau.Alex.Ias.l.1.§.fi.
ff quod quisq; iu.Cæpo.cons.crimi.con.vlt.Ale.infrà lib.2.
consil.140.nu.2.Cor.cons.202.lib.1.Feli.tract. de cona.col.
pe.Thom.Gram.noto.8.& consil.36.quod tamen limitan-
dum est ex circumstantiis aggrauātibus & atrocitate facti,
vt cùm insidiosus percussor non discessit, nisi quia putabat
percussum esse mortuū: vel in veneficio,si qs venenum da-
tum euomerit.Sed reiiciendę sunt ridiculæ illæ interpreta-
tiones Italicorum,qui vsq; adeo verbis statutorum suorum
hærēt,vt sensum peruertant,vt Fran.Are.cons.126.visa con-
sue. et statutis col.fi.nu.9.decidit ꝙ nō tenetur de homici-
dio pcutiens aīo occidendi pugno armato,si pcussus ex hoc
cadēs in terrā capite lapidi illiso mortuus sit,qa inquit,non
est mortuus ex pcussione immediatè, nec ex instrumento
quo pcutiens occidere volebat, sed ex collisione capitis ad
lapidē.& sequitur Fel.in trac.de cona.col.fi.& in c.de cæte-
ro.de homi.Hypp.de Mars.in l.1.nu.9.q.C.ad l.Cor.de sica.
& gloriātur multos hac via liberari posse à morte,quòd est
absur-

absurdissimum. Sequeretur enim, si quis volens occidere,
de ponte deiecerit in flumen, etiam morte secuta, nõ debe-
ret de homicidio damnari in terminis dictorum statutorũ.
frustrà autem adducunt sententiam Bal. in l. de pecoribus.
C. ad le. Aquil. in l. ait prætor. §. quacunq;. ff. de iureiur. & in
tract. statu. in versic. pax. ꝙ statutum vetans concordiam de
percussionibus sanguinolentis, non habet locum, si impul
sus cadẽs caput illiserit lapidi cum sanguine. sequitur Pau.
in l. qui domum. ff. loca. quia Bald. ibi non loquitur in eo, q
animo occidendi vel mutilandi impulit. & ibi etiam agitur
de statuto odiosissimo, quodq; nisi interpretatione iuue-
tur, esset contra legem Dei, nec valet excusatio Steph. Bert.
consil. 169. lib. 3. quod prædicta procedunt, quando agitur
de pœna imponenda, non secundum dispositionem iuris
communis, sed secundum dispositionem statuti, & in vim
statuti tantum, quod nõ intelligitur, nisi in casu vero; quia
dico post Bal. in l. 1. col. pen. in fi. ff. si cert. pet. quòd ratio &
mens statuti essentialiter est ipsum statutum, non cortex
verborum. Dy. c. fi. de reg. iur. in 6.
c ¶Occidendi. quod deprehenditur ex genere armorũ, Bar.
in l. 1. §. diuus. ff. de Sic. & in l. omne delictum. §. qui non mi-
litat. de re mil. not. gl Fel. in c. significasti. de homicid. Bald.
Hypp. Mars. l. 1. C. ad le. Cor. de Sic. Thom. Gram. cons. 2. cõ
sil. 20. nu. 4.
d ¶Præsumptionib. Adde Io. An. ad. Spe. de prob. §. fi. ver. 3.
Bal. l. sciant. C. de proba. Rom. in l. lege Cornelia. ff. ad Syl-
lania. Dec. l. 1. col. 4. ff. de reb. cred. late Hyppol. de Mars. l. 1.
nu. 57. C. ad leg. Corn. de Sica.
e ¶Si plures. Adde infrà consi. 14. lib. 3. cons. 46. libr. 3. Alber.
in 4. par. stat. q. 61. Ang. in tract. malefic. versi. Andream au-
xiliatorem. Ancha. cons. 216. Paul. cons. 335. Visa & ponde-
rata. lib. 2. Feli. c. significasti. 2. de homicidio. Ioa. Igne. l. 1. §.
si quis in villa. ff. ad Sillan. Hyppol. de Marsil. not. 216. & in l.
si in rixa. ff. ad leg. Corn. de Sicar. Conclude, quod si plures
accesserunt animo occidendi, siue æquè principaliter, siue
ad auxiliandum vni ex eis ad homicidium deliberatum, &
hoc constat, tunc omnes nedum ciuiliter, sed etiam crimi-
naliter lege Cornelia tenentur, nõ distinguẽdo, an omnes,
vel vnus, percusserint, quod verum puto etiam in terminis
statuti, de quo hic per Alex. quia satis dicitur occidere, qui
per se solum, vel simul cum pluribus eo animo, vel per aliũ,
vel alios occidit, vel occidentibus ad homicidium in ipsum
perpetrandum auxiliatur, & inde sequitur homicidium,
quicquid dicat Alex. hic. respectu autem eorum, de quibus
non constat, quòd accesserint animo deliberato occidẽdi,
sequere sententiam & distinctionem Alex. hic.
f ¶Quasi. suprà cons. 2. nu. 4.
g ¶Incertitudo. & hoc, quando nõ apparet, nisi de vno vulne
re, & vnius pcussione, nec constat omnes venisse animo de-
linquendi, & sic nõ apparet oẽs deliquisse: sed vnũ incertũ
ex certis, & tunc nullus capitaliter punietur, sed bene ciuili
ter oẽs, vt per Alb. Bar. in d. l. si in rixa. & d. l. item Mela. §. 1.
h ¶Occidat. intellige, nec per se, nec per eum cui mandat, vel
cui ad hoc auxiliatur. vt suprà dixi.

*SVMMARIVM.*

1 *Statuta siue in rem siue in personam, non egrediuntur loca sua.*
2 *Mobilia censentur in loco vbi mansura sunt.*
3 *Domicilium incolatus attenditur, non originis.*
4 *Actio iudicatur secundum id, ad quod competit.*

## CONSILIVM XVI.

VISO titulo quæstionis præmissæ in sentẽtiam
domini Ottonis primi consultoris concurrẽs
paucis absoluam propter maximam nuncij ce
leritatem. Et primò, circa primum dubium.
An dictum statutum dictæ Lucanæ ciuitatis,
quatenus videtur excludere ab intestato filias defunctæ p-
sonæ, superstite patre, & fratribus defunctæ personæ exten-
datur ad bona posita extra territorium statuentium? Si re-
Catharinam, qa probatur ꝙ ꝑcussit eam, eo qa ipsa expulerat seu percusserat quendã bouem d. Paul. igitur non committitur stipulatio pœnalis. ¶ Quod aũt sit, ꝓbatur ꝙ Paul. ꝑcusserit ex dicta cã, patet, quia apparet primò esse ꝓbatum per vnum testẽ, s. peregrinũ, ꝙ ipse in die in qua fuit verberata dicta Catharina, ipse viderat eã percutiẽtem & expellentem dictum bouẽ dicti Pauli, & constat quod illud fuit anteq̃ Paulus eam ꝑcussisset, vt apparet ex attestationib. dictæ Diamantis & Mariæ q̃ deponunt, ꝙ tpe quo Paul. percussit Catharinã, conquestus est, ꝙ ipsa percusserat bouem suum, non enim potuisset vaticinari Pau. de futura ꝑcussione bouis facienda per Catharinam. l. si putator. in fi. ff. ad l. Aquil. l. iubemus. ad fin. C. de test. quod ex hoc ergo apparet ꝙ iste testis, s. Peregrinus probat de visu superueniente d. Cath. & sic facit semiplenam ꝓbationem. l. vbi casus. ff. de test. c. in omni. extra, de test. & plenè no. in l. admonẽdi. ff. de iureiu. cum vulgari. ¶ Subsequenter ꝓbatum est per tres testes, ꝙ publica vox & fama est, ꝙ dictus Paulus percussit dictã Catharin. eò quia ipsa expulerat & percusserat bouem d. Pauli seu eius patris. & fama facit aliam semiplenam probationẽ, quæ iungitur cum superiori semiplena probatione, vt not. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & in c. veniens. de testi. & in c. 1. de appel. & in d. l. admonendi. & plenè per Bart. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæst. & per alios in l. 4. C. de prob. cum concord. accedit, quia in his quæ dependent ab animo alicuius, statur dicto eius, vt not. gl. 1. §. aliæ. Institu. de act. & plenè not. Bart. in l. gerit. ff. de acq. hær. & declarauit d. Paul. quando dictam Catharinam percussit, quia causa propter q̃ mouebatur ad eam percutiendam, erat, qa ipsa ꝑcusserat suum bouem. ¶ Non obst. si diceretur ꝙ illa percussio bouis non erat iusta causa, propter quã debuisset moueri Paulus ad percutiendum & offendẽdum eam, sed solum ad offendendum, iuxta l. 1. cum ibi not. C. vnde vi. l. 3. §. cùm igitur. ff. de vi & vi arm. c. olim. el 1. de resti. spo. vnde dicit Bal. in d. c. 1. in prin. de pa. tenen. ꝙ illa promissio de non offendendo facta in contractu pacis, non comprehendit offensam factam ex superuenienti iusta causa, & tamen certum est, ꝙ superueniens discordia non est iusta causa offendendi, vt dixi. hoc etiam verum est, vt patet ex ratione, qua mouebatur Bart. in d. l. aut facta. §. causa. & ista quò ad veritatẽ & mentem iuris (iudicio meo) debent faciliter sedere in animo cuiuslibet rectè iudicantis inspectis dictis probationibus. & vbi esset causa dubia, pronunciandum esset ꝓ reo, maximè in pœnis. c. ex literis. de prob. l. si præses. ff. de pœn. & in reg. cum sint partium. lib. 6. ¶ † Circa secundum dubiũ
3 principale, puto esse verum, ꝙ dictus appellans per illam solam introductionem appellationis cum requisitione præsentiæ domini semel facta, non dicitur, diligens quantum ad hoc, ꝙ non currat tempus appellationis, si postea est reuersus d. domi. & amplius non fuerit requisitus, qa iterum debuit requiri quando rediit, vt ꝓbatur in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. cum ibi no. per Bar. de no. oper. nun. in 4. oppo. faciunt not. per gl. in c. 1. de consuetu. rec. feu. quę dixit, ꝙ si magistratus abest, debet expectari & tunc actus geri debet, & sola absentia non excusat. hoc etiam expresse decidit Ant. de But. in c. ex ratione. circa med. de appel. in ver. ex his deciditur, &c. vnde dicit, ꝙ si appellantes accedunt ad sedem Apostolicam, & nõ possunt habere copiam Papæ, oportet ꝙ protestentur de impedimento, vt not. gl. in c. cupientes. §. quod si per 20. de elect. libr. 6. & dicit, ꝙ non sufficit ꝙ iste qui appellauit, fuerit tñ semel impeditus, sed oportet ꝙ duret impedimentum, & cõstet illud durare. nam si nõ potuit hodie habere copiã Papæ, poterit cras. secundũ eũ facit quod no. Ang. in Auth. sed lis. C. de temp. appel. vbi dicit, qđ illud qđ dicitur in tex. secundũ ꝙ cã appellationis quę speratur in Consistorio principis inferri, manet intacta absq; dãno moræ, donec ꝑses faciat cãm introduci, quod à ꝓcerib. secundũ morem dirimi, &c. debent intelligi secundum eũ, si appellans fuit solicitus in introducendo cãm, sed non potuit, quia non habuit aditum ad Imperatorẽ. ¶ Pro hoc facit, quia appellans in prosecutione suæ appellationis debet summa ope niti, vt dixit tex. in l. fi. §. illud. C. de temp. appel. per quem tex. in proposito dicit Bald. in Auth. item si appellatione. eo. tit. & Sal. in d. §. illud. quod licet aliàs vnica interpellatio sufficiat regulariter, vt l. Titia. §. Seia. cum ibi not. per Bartho. de leg. 2. & in l. mora, in princi. cum ibi not. per Barth. ff. de vsur. ¶ Tamen in causa appellationis nõ sufficeret vnica interpellatio & reqsitio facta iudici, quia non esset ista summa ope niti. vnde secundũ eos debet interpellatio fieri cum ea instantia & diligẽtia, cum qua debent apostoli peti, illud videtur velle Ang. in cõsi. 126. in ordine meo incipi. Quidã Matthæus, &c. Vbi concludit, ꝙ si fuit appellatum ad dominos Priores, q ex forma statutorum debent committere dictã causam appellationis, infra tres dies vni iudici, neutri suspecto, & qđ iudex ex forma statuti debeat causam intra decem dies à die commissionis terminare, & contigerit, quod domini Priores nunquam commiserunt causam dictæ appellationis, eo quia non fuerunt sollicitati, & etiam transiuerunt decem dies, ꝙ talis appellatio intelligitur deserta, eò quia d. statutũ disponens, ꝙ priores teneantur causam committere infra tres dies, debet intelligi si postulatum fuerit à partibus. l. 3. §. hæc autem. ff. de magistra. conue. ¶ Vnde debuerunt Priores requiri per appellantem, ꝙ causam committerent, & debuit dicta requisitio fieri cum importunitate, sicut dicimus quando requiritur iudex, vt det apostolos. l. 1. ff. de lib. dimis. c. ab eo. de appell. lib. 6. Et propterea concludit Ang. quod dicta appellatio intelligitur deserta, eo ꝙ non fuit terminata in fine decẽ dierum. ¶ Vnde puto verba dicti statuti quò ad casum propositum, licet videantur aliquantulum ambigua, quòd intentio statuti prædicti non fuit, ꝙ sufficiat appellantem appellare, & quod nõ habeat necesse instare & sollicitare causam committi, & eo non sollicitante ꝙ non possit perueniri ab appellato in faciendo causam cõmitti. Nam si ita est, sequeretur ꝙ de facili tempora finiendæ appellationis esse possent longiora, q̃ essent de Iure communi, & tamen intentio statuti fuit prouidere, ꝙ causæ appellationis non protraherentur in longum, vt patet ex præfationibus dicti statuti, ex quibus cognoscitur intentio finalis statuti. l. fin. ff. de hære. instit. & l. cum hi. in prin. cum ibi not. per Barth. ff. de transi. plenè not. Bart. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab or. faci. & Bal. in §. quibus. in prima const. C. & do. in c. pen. in fin. de cleri.
4 coniu. ¶ † Vnde cùm statutum debet semper interpretari, vt conformitatem habeat cum Iure communi magis quàm fieri possit, etiam si verba statuti impropriè acciperẽtur, vt probat tex. in c. cùm dilectus. vbi hoc ponderat Ant. de Bu. de consue. & ꝑ consequens videtur ꝙ statutum interpretari debeat secundum id quod habetur in c. Abbate. de app. vbi
5 habet, † ꝙ appellatus põt præuenire appellantẽ in faciendo cãm cõmitti, dummodo nimiũ non ꝑcurrat ad hoc, ꝙ appellantẽ in cõmisione impetranda supplantet. ¶ Et secundum Io. And. & alios, si q̃ratur, quando appellatus dicatur nimium ꝑcurrere in impetranda cõmissione causæ, hoc est arbitrariũ inspecta qualitate ꝑsonæ, & loci distantia & qualitate causæ. ar. cũ sit Romana. de app. ¶ Et in ꝓposito satis mihi placet, maximè inspecta mente dictorũ statuentium, ꝙ si quàm primum potuit appellans impetrare cõmissionẽ causæ, inspecta qualitate personæ & distantia loci. & nõ impetrauit, dicatur esse negligens, iuxta not. ꝑ gl. not. in l. 1. C. de his quib. vt indi. cum ibi not. per Bar. in verb. quæro, dicitur, &c. & per Bar. in l. in cognitione. ff. ad Sil. & ideo possit appellatus ꝑuenire eum in impetranda cõmissione causæ. nec dicatur nimiũ præcurrere, nec statutum hoc prohibet appellatio, si bene inspiciatur. & si nullus institit, vt cõmittetur cã. & sic causa non fuit cõmissa, tunc putarẽ ꝙ elapso anno & ex cã impedimenti biẽnio cã appellationis sit deserta, iuxt. Auth. ei qui. C. de temp. app. & c. ex rõne. de ap. tanq̃ casus sit omissus à statuto, & sic remanet in dispositiõe iuris cõis, vt no. Bar. in l. oẽs populi. in 6. q. prin. de iust. & iu. cum concor. ¶ Et ista videtur mihi in ꝓposito probabilior & humanior cõclusio, q̃ illa quam facit Ang. in d. consi. vbi videtur velle, ꝙ si fuerit diligens in faciendo, cãm appellationis cõmitti, & cã non fuerit terminata intra tps, intra qđ à die cõmissionis debebat terminari, dicatur esse deserta. Nam certè

certè statutum in casu suo, nec in casu nostro disponebat, ꝙ si qs fuerit negligens in faciendo causam committi, ꝙ tunc elapso termino 10. dierum, vel vnius mensis à die cõmissionis cã sit deserta. vnde concludendũ videtur, vt dixi, ꝙ iste casus tanq̃ omissus à statuto remaneat in dispositione iuris cõis, & constat de iure cõi quod negligẽtia aliqua in faciendo cãm committi, non inducit per se desertionem appellationis, sed solum inhibet potestatem appellato præueniẽdi in impetrando cãm committi, vt d.c. Abbate. & dixi suprà. Differt enim aliqualiter casus, sup quo cõsuluit Ang. à casu nostro, quia in casu suo statutum limitabat tp̃s intra quod causa debebat committi, secus in casu nostro. Et ad omne dubium tollendum in futurum videtur, quòd consultè & laudabiliter ageret iustissimus ille superior, si per statutũ præfigeret certum terminum appellãti ad faciendum causam committi, intra quem si negligens fuerit appellans causa haberetur pro deserta. ¶ Alexan.

ADDITIO.

a ¶ Pacem. Adde Bald. & Alex. l. semel mora. col. 1. ff. sol. mat. Alex. consi. 115. lib. 4. Alcia. l. cum proponas. C. de pact. Roma. consil. 158. In casu proposito.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas non adita transmittitur ex potentia suitatis.*
2 *Statutum excludens fœminas propter masculos, intelligitur si illi volunt esse hæredes.*
3 *Nepos succedit ex propria non patris persona.*
4 *Ius transmissionis habet locum etiam in portione quæ ex statuto vel speciali iure defertur.*
5 *Fœminæ exclusæ per statutum habentur pro mortuis, & desinũt esse suæ. num. 6.*
7 *Ius substitutionis iunctum cum iure accrescendi transmittitur.*
8 *Mortis tp̃s attenditur ad exclusionẽ vel admissionẽ successionis.*
9 *Statutum quando venit derogando ad ius commune, non interpretatur secundum ius commune.*
10 *Hæres hæredis restituitur ad adeundum.*
11 *Testamenti & delatæ successionis ignorantia præsumitur propter absentiam.*
12 *Decessisse sine liberis quis præsumitur.*

EPITOME.

SVB statuto, ꝙ stantib. masculis filiæ nõ succedant, sed sint dote contẽtæ. Quidã Io. de Quistello decessit relicto Bartholomeo filio & vna filia, filius aũt dum esset absens non adita hęreditate paterna decessit sine liberis relicto Raymundo fratre patruele, de quo non dubitatur, qn excludat sororẽ defuncti in bonis defuncti. Sed dubitatur, an excludat in omnib. bonis dicti Io. hoc est, nedum in dimidia iure cõi delata Bartholomeo, sed etiam in altera dimidia & parte dictæ filiæ speciali iure statuti salua dote delata Bartholomæo, licet non constet quòd Bartholomæus adierit hęreditatem, & vti voluerit statuto. Respon. Alex. quòd sic.

CONSILIVM XX.

VISO processu causæ vertentis inter Raymundum quondam Anto. ser. Ioannis ex parte vna,
a & domi. Margaritam & Ioannam, filias a quondam Io. de Quistello ex alia, se defendẽtes mediantib. eorum intercessoribus. & viso puncto mihi transmisso vnà cum allegationib. clarissimi aduocati dicti Raymundi. ¶ Videtur quod fuerunt deducta & liquidata ꝓ parte dicti actoris, oĩa quę fuerunt necessaria ad firmandam & roborandam intentionẽ suam in petitione hęreditatis Bartholomęi, quondã filij & hęredis d Io. de Quistello, sed ex his q̃ in puncto cõtinentur. ¶ Videtur ꝙ dictus iudex q sententiam tulit, existimauerit ꝙ attento ꝙ non reperitur ꝓbatum, ꝙ Bartholomęus filius dicti quondã Io. se immiscuerit hæreditati paternæ, nõ potuerit ad Raymundũ hæredẽ suum transmittere totã hęreditatẽ Io. non aditã, sed solum tertiã partẽ hæreditatis, ad quã de iure cõi vocabatur ex potentia suitatis, retẽta magis communi & approbata opi. q̃ habet † ꝙ hæreditas non adita transmittatur ex
1 potentia suitatis, iuxta l. si fratris. C. de iure deli. & l. ventre. & ibi plenè DD. ff. de acq. hær. l. ex militari. §. fin. cum l. seq. §. de mili. testa. cum vulg. ¶ Et hoc maximè attento, & dato ꝙ Ioan. instituerit hæredem vniuersalem Bartholomæum, tamen de iure communi non deferebatur recta via tota hæreditas Io. ad Bartholomęum, attẽtã pteritione filiarum Io. quæ reddebant testamentum nullum, iuxta l. filio præterito. ff. de iniust. rup. test. & in Auth. vt cum de app. cog. §. aliud quoque. ¶ Et posito ꝙ esset ibi clausula codicillaris, quæ operatur ꝙ hæreditas veniat in fideicommissum restituenda hęredi scripto, iuxta no. in l. ex ea. ff. de test. & in Auth. ex causa. C. de lib. præ. & in l. 1. ff. de iure codi. per DD. in infinitis concordantiis, & Bar. in l. quanquàm. C. ad l. Fal. tamẽ cõsiderato ꝙ nulla facta nec petita fuit restitutio fideicom. à dicto Bartholomæo, vel eius hæredibus re vel verbo, prout requiritur, iuxta l. facta. in prin. & l. restituta. ff. ad Treb. non potest dici, etiam ꝙ de iure communi plus quàm tertia pars hęreditatis, Ioan. delata esset Bartholomęo. ¶ Est ergo videndum, an sit verum quòd dictus Bartholomęus solum transmiserit ex potentia suitatis ad Raymundum, tertiam partem hæreditatis Io. quæ sibi de iure communi deferebatur ex statuto repellente fœminas, etiam ab intestato extantibus masculis, prout latius in dicto statuto cõtinetur. ¶ Et videtur prima consideratione dicendum, ꝙ non transmittat totam ex potentia suitatis, quia priuilegium concessum à statuto ipsi Bartholomæo descendenti ad excludendum fœminas, ita demum habet effectum, si acceptatũ & agnitũ fuisset per ipsum Bartholomęum, dum viuebat. l. emãcipata. C. qui admi. & l. 1. §. ibidem. ff. de col. bo. sed per dictum Bartholomæum non fuit acceptatum, quia non fuit agnita hęreditas ipsius Io. sibi insolidum delata virtute dicti statuti, ergo nihil operari potest priuilegium à dicto statuto con cessum. ¶ Secundò, quia priuilegium cõcessum à lege filiis in potestate de transmittendo hæreditatem ascendentium conceditur, solum in portione eis debita à lege 12. tabularũ, seu debita de iure naturæ. quia fraudari non debet, vt patet ex l. 1. C. de his qui ante aper. tab. iunct. l. cum ratio. ff. de bo. dam. in prin. sed non reperitur, quòd in portione quæ vltra dispositionem iuris communis conceditur in effectu filio excludenti filias, habeat filius priuilegium transmittendi absq; aditione, ergo sumus in regula quæ habet ꝙ hæreditas non adita non transmittatur. l. qm̃ sororem. C. de iure delib. l. 1. §. in nouissimo. C. de cad. toll. ¶ Tertiò, quia in casibus in quibus hęreditas non adita transmittitur, fit transmissio talis hæreditatis non tanq̃ aditę, sed tanquã ad eũ delatæ. l. si quis filium. in princ. ff. de acq. hær. & in l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. sed ita est, ꝙ dictus Raymundus non debet per suam aditionem posse excludere filias dicti Io. quia istud priuilegium excludẽdi filias à successione patris conceditur solum personis descendẽtium masculorum, prout erat Bartholomæus, ergo non transit ad transuersales hæredes Bartholomæi, ꝓut est Raymundus. ar. l. quia tale. ff. sol. mat. & in c. priuilegium personale. de regu. iur. in 6. l. Titia Seio. §. vsuras. de leg. 2. & per istas rationes istam partem videtur tenere Sali. in l. 1. in fi. C. ad l. Iul. de adulte. ¶ Quarto, qa videntur præferri & vocari dicti descendentes, non tanquam sui hæredes, sed solum per hoc nomen naturę. l. tutelas. cum ibi not. per Bar. ff. de ca. dimi. sed ita de iure beneficium transmissionis hręeditatis non aditæ ad quoscunque, solum conceditur illis qui sunt sui hæredes. d. l. si fratris. & l. qm̃ sororem. C. de iur. delib. & d. l. de his qui ante aper. tab. ergo non videtur, ꝙ iste Bartholomæus transmittat ad Raymundum suum fratrem patruelem illud, quod ipsi Bartholomæo à statuto defertur vltra ius cõe. ¶ Quintò, † qa statu
2 tum prædictum excludens fœminas propter masculos intelligitur, si masculi volũt esse hæredes. l. 2. §. sed si fine. & ibi no. Bar. ff. ad Terty. & l. 1. §. ꝙ si filium. & ibi Bar. ff. de contra tab. & no. Bal. in l. maximũ vitium. in 6. col. C. de lib. præt. in versi. Itẽ quæro em̃ ꝙ statutũ, &c. sed d. Bartholomæus non agnouit hæreditatẽ patris, ergo non habet locũ statutum, ꝑ quas duas vltimas rõnes Lu. de Ro. in l. ventre. ff. de acq. hæ. reliquit sup hoc passu cogitandũ. ¶ Sextò, qa cessante rõne legis cessare debet ipsius dispositio. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patron. c. cum cessante. de appel. sed rõ dicti statuti, vt appa-

apparet ex dictis pfationibus ipsius statuti, iuxta l.fin.ff.de hæred.inst.fuit,vt conseruaretur dignitas, & nomē familia rum,quæ p masculos & agnatos cōseruatur.l. pnunciatio. §.1.ff.de verb sig.Instit.de legi.agna.suc.per totū.sed si dice remus q dicta portio delata filio masculo à statuto trāsmit teretur etiā non adita,sequeretur q etiā quādo esset extraneus hæres dicti filij, puta ex testō,excluderet sorores dicti filij ab hæreditate ascendentis,quāuis p illū extraneū nō veniret seruandū nomē& dignitas ipsius familię primi defuncti:de cuius successione tractaretur.qd non est dicendum. ¶Septimò,quotiescūq; defertur aliqua portio de iure speciali,non habēt in ea locū beneficia iuris cōmunis:vnde videmus, q in portione delata filio masculo,de iure speciali ipsius statuti, non habet locum transmisso, si nō fuit adita. ¶Octauò,pbatur p l.1.§.si sit.in 2.responso. & quod ibi no. Bar.ff.de col.dotis.& Bar.in l.1.§.si filius.ff. de coniūgen.cū

3 emanci.lib.† vbi licet nepos regulariter subintret gradum & locum patris sui,tamen non succedit nepos ex psona patris sui,sed ex psona ppria: & attenduntur qualitates, quæ sunt in psona nepotis:& non illæ quæ erant in psona patris. Ita in pposito,quamuis Raymundus succedit in locum Bartholomæi tanq eius successor, tamen debent in hac successione considerari qualitates psonæ Raymundi & etiam Bartholomæi:ergo cùm Raymundus non sit de descendentib. Io.non debet excludere fœminas Io.quæ solùm excluduntur p descendentes in dicto statuto. ¶Nonò, qa statutum debet interpretari vt minus lædat ius cōmune quā possit. c.cùm dilectus. de consue. l.2.C.de noxali. sed cùm statutū pdictum non disponat aliqd de transmissione,debet intelligi, q descendentes masculi excludant fœminas:scilicet si ipsi masculi succedant per seipsos, nō autem si ante aditam hæreditatem decedant:qa tunc non excluduntur fœminæ. Nam hoc modo intelligēdo minus læditur ius commune, volens per masculos non excludi fœminas.l.fi.C.de lib.prę terit.l.lege duodecim tabularum.C.de leg.hęr.& etiam volens hæreditatem non aditam regulariter non transmitti. ¶Quibus non ob.sentētiam contrariam de iure pbabiliorem esse puto ex infrascriptis. ¶Et primò secundum veras cōclusiones ius cōmune vult, q portio quæ in bonis patris defertur filio, in potestate transmittatur ad quoscunq;: vt

4 dixi in prin.†ergo talis dispositio iuris cōis locū habere debet in portione quæ ex forma statuti in bonis patris defertur filio:qa ista appellatur extensio passiua,quæ habet locū in statutis.l.1.§.lex Falcid.& ibi no.Bar.ff.ad l.Fal.l.1.§.illo. de mune.& hono.Bart.& alij in l.oēs populi.in 6.q.prin.ff. de iust.& iure.& in l.2 de leg.1.cū si.sicut enim videmus q ius commune disponēs, q de legatis relictis in testamento possit detrahi falcidia, habet locū etiā in testamentis,q nō valebant de iure cōi;sed solum ex dispositione statuti:vt in d.§.lex Falc.& ibi Bar.ita in pposito dicamus,iura cōia volentia,qd portio delata filio in ptāte in bonis patris, transmittatur ex potentia suitatis, debēt habere locū,quando filius in ptāte succederet in aliqua portione sibi delata à statuto in bonis patris.& istud tenet Cy.post antiquos in d.l. fi.C.de adult.licet non adducat rōnem pdictam.Nam vult ipse q dispositio l.1.C.de his q ante aper.tab. quæ vult q descendentes,q non sunt sui hęredes, transmittant ad descentes suos,hæreditatē ascendentiū aditā.& consimilia iura loquentia de transmissione hæreditatis non aditæ, habeāt locum etiā quando talis portio hæreditatis deferebatur à statuto ipsi descendenti,in bonis ascendētis. & refert ipse tenuisse Vgolinū de Fontana Parmensem. ¶Secundò pbatur,qa portio accrescens sapere debet naturā eius rei, cui accrescit.l. si ex toto.in prin. ff.de le.1.l.inter socerum.§. cū inter.in fi.ff.de pac.do.l.etiam.C.de iur.do. cum sim. ergo portio filiarum q accrescit portioni ipsius filij, masculi debet sapere naturā portionis ipsius filij, q sine dubio transmittebatur ex potētia suitatis. ¶Tertiò,qa absurdū esset dicere pdictum Bartholomęum in hęreditate sui patris,esse p parte suum hęredē,& p parte hęredē nō suum.i.non trāsmittentē,& ex potentia suitatis.arg.l.Titię si non nupserit. de condit.& demon.& l.si priuatus.in fin.ff.de lib.cau.& l. eum q ędes.ff.de vsuca.c.p venerabilem,q filij sint legitimi. & quod not.in c.cū inhibitio.de cland.despons.& p istas rationes consuluit Bal. in consilio incipiente: In Christi noīe factum pponitur sub hac forma,Quidā nomine,&c. vt etiā

5 refert Lud.Ro.in d.l.ventre.¶†Quartò,qa dictum statutū excludens fœminas ab hæreditate,facit eas haberi p mortuis.l.1.§.si pater emancipatus. ff.de coniūgen. cum eman. lib.l.1.§.pen.in fi.ff.de bo.pos.contra tab.& sic tota hęreditas defertur iure suitatis filio masculo,ac si fœmina nō esset in rerum natura p d.l.pen.§.si de bo.pos.contra tab. & ideo masculus debet ex potētia suitatis transmittere etiam portionem ipsius fœminę non aditā.& p istam rationē Paul.de Cast.in l.fi.ff.de acq.hær.affirmat in terminis huius statuti disponentis,q extantib.masculis fœmina non succedat.Et dicit ipse q etiam Bal.ita consuluit non p istam rationem, sed p aliam, videlicet qa quod iuris est de principali, idem debet esse de augmento.p d.§.cum inter.¶Quintò,fortificatur p id quod dicit Bar. in l.1.§.sciendū.& p illum text.ff. de suis & leg.& Bal.in l.maximum vitium.circa fi.C.de lib.

6 præt. vbi dicunt † q si statutum dicat, q extantib. masculis

b filiā fœmina non succedat, q talis fœmina desinit esse sua *b* hæres.Sicut ergo si duo essent filij,quorum vnus tantum esset in patria ptāte,& alius esset emancipatus,succedebat olim suus in totum, ac si emancipatus fuisset mortuus. Insti. de hęr.q ab intest.in §.emācipati.l.sed cū patrono.§.1.ff. de bon.poss.Ita ergo in pposito, cum p dictum statutum filiæ desinant esse suæ,filius masculus,solus remanet suus,& per consequens totam transmittere debet ex potētia suitatis, cùm prima causa sit suorum. Inst.de hær. quæ ab intesta.in prin.l.1.§.post suos.ff.de suis & legit.simile videmus quādo vnus filius est in totum institutus, & alius est exhæredatus. l.si filius q patre.de vulg.& pup.¶Sextò pbatur,pone q pater habet tres filios in ptāte. scilicet Titium, Sempronium & Caium,& instituit Titium in vna dimidia,reliquos duos in alia dimidia;dicemus nc q Titius decedens transmittat suam integram dimidiam ex potētia suitatis ad quoscunq; ēt si decesserit anteq hęreditatem adierit?certè sic, vt videtur pbari in l.3.in vers.siue ex parte.C.de iur.delib.non restringendo illum tex. generaliter & indistinctè loquētem, tamē clarum est,q de iure naturę & de iure communi non erat debita Titio integra dimidia,sed solùm legitima vel ad plus,portio virilis:ergo eadem ratione,si portio filij augeatur ex dispositione l.municipalis.cùm dispositio legis,& dispositio testatoris à pari pcedant. l.fin. C.de reb.alie. non alie.& in Auth.de nup §.disponat. ¶Septimò p hac parte videtur bonus tex.in ratione sui in illa singulari l.q patri.ff.

7 de acqui.hær. † vbi licet regulariter ius substitutionis non transmittatur ad hæredes.l.toties.eod.titul.l.qui liberis.§. hæc verba.ff.de vulg.& pup. Tamen fallit quando ius substitutionis pupillaris esset connexum cum iure accedendi,

c vel cum iure accrescendi,c qa tunc trahit à iure accrescēdi, quod transmittatur ad hæredes suos, sicut transmittitur ad ipsum in ius accrescendi.l.qui ex duabus.ff. de acqui.hære. l.si ex pluribus.ff.de suis & legitimis.Item hoc propter coniunctionem & connexitatem, quam habet portio quæ aufertur filiæ, cùm ea quæ iure proprio defertur, debet filio induci trāsmissio partis filiæ,per partem filij, quæ iure suitatis transmittitur. simile videmus in casu l.qui ex duabus. in princ.ff.de acquir. hæred. vbi secundum vnum intellectum quem ponit Bar. ibi,licet institutio cōditionalis non transmittatur ad hæredes.l.liber homo.§.si ita.ff.de hæred. instit.l.fin.in princ.ff.de vulg.& pup.tamen fallit, quando institutio conditionalis esset iuncta cum iure accrescendi: qa tunc trahit à loco, vt transmittatur ad hæredes. ¶Octauò, quia posito quòd non transmisisset Bartholomæus ad hæredes suos ex portione suitatis portionem, quòd statutum aufert filiab. quā tamen de necessitate oportet dicere, q cùm Bartholomæus ex potentia suitatis transmittat saltem suam ppriam portionem ad Raymundum,tamen propter ius accrescendi,Raymundus conseqtur etiam portionem, quam statutum aufert filiab. quia aliàs sequeretur, q ille, cui delatæ essent plures partes huius hæreditatis, pus

erat Bartholomæus, posset pro vna parte esse hæres, & pro
alia non, quod est contra l.2.ff.de acq.hær. & dicit Ang.in l.
1.ff.eo.tit. quod istud nedum procedit, quãdo certæ partes
& certa commoda essent delata à testatore, sed etiã à lege.
allegat casum, quẽ dicit esse singularem in l. 4. C. de omni
agro deserto.lib.11.vnde siue dicamus istas portiones hære
ditatis esse delatas à testatore, siue à statuto, idẽ iuris est. Itẽ
sequeretur quòd testator decederet pro parte testatus, &
pro parte intestatus cõtra regulas iuris. ¶Nonò & vltimò
pro hoc adduco text.in c.1.§. in omni.in tit.Episcopum vel
Abb.in vsi.feu.& quod ibi per illum tex.inqt Bal.vbi dixit,
ꝙ statutum disponẽs quòd extantibus masculis filia fœmi-
na non succedat, operatur ꝙ quàm primum extitit mascu-
lus post mortem patris, filia intelligitur perpetuò exclusa,
adeò ꝙ licet decedat postea masculus superstite filia, tamen
non admittetur filia p̄dicta.& ita etiam dicit Bald.in Auth.
sed & si qs.in 6.col.& in l.in quib.C.de secund.nup.vnde in
ꝓposito, quàm primum mortuo Ioan.viuus extitit Bartho
lomæus, sunt exclusæ dictæ filiæ, adeò ꝙ etiam mortuo po-
stea dicto Bartholomæo non possunt ipsæ ad successionem
venire. ¶Et per ista apparet de facili responsum ad allega-
ta in contrarium. ¶Quibus tamen specialiter respondeo.
Et primò ad primum argumentum, dum dicit, ꝙ priuile-
gium nõ habet effectũ, nisi fuerit acceptatum. Respondeo:
quòd ista transmisio dicitur fieri ex potẽtia suitatis de iu-
re cõmuni, quod habet locũ in casu nostro ꝓpter extensio-
nem pasiuã. & etiam qa dictæ filiæ, quò ad succedẽdum in
hæreditate haberentur ꝓ mortuis, vt ꝓbaui suprà. & sic ista
portio videtur quo ad transmisionem agnita & acceptata
ex potẽtia suitatis.l.1.§.qui in potestate.ff.si qs omissa causa
test.l.si post mortẽ.in prin. de le.1.p̄ter ea etiam priuilegiũ,
si non sit acceptatum, trãsmittitur ad hæredes, patet in l.nõ
solum.ff.de in integ. rest.& in l.hæredes.C.ad Velleianum.
¶Ratio autem quare in casu d.l.emancipata. nõ transmit-
tebatur hęreditas non adita, erat, quia illo tẽpore non trãs-
mittebat emãcipatus hæreditatem non aditam.vnde gl. in
d.l.emãcipata.& clarius ibi Iac.But.Bal.Ful.& Pau. de Ca.
& Cy.in l.1.in 2.q.C.de his qui ante aper.tab.tenet ꝙ etiam
bonorum possesio non agnita per descendentes in bonis
ascendentium transmittatur ad descendẽtes, sicut hæredi-
tas de iure ciuili in tali casu trãsmittitur, per d.l.1.de his qui
ante aper.tab.In alijs autem casibus bonorum possesio nõ
agnita regulariter non transmittebatur, vt d.l. emãcipata.
& in l.3.§.acquirere.ff.de bo.pos.sic nec hęreditas non adi-
ta, vel non habita ꝓ adita, non transmittebatur. Ad secun-
dum arg.scilicet ꝙ nõ reperitur, ꝙ filius trãsmittat nisi por
tionẽ, quæ sibi de iure naturæ debita est.vnde patet respon
sio ex his, quæ sup.dixi, maximè in 2.4.5.6.7.& 8.arg. ¶Ad
tertium arg.dum dicitur, ꝙ istud priuilegium excludendi
filias est concessum descendentib.vnde nõ debet transmit-
ti ad alios, &c.respondeo ꝙ non transmittitur priuilegium
excludendi; sed transmittitur ipsa hæreditas, quia attẽto ꝙ
Bartholomæus erat in potestate Io. & suus hæres etiam an-
te aliquam expressam immixtionẽ hæreditatis, perinde est
ac si fuisset hæres, & se immiscuisset quò ad ea quæ sunt ipsi
filio fauorabilia, ꝓut est ius transmisionis. l.si filius qui pa
tri.ff.de vulg.& pup.& in l.1,§.qui in potestate.ff.si qs omis-
sa causa test.iuncta l.& quia in prin.ff.de interro.act. hoc pa
tet de iure cõmuni in hæreditate paterna, quæ à lege delata
est filio in potestate, in qua filius habet priuilegiũ quòd sit
suus. Nam licet istud priuilegium nõ transmittatur ad hæ-
redes filij, quia non erunt sui hæredes.s.patris, sed hæredes
ipsius filij; tamẽ bene trãsmittit filius ipsam hęreditatẽ, etiã
non aditam, ad extraneos hæredes suos, & excludit quos-
cunq; alios de agnatione patris ipsius. d.l.si fratris. cum si.
¶Pręterea respõdeo, ꝙ cùm Bartholomęus sine dubio trãs
mittat de iure communi ex potẽtia suitatis portionem sibi
delatam de iure cõmuni, necesse est etiã ꝙ alia portio filia-
rum quæ à statuto deferebatur filio, etiam ꝙ accrescat Ray
mundo per rationes quas adduxi suprà, maximè in 7.& 8.
arg. & per easdem rationes patet responsio ad quartũ arg.
dum dicebatur ꝙ statutum vocat istos filios tanquã descẽ-
dentes, non tanquã eo ipso quo ad statutum excludit filias:
& sic eas facit haberi pro mortuis, quo ad succedendum in
hæreditate: & succedit dispositio iuris comunis, quæ facit
filios esse suos hæredes in totum: vt ꝓbaui suprà in 4.5.& 6.
arg.& in 1.arg.vlt.partis. ¶Non ob.arg.videlicet, ꝙ dictum
statutũ sic excludens fœminas propter masculos intelligi-
tur, si masculi voluerũt esse hæredes, aliter non. l.2.§. sed si
sint sui.ff.ad Ter.& ibi Bart. quia respondeo ꝙ illud proce-
deret, quãdo filij masculi repudiassent hæreditatẽ, vel alio
modo essent incapaces.ita loqtur Dyn.in d.§.sed si sint sui.
cum alijs iurib.ibi ad hoc allegatis per Bart. sed in casu no-
stro Bartholomæus nõ abstinuit.imò lex fecit eum inconti
nenti suum hæredem.d.§.qui in potestate.cum si. ¶Nõ ob.
sextum arg.scilicet ꝙ cessante ratione statuti, &c. qa respon
deo: primò, ꝙ cùm Raymundus sit masculus de agnatione,
vendicat in eo locũ ratio statuti. Item secundo respõdeo, ꝙ
satis est, vt satisfactũ sit statuto, ꝙ tempore mortis Ioan.ex-
titerit viuus Bartholomæus, & capax succesionis, & hære-
ditatẽ nõ repudiauerit ad hoc, vt filiæ intelligãtur exclusæ:
8 qa†ad videndum qs præferatur & excludatur in succesio-
ne, attẽditur solũ tempus mortis illius, de cuius hęreditate
agitur.§.ꝓximus.Inst.de legit.agna.succes.l.2.§.interdum.
ff. de suis & legi. maximè cũ eo tẽpore filius masculus cen-
seatur esse suus hæres, vt sic testamẽtum sit confirmatum.d.
l.si filius qui patri. & sufficit filiam semel esse exclusam per
existentiã masculi ad hoc, vt perpetuò videatur esse exclusa
etiã deficiente postea masculo: vt in d.c.1.§. quando etiã. &
ibi Bal.in tit.Episcopũ vel Abb.vt dixi sup.in vlt.arg. ¶Præ-
terea satis est ꝙ filius masculus in sua principali parte fue-
rit suus hæres ex dispositione legis, ad hoc vt postea ratione
augmenti totum accrescere oporteret illi portioni, aliàs se
querẽtur absurditates, de qbus dixi maximè in 7.& 8.arg.
¶Non ob.7.arg.fundatum per d.l.mulieri. quia respõdeo,
ꝙ illud quod ibi habetur, ꝓcedit, quando ille qui succedit,
de iure speciali succedit, contra voluntatẽ defuncti: secus si
non esset contra voluntatẽ defuncti, vt in casu nostro per l.
filium.§.fi.ff.de leg.præstan.secundum doct.in d.l.mulieri.
¶Præterea dispositio illius legis non habet locũ, nisi in le-
gatis, & non in hæreditatib.vt in terminis nostris statuti fir
mant Bart.& doct.in l.re coniuncti.de leg.3.& alij in l.1.C.
quando non pet.partes. ¶Non ob.octauum arg.de lega.1.
§.si sic. de collat.dot. quia respondeo, ꝙ ibi non fuit delata
hæreditas patris, in cuius locũ succedebat nepos: ideo con
sideratur nepos ex ꝑsona patris, secus si delata fuisset patri,
sicut hìc delata fuisset Bartholomæo, quia tunc cõsiderari
debet succedens non ex persona ꝓpria, sed ex persona eius,
in cuius locum succedit: vt est text. in l.si quis filium. C. de
inoffic.test. ¶Ad vlt.arg.dum dicebatur ꝙ statutum debet
interpretari, vt quantominus sit posibile, lædat ius com-
mune, respõdeo, ꝙ minus lęditur ius cõmune, si totum de-
ueniat ad Raymundum, quia non decedit testator ꝓ parte
testatus: Nec erit quis pro parte tãtum suus, vt augmẽtum
imitetur naturã eius, cui accrescit, & satisfiat legib. volen-
tibus, ꝙ hæreditas quæ obuenit filijs in potestate, trãsmit-
tatur ad quoscunq; saltem vigore extensionis pasiuę, ꝓut
hæc omnia clarè liquent ex argumentis pro secunda parte
9 adductis. ¶†Præterea expresè quando statutũ venit dero-
gando ad ius commune, vt in casu nostro, etiã statutum nõ
interpretatur secundũ ius commune, vt egregiè voluit Bal.
in l.maximum.in 5.q.C.de lib.præt.& Paul.de Cast.in l.fin.
§.in computatione.C.de iur.delib. ¶Ex quibus concludo,
* veram & magis *communẽ esse istam opin.ꝙ totum trans-
mittatur ad Raymũdum, & dato etiam ꝙ vellemus dicere,
quod opi.Sal. esset vera. s.ꝙ ex iure trãsmisionis, seu ex po
tentia suitatis non trãsmitteretur portio, quã statutum au
fert filiabus, tamen negari non potest, ꝙ saltẽ ius accrescen
di non vadat ad Raymundum, ne incidamus in absurdũ, &
in inconueniẽs, de quo in l.2.ff.de acqui.hæred. & l.ius no-
strum.ff.de re.iur.& plures possent esse effectus & diuersita
tes inter acquisitionem, quæ fieret ꝑ ius transmisionis ex
potentia suitatis, & acquisitionẽ quæ fieret ex iure accrescẽ
di.& sufficit vnam exempli gratia adducere: qa si portio fi-
liarum

liarum delata per statutum masculo nõ fuit transmissa Bar
tholomæo ex potẽtia suitatis, potuisset Raymundus incipe
re adire portionẽ fœminarum delatam Bartholomæo à sta
tuto. &, licet deberet adire, tamẽ non efficeretur hęres, nec
in illa portione, nec in illa, q̃ de iure communi deferebatur
Barth. sed si portio filiarum fuisset ad eum trãsmissa ex po-
tentia suitatis, posset incipere aditionẽ ab illa portione, &
illam agnoscendo haberet reliqua ex iure accrescendi p l. 2.
cũ ibi no. ff. de acq. hæ. ¶ Non omitto etiam, ꝙ dato, ꝙ dicta
portio filiarum non esset trãsmissa, vel acquisita dicto Ray-
10 mun. prout in veritate est acquisita, † tamen incidenter po-
test peti per Raymun. in integrum restitutio ex clausula ge
nerali, si qua mihi iusta causa. præsupposito ꝙ dictus Barth.
hæres institutus tempore mortis patris, nec pòst vnquam
fuit in ciuitate, sed stetit absens à ciuitate vsq; in tẽpus mor
d tis suæ, vt in themate p̃supponitur, ꝓ *d* casu, etsi fuit absens
etiam ex causa voluntaria, & non ex delicto, debet hæredi
suo concedi restitutio in integrum aduersus læsionem cau-
satam non aditione, & morte ipsius Bartholomæi, vt firmat
Bar. in l. Panthonius. ff. de acq. hære. & Ange. in repet. l. ven-
tre. ff. de acq. hæred. & Imol. & Paul. de Cast. in d. l. Pantho-
nius. & Imol. in l. si filius hæres. ff. de lib. & posthu. in 5. col.
& Pau. de Cast. in d. l. ventre. & saltem procedat hoc in hæ-
reditate delata filio. i. Bartholó. prout fuit in casu nostro,
quo casu Imo. in d. l. ventre. in 16 co. transit cum opi. Bart. p
d. l. Panthonius. versi. cùm filius, &c. quæ loquitur in hære-
ditate delata filio, in hæreditate verò delata extraneo tenet
contra Bart. sed illa disputatio de extraneo non est neces-
saria in casu nostro. & dicit Pau. de Cast. in d. l. Panthonius.
quod vidit opi. Bart. vbique seruari. ¶ Et hæc procedit at-
11 tento † quod propter absentiam *e* habuit præsumptam cau
e sam ignorandi testamentum Ioan. & successionis sibi dela-
tæ. c. cùm in tua. qui ma. accu. poss. & declarat Bart. in l. 1. cir
ca. 6. col. ff. de acqui. hær. ergo, &c. Et prædicta procedunt,
quando bona petita fuissent in hæreditate Io. sed quò ad ea
quæ pars aduersa respondendo petitionibus actoris confi-
tetur fuisse in bonis & hæreditate Bart. prædictæ disputa-
tiones essent superuacuæ: quia nemo dubitat quòd ex for-
ma dicti statuti ad ea quæ erãt in hæreditate dicti Bart. ad-
mittatur Raymundus. ¶ Nec faciat dubium iudex, ꝙ non
videatur prima facie ꝓbatum dictum Bartholomęum de-
cessisse sine liberis, & sic Raymundum esse proximiorem
agnatum masculum: quia dico ꝙ hoc non obstat dicto Ray
12 mundo, † qa qui allegat aliquẽ decessisse sine liberis *f* habet
f intentionem suam fundatam ex præsumptione iuris com-
munis, vt probatur in l. ex facto. §. pen. & ibi not. hoc Bart.
& Angel. ff. ad Treb. & Bart. in l. qui duos. §. cùm in bello. ff.
de reb. du. nõ nego quòd tutius esset, quòd peteretur com
mitti per iudicem nuncijs publicis & exploratoribus, vt va
dant & inquirant per vicinam seu apud notos. s. an Bartho
lomæus decesserit cum filijs aut alijs proximioribus dicto
Raymundo, quo casu sufficeret ꝙ nuncij referrent se non
potuisse inuenire ꝙ decesserit cum filijs ac proximiorib.
dicto Raymundo: vt satis sentit Bart. in l. in illo. ff. de verb.
oblig. ad fi. dum alleg. d. l. ex facto. §. pen. ¶ Ex quibus con-
cluditur pro victoria Raymundi. ¶ Alex. de Imo. iur. vtri-
usq; doct. excellentissimus consuluit.

ADDITIO.

a ¶ Filias. hæc famigerata quæstio in fortiorib. terminis tra-
ctatur per Cyn. & alios in l. 1. in fin. C. de adul. quando stãte
hoc statuto decessit aliquis relicta filia & filio, qui nulla im
mixtione facta mox decessit. Relicta filia seu nepte, quæ o-
mnia bona vendicat ex statuto contra amitã, quæ solũ vult
habere dimidium ex iure communi tanquam cessante sta-
tuto, hinc quòd succedant æqualiter, teuuit Iac. de Aret. &
Vber. de bo. contrarium pro neptè tenuit quidem Ego. de
Fonta. Parmensis, quem secutus est Cy. d. l. in fi. Sal. autẽ ibi
distinxit, aut per filium fuit adita hæreditas patris, & tunc
ꝓcedat opin. Cy. aut verò nullo modo adiuit nec se immi-
scuit, & tunc locus sit opi. Ia. de Are. & tribus rationib. mo-
uetur, quas breuitatis causa non refero in hac qõ. Ias. in l.
emancipata. in 2. col. C. qui admitti, non audet decidere,
sed remittit ad l. si arrogato. ff. de adop. vbi in col. 8. relin-
quit sub dubio. Sed postea in cons. 201. lib. 2. vbi tantum fe-
rè trãscribit, quæ scripsit in d. l. emãcipata. sequitur opinio-
nem Sal. consulẽdo pro amita. Gui. autem Bened. in rep. c.
Raynutius. in verb. mortuo itaq; testatore. 2. nu. 118. 120. vo
lens concordare distinguit. An statutum purè, simpliciter
& absolutè stantib. masculis excludat fœminas in totum, vt
tunc ꝓcedat opi. Cy. an verò nõ excludat in totum, sed iu-
beat eas dotari, tunc ꝓcedat distinctio Sal. sed dicẽdum in-
distinctè veram esse opinionem Cyn. per ea quæ hic tradit
Alex. quẽ etiã secuti sunt Bal. in Auth. sed & si quis. l. in qui-
bus. C. de secun. nup. in c. 1. episcopum vel abbatẽ. in vsi. feu.
Alb. Ang. in d. l. 1. C. de adul. Alb. 2. statu. q. 102. Lu. Ro. in l.
ventre. in fi. ff. de acq. hær. Paul. in l. fin. eo. tit. Franc. Aret. l.
si quis posthumos. §. si filium. ff. de libe. & posthu. in consil.
50. copiosè. num. 5. Soc. in repet. l. mulieri. in fin. ff. de con-
di. & demon. in consil. 153. lib. 2.
b ¶ Sua. contrarium decidit infra eod. lib. consil. 131.
c ¶ Accrescẽdi. adde. Alex. Ias. l. si Titius. ff. de vulg. & pup.
d ¶ Integrum. in lib. 2. consil. 163. nu. 3. consil. 169. num. 14. &
lib. 3. consil. 86. num. 2.
¶ Absentiam. no. illud quod tollit ne Alex. sit sibi contra-
e rius. inf. lib. 2. cons. 184. nu. 2. vt ibi dixi. adde Bened. rep. c.
Raynutius. verb. mortuo itaq; testatore. 2. nu. 182.
f Liberis. vide inf. eo. lib. consil. 39.

*SVMMARIVM.*

1 *Minor quis nõ probatur ex quòd datus fuit sibi curator cũ alio.*
2 *Acta inter alios alij præiudicantia requiritur quòd sint gesta cum legitimo contradictore.*
3 *Restitui si quis petat tanquam minor, non tamẽ debet ei statim dari curator.*
4 *Enunciatiua plenè probant inter easdem partes ad effectum principalis dispositionis, non autem si de ipso enunciato seorsum disputatur.*
5 *Testes ad probandũ minorẽ ætatem debent reddere rationem.*
6 *Minor vt restituatur ab aditione hæreditatis oportet etiã probare hæreditatem damnosam.*
7 *Satisdare interpellatus manet in mora nisi actu satisdet.*

CONSILIVM XXI.

VISO processu satis longo & inuoluto inter A-
lex. & magistrum Io. Baptistã ac Petrum Ven-
turam, filios quondã Benedicti Vẽturæ de Bu
ra agentes, & do. Meldinam, quondam vxorẽ
dicti Benedicti se defendentem, ac ex diuerso
petente & literis Spectabilis do. Potestatis Mediolani, qui-
bus me requisiuit vt cõsulerem quæ futuræ sunt partes iu-
dicis in iudicãdo. ¶ Omissis superfluis dicã in primis, quæ
debent esse partes iudicis circa petitionem restitutionis in
integrum petitã per dictos filios Benedicti aduersus immi
stionẽ hęreditatis paternæ. ¶ Secundò quod super petitio-
ne librarum 300. facta ꝓ parte d. do. Meldi. ¶ Circa primũ
dico partes iudicis esse in ꝓnunciando d. restitutionem in
integrum non esse concedendã. ¶ Et primò, qa non est ꝓba
tum legitimè, quòd dicta immistio fuerit facta tẽpore quo
ipsi essent minores 25. an. prout reqritur. l. si maior. & l. mi-
norib. C. de in integ. rest. & per totum tit. C. si vt se ab hær.
abstine. & c. constitutus. de rest. in integ. nec sufficeret si se
immiscuissent post 25. an. intra quadriennium, quia pro læ-
sione eueniẽte in tali tẽpore non datur restitutio in integ.
l. doli, ibi, diuersum est si iã excessit, &c. ff. de nouat. & l. ea
quæ. de temp. in integr. rest. pe. licet in vno casu reperiatur
priuilegium vltra dictum quadriennium. s. quando filius
abstinuit ab hæreditate paterna, potest intra triennium si
bona nõ sint distracta reuocare abstinentiã suã, & adire, &
dictum tẽpus triennij non currit nisi elapso tẽpore ætatis.
25. an. & elapso quadriennio post perfectam ætatem 25. an.
vt est casus in l. fin. C. de repu. hær. qui non est casus noster.
Sed de ista minore ætate tempore immistionis nõ reperio
1 probatum legitimè. Nec ad hoc obstat si dicatur † ꝙ satis
probatur eo ipso ꝙ dicto Alex. & magistro Ioan. Baptistæ
datus fuit curator, & d. Petro Venturæ datus fuit tutor. &
sic prima facie videtur illud sufficere ad fundandam inten
tionem

tionem dictorum minorum p ea quæ not. Bal. & Ang. in c.
cum te. C. de ꝓba. quia respondeo primò, vt inqt Sal. in d. l.
si maior in vlti. col. vbi quærit, quidam petijt sibi curatorē
dari, vt authoretur in quodam contractu, & ita cum illius
authoritate & iudicis decreto mediante contraxit cum Ti
tio: vult postea probare se fuisse minorē tempore illius con
tractus per instrumentum dictę curę & contractus: quæri-
tur an posit? & respondet ꝙ sic, contra dictū Titium, cum
quo contraxit vt minor, sed non contra alios, per regulā C.
res inter alios acta. Itē, qa ille actus non dicitur factus in iu-
dicio cum contradictore, & tunc cōstat quod in casibus, in
2 quibus † acta facta inter alios præiudicat alijs, requiritur ꝙ
gesta fuerint cum cōtradictore legitimo, vt l. cum non iu-
sto. ff. de col. detegen. & no. Iac. But. Bald. & Ang. in l. inge-
nuum. ff. de stat. hom. & Iac. Butr. in l. Papin. §. ex causa. ff. de
inof. test. & in l. 2. C. quib. res iudi. non no. & dicit etiam Sa-
lic. in d. l. si maior. quod hoc etiam suadet ratio fraudis eui-
tandæ. ¶ Ad idem tendunt verba Bal. in l. 3. §. quod obser-
uari. C. de iura. cal. circa quartam col. vbi per illam glo. ibi
positam dicit ꝙ quis debet esse cautus, vt non litiget cum
curatore eius, quē putat maiorem, quia aperit sibi viam ad
restitutionem in integrū. & sic sentit ꝙ sola datio curatoris
non sufficiat, nisi cum eo litigetur, vt cum curatore mino-
ris, vnde in ꝓcessu procurator d. Meldi. nunquam confes-
sus est, istum esse legitimum curatorem ꝑdictorum agen-
tium: imò sæpenumero negauit. accedit quod no. Bar. ff. de
iureiu. in l. admonendi, circa vlt. char. in ver. quæro ꝙ si di-
ctus testis, &c. vbi voluit ꝙ facta vel acta, & attestationes fa-
a ctæ inter alias personas, non noceant a alij, quoad aliam ꝓ-
bationem, posito quod quoad aliquam ꝑsumptionem no-
cerent, iuxta l. à sententia. in prin. de appel. ¶ Confirmo per
id quod no. Bal. in l. idem fiet. ff. de test. tute. vbi per illū tex.
3 colligit, † ꝙ si dubitatur, an aliquis sit restituendus, ꝙ dicit
se minorem, iudex ex hoc non debet sibi dare curatorem
interim, ne quasi inducatur ꝑsumptio, ꝙ sit minor, & pare-
tur principali liti præiudicium. & sic posito ꝙ aliquis vbi
non tractaretur de dando curatorem ei, vellet tunc cum il-
lo curatore tanquam cum minore restitui, potest aliquo
modo procedere illud quod dicit Bal. & Ang. in d. l. cum te.
tamen quando ad hunc effectum petitur dari curator. s. vt
cum eo tanquam minor restituatur, non procederet illud
quod dicit. & ita fuit in casu proposito, & minus cautè pro-
uidit, quod fecit dictus dominus iudex, qui eo modo dictū
curatorem dedit. ¶ De errore etiā dicti interponentis de-
cretum apparet, ꝙ eodem die etiā dedit dictos Alex. & ma-
gistrum Ioan. Ba. tutores. d. Petro Venturæ: hoc autem ar-
guitur, ꝙ essent maiores 25. ann. quia aliter dari non potue
runt tutores. l. fi. C. de legi. hære. ¶ Potest etiam responderi
ad no. per Bal. & Ang. in d. l. cum te. quod loquuntur quoad
sustinendum tantùm validitatem illius actus, in quo inter-
uenit decretum. Sed quoad alium effectum principaliter
deductum in iudicio per actorem se defendentē in minori
ætate, quod per dictum decretum in alio actu interpositū
probetur minor ætas, vt in casu nostro, hoc non dicūt ꝑfati
Docto. ¶ pro hoc etiā bene facit quod habetur in c. illud.
de præsump. & quod ibi per alium tex. not. Anto. de But. in
4 4. notabili. vnde dixit per illum tex. probari, † ꝙ enuncia-
tum propter se in instrumēto, si conferatur ad validitatem
eius, quod principaliter agitur in instrumento, ꝓbat inter
b partes: sed non probabitur, si de illo enunciato b contingat
principaliter disceptari: inter partes in iudicio. & ita dicit
limitari quod habetur in l. optimam. C. de contrah. & com
mit. stipul. vnde in casu dicti c. illud. enunciatio matrimo-
nij in instrumento dotali confert ad validitatem dotis, qa
non est sine matrimonio. l. fi. C. de dona. antē nupt. & hoc si
principaliter de dote agatur, q̄ erat principalis in d. instru-
mēto: sed si contingeret principaliter tractari in iudicio de
illo enunciato. i. matrimonio, illud instrumentū non plenè
ꝓbaret. & ita est in proposito, posito ꝙ non principaliter
disputaretur de validitate curæ, illa renunciatio minoris
ætatis sufficeret in casu, in quo loquitur Bal. & Ang. in d. l.
cū te. tamē si postea cōtingat principaliter tractari in iudi-
cio de ipsa minori ætate, illud solum habet sufficere. & hoc
est qđ sentit Sal. in d. l. cum te. in fi. dū dicit ꝙ illud decretū
operabitur, vt facilius ꝓbetur minor ætas in causa restitu-
tionis in integ. ¶ Nō obst. attestationes quorundā testium
ꝓductorum pro parte dictorum agentiū, quibus dicti agen
tes nec videntur velle vti, qa dicunt fuisse examinatos post
cōpromissum: & sic vigore clausulæ adiectæ in compromis-
so. s. ꝙ nisi per arbitros causa fuerit terminata, quælibet par
tium remaneret in eo statu, quo prius erat cōpromissum. &
posito ꝙ essent legitimè recepti dicti testes, adeò ꝙ eis stan
dum esset, attamen si bene inspiciatur, non probatur ꝙ eo
tempore, quo se immiscuerunt dicti fratres hæreditati pa-
ternę, essent minores. & ꝙ nunc sunt minores 28. an. imò po
tius ꝓbant contrarium saltem de dicto Alex. † quia non as- 5
signant aliquam concludentem rationem dicti sui, ꝓut te-
nentur asignare testes ad ꝓbandum minorē ætatem, iuxta
no. per Bar. in l. de ætate, maximè in 7. q. ff. de min. & Bal. in
l. solam. circa vlt. col. C. de testib. & notabiliter per Barto. in
cons. suo, incip. In quęstione vertente inter dominū Simo-
nē Iac. & Sal. in d. l. si maior. nec ad ꝓbandum ætatem Petri
Venturę attenditur tempus confectionis instrumēti dotis
dominę Meldinę vxoris dicti Benedicti, qa illud instrumen
tum fuit confectum post contractum matrimonium, vt ex
eius inspectione apparet, & p hoc non oportet insistere sup
virtute attestationum. d. do. Med. quæ per plures testes co-
nata est probare de maiori ætate dictorum fratrum. ¶ Alia
ratione videtur etiā, ꝙ non possunt circa restitutionem in
integ. obtinere dicti agentes, quia requirebatur ꝙ proba-
rent de læsione. d. l. minorib. & l. nam postea. §. si minor. ff.
de iureiu. & d. c. constitutus. † & ꝙ nō sufficit pro obtinen- 6
da restitutione in integrum aduersus immixtionem ꝓbare
duntaxat aditionem hæreditatis, siue mixtionem & mino-
rem ætatem, nisi aliter probetur de læsione seu hæreditate
damnosa, apparet p l. verum. §. si locuples. ff. de minor. & ita
post multa firmant Io. de Are. Cy. & Ray. in auth. si omnes.
C. si vt se ab hære. absti. Et ibi respondet ad ea quæ possent
in contrarium allegari. Et plus dicit Imo. in l. necessarijs. ff.
de acq. hær. quod licet Bal. post Iac. Bu. in l. 1. C. si vt se ab hæ
redi. absti. velit, ꝙ satis dicatur probatum de læsione si mi-
nor probauit debita esse in hæreditate, nisi ex aduerso pro-
betur ꝙ facultas sufficiat ad soluendum, non videtur esse
verum secundum Imo. quia potest esse ꝙ debita sint in hæ-
reditate, & tamen hæreditas sit soluendo locupletior. i. lo-
cuples, &c. l. non ab hoc. C. vnde cog. c. in ꝑsentia, de ꝓba.
nisi secundum eum seruaretur practica tradita p gl. in l. cū
de lege. ff. de proba. q̄ tamen non videtur seruata in ꝓposi-
to. s. ꝙ hæres allegauerit tanta bona extare in hæreditate
Benedicti, quæ valent vsq; ad tantam quantitatem non suf-
ficientem æri alieno & q vult dicere ꝙ essent plura, probet.
¶ Illud quod tamē me principaliter mouet, est effectus ꝓ-
bationis ætatis: ex quibus apparet, quantū ad hoc non esse
opus insistere super satisdatione petita pro parte dictorum
agentium, qa licet ꝓ parte d. do. Meldinę non fuerit ꝑstita,
sed verbo tantùm oblata ab eo, qui eius nomine cōparuit,
tamen talis defectus non facit ꝙ actor, qui nō probauit de
iure suo debeat obtinere. c. fi. de iureiu. l. qui accusare. C. de
edē. & in dicta prima causa debebit victus victori in expen-
sis legitimis condemnari, vt in iuribus vulgaribus & in sta-
tuto sub rubri. ꝙ victus victori &c. ¶ Nec videndum est,
quid sit pronunciandum circa petitionem dictæ dominæ
Meldinæ, dum petit sibi asignari de bonis dicti Benedicti
pro quantitate librarum 300. ex causa dotis secundum for
mam statuti sub rubrica, ꝙ mulier posit defendere bona
viri, &c. ¶ Et licet circa hoc plura dici possent, attamē atten
to ꝙ fuit pro parte dicti Alex. & fratrum petitum præstari
satisdationem à procuratore d. dominæ Meldinæ secundū
formam statut. de satisdatione pręstanda, & procurator re-
spondit, ꝙ quia negare hoc nō poterat secundum formam
statutorum, offerebat se paratum illam ꝑstare ꝑsente ser. Io.
quondam de nomine dicti Alex. & fratrū & acceptante in
parte & partibus, &c. & tamē d. satisdatio actu nunquā fuit
præstita: vnde succedit dispositio dicti statuti quòd contra
recu-

recuſantem præſtare d.ſatiſdationē iudex in ſua petitione
non audeat,&c. ¶ Non ob. ſi diceretur, ꝙ ſtatutum loqui-
tur cōtra denegantem, ſeu recuſantem p̃ſtare ſatiſdationē,
ſed ꝓcurator d.dominę Meldinę non recuſauit,imò obtu-
lit ſe paratum illam p̃ſtare: ergo non ſumus in caſu ſtatuti.
7 † ¶ Et reſpondeo, ꝙ vbi eſt opus facto,verba non ſufficiunt,
ſatis enim recuſat p̃ſtare ſatiſdationem ille, qui interpella-
tur,cùm eam re & actu non præſtet,vt p̃ſtare tenetur.l. ſer-
uus ſi hæred.§.fi.ff.de ſtatu lib.& l. cùm decem.ff. de ſol.c.1.
de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſeruan.c.paſtoralis. in fi. cum
gl.fi.de off.dele. no. Bar. & alij in l.prætor.§.ſi quis paratus.
ff.de no.op.nun.& in l. creditor. in vlti.col.ff. de diſtra. pig.
cū ſi. Aliàs facilè eſſet ſemꝑ deludere diſpoſitionem dicti ſta
tuti,& facere ꝙ diſpoſitio intelligeretur impoſita verbis,&
non rebus, contra l.2. C. communia de leg. & c.commiſſa.
de elec.in 6. ¶ Non obſt. etiam,ſi diceretur, ꝙ filij dicti Be-
nedicti nolebāt ſe impedire de iſta cauſa dotis, ergo quoad
hoc non debet intelligi petita ſatiſdatio: quia reſpondeo,
ꝙ imò non fuerunt cōfeſsi ipſam dominam Meldinam eſſe
audiendam ea parte,qua dixit ſibi aſsignanda bona pro di-
ctis libris 300.in cauſam dotis ſecundum formam dicti ſta-
tuti,imò expreſsè negauerat tale ius ſibi competere, vt pa-
tet,maximè in comparitione facta per ſer Io. die 20. Febr.
de mane. Ex quibus concludo in hac ſecunda parte,partes
iudicis eſſe in ꝓnunciando d. do. Meldinam & eius inter-
ceſſorem non fuiſſe,nec eſſe audiendam circa dictam con-
ſignationem bonorum ꝓ cauſa aſſertæ dotis propter d.ſa-
tiſdationem non p̃ſtitam & d.do.Meldinam & eius procu-
ratorem, tanquam in hac parte ſuccumbentes in expenſis
legitimis condemnari debere parti aduerſæ. Alex.

ADDITIO.

a ¶ Nō noceant.niſi ad aliquale præiudiciū, vt tenet idem
do.Ale.in l.cū lite.ff.iud.ſolu.elegans glo.in l. ſi duo.de iu-
reiu. de quo vide do.Iaſ.in l.is apud quem,col.13. in ver.ſe-
cundus caſus. C.de eden.Bar & DD.in l.1.C.quo.bono.mi-
nus tamen quàm ſemiplena probatio. Curt. ſenior conſil.
72.col.2.cuius duos effectus vide ſuper conſuet. Pariſi.§.5.
nu.39.vbi plenius diximus.
b ¶ Enunciatio. tunc enim etiam inter eaſdem partes verba
enunciatiua non plenè probant, ſed tantùm ſemiplenè,vel
p̃ſumptiuè.Panor.Fel.d.c.illud. Fe.in c.per tuas.co.3.& ibi
Deci.co.4.de proba.Lud. Rom.no.446.nunquid.Matthæ.
no.80.nota quod quotieſcunque Alex.conſil.136. col.fin.
inf.eod.conſ.202.col.2.li.2.conſi.132.co.5.li.5.Bald.in l.ad
probationem.C.de loc.Aegid.Bellam.deci.125. ſi appella-
tus.Riminal.l.ſi certis annis col. 4. C. de pac.Fran.Aret.in
auth.ſi quis in aliquo documento.in prin. & ibi Iaſ. Lance-
lo.Decius in fi.Phi.Deci.co.7. C. de ede. Cur.in l.2.§. quòd
obſeruari.col.7.C. de iureiur. pro cal.Deci.c. licet cauſam.
co.3.de prob.c.cùm venerabilis.colum.13. de excep.conſil.
119.conſil.178.conſil.310.conſil.348. in fin. Limit. primò,
quando illud enunciatum importat diſpoſitionem, & pro-
fertur ab eo,vel ab his, qui diſponere poſſunt, vt cùm quis
contrahit tanquam hæres, per not. per Bar. & alios in l.ge-
rit.ff.de acqui. hære. limito ſecundò concurrentibus alijs
p̃ſumptionibus & veriſimilitudine, vt ad probandum con
fines in facto antiquo. Matt.de Affl. deci. Neap. 83.num.2.
limito tertiò, niſi ſint enunciatiua & aſſertiua de eo quod
potuit tunc eſſe vel fieri,quia tunc plenè probant etiam in-
ter alios,vt per Bar.& DD.in l.prædia.ff.de acqui.poſſ.malè
ergo conſuluit Ro.conſ.156.Honorande. col. 2. vbi dixit ꝙ
verba tabellionis in fine inſtrumenti atteſtātis præſentiam
& conſenſum mariti non probant illam præſentiam & con
ſenſum inter extraneos, & malè.

*SVMMARIVM.*

1 *Renunciationes omnes & clauſulæ ſimiles poſitæ in compromiſſo, habent tacitam conditionem,ſi arbitri ſententiam tulerint.*
2 *Compromiſſum non valet poſt rem iudicatam, niſi ſententiæ renuncietur.*
3 *Compromiſſum eſt quædam tranſactio.*
4 *Liti & inſtantiæ renunciatio exponitur,id eſt inſtantiæ.*
5 *Coniunctio vna accipitur pro alia, quoties menti expedit.*
6 *Renunciari inſtantiæ ſoli poteſt,parte volente.*
7 *Renunciatio iuris etiam non liquidi,donatio eſt.*
8 *Donatio cū libera,nō venit in mādato quantumcunq; generali.*
9 *Syndici ſicut tutores poſſunt ea quæ requirunt ſpeciale mandatum.*
10 *Procurator nō poteſt renunciare appellationi per ſe interpoſitæ.*

CONSILIVM XXII.

a VISO inſtrumento ſyndicatus cōis *a* Scandiani
& inſtrumēto cōpromiſsi facti ꝑ ſyndicos di-
cti cōis ex parte vna, & ſyndicos cōis Arceti ex
altera cū renunciatione facta ꝑ ſyndicos dicti
cōis terrę Scandiani litis & inſtātię litis vertē-
tis inter dicta cōmunia occaſione confiniū & nonnullorū
terrenorū in territorio exiſtentium inter dicta loca & cōia:
viſiſq; conſilijs p̃ſtantiſsimorum Doctorum.ſ.tam primi q̃
ſecundi cōſultoris,omiſsis non neceſſarijs,videtur mihi de
iure concludendū.dictā renunciationē nō obeſſe dicto cōi,
adeò,ꝙ non intelligitur cū effectu renunciatū ꝑ dictos ſyn
dicos cauſæ dicti communis Scandiani. ¶ Moueor primò,
quia verbo fertur,quòd nullam ſentētiam vel arbitramen-
tum tulerunt arbitri, ſeu arbitratores: & compromiſſum
1 tempore expirauit. † vnde clauſulę appoſitæ in compro-
miſſo tendentes ad renunciandum,vel derogandum alicui
iuri partium habent in ſe tacitam conditionē,ſi arbitri ſen-
tentiam tulerint.ita no.Bal.in l.ſi diuerſa,in verſi.ex prędi-
ctis,&c.C.de tranſac.l.tale pactum.§. qui prouocauit.ff.de
pac.& in l. ſi ſuꝑ poſſeſsione.C.de tranſac. Idē tenet Raph.
2 Ful d.l.ſi diuerſa.vbi dixit,† quòd licet non valeat compro
miſſum poſt latam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudi-
catam,vt l.ſi cauſa. & ibi not. Doct. C.de tranſ.& l. damnū.
in prin.& ibi not.Bar.& alij.ff.de cond.indeb. & l.poſt rem.
ff.de tranſac.& l.1.cum ibi not.per Bar.& Ang.ff.de tranſac.
& in c.expoſita,de arbit.tamen fallit, niſi in compromiſſo
ſit renunciatum ſententiæ,quæ in rem iudicatam tranſiue-
rat,vt no Bal.in l.iuris gentium.§. ſi paciſcar. el 1.per illum
text.ff. de pac. & in l. eleganter.in princ. & in d.l.ſi diuerſa.
¶ Vnde ſi tantum in compromiſſo adijciatur clauſula non
obſtante ſententia antè lata, cùm tunc videatur per illam
clauſulam renunciatum ſententiæ, valet compromiſſum,
tamen illa clauſula importans renunciationem prioris ſen
tentiæ,ſolùm operabitur in caſu, quo ſententia arbitrato-
ris ſequetur,non aliter:ita dicit Ful.arg.d. l. pac.§.1. & c.di-
lectus.de arb.& ſic vult idem quod Bal.licet Ful. adhuc cla-
rius & expreſsius loquatur quàm Bal. de ipſa renunciatio-
ne ſententiæ.& iſtud per ſe ſufficeret pro victoria dicti com
munis Scandiani. Fortificatur, quia ſi videretur renuncia-
tum iuri,& cauſæ competenti dicto communi Scandiani
compromiſſum ipſum factum eſſet ſuper re non dubia,&
non valeret.d.l.1.de tranſ.& d.l.poſt rem.cum alijs.§. alleg.
iunctis ibi notatis per DD. Et iuncto eo quod no. in auth.
vt diffe.iud.§.1.& per Inn.in c. quintauallis. de iureiur.cum
3 multis concor.vbi habetur,† ꝙ tale compromiſſum cenſe-
b tur q̃dam tranſac. *b* q̃ ſuper re non dubia fieri non poteſt.&
ſic viderentur dicti cōpromittentes ꝑ directam renuncia-
tionē elegiſſe viam ad impugnandum diſpoſitionē ipſorū
compromittentium quod iura non admittunt. l. ſi miles q̃
deſtinauerat.ff.de teſt.mil.l.Męuius.in prin. de le. 2. facit l.
quoties.in ſtip.de ver.obl.& c.abbate. de verb.ſig. ad idem
q̃a renunciatio fuit facta ſyndico communis Aretij in eodē
inſtrumento comꝓmiſerunt de eiſdē litibus & cauſis inter
ipſas partes vertētib.& verſis occaſione p̃dictorū confiniū,
&c. ¶ Et ſic apparet euidēter, ꝙ ſyndici cōis Aretij in eodē
inſtrumēto videātur receſsiſſe in d.renunciatione facta eis
ꝑ ſyndicos Scādiani, & ꝑ conſequēs renunciatio eis facta ꝑ
ſyndicos cōis Scādiani ꝓ nō facta habetur,vt l. qui ſic.ff.de
ſol.facit l.pleriq;.cū ſi.ff.de rit.nup.& l.diuortium.ff.de di-
uor.& qđ no.Bar.in l. Titia q̃,in verbo, ꝙ ſi in veritate, &c.
ff.de verb. obl. & l.ſingularia.ff.ſi cer.pe.& Ant de But.in c.
gēma.de ſpō. ¶ Comꝓbantur p̃dicta, q̃a cum hoc nomē &
4 liti,poſsit accipi varijs modis, † & quandoq; accipiatur lis
ꝓ inſtātia tm̄.l.cum lite.ff.de iudic.ſol. & ibi no. l.ꝓpe ran-
dum.in prin.& §.1.& ibi gl.C.de iudic.& l. nulla.C.de ꝓcu.
l.nio.

l,mo C.de rei ven. Potest etiã accipi ꝓ iure deducto in iudi-
cio, vel. postq̃ liti. C. de pact. & l. litis nomẽ. ff. de ver. sig. & in
l. litis. C. de ꝓc. & no. gl. in d. l. ꝓperãdum. §. fi. & gl. in c. 1. in
verbo liti, de ꝓcur. in 6. & licet in d. instrumento dicatur, ꝙ
renunciauerunt liti & instãtiæ ipsius litis, illa copula &, sta-
bit expositiuè ꝓ. i. ꝓut alibi exponitur in l. decernimus. C.
de epis. au. ibi in glossella parua. ꝓ hoc facit etiam quod no.
Bart. & alij in l. vbi pactum. C. de transa. circa prin. vbi dixit,
ꝙ licet ꝓpriè dictio vel, quãdo ponatur disiũctiuè seu alter-
natiuè inter genus & speciẽ, significat ꝓferentem voluisse il
lam speciẽ sup illo genere cõprehendi, vt l. 1. ff. de reb. dub.
tamẽ vt deseruiat mẽti dispo nẽtis, accipitur dictio alterna-
tiua, vel, ꝓ id est, vt in d. l. vbi pactũ. in l. 2. ff. ad l. Aq. ¶ Benè
5 facit quod no. glo. in eas causas. ff. de cond. & demon. † quæ
c vult, ꝙ quoties expedit, ꝙ vna cõiunctio c accipitur ꝓ alia,
vt deseruiat menti, verba impropriantur. l. insulam. ff. de p̃-
scri. ver. l. si vno. ff. loca. & l. si stipu. de vsuris. c. cõstitutus, de
reli. do. cum ibi no. ergo cùm ibi appareat de mente con-
trahentium & dictorum syndicorum cõis Scandiani, ꝙ nõ
intendebãt renunciare causæ & iuri principali ipsius, imò
super eo voluerunt cognosci & examinari per arbitros, vt
indicat cõpromissum, debent accipi illa verba renuncianti
liti & instantię ipsius litis, vt ĩportent idẽ, ac si dictũ fuisset
renunciantes liti & instãtiæ ipsius litis, & sic dictio &, stabit
ꝓ. i. ¶ Et licet Bar. in d. l. post lit. C. de pac. fuerit solus ĩ vna
6 opi. † ꝙ renunciando instantiæ videatur renunciatũ iuri &
causæ, quia soli instantiæ renunciare nõ poterat, vt in auth.
qui semel. C. quom. & quan. iudex. & not. in l. edita. C. de e-
den. & sic renunciando instantiæ vt valeat renunciatio, vi-
detur etiã renunciatum fuisse iuri & causæ. arg. l. illud. ff. de
* acqui. hær. Sed * cõmuniter DD. in d. l. postq̃, tenent cõtra-
rium, vt Fran. Tigri. Bal. Sal. Fran. de Rã. Ful. & Paul. de Ca.
post Iac. But. quia renunciari potest solùm instantiæ vtraq;
parte volente, ꝓut fuit in casu nostro, vt no. p gl. in l. 1. C. de
pręs. lon. tem. licet secus sit parte inuita & contradicente: &
ita loquuntur allegata in contrarium. ¶ Ex alio insuper ca
pite videtur posse infringi dicta renunciatio, qa posito (sed
non concesso) ꝙ verba renunciationis essent talia, ꝙ impor
tarent omnimodam renunciationem, etiam posito ꝙ nihil
fuisset arbitratum per arbitratores, tamen videtur ꝙ dicti
syndici non habuerint potestatem faciendi dictã renuncia
tionem, per quã dictum cõe excludatur à iure suo in dictis
7 terrenis seu territorijs: ꝓbatur, † qa renunciatio iuris prin
cipalis est donatio. l. hoc iure. §. 1. ff. de don. l. si quis delega-
uerit. ff. de nouat. l. si quis obligatione. ff. de re. iur. & p DD.
in l. Modestinus. cum si. ff. de donat. ¶ Et dato etiã ꝙ ius nõ
sit liquidum vel liquidatum, tamen gratis remittendo do-
nare videtur, adeò ꝙ ille, qui non potest donare, non potest
gratis facere remissionem talis debiti non liqdi. ita voluit
Bal. in l. 1. in 4. col. C. de pac. allega. l. præses. cum ibi no. & l.
de fideic. C. de transa. ¶ Et idem videtur tenere Salice. licet
alleget in contrarium tex. cum gl. in l. contra iura. §. fi. in gl.
fi. ff. de pac. & non respondet: tamen respondeo dupliciter.
Primò, qa illa gl. secundum Ang. in l. 1. ff. de duob. reis. de-
bet intelligi, quando remissio illius debiti non liquidi non
poterat damnum afferre, vt quia fortasse plus expendisset q̃
potuit cõsequi. facit l. mediterraneæ. & quod ibi Bar. C. de
anno. & trib. lib. 10. vel secundum Imo. in l. ex duob. la 2. in
8. col. ff. de duob. reis. Illa gl. non bene dicit nec allegat alì-
quid quod ꝓbet dictum suum: & ꝓ hoc facit secundũ Imol.
in d. l. ex duob. quia melius videtur dimittere rem sic in su-
spenso, donec fortasse postea ꝓspera fortuna succedet, quæ
ipsum ius pacto gratuito extingueret, licet nõ sit ius liqui-
dum. ¶ Attento ergo ꝙ talis remissio non potest fieri nisi
ab eo, qui potest donare, dico ꝙ dicti syndici non potue-
8 runt donare: † quia in mandato quantumcunque generali
cum libera & plena potestate æquipollente speciali man-
dato, iuxta l. ꝓcurator cui libera, cum gl. & melius in l. man-
dato. cum gl. & ibi Bar. ff. de procu. & c. qui ad agendum. de
ꝓcu. in 6. l. nam & nocere. & ibi Bal. ff. de pact. & not. Bal. in
l. illud. ff. de mino. non venit ꝙ mandatarius possit remit-
tere & donare. d. l. contra iura. §. fi. & l. filiusfam. ff. de dona.

¶ Et expressè firmat Feder. de Senis in consil. 2. incip. Qui-
dam habet potestatẽ transigendi. vbi decidit, habens man-
datum ad transigendum & componendum cum generali
potestate non potest debitum gratis remittere, per d. l. con
tra iur. §. si filius. & d. l. nam & nocere. ff. de pac. hoc etiã cla-
rè voluit Bal. post Iac. But. in d. l. si ꝓcurator. C. de ꝓcur. vbi
vult, ꝙ procurator habens liberam quæ dicitur æquipolle-
re speciali mandato, vt no. Bal. in l. illud. ff. de minor. cum
concor. suprà alle. tamen non potest donare nec dilapida-
re, nec debitum remittere per l. creditor. §. Lucius. ff. man-
da. & d. l. filiusfa. & l. si pater. ff. quæ in frau. cred. ¶ Vnde vi-
demus ꝙ isti administratores etiam legitimi, vt tutores & 
cõsimiles donare non possunt. l. 1. post prin. ff. de tute. & ra-
tionibus distra. l. per hi. §. clarũ. ff. quod vi aut clàm. quam-
uis habeant liberam administrationem cum generali pote
9 state, vt no. gl. & DD. in l. mãdato generali. ff. de ꝓcu. † qui-
bus tutoribus æquiparatur syndicus ab vniuersitate cõsti-
tutus, vt ꝓbant Bar. & alij in l. iusiurandum. §. defensor. per
gl. ibi. ff. de iureiur. quia dicuntur legitimi administratores
habentes liberã administrationem. l. 1. in princ. & l. mune-
rum. ff. de muner. & hono. l. præses, cum ibi. not. de transac.
not. Cy. clarè & expressius Bal. in l. 1. C. etiam per ꝓcu. cau-
sam in integ. rest. & sic possunt ea quæ speciale mandatum
requirunt, vt ibi per eos, & patet in d. l. pręses. & tamen do-
nare non possunt, vt sup. dictum est. ¶ Vnde dicit Io. And.
& alij in c. 2. de dona. vbi per illum tex. dicunt ꝙ prælati ec-
clesiastici & similes administratores non possunt remittere
exceptionem peremptoriam. Et idem no. Inn. in c. 1. de de-
posi. & in c. cùm olim. el 1. de offi. deleg. vbi etiam idem di-
cit in ꝓcuratore. ¶ Et idem etiam no. Bar. & Ang. in l. fi. in
prin. ff. de fer. & in l. ꝓcurator cui generaliter. ff. de ꝓcur. &
Ang. in l. ab executore. §. fi. ff. de appel. vbi etiam concludit,
10 † ꝙ ꝓcurator non potest renunciare appellationi per se in-
terpositæ, per id quod habetur in l. rescriptum. §. fin. cum l.
seq. & l. contra iuris. §. fi. ff. de pact. & l. apud Celsum. §. man
daui. ff. de doli excep. ¶ Et no. etiam ipsemet Ang. in l. bo-
norum. ff. rem ratam haberi. & in l. 1. §. 1. ff. à quibus appella.
non licet. & Bal in l. fi. §. 1. C. de tempor. appella. & per hoc
confirmatur id quod dixi suprà, videlicet ille, q non potest
donare, non potest gratis debitum liquidũ remittere. ¶ Et
licet sit adiecta clausula in dicto syndicatu, ꝙ possit facere
circa p̃dicta & quodlibet prædictorum ac connexa & de-
pendentia ab eisdem, etiamsi talia forent quæ mandatum
exigerent speciale, &c. tamen hoc nõ potest obstare duplici
ratione. Prima, quia dicta clausula nõ operatur nisi quoad
casus similes expressis, non quoad maiores, vt in terminis
no. DD. in c. qui ad agendum. §. 1. de proc. in 6. quos ibi re-
fert & sequitur do. Dominicus de sancto Geminiano. arg.
c. sedes. de rescri. & cle. non potest. de procur. & eorum quæ
no. glo. in d. c. qui ad agendum. in verbo non expressos. sed
nullus casus erat expressus in mandato qui saperet omni-
modã donationem seu renunciationem totalis iuris, imò
verba dicti instrumenti in multis partibus ipsius instru-
menti sonant contrarium, ergo ad talem casum nõ exten-
duntur. ¶ Secunda ratio est, quia dicta clausula refert se ad
p̃cedentia & connexa, non ad alia: patet ex verbis. s. in p̃di-
ctis & circa p̃dicta. vnde nõ extenduntur nisi ad ea quæ con
cernerent casus ibi specificatos, non alios: ita loquitur Bar.
in l. qui Romę. §. Callimachus, ad fin. ff. de verbor. oblig. Ex
quibus concludo dictam renunciationem non præiudica-
re dicto communi. præcedens tamen responsio tutior est.

Alexand.

## ADDITIO.

a ¶ Cõis. syndicus castri habens mandatũ generale cum libe
ra in compromisso renunciauit instantiæ liti, & com ꝓmis-
sum expirauit lapsu tpis An illa renũciatio noceat, & an vir
tute dict. mãdati poterit renũciare. decidit Alè. ꝙ nõ nocet.
b ¶ Transac. Alex. cons. 82. in fin. inf. eo. cons. 119. col 2. lib. 2.
Lancel. Deci. 50. legatum ciuitati. ff. de vsufr. leg. no. in l. 3. §.
si seruus. ff. de pecu. Deci. cons. 630. col. 1. sed ꝓpriè & stri-
ctè non est transactio, vt no. Bal. l. fi. §. 1. col. 1. C. cõmunia de

leg.Lanfran.tract.de arbi.col.1.Pau.conſi.49.In quæſtio.li.
1.conſ.121.Viſo puncto.lib.2.Deci.c.ſi quando.col.2.de off.
dele.c.quanto.col.2.de iudi. Alciat. in l.cùm te tranſegiſſe.
C.de tranſactio.
c ¶Coniunctio.ad hoc.Bal.l.3.in fi.C.de actio.empt. Alber.
authe.hoc ius.C.de procu.Rom.conſ.386. quæſtio eſt.col.
4.Iaſ.l.ſi mater.col.2.C.de inſtit.& ſubſtit.l.Gallus.§.& qd
ſi tantum.col.4.lect.1.ff.de lib.& poſthu.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſo bona ſubiecta an confiſcari poſſint.*
2 *Confiſcationi non veniunt poſtea requiſita.*
3 *Alienari prohibita, & in extraneos hæredes non tranſmiſſibilia non confiſcantur.*
4 *Emphyteuſis eccleſiæ non tranſit in fiſcum.*
5 *Emphyteuſis priuati, vel feudum, ſi ad extraneos hæredes non tranſeant, non confiſcantur.*
6 *Alienare prohibitus an poſſit confiſcare.*
7 *Miſſio an fieri poſſit in rebus alienari prohibitis.*
8 *Vſusfructus non publicatur, etiam viuo fructuario. & nu.13.*
9 *Bannitus cum publicatione bonorum habetur pro mortuo.*
10 *Bannitus perpetuò non poteſt hæres inſtitui.*
11 *Continuò verbum, non admittit interpellationem.*
12 *Alienandi prohibitio tacita, differt ab expreſſa.*
13 *Alienari non poſſunt res ſubiectæ reſtitutioni in redemptionem delinquentis.*

EPITOME.

TESTATOR inſtituit filios hæredes, & ſta-
tuit, ꝙ certæ domus ſtarent continuò vſque in
infinitum pro ſuis hæredibus & eorum filiis.
Vnus hæredum ob delictum bãnitus eſt bonis
cõfiſcatis, fiſcus vult habere partem eius, in d.
domib.talte ad ratam banniti.reſpon. Alex. ꝙ non debet ha
bere, ſed ꝙ ſtatim ſpectat ad filios banniti, quia eſt res per-
petuò prohibita transferri in extraneum hæredem.h.d.

CONSILIVM XXIII.

OPPORTVNE conſideratis his, quæ in The-
mate referuntur. ¶Prima conſideratione vide
batur dicendum dictam domum pro iure ſpe-
ctante ad dictum bannitum ſeu condemnatũ,
ſub dicta confiſcatione cõprehendi, & apud fi
ſcum reſidere poſſe durãte vita banniti. ¶Quòd primò ꝓ-
bari videtur.†Nam bona ſubiecta reſtitutioni fideicommiſ
1 ſariæ de iure alienari nequeunt.l.fi.§. ſed & quia. & in auth.
res quæ.C.communia de leg.& tamen ſi cõtingat confiſca-
ri bona illius, qui poſt mortem de reſtituẽdo per fideicom-
miſſum grauatus erat, confiſcabuntur bona illa reſtitutio-
ni fideicommiſſariæ ſubiecta, cum ſua tamen cauſa ſcilicet,
quod adueniente cõditione fideicommiſsi intra tempora
mortis illius, qui poſt mortem grauatus erat reſtituere per
fideicommiſſum, fiat per fiſcum reſtitutio fideicõmiſſaria:
ita in ſpecie decidit Ang.in l.Pap.§.meminiſſe.ff.de inoffic.
teſt.pro quo alle.l.ex facto.ff.ad Treb.cum ibi not. & l.nam
ad ea.ff.de cond.& dem.l.viam conſtitui.§.ſi fundum.ff.de
ſeru.ruſt.præd.& intelligit ipſe tex in d.§.meminiſſe.vbi di-
cit, ꝙ quãdo bona hæredis grauati de reſtituendo confiſcã-
tur, non debet fieri confiſcatio cum iniuria illius, cui fidei-
commiſſum reſtituendum erat.& idem eſt de mente Bal.in
d.§.meminiſſe:ergo dato, quod Sempron. teſtator in ꝓpo-
ſito ꝓhibuerit dictam domum alienari:tamen durante vita
dicti filij banniti debet domus occaſione dictę confiſcatio-
nis reſidere apud fiſcum pro iure, quod ad ipſum bannitũ
pertinebat. ¶Secundò, pro hoc videtur tex. in l. Statius Fo
rus.§.Cornelio Feli.& quod ibi no.gl.ff.de iur.fiſc. & l.cum
pater.§.hæreditatẽ.de leg.2. vbi ſi hæres inſtitutus fuit gra-
uatus reſtituere hæreditatem ſuam poſt mortem Cornelio
Felici, ſi bona omnia damnati ſeu deportati hæredis ante
mortẽ ſunt confiſcata, tranſibit in fiſcũ etiã illud quod erat
ſubiectum fideic.& p fideicommiſſarium à fiſco vendicabi-
tur fideicõmiſſum eueniẽte tẽpore mortis naturalis ipſius
hæredis. ¶Tertiò, p hoc videtur tex.in l.ſi conſtante.§.fi.ff.
ſol.mat.vbi ſol.mat. dos mulieris ob delictum eius confiſca
tur vt ibi.& l.quinq;.cum l.ſeq.de bonis dãna.& tamen dos
alienari nõ poteſt, etiã ſol.mat.vt l.etiã directo, de fun.dot.
ergo licet iſta domus ſit ꝓhibita alienari, debet poſſe cõfi-
ſcari. ¶Quartò, ꝓ hoc facit, qa ſi diceremus, ꝙ iſta domus
non cõfiſcatur, ſequeretur, quod domus ipſa deberet rema
nere apud filios dicti banniti, ꝗ ſubintrant locũ d. banniti.
l.ſi qua pœna.& ibi hoc no.Guil.de Cu.Bart.& alij.ff.ꝗ ſunt
ſui vel alie.iur.l.1.§.ꝗ filium. ff.de bon.poſſ.cont.tab.l.ſi ne-
cem.§.ſi deportatus. de bon.liber. & per cõſequens, ſi dicta
domus, quò ad ꝓprietatem acquireretur filiis dicti banniti
ſequeretur, ꝙ ex iſta acqſitione vſusfructus reuertetur ad
patrem, & ſic ad dictum bãnitum, per l.cùm oportet.C.de
bonis quæ liberis. & iſta eſſet noua acquiſitio, quò ad iſtum
vſumfructum acquirendũ bãnito ex perſona filiorũ:& ideo
2 cõfiſcatio nõ cõprehendit iſtã vltimã acquiſitionem,† quia
a confiſcatio *a* non comprehendit, niſi iura, quæ ante confi-
ſcationem erant ipſius damnati.l. ſi mandauero.§.is cuius.
ff.mand.gl.Bar.in l.1. ff.de bon.damna. & Cyn. & alij.in l.1.
C.de bon.proſcrip.& Bar.in l.certa forma. C.de iur.fiſ.lib.
10.& Bal.in l.fi.in fi.C.quæ res pigno.obli. poſſ. facit quod
no.in l.non ad ea.ff.de cond.& demon.& in l.ex facto.§.fin.
cum ibi no.per Bald.ff.de vulg.& pupilla. ſed ita eſt, ꝙ deli-
ctum patris debet nocere filio vbicunq;, ſi nõ noceret filio,
ad patrem reuerteretur commodum:vt no.gl.in l.diui fra-
tres.ff.de iur.patron.per l.quæritur.ff.de bonis liber.& no.
Bar.in l.1.in fi.ff.de interdi.& relega. ergo in propoſito no-
ſtro:quia commodum vſusfructus reuerteretur ad patrem
banniti, dicendum eſt, quòd delictum patris noceat filiis:&
ſic, quòd interim excludantur, donec pater eorum vixerit.
¶Fortificatur ex his, quæ no. Bal.in l.antiquitas. in fi.C.de
vſufruct. vbi quæritur, quid ſi legatus eſt vſusfructus Titio
& hæredibus ſuis, & poſtea ſit capite diminutus: nunquid
vſusfructus finiatur, quò ad eũ, & quo ad hæredes eius: & fi
naliter concludit, ꝙ Titius excluditur ab vſufructu: & eo vi
uente conſolidatur ꝓprietati:ſed eo mortuo reuertetur ad
hæredem ſuum, alleg.in arg.ea quæ no.in d.l.diui.de iur.pa
tro. ¶Sextò, pro hoc videtur caſus in l.peto.§.prędium.in l.
vnum ex familia.§.quòd ſi talia verba.de lega.2. vbi teſtator
diſpoſuit fundum remanere debere in familia. & ex aliqua
cauſa neceſſaria cauſata facto hæredis fundus ille fuerit alie
natus in extraneum, tunc ille, in quem alienatio facta eſt, re
tinere poterit fundum, quandiu fundus ille fuiſſet apud a-
lienantem manſurus, ſi alienatio facta non fuiſſet: ergo da-
to, quod iſta publicatio bonorũ fuerit cauſata à facto ban-
niti:tamen apud fiſcũ domus debet remanere, quandiu re-
manſura fuiſſet apud bannitum, ſi confiſcatio facta nõ fuiſ-
ſet. bene facit quod no.glo.in authen.ingreſsi.ad fi.C.de ſa
croſan.eccle. ¶Sed præmiſsis non obſtantibus contrariam
3 ſententiam de iure probabiliorem eſſe puto, videlicet † qd
nullo modo dicta domus apud fiſcum reſidere debeat occa
ſione dictæ confiſcationis.hoc primò probatur in l.Impera
tor;in prin.ff.de fideic.lib.& illum tex. ibi ad hoc ponderat
Bart. qui ex illo tex.no. ꝙ res prohibita alienari, non poteſt
deuenire in fiſcum per publicationem bonorum, & loqui-
tur ille tex.propriè in prohibitione teſtatoris, de qua etiam
nos tractamus. ¶Secundò probatur: quia iura, quæ nõ poſ
ſunt in extraneum hæredẽ tranſire, non poſſunt etiam tran
ſire in fiſcum, qui habetur loco extranei ſucceſſoris.l.iura li
bertorum.quę eſt lex 4.& ibi no.Bar.ff.de iur.pat.& in l.eo
rum.ff.ad l.Iul.l.1.C.de bo.lib.& in d.l.eum qui.ff.de inter-
dic. & relega. ſed ita eſt, quod dicta domus non poterat ad
extraneos hæredes tranſire extantib.filiis dicti teſtatoris &
filiis filiorum, ꝓ quibus voluit teſtator dictas domos in fa-
milia remanere debere, cũ huiuſmodi ꝓhibitio à teſtatore
fieri potuerit.d.l.peto.§.ſicut.& l.filiusfam.§.diui.de le.1.er
go dicta ꝓhibitio prohibet dictam rem poſſe fiſco quæri ſal
tem efficaciter. ¶Tertiò, pro hoc facit tex. in auth. de alie-
na. & emphyt.§. illo. & c.felici.§. ſi qua verò. de pœnis. in 6.
4 † vbi emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſit efficaciter in fi-
b ſcum *b* confiſcatis bonis emphyteutæ: quia talis emphyteu
ſis nõ poterit tranſire ad extraneos hæredes:vt in §.emphy-
teuſim. & §. alienationis. & §.ſi verò perpetuam. in auth.de
* non alie.aut perm.ſecundum * magis communẽ opi.quam
appro-

approbant gl. & Doct. in l. etiã. so. ma. & Spe. in ti. de locato.
§. nunc aliqua. vers. ex ius. Io. And. in c. præsentia. de prob. &
Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de operis liber. & in l. si
patroni. in prin. ff. ad Treb. & in l. si tibi 10. §. si pactum. ff. de
pact. & in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posth. & in l.
quod dicitur. de ver. obli. & Bal. in l. cum virum. in fi. C. de fi
deic. c. & in l. vsufructu. ff. sol. mat. vbi refert ita consuluisse
Bar. & idem Bal. in l. 2. C. de suis & legiti. & in l. assiduis. C. q
5 potio. in pig. habeantur. † Idem etiam * communiter con-
* cluditur emphyteusi concessa à priuato, quando est conces
sa ea conditione & lege, quod ad extraneum hæredem non
transeat. nam tunc confiscatur dato, ꝙ cõfiscata sunt bona
emphyteutæ: vt cõcludit Bar. & cõmuniter alij in l. si finita.
§. si de vectigalib. ff. de dam. infect. & no. Guil. & alij in l. si qs
presbyter. C. de epis. & cler. & Bal. in l. 1. C. de lib. & posthu.
& in l. si ita. §. fi. ff. de lib. & posth. & in l. insulam. in prin. ff. so.
mat. & Old. in cons. 17. incip. Thema tale est, quidam cleri-
cus, &c. Imo. in c. ex parte. de feu. & Pet. de Anc. in rep. c. po
stulasti. in 10. q. de for. comp. ¶ Idẽ videmus in feudo, quod
quidem non transit ad hęredes extraneos, vt in c. 1. §. si clien
tulus. de alie. feu. c. fi. si de feu. fue. contro. inter do. & agna.
nam si vasallus delinquat, & bona publicentur, non confi-
scatur feudum. c. 1. si vasallus feu. priue. & in c. si vasallus. in
tit. si de feu. fue. contro. inter dom. & agna. & in c. 1. an ille, q
interfecit fratrem, do. sui. & in c. Imperialis. §. istud quoq;.
de proh. feu. alie. per Fed. & c. felicis. & in c. in quibus. §. fin.
Et ibi no. Doct. de pœn. & per Doct. in d. §. de vectigalibus.
in d. l. 1. C. de bon. quæ lib. & in d. §. in insulam. ¶ Quartò, ꝓ
hoc facit doctrina. Bart. in l. si quis in tantam. circa med. in
verb. quæro. an dominus teneatur de facto serui, &c. C. vn-
6 de vi. † vbi concludit, quod aut res est prohibita alienari fa
c uore *c* personæ alienantis: & tunc alienatio, quæ fit delin-
quendo, non est prohibita, ratio, quia propter suum deli-
ctum perdit fauorem seu priuilegium suũ per id, quod no.
gl. in d. l. si quis in tantam. quæ tenet, ꝙ pœna illius legis ha-
bet locum in minore. quandoq; alienatio est prohibita fa-
uore alterius, quàm delinquentis, & tũc per delictum talis
res non potest alienari. hoc probat ipse per plura, maximè ꝑ
id, quod habetur in l. quinq; ll. cũ duab. seq. ff. de bon. dam.
vbi si mulier delinquit constante matrimonio, dos non pu-
blicatur, nisi in casibus *d* certis ibi expressis: quia quod mu
d lier nõ possit alienare dotẽ constante matrimonio, fuit in-
ductum, non solùm fauore mulieris, sed etiã viri. Cùm ergo
in ꝓposito dicta domus fuerit prohibita alienari, nõ solùm
fauore dicti filij banniti, sed etiã fauore & contemplatione
aliorũ descendentiũ, vt patet in dicto testamẽto: ergo delin
quẽdo nõ potuit aliquo modo alienari. ¶ Quintò moueor
e per ea, quæ no. Bal. *e* in auth. ei qui. in 16. col. in versi. quæro,
nunquid in rebus prohibitis per testa. &c. C. de bon. auth.
7 iud. pos. † vbi quærit, nunquid in rebus prohibitis per testa
torem alienari, possit fieri missio in possessionem. & respõ
det, ꝙ aut oportet ea bona in corpore patrimoniali retine-
re. & non potest fieri missio. alleg. l. 2. C. de vsuc. pro empto.
quæ lex propriè loquitur in rebus prohibitis alienari ꝑ te-
statorem: ex causa autem dicta bona subiacebant restitutio
ni statuti, cum quis se alienum facere intendit in rei domi-
nio: & tunc istud idẽ fit: aut sunt bona subiecta restitutioni
sub alia conditione: & tunc ante conditionis euentũ potest
fieri in eis missio. alle. l. fi. §. si autem. C. communia de lega.
ecce ergo Bal. apertè vult, ꝙ vbi bona debent continuò re-
manere in corpore & patrimonio hæreditatis: qa indistin-
ctè sit facta ꝓhibitio alienationis, prout in casu nostro, tũc
non potest fieri missio in possessionẽ in talib. bonis: quam-
8 uis talis missio nõ sit alienatio voluntaria. ¶ † Sextò, ꝓ hoc
facit, quia secundum opin. quã tenet Bal. & Sal. in l. 1. C. de
bo. lib. si publicãtur bona vsufructuarij, nõ confiscatur ius
vsusfructus etiã naturaliter viuente vsufructuario. allega. l.
corruptionem. in fi. C. de vsufru. quamuis vsusfru. alienari
non potest. l. si vsusfruct. ff. de iur. do. & Instit. de vsufruct. §.
item finitur. ¶ Septimò ꝓbatur, quia illa, quæ per mortem
alicuius transeunt ad filios eius, non vt ad hęredes, sed vt ad
filios, transibunt ad eosdẽ etiam, si pater non sit naturaliter
mortuus, sed ciuiliter tm̃: vt ꝓbatur in l. in insulam. in prin.
ff. sol. ma. vbi actio de dote, quę mortuo patre deportato, &
sic ciuiliter mortuo consolidatur in filiã. vt d. l. in insulã. sed
ita est, quod post mortem dicti banniti dicta domus pro ra
ta spectante ad bannitum prædictum peruentura esset ad fi
lios bãniti, nõ vt ad hæredes dicti banniti: sed ad eius descẽ-
dentes, vt patet ex verbis dicti testamenti, & not. ꝑ Bart. in l.
vt iureiu. §. si liberi. circa princ. ff. de oper. libe. cum concor.
¶ Octauò ꝓbatur, quia bannito dicto filio debẽt descendẽ
9 tes sui admitti, ac si naturaliter ipse mortuus esset, † quia ta
lis bannitus cum publicatione bonorũ, & qui fortè ex for-
ma statutorum, quę communiter sunt ꝑ Italiam, potest im-
punè offẽdi, habetur ꝓ mortuo, sicut deportatus: vt no. gl.
in §. relegati. Instit. quib. mod. ius pa. pos. sol. & gl. in c. domi
no guerram. in ti. hic finitur lex. & not. Spec. & Io. An. in tit.
de instru. edi. in §. compendiosè. vers. quid de bannito. & in
ti. de acto. §. 1. in ver. Item quod est bannitus. & no. Io. An. in
addi. Spec. in ti. de actore. in 3. parte. in §. sequitur. in addit.
inter quæ incipit Odo. Spec. in ti. de arb. §. differt. vers. quid
de bannito. & refert Io. de Imol. idem tenuisse Guil. de Su-
za. in l. Pedius. ff. de arb. & in l. actione. §. publicatur. ff. ꝓ so-
cio. & l. 1. ff. de bo. pos. contr. tab. ¶ Refert etiam Io. An. in d.
10 §. compendiosè. † perpetuò bannitum non posse hæredem
institui, sicut nec deportatum nec damnatum in metallum.
alleg. l. 3. C. de his, quæ pro non scrip. haben. & d. §. Publica-
tio. ita etiam in effectu tenuit Dy. in l. si quæramus. ff. de te-
sta. & Iaco. de Bel. in disputatione sua, incip. Sempronius &
Titius inimici capitales, &c. & Barth. in l. seruum quoq;. §.
publicè. in 4. col. ff. de proc. & in l. 3. in vlt. col. C. si penden.
appel. mors interue. & in d. l. corruptionem. in vlt. col. Ang.
latius cæteris in sua disputatione. incip. Duo adinuicem li-
tigantes, &c. ¶ Et hoc verum est, ꝙ ad beneficium iuris cõ-
munis, si tractatur de bonis & rebus existentibus in territo
rio illius ciuitatis, in qua bannitus est, vt probat Ray. in l. 1.
C. de hæredib. instit. & ibi Pau. de Cast. dicit, se ita consulu-
isse pluries Florentiæ cum multis aliis: & ita etiam dicit vi-
disse consultum per Rapha. Fulg. & ita limitauit conclusio-
nem Bartho. in disputatione, quæ incipit, Lucanæ ciuitatis
statuto, &c. & sequentium. ita etiam tenet Io. de Imo. in l. ex
facto. ff. ad Trebel. & est de mente Bal. in l. si qua pœna. post
Guil. de Cu. & Bar. ibi. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iu. & Io.
An. in d. §. compendiosè. & istis diebus ita consului per plu
res rationes apud Mutinam: & illi consilio plures solennes
viri se subscripserunt. ¶ Nonò, manifestè comprehenditur
ex istis verbis testatoris. vbi dicitur, disposuit, ꝙ dictæ do-
mus stare debeant continuò vsq; in infinitum ꝓ dictis eius
11 hæredibus, & eorum filiis, &c. ¶ † Nam illud verbum, con-
tinuò, denotat, qđ possessio dictę domus nunquam ad aliũ
perueniat. ca. cum venisset. in verbo, perpetua possessio. de
insti. & in l. 1. in verb. per continuum triennium. C. de vsuc.
transfor. cum si. & sic euidẽter colligitur de mente testato-
ris fuisse, quod eo ipso alter ex hæredib. faceret se alienum.
¶ Ad hoc facit tex. in l. cum auus, in ratione sui. de condi. &
dem. & in ca. 1. de duobus fratrib. à capitaneo inuestit. quia
aliter non possent verificari illa verba cõtinuò, &c. & sic su-
mus in terminis quæstionis formatæ ꝑ Bal. in d. auth. ei qui.
in 11. col. vbi voluit, quòd vbi bona subiacebant restitutio-
ni, scilicet in casu, in quo quis se alienum facere intenderet
ab istis bonis, quòd tunc in illis non potest fieri immissio
in possessionem, quamuis talis missio non sit alienatio vo-
lũtaria. ¶ Et ꝓ hoc optimè facit l. Imperator. in prin. in nar
ratione sui. ff. de fideicom. libe. vbi testator disposuit, quòd
serui sui nulli alij quàm Titio seruiant, cui eos legauerat, ac
voluit eos esse in seruitio Titij continuò: ita, quòd aliis non
seruiant. & propter hoc in effectu ad fiscum non transeunt
confiscatis bonis Titij: & sic non remanent apud fiscum du
rante naturali vita ipsius legatarij. ¶ Non obstãt, allegata in
contrarium. & primum id, quod nota. Angel. in d. l. Papin.
§. meminisse. quia respondeo ex his, quæ not. gloss. reputata
singularis in le. pater. §. duobus libertis. ff. de leg. 3. quæ per
12 illum text. facit † differentiam inter illum casum, quando
bona sunt subiecta simpliciter restitutioni in euentũ certæ
con-

conditionis, & sic tacitè sunt prohibitæ alienari, vt d. Auth. res quæ. & inter casum quando expressè est prohibita alienatio à testatore, quia primo casu alienatio facta ante euentum cõditionis, valet interim. l. seruo legato. §. si seruum. ff. de leg. 1. & ibi not. DD. & l. fi. §. & quia, cum seq. C. cõmunia de leg. & no. gl. in Auth. de resti. & ea quæ par. in prin. ¶ Secundo verò casu, qui est casus noster, nullo modo tenet alienatio, vt d. gl. in d. §. duobus libertis. & tunc non possunt talia transire in fiscum. l. Imperator. & ibi Bart. de fideicõ. liber. ¶ Vel secundò respondeo, ꝙ in contrario illa nõ erant reseruata filiis & descendentib. tm̃, sed erant etiam transitoria ad hæredes extraneos successores minorum, ideo poterant confiscari, sed in casu nostro ipsa bona extantib. dictis descendentibus non poterant ad hæredes transire propter prohibitionem testatoris, nimirum si ad fiscum non transeunt. ita not. in l. 1. in prin. ff. de interdi. & releg. vt dixi in secundo & tertio argumento cõtra fiscum adductis. ¶ Tertiò respondeo, quod illud verbum continuo, appositũ in testamento operatur, quod nullo tempore dicta domus esse possit apud alium, vt in vlti. arg. fuit ostensum. & eisdem modis respondeo formaliter ad secundũ argumentum. ¶ Ad tertium aũt, videlicet ad d. l. si constante. §. 1. sol. ma. respondeo primò, quod dos sol. mat. est ꝓhibita alienari principaliter fauore mulieris, non mirũ ergo si ex delicto mulieris potest alienari, secus vbi esset ꝓhibita alienari, & sic fauore alterius, vt in casu nostro, quia delinquendo non posset alienari, vt ꝓbatur per doctrinam Bar. in l. si qs in tantam. C. vnde vi. vt deduxi in 4. arg. supr. ¶ Præterea dos potest alienari à testatore. Item res dotalis transire poterat semper in extraneum hæredem, nimirum si potest cõfiscari, secus in re quæ non poterat transire ad extraneum, vt proximè dixi. ¶ Non obstat quartum argumentum de his quę not. in d. l. diui fratres. ff. de iure patron. quia respondeo, ꝙ ad bannitum isto casu non potest reuerti commodum vsusfructus dictæ domus, nec resolueretur ad filios bãniti,

13 † quoniam bannitus cuius bona cõfiscata sunt, non est capax ipsius vsusfructus, vt decidit Mart. Silim. & Bar. in l. corruptionem. de vsufruc. per illum tex. faciunt quæ dixi suprà in 7. arg. ¶ Non obstat quintum argumentum de eo quod not. Bal. in l. cum antiquitas. C. de vsufru. quia respondeo, ꝙ in quęstione ibi formata per Bal. vsusfructus non transit ad fiscum, sed reuertitur ad proprietarium durante vita vsufructuarij, qui fuerat capite minutus. & ideo vsusfructus ibi non transit ad hæredem vsufructuariũ viuente vsufructuario, quia impossibile erat viuentem habere hæredem. l. 1. ff. de hęredi. vel act. ven. l. qui superstitis. ff. de acq. hær. sed in casu nostro non oportet expectare mortem banniti, quia illa domus non transit ad eius filios, vt hęredes eius, vt dixi 7. arg. ¶ Et similiter respondeo ad 6. arg. videlicet quod in c. fi. de capi. Conra. non erat alia persona, ad quam transiret possessio & feudum à prælato, qui culpam commisit, ideo oportet expectare aduentum successoris, sed hìc extant filij eius banniti, qui ex dispositione testatoris sunt vocati, eò ipso ꝙ pater eorum ad alienandum mediante delicto & confiscatione cogebatur. Postremò non obst. l. peto. §. prædium. & l. vnum ex familia. versic. quod si talia verba. ff. de lega. 2. quia respondeo primò, quod ibi loquitur in alienatione expressè facta ab homine, sed in alienatione quæ fit à lege ob delictũ alicuius dicendum est, quod similis alienatio est ꝓhibita etiã fauore alterius q̃ delinquentis, ꝓut est in casu nostro, quia talis alienatio fieri nõ potest, vt not. Bar. in d. l. si quis in tantum. & dixi in 4. argu. Et pro hoc optimè facit l. Imperator. & in prin. de fideic. liber. vbi etiam viuente legatario, cuius bona confiscata sunt, non remanent apud fiscum serui prohibiti alienari. & pro hoc facit, quia mitius agitur cum lege, id est, cum alienatione, quàm cum homine, seu quàm cum ministro legis. l. Celsus. in princ. ff. de arb. not. Bart. in l. amplius. cum si. ff. rem ra. ha. ¶ Præterea tex. in d. §. prædium. cum si. loquitur in alienatione necessaria, secus inuoluntaria; vt ibi

14 dicitur. † vnde alienatio quæ fit propter delictum, nõ est digna habere illos fauores & priuilegia, quę habet alia alienatio necessaria facta absq; delicto. ar. l. sed si ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eo. & l. etiam. §. 1. sol. ma. vnde videmus, ꝙ licet bona subiecta restitutioni possint alienari per hæredem, vt se in captiuitate detẽtum redimat, tamen hoc non posset facere, si esset carceratus ex delicto suo, vt not. Ange.

g & Moder. in Auth. res quæ. g C. ad Tre. licet Barth. hoc reliquerit indecisum, in Auth. res quæ. in fin. C. communia de lega. & præsertim procedunt ista in casu nostro, ꝓpter illud verbum continuo, ex quo declaratur, ita fuisse de mente testatoris. & pro hoc eodem modo est responsum ad gl. & ad

* ibi not. in Auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. ¶ Præterea illa glo. dum loquitur de emphyteusi * communiter reprehẽditur per DD. per tex. in Auth. de alie. & emphy. §. 1. dum

* autem loquitur de vsufruct. non habet etiam obstare, quia * magis communiter per Docto. tenetur in c. præsentia. de proba. & Cyn. & Ioan. de Imol. in l. cum filio. ff. de legat. 1. & quanuis vsusfructus in totum extinguatur, vel quòd duret, tunc durabit ius vsusfructus in monacho ad commodum monasterij, vt ibi ꝓbatur, sed in casu nostro nullum ius durat in bannito post confiscationem bonorum d. l. Imperator. de fideicommis. liber. & d. l. actione. §. publicatus. ff. pro socio. Ex quibus concludo fiscum à dictis domibus exclusum esse, &c. Alexan.

## ADDITIO.

a ¶ Confiscatio sup. consi. 15. in fin. Cur. senior cons. 59. col. 7. Dec. l. 3. in fi. ff. quod quisq; iur. & consi. 445. col. pen.

b ¶ In fiscum. vide latè infrà lib. 4. consil. 89.

c ¶ Fauore. Adde not. in consue. Paris. §. 30. quæstio. quartadecim. num. 65.

d ¶ Certis. Adde Lu. de Ro. in l. de die. §. qui mulierem. col. 2. ff. qui satis. cog. qui discutit per omnes casus. Bald. & DD. in l. 1. C. de bo. quæ libe. Alb. in 2. part. statu. q. 60.

e ¶ Bald. idem expressius Salic. ibi col. 12. versi. secundo. quid in prohibitis.

f ¶ Bannitus. vide infrà consil. 116. lib. 2.

## SVMMARIVM.

1 *Allegantí incumbit onus probandi quòd filius vel filia acquisiuit ex bonis patris.*

2 *Mulierem ex bonis viri quæsiuisse non semper præsumitur.*

3 *Dos matris an computetur nepti in legitimã in successione aui.*

4 *Dos acquiritur filiæf. quando pater stipulatur ei reddi.*

5 *Societas ex cohabitatione non præsumitur, nisi quo ad redditus, & impensam victus.*

## CONSILIVM XXIIII.

VISIS dubiis probabiliter elicitis per clarissimum dominum iudicantem in causa do. Catharinæ, quod de iure sentio, dicam. Et in primis super primo dubio quo quæritur, an dos quondam do. Antoninæ matris Catharinæ debeat computari in legitimam petitam per Catharinam in bonis ser Io. quondam aui materni ipsius Catharinæ. & iste est notabilis articulus qui mihi de facto sæpe numero accidit, & circa ipsum consului, & semp mihi visum fuit, & nunc videtur istam esse meram veritatem, quam infrà subiiciam, non attingam tamen vltra, quàm pertinet ad casum nostrũ, in quo dicendum mihi primò videtur, quòd quò ad dimidiã dictæ dotis, nos nõ sumus in casu, in quo est consultum inter Doctores. animaduerto enim, quod magister Anton. quondam maritus dictæ Antoninæ confessus fuit, habuisse & recepisse à ser Ioanne, & dicta domina Antonina libras septuaginta, pro dote eiusdem dominæ Antoninæ, per quæ verba probatur, quòd habuit à dicto ser Ioan. dimidiam dictæ quantitatis, & à dicta domina Antonina aliam dimidiam. l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duob. reis. l. si mihi & Titio. de verb. obligat. ¶ † Et onus probandi, quòd dicta dimi-

1 dia habita à dicta domina Antonina, fuit de bonis patris, incumbit aduersario dictæ dominæ Catharinæ, opponenti compensationem de dicta dote in legitimam computari, quia Catharina illam dotem habens & opponens compensationem, dicitur petere. agere & requirere. l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. & ibi not. Bart. in l. si neque. C. de compensa. no. gl. & DD. in c. cùm inter. de exce. & quod petenti incumbat onus probandi. & quod illud quod habet filius

 acqui-

acquisiuerit ex bonis patris, firmat Io. And. in addi. Spec. in a
ti. de actore. §. 1. super verbo, sed quid si dubitetur, cum ver.
seq. & Bal. in Auth. ex testamento. C. de coll. in 7. col. in vers.
11. membrum. bene facit quod voluit gl. not. 12. q. 1. in c. sint
manifestæ. & ea causa. q. 5. nulli. & quod no. Bart. in l. inter.
ff. de reb. dub. ¶ Et attento, ꝙ in eodem contractu maritus
confitetur recepisse à patre & à filia, videtur pater confiteri
illam pecuniam, scilicet pro dimidia pertinere ad filiam, &
sic tunc cessabit illa præsumptio, ꝙ in dubio præsumatur ac
quisiuisse de bonis patris, per ea quæ notabiliter tradidit
2 Sali. in l. mater. C. de contrah. empt. vbi hoc vult, † ꝙ quan-
do maritus interuenit in eo contractu, in quo conuenit pe
cuniam processisse à muliere, quia tunc nō poterit allegari
postea quàm illa pecunia pręsumatur acquisita ab vxore ex
bonis viri, licet aliàs regulariter pręsumatur habuisse de bo
nis viri. l. Quintus. ff. de do. inter vi. & vxo. l. etiam. eod. titu.
¶ Quantum verò ad aliam dimidiam quæ à patre dominæ
Antoninæ profecta est, dubium facit: quia Bar. in l. in quar-
3 tam. ff. ad l. Fal. & in cons. suo inci. Gilbertus, tenuit † ꝙ dos
matris computaretur filiæ in legitimam, quando agitur de
legitima debita nepoti in bonis aui materni, vt quia mater
prædecessit superstite ipsa nepte & auo. ¶ Et mouetur per
l. illam. C. de col. & per l. omnimodo. in fi. & l. quoniam no-
uella. de inoff. test. ¶ Et quia dicta neptis non habet, vt hæ-
res matris, sed tanquam de bonis aui, cui refert dictam do-
tem de consuetudine, de qua loquitur gl. in l. dos à patre. C.
sol. ma. sed qa moriente filia in matrimonio cum liberis su-
perstite patre à quo dos perfecta est, remanet dos apud libe
ros filiæ contra Ius commune, & ideo consuetudo aufert ex
bonis aui. in d. l. qm̄ nouella. & ista est principalis ratio in
qua se fundat. ¶ Sed circa hoc est aduertendum, ꝙ Bar. in d. *
l. in quartam. dicit, ꝙ ista consuetudo procedit, quando li-
beri non habēt iure hæreditario à matre. d. dotem filiæ, sed
ab ipso patre, aut simpliciter, quo casu est cómunis actio de
dote patris, & filię: & filia ꝑdecedente cōsolidatur de matre
in patrē. d. l. dos à patre. ¶ Sed vbi patet expressè vel tacitè
in casu existentium liberorum esset stipulatus filiæ, quo ca-
su liberi habentur, vt hæredes matris, tunc an debeat com-
putari in d. l legitima, dixit se dubitare, & ibi relinquit indi
scussum, sed ipsemet Bartho. in l. post dotem. circa pe. vel vl.
col. in versic. Ita prodest ad aliud, an filij filiæ, &c. ff. sol. mat.
rectè intuenti decidit istum casum iunctis not. per eum in
l. si cum dotem, in princ. ff. solu. mat. & in d. l. post dotem. in
4. q. ¶ Nam Bart. vult in d. l. si cum dotem. & in l. post dotē.
4 in 4. q. quod † quando pater stipulatur expressè, vel tacitè
dotem reddi filiæ, ꝙ filia mortua in matrimonio cum libe-
ris dos spectat ad liberos, vt hæredes matris. per l. post dotē. *
secundum 6. lectu. Dyn. & per l. inter socerum. §. cùm inter
patrem. ff. de pact. dotalib & per d. l. si cum dotem. in princ.
& ita tenebant antiqui, quos ipse refert & sequitur Bal. in l.
si extraneus. ff. de condi. ob causam. & in l. quoniā nouella.
in 8. col. C. de inoffi. testa. & in l. quod scitis. C. de bonis quæ
liber. & in Auth. sed & si quis. in 8. col. C. de secundis nup. &
in l. auus. ff. de iure do. & in l. 2. C. de hære. act. & in d. l. dos à
patre. Paul. de Cast. in d. l. filiæ. ff. sol. mat. & in d. l. si cum do-
tem. ¶ Sed in casu in quo liberi habent dotem, vt hæredes
matris, tunc Bar. in d. l. post dotem. circa vlti. col. in d. versi.
Item prodest ad aliud, an dicti filij, &c. ponit pro constanti,
quod tunc non computatur liberis in legitimam, ergo ibi
habemus decisum casum nostrum, quoniam si sumus in ca-
su, in quo ser Ioan. videatur fuisse stipulatus expressè vel ta
citè dictæ dominæ Antoninæ, dotem reddi in casu existen-
tium liberorum, prout nos sumus, ꝙ tunc non debeat com
putari in legitimam prædictam, in qua non debet compu-
tari, nisi illud quod habet, neptis habet immediatè titulo
hęreditario, vt probatur in l. sancimus §. repletionem. C. de
inoff. testa. per not. per Bart. in l. cùm oportet, in prin. C. de
bo. quæ lib. in versi. quæro ergo qualiter intelligitur, &c. dū
alleg. d. §. repletionem. Et pro ista opi. consuluit Iac. de Bel-
ui. in casu isto quē sequitur Bal. in d. l. illam. scilicet quādo
liberi habēt, vt hæredes. & sic decisio Bal. ibi scilicet qđ filij
habent, vt hæredes matris, non contradicit decisioni Bart.

nam isto casu cessant omnes rationes allegatæ per Bart. a in
d. l. in quartam. ¶ Et nō est verum quod oia quæ conferun-
tur, debēt in legitimam computari, licet econtrà sit. vt l. il-
lud. C. de coll. ¶ Et per hoc apparet ꝙ non obst. tex. d. l. illā.
istam opi. in casu seqtur Ia. Bu. in l. scimus. in prin. C. de in-
off. testa. & Bal. in d. l. qm̄ nouella. & Ang. in l. illud. C. de co.
in d. l. & in quartam. & Pet. de Anch. in consi. inci. Visis dili-
genter verbis testamenti. & in consi. 215. inci. dominus Bar.
& Paul. de Cast. in consi. 258. incip. Visis & ponderatis om-
nibus, &c. & sequuntur hoc moderni vbicunque. ¶ Quod
aūt d. Ioan. videatur stipulatus dotem reddi filiæ in casu ex-
istentiæ liberorum ex filia, patet ex instrumento dotis, in
verbo, in casu, quo pręcederet filia sine liberis, stipulatus est
reddi dimidiam eius, quibus de iure reddenda erat, seu qui
bus ipsa Antonina legauerit in testamento, per quæ verba
alternatiua intelligitur stipulatum fuisse in casu illo, secun-
dum ꝙ Ius cōe disponit, s. quod si filia decederet sui iuris, a-
ctio de dote integra esset sua. l. vnica §. videamus. C. de rei
vxo. act. ea verò decedente in paterna potestate, dos integra
spectaret ad patrem, iuxta l. dos à patre. ita singulariter de-
cidit Bar. & melius, quàm alibi quantum ad hæc. in l. vxore.
§. testamento. el 1. de leg. 3. & Bal. in l. fin. C. coīa vtriusq. iud. &
no. alij in l. Caius. ff. sol. mat. & in l. post dotem. vbi loquitur
quando matrimoniū solueretur per mortem mariti prędecedentis, siue extarēt liberi siue non, fuit actum, ꝙ integra
dos perueniret ad dictam Antoninam. & si iste casus eue-
nit, res est expedita. Si autem contingeret casus, quod do-
mina Antonina decessit sine liberis constante matrimonio,
& iste esset casus omissus, in quo dicimus, quod pater vide-
tur voluisse, quod dos reuerteretur ad liberos filiæ, tāquam
* ad hæredes filiæ, vt d. l. si cum dotē. in princ. secundū magis
3 *Tractatus non probat contractum.*
4 *Reseruatio specialis non tantum operatur quantum indefinita.*
5 *Infinitiui modi verbum importat omne tempus.*
6 *Dictum notabilis viri causat iustam credulitatem.*
7 *Concessio quicquid iuris, non valet, nisi constet de illo iure.*
8 *Verbis standum nisi de alio sensu vtriusque partis constet:*
9 *Interpretationi alterius si quis stare promisit, intelligitur quæ sit iusta.*
10 *Suscipiens casum fortuitum non tenetur de prorsus insolito & extraordinario.*
11 *Exceptio non extendit regulam.*
12 *Iuramentum non extendit actum.*
13 *Verba debent aliquid operari.*
14 *Interpretatio extensiua cessat in contractibus.*

CONSILIVM XXVIII.

Visis & accuratè ponderatis his q̃ in titulo quęstionis narrata sunt: Videtur prima considera tione dicendũ conductorem petere posse à di ctis vniuersitatib. & hominib. castrorũ Plebis & Centi quartum vnũ pro centenario, & pro vno duntaxat anno & non pro octo, qa in contractu conductionis expressè actũ extitit, φ conductor seruare non teneretur capitula & cõuentiones nouiter inita inter magnificã communitatem Bononię & homines dictorum castrorũ Centi & Plebis. sed est ita φ nulla alia erant capitula ad quæ possunt hęc verba cum quis, referri. d. capitulis in quib. habitus fuerat tractatus inter cõmunitatẽ & castra: ergo quan quam firmata non essent, debet intelligi communitatem & dictos cõductores sensisse de istis capitulis, cùm in aliis hęc verba verificari nõ possunt, vt ꝓbat optimè tex. in l. fundus. qui locatus. ff. de fundo instructo. facit l. si quando. in princ.
1 ff. de leg. 1. † & in contractibus etiam magis sensus *a* & inten
a tio quàm contrahentium verba attendi debent. l. fi. C. quæ res pig. oblig. pos. l. si stipulatus. de ver. obl. aliàs enim verba nihil operarentur. φ minimè dicẽdum est. c. si Papa. de priuile. in 6. l. Meuius. in prin. ff. de leg. 2. ¶ Nec dicendum est, dictum quartũ pro centenario deberi conductori pro tempore octo annorum, esto φ anno pręsenti teneantur homines dictorum castrorum soluere ratam octo annorũ, prout in dictis capitulis continetur, quia respondeo, quod dato φ anno præsenti debeat fieri integra solutio per obligationem octo annorũ, tamen per talem repræsentationem non alteratur nec immutatur dispositio obligationis anni quò ad effectũ obligatiõis, sicut si esset obligatus ad centũ, & ratione cõmodioris præstationis conuentum esset, φ quolibet anno teneretur soluere decimam partem non immutatur ipsa obligatio, qa tantum vna esset, & hæc probantur in

l. nec

l.nec semel.in princ.in verbo,nisi fortè.& in l.Firmia.§.fi.ff. quando dies leg.ce. ¶ Et fortificatur per ea quæ no.Bart.in
2 l.fi.ff.de iure fis.vbi voluit,† ꝙ si venditor vendidit fundum quem alteri ꝓ certa pensione locauerat, & tẽpore venditionis fructus erãt ꝑcepti per conductorẽ, tamen dies pensionis soluendę,nondũ venerat, certè de pẽsione quæ ꝑcipitur post venditionẽ nihil emptori dandum erat, econtrà si tempore venditionis dies pensionis soluendæ venerat,& soluta erat venditori, tamen fructus ex fundo nondum percepti erant, certè tunc emptori debetur pensio ꝓ rata fructuum & tẽporis,vt ibi per eum,per ea quæ habentur in l.Iulianus. in §.si fructib.in gl.ff.de act.emp.& in l.1.C.de vsufructu lega.bene facit l.defuncta.in prin.ff. de vsufructu, patet ergo ꝙ non debet considerari dies solutionis,sed potius illud ꝓpter quod soluitur dictum quartum pro centenario,soluetur hoc modo integrè pro octo annis, ex eo quia per dictos annos commune Bononiæ, tenetur durante dicto tempore non imponere, nec exigere à dictis hominib.aliqua onera vel grauamina pro bonis immobilibus,quæ possidentur in comitatu Bononię,& sic dicta solutio & præstatio quę fit de præsenti,subrogatur loco dictorum onerũ ad quæ singulo anno grauari potuissent dicti homines. & per consequẽs de ista solutione quæ fit pro octo annis, debet iudicari,ac si fieret singulis annis ꝑ prædicta. ¶ Sed præmissis nõ ob. aliã sentẽtiam de iure,ꝓbabiliorem esse puto,videlicet ꝙ dictus conductor perinde exigere possit mediũ pro centenario à dictis hominib.castrorum Centi & Plebis vigore dicti capituli incipientis, Itẽ che tutti artesani & foresteri,ac si appositã nõ essent illa verba in fine dicti capituli dicentia,in prędictis semper obseruando, & capituli, & conuentione manifestè factę intra questa magnifica citade,& li homini & vniuersitade de Cento & de la Plebe. & per consequens capitula postea firmata inter cõmune Bononię,& dictos homines castrorum Centi & Plebis, nõ habent in aliquo obstare dictis conductorib.ac si facta non fuissent. Ad quod respondendum,† præsuppono ꝙ contractus *b* circa aliquẽ contra-
3 b ctum habitus non inducit ius alicuius obligationis ipsorũ tractantium, donec res ipsa firmata & approbata fuerit. ca. tua.de his quæ fiunt à præla. c.1.de reb.eccle.non alie.in 6.l. si voluntate.C.de rescin.ven.& l.si ex causa.§.nunc videndũ. in fi.ff.de mino. quæ iura ad hoc allg. Bal.in l.multum.in 2. col.C.si quis alt.vel si.& in l. si quis cum aliter.ff.de ver.oblig.vbi allegat bonũ tex.s.l. contractus.C.de fid.inst.oportet enim quod causæ quæ sunt tractatæ à partib. habeantur pro absolutis,perfectis & firmatis ad hoc, vt ius alicui partium tribuatur, vt ibi. multa enim dicuntur & tractantur q̃ postea non fiunt.l.sciendum.§.edictum. ff. de ædili.edi.quẽ ad ꝓpositum nostrum, ita allegat Bal.in l.cum allegas.in 3. col.de vsur. ¶ Ex his infertur quod cum tẽpore dictæ conductionis non essent d.capitula firmata & approbata per d. magnificum commune Bononiæ, & homines dictorũ castrorum,licet super his faciẽdis tractatus & practica præcesserit,non fuit acquisitum ius aliquod hominib. dictorũ castrorum.& hoc sic præsupposito infertur,ꝙ si nullũ ius erat acquisitum d. hominib. ergo vtiliter fuit postea in conductorẽ ex sua conductione translatum ius contra oẽs:attẽto ꝙ nihil operatur illa reseruatio, posita in fine dicti capituli, ꝙ illa verba in prædictis semper obseruando, id est, capituli, &c. ꝙ autem talis reseruatio nihil operatur, ostendo primò per text.in l.si in venditione, in fi.ff.com.præd.vbi text.
4 dixit,† ꝙ si vẽdidi ædes quas emptori dixi debere seruitutẽ Titio, putans me esse obligatum Titio ad illam seruitutem sibi constituendã, certè si ad nullam seruitutem constituendam obligatus eram Titio, nõ potero agere contra emptorem,vt seruitus Titio constituatur, secus si efficaciter eram Titio obligatus ad seruitutẽ sibi constituendam, quia eam sibi firmiter promiserã.Nam tunc actione ex vendito cõtra emptorem agere potero, vt patiatur dictã seruitutem constitui,licet ergo cõmune Bononiæ tẽpore dictæ conductionis putauit se teneri dictis hominib. Centũ & Plebis ad obseruantiã dictorum capitulorũ,& propter hoc illa seruari voluerit ꝑ conductorẽ,nõ tamẽ ꝓpter hoc arbitrabitur conductor. ¶ Nec ad hoc obst.si dicatur,ergo si cõmune Bononiæ seu domini regentes, scientes se non teneri hominib.dictorũ castrorum ad obseruantiã dictorũ capitulorum nondum firmatorũ,debent posse dicta capitula firmare postea, vt videtur innuere tex.in d.l.si in vẽditiõe. qa ad hoc aperta est respõsio. ¶ Nam secundũ gl.& DD.in d. l.si in vẽditione. dum dicit, ꝙ vẽditor dixit indefinitè & in genere ædes seruas fore, determinatur per l.ibi sequentẽ, quę incipit,in tradendis.in prin.quæ l.iuncta gl.vult ꝙ vbi in traditione alicuius rei excipitur seruitus in genere,vt qa seruire seu seruitutem debere, ego dico, talem rem quam tibi vendo nulla facta expressione de aliqua specifica seruitute, possum post venditionem ego venditor quamlibet seruitutẽ imponere illi rei. ¶ †Et est rõ, qa ego vendens vsus sum verbo infiniti- 5
ui modi,dũ dixi,ædes seruire seu seruas fore. quod infinitũ denotat & importat omne tẽpus, & sic est aptum cõprehendere tẽpus futurum,vt not.gl.in l. stipu. aliæ.§.stipulatio.ff. de ver.obl.vnde non mirum,si possunt dicta verba verificari ẽt in seruitute, quæ post venditionem constitueretur,secus si ꝑ verba præsentis tẽporis venditor in genere expressisset seruitutẽ tunc debitam, qa non posset in futurum seruitutẽ constituere.tex. est in l. qcquid.in prin.ff.de ver.obl. & ita ibi in terminis Bart.declarat d.l.in tradẽdis.per quam determinat & l.si in venditione.secundum gl. ibi.sed in proposito nostro in d.c.inci.Item che tutti ciascuni foresteri,& in fine sunt apposita illa verba, videlicet in prędictis semper obseruanda capitula & conuentiones nouiter facta, & sic verba hic non fuerunt prolata per infinitum aptum cõprehendere capitula facienda in futurũ, sed ꝑ participium præteriti tpis,quod denotat rem perfectã.l. Quintus Mutius.la 2.§.si factum aurum.ff.de aur.& argẽ. leg. l.in bello.§.facta. ff. de cap.l.1.§.hæc verba.ff quod quis.iur.& no. Bar.in l.1.ad fi.ff.de condit.& dem. ¶ Potest etiam aliter & multis modis responderi ad d.l.si in venditione.in prin.prout.infrà proximè dicam. ¶ Accedit etiam illud verbum positum in dict. capitulis,videlicet conuentiones, quod denotat cõsensum vtriusq; partis fuisse in vnam & eandem sententiã firmatã. l.1.§.conuentionis. ff.de pact. ¶ Comprobantur prædicta ꝑ l.si quis legauerit. ff.de leg. 1.& in l.minor.§.fin.ff.de euic.& quod ibi not.vbi habetur,ꝙ si quis dixerit,concedo tibi talem fundum excepto iure Titij, q in eo fundo habet vsumfructum, & postea in veritate reperiatur Titum,non habere vsumfructũ nec aliquod ius, illa reseruatio vel exceptio
* nihil operaretur. ¶ Et ideo dicit Iac.de Are.& Bar.&*cõmuniter DD.in d.l.si quis delegauerit.& Ang.in l.si in venditione.ꝙ si dixero, vendo tibi fundum excepto iure coloni,qui medietatem fructuum habere debet, & nullus reperiatur colonus,sed ipse vẽditor coluerat fundum, reseruatio nihil operabitur, & oẽs fructus erunt emptoris. nisi secundum Bar.ibi emptor etiam sciuisset nullum fuisse colonum.quo casu intelligitur locũ habere d.l.si in vẽditione.& sic tũc reseruatio haberet effectum,ergo in ꝓposito cum nullæ tunc essent cõuentiones,& capitula firmata inter cõmune Bononiæ & dictos homines, talis reseruatio nihil operabitur.eo maximè,si cõductor nesciebat non fuisse firmata illa capitula inter cõmune Bononiæ, & dictos homines dictorum castrorum,ꝓut præsumendum est,tamen qa ex quo per regimina allegabantur & reseruabãtur d. capit. vt facta,debuit
6 c conductor credere facta esse.†Nam dicto notabilis viri *c* debet credi,& eius dictum iustissimam credulitatem inducit, vt est gl.not.in l. Titio fundus.ff.de cond.& demonst.quam ita allegat Bal.in l.iudicia. C.de rei ven.& Ang.in l.1.in prin. ff.de eo,per quem factum erit. & not. Cyn.in l.1.in 4.quæst. C.de serui.& Bart.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.in 8. quæst.in fi.ff.de ope.no.nun.& in l.qui fundum.§.procurator.ff.pro emptore.& in l.intestatæ.eod.titu.& Innoc.in c. cum iure. in princ.de offic. deleg.ad hoc 97.dist.nobilissimus.cum concord. & in dubio præsumitur conductorem ignorasse capitula non fuisse facta & firmata,per regulam l. verius.ff.de prob.& c.præsumitur.de reg.iu.in 6.& sic patet ꝙ Bar. in l.si quis legauerit. intellexit dictam l.si in venditione,circa prin.haberę locum tantum quãdo emptor sciebat ꝙ illud

ꝙ illud ius reseruatum nō debebatur ei cui reseruabatur, se
cus si nesciuisset nō deberi. & sic patet illa responsio ad illā
l. vltra responsionem datā superius. ¶ Corroborantur præ-
dicta ex his quæ not. per Io. de Imo. in d. l. si qs legauerit. vbi
voluit, qđ aut in reseruatione habetur principaliter respe-
ctus ad ius alicuius ꝑsonæ, & propter eius ꝑsonam, & tunc
si illi ꝑsonæ illud ius nō debetur, reseruatio nihil operatur.
d. l. minor. §. fi. secus si principaliter excipitur ius nō respe-
ctu ꝑsonæ, quia tunc reseruatio potest opari, vt d. l. si in ven-
ditione. sed in casu nostro nō poterat illud ius reseruari re-
spectu personarum & hominū dictorum castrorū, quia illa
reseruatio ipsos tantum respiciebat, ergo talis reseruatio
conuentionū non firmatarum nihil operatur. & ex hoc ha-
betur alia responsio ad l. si in venditione. in prin. ¶ Pręterea
ibi illud ius seruitutis reseruatum semper habet iustam & li
mitatam determinationē, qa seruitus semper debet esse se-
cundum necessitatē prædij, cui seruitus debetur, ergo. & l.
seq. & l. si is qui duo. ff. de seru. ru. præ. sed ius quod concedi
potuisset per cōe Bononiæ hominib. dictorum castrorum
de sui natura non habet determinationem, nec limitationē
aliquam, nisi secundum ꝙ inter cōmune Bononiæ & dictos
homines appareret esse conuentum, sic suberat maior in-
certitudo quæ ipsum actum incertum vitiat. l. qui insulam.
§. qui stip. in princ. ff. de ver. obl. l. qui post. §. gener. ff. de iur.
do. l. locus. ff. de acq. pos. ¶ Ad prædictorum confirmationē
d facit quod no. Dyn. & Bar. in l. si sic. *d* §. 1. in fi. de leg. 1. vbi di-
7 cunt, † ꝙ si comes dicit cōcedo ecclesiæ qcquid iuris habeo
in tali fundo, nisi ostēdatur quale seu quātū ius haberet mi
les in tali fundo, nihil opabitur illa concessio propter incer
titudinem. & idem dicit Old. in cons. 163. inci. Viso priuile-
gio, &c. per l. ꝙ si in venditione. cum seq. ff. de hæ. vel ac. ven.
l. si non designata. & l. fi. C. de fal. causa adie. leg. ¶ Corrobo
ratur hęc conclusio per legem eleganter, in princ. ff. de con-
di. inde. vbi si ego suspicans vel putans eum, in cuius locum
successi ex causa alicuius cōpositionis vel trāsactionis esse
tibi ad aliquid obligatum, & illud tibi dedi, hæc falsa causa
mihi repetitionem parit. In proposito ergo conductor suc-
cedens in loco cōmunis Bononię, putans capitula fuisse fir-
mata per commune Bononiæ cum hominib. dictorum ca-
strorum, ꝓpter hoc seruauit aliquid ad commodū dictorū
hominum, certè si illa causa fuit, inducit resolutionē illius
actus, vt sic possit conductor se exceptione vel replicatione
tueri aduersus dictos homines. ¶ Et licet durante condu-
ctione d. capitula cum hominib. castrorum dictorū fuerint
firmata, tamen non potuit commune Bononię post dictam
conductionem auferre dicto conductori ius ei iam vniuer-
saliter q̄situm. l. fi. ff. de pac. l. nō quocunq;. §. q casum. & ibi
not. per Iac. de Are. & Bart. de leg. 1. patet in d. l. minor. §. fin.
cum si. Et ex his satis manifestè liquet responsio ad alleg. in
contrarium. ¶ Non obstat d. l. fundus qui locatus. quia ibi
natura verborum prolatorum erat apta comprehendere in
strumentum coloni, quod tunc in fundo legato erat, sed in
proposito nostro illa verba præteriti temporis erant apta
iam cōprehendere conuentiones & capitula ante conuen-
tionem firmatam non aūt firmandam, vt superius probaui.
¶ Non obstat quod magis sensus q̄ verba in contractibus
8 debent attendi, & quod debēt aliquid operari, &c. quia re-
spondeo, † ꝙ illud est verum, quando constaret de ipso sen-
su vtriusq; partis, aliàs non receditur à proprio significato
verborum. l. si alij. ff. de vsufruct. l. non aliter. ff. de leg. 3. ne-
gatur autem conductorem cōsensisse quò ad dicta capitula
nondum firmata. & licet ex forma contractus teneatur di-
ctus conductor in omni occurrenti dubio stare interpreta-
9 tioni dominorum regiminum, à qua nec reclamare nec ap-
pellare possit, vt sonant verba dicti contractus, † tamen in-
telligitur, ꝙ illa interpretatio debeat esse iusta, aliàs non ob
stantibus dictis verbis semper posset reclamari. l. si libertus
ita iurauerit. ff. de op. li. c. quintauallis. de iureiu. cū ibi not.
per DD. & no. gl. in l. pen. ff. de arb. & Cy. & alij in l. si postea.
C. de do. promis. & no. Bar. in l. si societatem. §. fin. ff. pro so-
cio. in verbo, quæro vtrùm posset renunciari. cum si. ¶ Ca-
pio secundum dubium in quo videtur prima facie dicendū

nullam remissionem per conductorem peti posse occasio-
ne qualiscunq; damni ob dictam societatem contingentis,
quia dictus conductor periculum casus fortuiti in se susce-
pit in forma satis efficaci & solenni. voluit enim periculum
certorum casuum fortuitorum, quos specificat ad se perti-
nere, & demum subiecit clausulam generalem, ꝙ volebat te
neri de omnib. aliis casibus qui imaginari possent, propter
quam clausulam generalē dicitur cum effectu obligatus ad
omne periculum alterius casus fortuiti. & no. gl. & DD. in l.
3. §. quæsitum. ff. si quis cau. & no. Dy. in c. cōtractus. de reg.
iur. in 6. & DD. in l. 1. C. commo. c. canonistæ. in c. 1. de com-
mo. & per Bart. & l. alios. in l. Titius. in princip. ff. de liber. &
posthu. & l. si is qui. ff. de acq. rer. do. & Spec. & Ioan. And. in
addi. Spec. in ti. de loca. §. iam videndum. ver. Azo autē, &c.
quinimò specialiter assumpsit conductor in se periculū sic-
citatis. patet ibi dum dicit, promisit, &c. Cui ergo dubium
ꝙ tale periculū specialiter assumere potuit cōductor. l. quā
uis. ff. de pig. act. l. 1. C. commo. ¶ Ad hoc etiam viget illa ex-
ceptio guerræ & pestis generalis, hi enim duo fortuiti casus
duntaxat de generali renunciatione excepti fuerunt, ergo
talis exceptio firmat generalē renunciationem in omnib.
aliis casib. l. quęsitum. §. deniq; Neratius. & cum concordan
tiis ibi alleg. in gl. ff. de fun. inst. 32. q. 7. Dominus. & ibi glo.
no. in l. in his. ff. de leg. & circa hoc etiam debet aliquid ope
rari iuramentum in supradictis præstitum à conductore.
nam iuramentum operatur, ac si casus specialis esset expres
sus, vt sic actus valeat omni meliori modo quo valere po-
test. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. & no. DD. in lo-
10 cis vulgarib. facit c. quanuis. de pac. in 6. cum si. ¶ † Sed his
non obstantibus in casu in quo quæritur, puto contrarium
esse verius, quia præsupponitur ꝙ iste casus siccitatis fuit ca
e sus valde insolitus *e* intantum ꝙ communi opin. nunquam
tanta siccitas visa fuit, ergo dato ꝙ quis in se suscipiat peri-
culum casus fortuiti, nō debet intelligi de casu fortuito nō
consueto euenire, nec de verosimili, ita dicit Bart. in d. l. sed
& si quis. §. quæsitum. ad fin. §. ff. si qs cau. & dicit esse de hoc
tex. valde notabilem. in l. fistulas. §. fi. de contrah. emp. Idem
voluit Bart. in l. Seio. §. medico. ff. de an. le. per illum tex. eti-
am colligit Bar. in l. fistulas. hoc etiam voluit Bal. in l. falsus.
in pen. col. C. de furt. vbi dicit, ꝙ suscipiens in se casum for-
tuitum non videtur suscipere casum extraordinariū, alleg.
d. l. fistulas. Idem tenuit Ant. de Butr. in c. 1. de commo. non
obstant allegata in contrarium. & primò id quod not. in d.
§. quæsitum. & in d. l. quæ fortuitis. cum si. quia procederet,
si ita fuisset siccitas quę aliquando consueta fuisset euenire,
secus in causa extraordinaria, & nunq̄ visa siccitate, vt ꝓba-
ui. ¶ Non obstat ꝙ exceptio dictorū casuum, s. guerrę & pe-
stis generalis debet firmare generalem renunciationem in
11 omnib. aliis, quia fateor † ꝙ exceptio firmat regulam gene-
ralem in casib. nō exceptis, sed non facit ꝙ sub regula gene-
f rali cōprehendantur vltra *f* quam de sui natura debeat re-
gula vel generalis dispositio comprehendere. text. est & ibi
hoc no. Cy. & Bar. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufru. leg. & l.
Lucius. §. plurib. & ibi etiam no. Ray. Bar. & Ang. ff. ad Treb.
Idem ibi not. Io. de Imo. dicens illum tex. ad hoc esse singu-
larem. & no. Old. Bar. & Ang. in l. 1. in fi. ff. de reg. iur. & Bar.
in l. in his. ff. de legi. sed illa vniuersalis renunciatio casuum
fortuitorum de sui natura nō cōprehendebat hunc casum
siccitatis tam extraordinarię & nunq̄ visæ, quia de tali non
præsumitur esse cogitatum, vt superius est ostensum, ergo
exceptio illorum duorū casuum non ampliauit illam vni-
uersalē renunciationē. ¶ Non ob. ꝙ interuenerat iuramen
g tum, † quia respondeo, ꝙ iuramentū *g* non trahitur, nisi ad
12 illos casus, ad quos traheretur renunciatio non iurata, ita
in terminis nostris dicit Bar. Bal. & Ang. in d. §. quæsitū. per
l. fi. C. de non nu. pec. & l. fi. ff. qui satisd. cog. & l. fi. in prin. ff.
ad muni. & pro hoc Bal. & Ang. allegant glos. in Auth. sacra-
menta. C. si aduersus vendi. Idem tenent Cy. & Bal. in l. 1. C.
commo. & idem sequitur Sali. ibi qui respondet ad d. l. cum
pater. §. filius matrē. Nam dicit ipse quod iuramentū habet
vim specialis dispositionis, s. in eo in quo consentitur, vt in
d. §. filius matrem. non in aliis. d. l. fi. de non nu. pecu. cum si.

Sed

Sed hîc non trahitur dicta renunciatio ad dictũ casum valde extraordinarium & nunquam visum, qa præsumitur de eo non cogitatum, ergo iuramentum nõ trahitur ad illum casũm incogitatum. facit c. veniẽs. de iureiu. & c. cum inter. de renunci. hoc etiam sequitur Bal. in c. 1. de controue. feu. inter par. ter. & Io. An. & Ant. de But. Pet. de Anch. & domi.
* Car. in c. 1. de commodato. & sic est* communis sententia, à qua in iudicando discedendum non est, vt habetur in locis vulgarib. ex quibus concluditur, ꝙ tali renunciatione non obstante conductor ꝓpter dictũ guerræ damnum eodem modo poterit remissionẽ petere, ac si nulla renunciatio facta fuisset, iuxta l. ex cõducto. §. 1. & l. si merces. §. vis maior. & ibi no. ff. locati. & in l. licet. eo. ti. iunctis no. per Bart. in l. cotem. §. q maximos. ff. de publ. & satis est ꝙ secundũ vulgarem opinionẽ dictum damnum æstimetur esse intollerabile, seu æstimetur casus sterilitatis insolitæ quò ad redditum d. datij locati, vt no. gl. & Cy. in d. l. licet. Et sequitur ibi Sali. dicens. ꝙ ita se habet cõis opin. & sequitur Io. An. & alij in c. ꝓpter sterilitatem. de loc. & ita audio ꝙ ꝓ non maiori damno solitũ fuit Bononiæ seruari, ꝙ talibus conductorib. fiat remissio. minimè ergo sunt mutanda, q̃ ad obseruantiã certam interpretationẽ semper habuerũt. l. minimè. ff. de legi. ¶ Et sic debebit fieri remissio ꝓ rata habito respectu ad redditum q percipi consueuit, vt declarant DD. in d. c. propter sterilitatẽ. ¶ Attẽto præsertim quod dicti contrahentes sen serunt hunc contractũ, potius iudicari contractũ locationis q̃ venditionis, patet: quia actum fuit, ꝙ in certis casibus fieret remissio mercedis, & sic fuit expressè actum ꝙ casus fortuiti aliqui spectarent ad cõe Bononiæ, hæc autem non sunt de natura cõtractus emptionis, nam emens perceptionem fructuum vnius anni, remissionem aliquã petere non potest, qcunq; fructus nascãtur, & periculũ spectat ad eum. l. nec emptio. ff. de contrah. emp. l. necessariò. in prin. & §. fi. ff. de peric. & commo. rei ven. & declarat Bar. in pręall. §. qui maximos. in l. cotem. ff. de publi. colligitur etiam ex illa parte instrumenti, in qua cauetur, ꝙ dictus conductor ꝓmisit nõ petere remissionem ex capite non præstitæ patientiæ in dicto datio, superuacuo enim apposita fuissent ista verba, si partes intellexissent celebrare contractum vẽditionis, quia in contractu locationis venit patientia, in contractu venditionis non. d. l. ex conducto. in prin. & l. necessariò, cum omne periculum spectare debeat ad emptorẽ, vt ibi.
13 † verba enim in dubio non debent intelligi frustra esse apposita, sed vt aliqd operẽtur. l. si stip. in prin. ff. de vsur. l. hac l. ff. de con trah. empt. colligitur etiam hoc, quia ferè in omnib. partib. instrumenti ille appellatur conductor, vnde ex sequentib. declarantur præcedentia. l. si seruus pluriũ. §. fi. ff. de leg. 1. l.
14 vtrùm. ff. de pet. hær. ¶ † Postremò inquantum quæritur, an hoc casu remissio fieri debet eodem modo, quo fieri deberet in casu generalis guerræ vel pestis, secundũ quod specialiter in dicto instrumẽto cautum est. & puto breuiter ꝙ nõ sit hoc casu seruanda forma contractus, qa in contractibus non habet locũ interpretatio extensiua, imò casus omissus habetur ꝓ omisso & remanet in dispositiõe iuris, nisi aliter de mente contrahentiũ constat. l. qcquid astringendæ. ff. de verb. obli. l. si extraneus. ff. de condi. ob causam. ¶ Alexan.

ADDITIO.

a ¶ Sensus. Adde infrà lib. 2. consil. 34.

b ¶ Tractatus. supra consil. 14. num. 17.

c ¶ Viri. Alber. l. 1. & ibi Alexan. in col. 1. Ias. col. 2. ff. de eo per quem fac. erit. Alex. consi. 190. nu. 7. lib. 7. Cæp. consi. criminali. consi. 26. ver. secunda ratio. Curt. senior. consi. 76. col. 7. Cur. iunior. consi. 19. col. 2. Lap. alleg. c. Bal. l. vniuer. C. de vec. & commis. Fel. c. veniens. infrà de testi. c. de quarta. col. 8. de præscrip. Hippol. de Marsi. in pract. in prin. num. 8.

d ¶ Si sic. & ibi Ang. Imo. Alex. Ias. item Bal. Imo. in l. emptor. ff. de vsu. pro emp. Spe. tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 58. Alber. Ang. Alexan. Aret. Ias. in l. locus. ff. de acq. poss. Alexan. consil. 18. col. 3. lib. 2. Paul. l. 3. C. de fal. cau. lega. adie. Fab. in tract. de empt. & ven. in 6. q. prin. versi. circa sextum. Alex. in lib. 2. consi. 14. num. 7.

e ¶ Insolitus. Adde Alex. consi. 108. col. pe. lib. 3. Bal. consi. 119. lib. 1. Cor. consi. 23. col. fi. li. 2. consi. 12. col. 2. li. 4. Mat. de Affli. in deci. Neap. 150. n. 22. Fran. Rip. tract. de peste. fo. 17. versi. quarta restrictio. Ias. consi. 107. lib. 1. dixi super consue. Pari. num. 2. §. 62. quæst. 8.

f ¶ Vltra. Adde Alb. infrà per statu. q. 68. Imol. consi. 84. Alex. infr. eo. consi. 39. col. fi. Are. consi. 8. in fin. Ang. Aret. Instit. de exce. in Rub. col. 2. Dec. in l. 2. nu. 28. ff. de reg. iu. in Rub. de prob. extra, col. 9. consil. 379. colum. 2. And. Tiraq. tract. retract. proximi. in fin. num. 94.

g ¶ Iuramentũ. Adde Ias. l. sed & si possessori. §. item si iurauero. in fi. ff. de iureiur. l. is qui hæres. col. pe. ff. de acq. hę. Dec. l. non omnis. col. 3. ff. si cer. pe. Cur. se. consi. 1. col. 2. consi. 75. col. 4. Bert. consi. 28. A ad maiorem. colum. 2. lib. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Specialius derogat minus speciali.*
2 *Consuetudo quòd fœmina succedat in feudo valet.*
3 *Feudum paternũ defertur iure inuestituræ, nõ iure accrescẽdi.*
4 *Qui, relatiuum, restringit & declarat.*
5 *Fœmina non intelligitur succedere in feudo, nisi deficientibus masculis.*
6 *Filia dotata an à solius dotantis successione excludatur.*
7 *Filia semel simpliciter nõ suspensiuè exclusa, ꝑpetuò est exclusa.*

CONSILIVM XXIX.

Qvoniam abundè, & eleganter scriptum est, & conclusum per dominos suprà consulentes, quæ dicturus sum pauciorib. absoluam. ¶ Videtur namq; prima cõsideratione dicendum, dictum feudum ad dictam fœminã decedente primogenito peruenturũ. nam dictum feudum concessum fuit à principe domino Iacobo, ꝓ se & hæredib. suis, à quo domino Iacobo traxit originem cõis omnium prædictorũ descendentium agnatio. vnde dicta verba pro se & suis hęredib. debẽt intelligi secundum naturam rei, de qua facta est concessio. c. si clientulus. §. & si clientulus. de aliena. feu. c. si Titius cum Sempronio. si de feu. fue. controu. inter dom. & agna. & DD. in c. 1. de eo qui fecit finem agna. no. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. & per Bar. in l. Gallus. §. et si parente. ff. de lib. & posth. & per alios in l. liberti. C. de oper. liberto. & Canonistæ in c. in præsentia. de proba. & si natura rei patitur, veniunt hæredes quicunq;. l. in annalib. C. de lega. l. sciendum. & l. hæredes. de verb. sig. sed ita est quod feudum ꝓ quo nullum est præstandum seruitium, vt est præsens feudum, vt sonant verba instrumenti concessionis, ibi dum dicitur, liberum & expeditũ ab omni debito, quæstione, molestia, obligatione, onere census & cuiuslibet alterius seruitij, &c. transit non solum ad masculos, sed etiã ad fœminas. text. est in quibusdam extraordinariis capitulis, in c. si cui militi. cuius verba formaliter recitat Bald. in l. fi. in 2. col. C. de suis & leg. & Bal. in c. 1. in §. pen. in vlt. col. qui feu. da. pos. ergo dictum feudum concessum dicto Iacobo pro se & hæredibus transibit ad dictam fœminam. ¶ Secundò hoc videtur expressum in vna ex constitutionib. sub Rub. de success. nobilium in feudis. in prin. ibi. dum dicit, descendentes cuiuscunq; sexus sint, liberè & absolutè possunt succedere seruata tamen sexus prærogatiua, vt mulieri masculus præferatur, nec non maioris ætatis inter eos, &c. nam dicta constitutio vult priuilegiare masculinũ sexum. Item vult priuilegiare primogenitũ, iuxta id quod habetur 7. q. 1. quàm periculosum. cum ibi no. & in c. licet. de voto. & in c. 1. §. pręterea ducatus. cum ibi no. de prohi. feu. alie. per Feder. ¶ Vnde si dubitatur quid potius debeat inspici, an sexus an ius primogenituræ, cùm dicta constitutio hoc non aperiat, dicã potius attendendum ius primogenituræ, quo inspecto fœmina ꝑfertur nepoti nato ex filio vltimo loco genito. & quod po
1 tius debeat inspici ius primogenituræ † probatur, quia vbi duo specialiter sunt disposita, nec apparet qđ magis attendi debeat, semper magis attendendũ est illud qđ specialius est, quasi illud deroget minus speciali. l. si seruo manumisso. ff. de pec. leg. l. vxorem. §. codicillis. ff. de leg. 3. & not. Dy. in regu. generi per speciem. de reg. iur. in 6. & Bart. in l. 1. de no. ope. nun. ¶ Et expressius Bar. in l. hac consultissima. C. qui test. fac. pos. & in l. fi. §. necessitatem. in 6. col. de bo. quæ libe.

libe.vbi per hoc dicit,quod si duo sint statuta in ciuitate, v-
num ꝙ filiusfa. non potest se obligare sine consensu patris,
aliud quòd oēs causæ debeāt cōpromitti. nunquid filiusfa.
poterit cōpromittere sine consensu patris? certè magis at-
tenditur statutum disponens,ꝙ omnes causæ debeant com
promitti,vnde poterit filiusfami.compromittere sine con-
sensu patris,quia statutum de compromissis est magis spe-
ciale secundū eum, sed ita est quod constitutio prædicta in
ea parte in qua cautum est, quod maior ætas ꝓponatur,est
magis specialis q̃ in ea parte in qua cautum est, ꝙ masculi
præferantur fœminis, vt nunc ostendam,ergo,&c. ¶Quod
aūt sit magis specialis,euidenter constat ex his quæ egregiè
tradidit Bal.in l.executionem.in 6.col.C.de execu.rei iud.
vbi quærit.Pone,duo sunt statuta,vnum est ꝙ sententię pu-
pillorum mandentur executioni per priores artium tan-
tùm,aliud ꝙ sententiæ à centū libris suprà mandentur exe-
cutioni per potestatem tantummodò.est lata sententia pro
pupillo,quæritur qs ex istis debeat exequi,respōdet ꝙ spe-
cialior iudex. Et subdit ꝙ specialior iudex cognoscet p hāc
doctrinā,videlicet illa qualitas quę potest plurib.inesse,illa
est generalior,illa aūt quæ potest vni soli inesse,est specialis,
vt not.ff.de pact.l.iuris gentium. §.sed fraudandi. vnde qua
litas potest inesse cuilibet de genere & cuicunq; ætati, ætas
autem non potest inesse nisi sibi, ergo inspicitur iudex da-
tus ætati.quod reputat menti tenendum. Ita in ꝓposito illa
qualitas masculini potest inesse cuicunq; tam primogenito
q̃ secundo & tertio genito,& sic de singulis.& sic conuenire
potest multis simul & eodem tempore,quia quis potest ha-
bere plures filios descendentes masculos eodē tempore va
riæ ætatis,& illa qualitas primogenituræ non potest eodem
tēpore conuenire,nisi vni tantùm, quia ille dicitur primus
qui oēs alios antecedit, vt in prooemio ffÂorum.§.discipulis.
& in l.proxi.ff.de ver.sig.ergo potius attendenda est, quali-
tas primogenituræ q̃ est in dicta fœmina tanq̃ magis specia
lis quàm masculinus sexus q est in nepote. ¶Et præsertim,
2 †qa consuetudine induci potest,ꝙ fœmina succedat in feu-
dum ēt extantibus masculis.c.significauit.& ibi no.DD.de
rescrip.& no.Spec. & Io.An.in tit.de feudo.§.qm̄.ver.21.ad
hoc quod habetur in c.1.de nat.succe.feu. ¶Nec habet ob-
stare dicta constitutio.in ver.ex collaterali linea,&c.vbi di-
citur,ꝙ sorores cōiugatæ & dotatæ à fratribus successorib.
repellantur,& ista fœmina dotata fuit & cōiugata est, ergo
videtur ꝙ debeat excludi,quasi tractetur de successiōe ipsi
us fratris sui primogeniti, & non de successione cōis paren
tis eorū,cum post agnitā hęreditatem non dicatur amplius
hæreditas maiorum suorum, sed ipsorum fratrum.arg.no.
per glo.& per DD.in l.1.§.veteres.ff.de acq.pos.& in l.hæres
per seruum.ff.de acq.hære.& in l.qui hæreditarij. ff.de acq.
rer.do. quia respondeo, ꝙ ideo non dicitur tractari de suc-
cessione hæreditatis fratris,sed ascendentium ex natura in
uestituræ: patet, qa posset repudiari per filios vltimò geniti
hæreditas paterna primogeniti & feudum agnoscere, vt est
casus in c.1.an agnatus vel filius. ¶Patet ēt, quia si cēseretur
esse in hereditate primogeniti,nō accresceret per ius accres
cendi dictæ sorori, vel filiis natis ex dicto vltimogenito, sed
rediret ad dominum. c.1.§.cum verò Conradus.qui feu.da.
a poss c.1.de gra.succes.in feu. qa feudum est paternum *a* seu
3 antiquum.† tunc enim dicitur esse paternū seu antiquū il-
lud feudum.qđ fuit illius parentis qui fuit genitor agnatio
nis cōis,vt est melior tex.qui sit in iure. in c.1.de gra.succes.
in feu.secundū Iac.de Bel.& Bal.ibi & habetur in c.1.de na.
suc.feu.& in c.1.§.hoc quoq;.& ibi declarat Bal.de succ.feu.
Iac.de Bel.de constit.feudi.in prin. & ibi ēt Bal.in 16.col.&
Bal in Auth.defuncto in 2.col.ad Tert. ¶Vnde tunc vno de
agnatione decedente sine descendentib.transit feudum ad
alios ꝓximiores transuersales, non ꝓpriè per ius accrescen
di,sed magis ꝓpriè dicitur transire ad eos ex iure inuestitu
b ræ *b* primi parentis.tex. est quē ad hoc ibi reputat Bal.in c.1.
in ver.q inuestituram patris,&c.de feu.marchiæ.& not.per
Bar.in cons.incipiente,Ex themate p̄dicto tria dubia oriun
tur.& Iac.de Bel.& Bal. in c.1.ver. decedenti.qui feu.da.pos
sunt.per Bal.in l.1.in vlt.char. C. quando non peten.par.Et

in Auth.si quas ruinas.C.de sac.san.eccle.& in l.2.C.de iure
emphy.in l.si qua mulier.C.ad Ter.& per DD.in l.si mihi &
Titio.ff. de ver.obli.& sic patet ꝙ non tractamus de succes-
sione fratris,ꝓut loquitur dicta constitutio.¶Vel potest ad
d.constitutionem responderi, quia inquantum dicit ꝙ so-
ror dotata excludatur à successione fratrū,debet intelligi,
si fuit dotata de bonis fratris,de cuius hæreditate tractatur
& nō alterius,vt not.Bal.in l.1.C.de le.hære.& ibi no. per gl.
vbi inquit Bal.ꝙ statutū disponens,ꝙ frater excludat soro-
rem dotatam, intelligitur ab hæreditate dotātis,& nō alte-
rius.& idem not.Bal.in l.mater.C.de iu.dot.& Pe.de Anch.
c.canonum statuta,de constitutio.sed dicta soror non fuit à
fratre dotata,sed à patre,ergo dicta constitutio hoc casu lo-
cum sibi nō vendicabit.¶Sed pręmissis non obstantib.con
trariam sn̄iam de iure ꝓbabiliorem esse puto, siue cōes con
stitutiones feudales inspiciamus, siue etiā particulares con
stitutiones regni. nam de iure certū est,ꝙ feudum antiquū
& paternum quale est hoc,vt sup.ꝓbaui,vno ex descenden-
tibus masculis decedente sine liberis masculis transire de-
bet,ad ꝓximiores cognatos masculos fœminis exclusis.d.c.
1.de suc.feu.& in c.de gradi.suc.feu.c.1.§.hoc autē notandū.
qui feu.dar.pos. ergo seqtur ꝙ filius masculus illius vltimò
geniti,velut proximior inter cæteros agnatos præfertur fœ
mina p̄dicta exclusa. Idem colligitur ex cōstitutione regni
suprà alleg.quę incipit,vt de successio,&c.ibi dum dicit,ser
uata tamen sexus prærogatiua, vt mulieri masculus præfe-
ratur,&c.vt ēt ex constitutione posita sub Rubri.de succes.
filiorum comitum,&c.quæ incipit,in aliquibus,&c. in ver-
bo, sin autē filij masculi vnà cum filiabus, &c.ibi,dum dicit
præferri volumus masculos fœminis.q̄ constitutio ēt com-
prehendit casum nō solùm quando extāt fratres, sed ēt filij
fratrum, ꝓut in casu nostro, patet ibi ex verbo auitas,& in
verbo nepotes, & patet ēt in illa constitutione, q̄ incipit,vt
de successionib.&c.in ver.nepotes, & ex eis pronepotes,&
vsq; ad infinitum,&c. & in ver.filij autē fratrum &c.¶Con-
firmatur siue dicatur tractari de hæreditate trāsuersalis.s.di
cti primogeniti,omninò excluditur fœmina p̄dicta.nam si-
ue tractatur de hęreditate & successione ascendentis quod
est verissimū,vt ꝓbaui sup.per tex.in c.1.an agnatus vel fili-
us,& p alia capitula sup.allegata. & tunc casus est clarè deci
sus,ēt per d.constitutionē,q̄ incipit,vt de successionib.&c.
in prin.dum loqtur de successione descendentiū quò ad a-
scendentes,vbi masculi p̄feruntur fœminis.¶Nec obstat ꝙ
in d.constitutione dicatur,nec non maioris ętatis inter eos
&c.vbi patet constitutionem illam velle præferri maiorem
natu,& fœmina p̄dicta maior est natu, qa respōdeo,ꝙ dicta
constitutio loquitur de masculis,& disponit ꝙ maior natu
inter masculos p̄feratur.hoc patet ex illis verbis necnon ma
4 ioris ætatis,qui inter eos qui viuunt,&c.† Nam illud relati-
uum qui, qđ est masculini generis, restringit & declarat ꝙ
in antecedenti sensit de masculis.l.à filio.§.fi.& ibi Bar.ff.de
alim.& ciba.leg.l.omnes.ff.ad Treb. l.ea tamen adiectio.ff.
de leg.3. & sic nō obs.secundū ar.adductum ꝓ parte contra
ria,dum dicebatur, potius debere attendi primogeniturā
q̃ sexum, qa respondeo, ꝙ dicta constitutio apertè disponit
contrarium,dum voluit masculum fœminę p̄ferri primoge
nitum.idem fuit de mēte præcedentis constitutionis,vbi ēt
habetur ꝙ extantib. masculis excludātur sorores,& non di
cit inter tales attendendū esse primogeniturā. & sic consti-
tutio sequens determinatur & declaratur p præcedentē.l.
sed & posteriores.ff.de legi.l.vtrùm.ff.de pet.hę.l.si seruus.
5 plurium.§.fi.de leg.1.¶Fortificantur prædicta,†qa etiā vbi-
cunq; cautum reperitur ꝙ fœmina succedat in feudo, illud
c intelligitur deficientib.masculis,*c* vt in c.1.§.filia.de suc.feu.
& in c.1.episcopum vel abbatem.& no.in c.1.de nat.suc.feu.
no.Bart.in l.vt iurisiurandi.§.liberi.de oper.lib.& in consil.
inc.quęstio ista habet duo dubia.& in consi.inc.Dominus à
matre.& Bal.in l.fi.C.de suis & le.& in l.liberti libertęque.
in 11.col.C.de oper.liber.& Sal.in l.2.in 17.q.C.de iure em-
phy. ergo posito ꝙ per dictam constitutionem regni essent
simpliciter habilitatæ fœminę ad feudum, debet tamen in-
telligi deficientibus descendētibus masculis. nam disposi-
tio ex-

tio exorbitans à iure cõi debet interpretari & intelligi se-
cundum dispositionẽ iuris cõis, vt minus lędat ius cõe, q̃ sit
possibile. l. 2. cum ibi no. C. de noxa. l. vt gradatim. §. sed si
lege. ff. de mu. & hon. c. cùm dilectus de consue. no. in l. fi. §.
in computatione. C. de iur. deli. sed ita est secundum dispo
sitionem constitutionum feudalium, quę in successionibus
feudalium sunt, ius commune est inductum, ꝙ vbi fœmina
est habilis ad feudũ: ita demùm succedat, si masculi descen-
dentes non extẽt, vt iuribus proximè allegatis: ergo ita de-
bet interpretari dicta constitutio regni exorbitans à iure
communi. ¶ Quinimò si bene considerentur dictæ consti-
tutiones regni hoc expresse disponunt, ꝙ p̃ferantur indi-
stinctè masculi, si etiã diceretur tractari de succes. transuer-
salis. s. primogeniti: quod tamen non videtur posse ꝓcede-
re per p̃dicta: tamen adhuc excluderetur fœmina p̃dicta ex
secunda constitutione præmissa, incipiente, vt de successo-
ribus, &c. q̃ vult, ꝙ fœmina dotata excludatur à successione
6 fratris. ¶ † Nec obstat quòd talis constitutio debeat intelli-
gi, vt intelligatur exclusa soror, quando dotata fuit de bo-
d nis *d* illius. de cuius hæreditate tractatur, ꝑ no. per Bal. post
gl. in d. l. 1. de legi. hære. qa illud verum est, quãdo statutum
simpliciter disponeret, ꝙ frater excludat sororem, nec dicit
in bonis cuius, secus si diceret, excludatur soror dotata à
successione fratris, vt dicit cõstitutio prædi. qa tunc consti-
e tutio est certa & clara *e*: ita fuit de mente Bal. in d. l. 1. de le.
hær. ibi dum dicit & statutũ est vltra non diceret, &c. Et ita
p̃cisè consuluit Paul. de Castr. in cons. 334. & in cons. 337. &
in consi. 209. ¶ Comprobantur prædicta, † quoniã eo ipso
7 quòd per existentiam masculorum semel fuit exclusa fœ-
mina, iudicari debet exclusa perpetuò. ꝓbatur per ea quæ
decidit Bald. in auth. sed & si quis, in 6. col. C. de sec. nup. in
ver. & per hoc infertur, vbi quærit, statuto cauetur, ꝙ si quis
habuerit aliquam filiã dotatam, ꝙ ei succedat filius mascu-
lus, & alij descendentes ex ipso filio masculo. pone ꝙ filius
decessit relicto filio, postea decessit iste filius sine prole:
nunquid successio defertur ad sororẽ? dicit primò videri
ꝙ sic, quasi priuilegium excludens sororẽ sit finitũ. ¶ Item
qa in exclusione filiæ ponuntur soli masculi: ergo nõ debet
excludi ab extraneis hæredibus filiorũ masculorũ. sed con-
trarium dicitur esse verius, qa filia semel exclusa, perpetuò
est exclusa, nisi secundum eum statutum esset per verba im
portantia tempus, vt qa diceret, quoad existerent masculi:
Nam tunc eis mortuis, nõ inuenitur causa vel ꝑsona exclu-
dens filiã. vnde successio reuerteretur ad sui naturã, per no.
per Cy in d. auth. sed si quis. & Bar. in l. fi. ff. ad Tre. idẽ vo-
luit Bal. in d. l. in quibus. C. de sec. nup. in versi. sed occurre-
ret. vbi ad hoc põderat esse gl. in verbo peruenire decreui-
mus. bene facit qđ legitur & notatur in c. 1. §. 1. episc. vel ab-
ba. ¶ Non obstat etiã ꝙ ex forma inuestituræ dictũ feudum
erat francum & liberum à premij p̃statione, ergo eodẽ mo-
do succedere debet fœmina sicut masculus, per text. in d. c.
cui militi. & dixi sup. qa respondeo prout dixit Bal. in c. 1. de
gra. suc. in feu. vbi dicit ꝙ tex. in d. c. si cui. & alia extraordi-
naria & alia capitula posita in illo extraordinario titu. & qa
magis cõiter non habentur sunt apocrypha. i. non sunt au-
thentica. & exponitur 16. di. in c. 2. in verbo apocrypha. ex
quibus concluditur dictum feudum ad fœminam antedi-
ctam in casu præmisso peruenire non posse. Alex.

EXTANT priuilegia Caroli Imperatoris, Henrici & cę
terorũ successorũ vsq; ad Federicũ p̃sentẽ Imperatorẽ, sem
per augentes cõfirmationes p̃teritorum & augmẽta, qbus
liquidè apparet ꝙ nobilis Franciscus prende parte Thoma
sius & Spinata quondã Pauli de Lamirandula & Robertus
& Io. Franciscus de prende parte, quondã Nicolai de Lami
randula inuestiti sunt per feudũ nobile per se & eorum cu-
iuslibet filijs & successoribus masculis, ex eis in perpetuũ le
gitimè descẽdẽtibus, toto territorio curiæ dicti Posidonij,
curiæ Rouereti, &c. cũ omnibus locis, villis, iuribus, iurisdi
ctionibus & ꝑtinentijs suis cum mero & mixto imperio &
gladij potestate. ¶ Cõtingit autẽ ꝙ oẽs successores mascu-
li dictorum nobilium de la Mirandula deuenerunt in duos
tantùm, hoc est in magnificum comitẽ Franciscum caren-
tem filijs masculis legitimè natis, & magnificum comitem
Io. Francis. nepotẽ eius habentem duos filios legitimos &
naturales. Qui comes Franciscus dum viueret, condidit te-
stamentũ, in quo legauit dominę Petrę vxori suæ duo milia
ducatorum ꝓ dotibus suis, & ꝓ merito beneficiorum suo-
rũ. & post plurima legauit ei multas pulchras & bonas pos-
sessiones, partim ad ꝓprium, & partim ad vsum de iuribus
& ꝑtinentijs & iurisdictione dictarum curiarum, & iudicijs
curijs existẽtes: post hæc mors est secuta ipsi domino comi
ti Francisco superstite dicto comite Io. Francisco successo-
re suo. vxor p̃tendit apprehendere possessionẽ corporalem
dictarum possessionum legatarum, tam ad ꝓprium q̃ ad v-
sumfructum, Io. Franciscus instat, ne apprehendat, & asserit
ipsas oẽs possessiones ad se vnicum successorẽ masculum &
legitimum ꝑtinere iure feudali & vigore dictorum priuile-
f giorum, & quoad ꝓprietatem, & quoad *f* vsumfr. rebus sic
stantib. q̃ritur, qđ iuris, & pariter an nonnullę alienationes
factæ ꝑ Franciscum de bonis in inuestitura cõprehẽsis sint
in p̃iudicium dicti Io. Francisci. Item an appellatione per-
tinentiarum veniant vnà cum possessionibus ædificia, do-
mus & palatia tempore concessionis constructa.

ADDITIO.

a ¶ Paternum. Plenè dixi super consue. Pari. tit. 1. §. 5. nu. 80.
vide consi. seq. nu. 5.
b ¶ Inuestituræ. Cur. senior consi. 48. co. 3. Cur. iunior consi.
18. co. 4. Ale. inf. eo. consi. 44. nu. 3.
c ¶ Masculis. Roma. consi. 1. consi. 34. consi. 367. Alex. consil.
15. in fi. lib. 5. Calder. consi. 3. sub titu. de feud. Iac. in inuest.
feu. ver. & fœminis. Albe. Bru. consi. 39. Ias. consil. 113. libr. 1.
Hipo. de Mar. no. 411.
d ¶ De bonis. Bal. in tract. stat. in vers. fratre. consi. 9. li. 2. An-
cha. consi. 30. Dec. cons. 346. cons. 379. co. 2. cons. 589. Cor.
consi. 74. lib. 1. Ias. l. vt liberis. col. 2. C. de col. consil. 160. col.
1. lib. 4. Bertr. con. 15. Viso themate. in fin. lib. 1.
e ¶ Clara. Anch. consi. 168. in prin. Pau. cons. 91. li. 2. Cor. con
sil. 42. litera i, lib. 3.
f ¶ Quoad. Vide in consi. 188. lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæredibus, verbũ, in feudis accipitur pro descẽdentib. masculis.*
2 *Fœmina & quiuis succedit in feudo libero. & nu. 4.*
3 *Feudum ligium quid sit.*
5 *Feudum paternum quid sit.*
6 *Renouatio non facit feudum nouum, sed conseruat antiquum.*
7 *Clausula iure antiqui feudi, quid operetur.*
8 *Feudũ si concessum sit à principe, in eo locus est iuri accrescendi,*
9 *Feudum si concedatur cuilibet insolidum aut similiter, in eo locus est iuri accrescendi.*
10 *Agnatus succedit in feudo, etiamsi non sit hæres.*
11 *Vasallus non potest extraneo legare feudum etiã concessum pro hæredibus quibuscunque.*
12 *Testator non censetur legare, nisi ius, quod habet, licet morte sua finiturum.*
13 *Feudum per alienationem nõ committitur domino, sed agnatis. & nu. 14.*
15 *Feudũ quando est cõcessum generi, delictũ vnius nõ nocet alteri.*
16 *Argumentum de emphyteusi ad feudum non valet.*
17 *Delictum patris in feudis nocet filio, non agnato.*
18 *Feudi dignitatem, seu indiuiduis locus est iuri accrescendi.*
19 *Feudum nobile quid sit.*
20 *Feudum improprium regitur iure feudi, nisi in expressis.*

## CONSILIVM XXX.

QVONIAM omne datũ optimũ, & omne do-
num ꝑfectum, de sursum est descẽdens à patre
luminũ. 2. q. 2. q̃ pio. ideo opportuna animad-
uersione p̃habita in hac cõsultatione. ¶ Vide-
tur prima cõsideratiõe dictũ magnificũ comi
tẽ Io. Frãciscum de la Mirandula in parte bonorum feuda-
lium, q̃ ad obseruãdæ memorię magnificum comitẽ Franc.
ꝓ iure d. inuestiturę spectabant, nullum ius habere, ex plu-
rib. ¶ Et primò, qa cum posteriori loco facta fuerit cõces-
sio ꝑ serenis s. regẽ Ro. Federicum dictis comiti. Frãcisco &

Io. Fran-

Io.Francisco pro se &†eorum hęredib. videtur ꝙ cum dicta verba in feudis accipi debeant, pro descendentib. masculis, c.& si clientulus. de alien. feu. & c. Titius cum Sempronio, si de feu. controuer. inter do. & agna. c.1. de eo qui finẽ facit agnat. no. in l. ex facto. §. si. ff. ad Tre. not. Barb. in l. Gallus. §. ẽt si parente. ff. de lib. & posthu. & per alios in l. liberti. C. de ope. lib. vnde decedente comite Francisco masculis descendentib. non relictis videtur, ꝙ nõ succedat comes Io. Franciscus, neq; iure successiõis, neq; ꝑ ius accrescẽdi, sed reuertatur ad concedentẽ. tex. no. in c.1. §. fi. iunct. d. §. pe. de succes. feu. & in c.1. de fratri. de nouo beneficio inuesti. & in c.1. §. fin aũt vnius. in tit. q feu. dare possunt. & in c.2. de feu. marchiæ. ¶Secundò, qa ꝓut in posteriorib. priuilegiis seu inuestituris continetur Sigismundus & Feder. Ro. reges, dictos domi. creauerunt comites terræ Concordiæ, quem locum cum oĩbus pertinentiis in comitatu dicti reges in feudũ dictis comitib. concesserũt. Sed ita est ꝙ feudũ comitatus, qđ qdem appellatur nobile, nõ potest ad hæredes transire, nisi ipsi hæredes specialiter à rege inuestiturã impetrarẽt, vt est text. in c.1. de feu. mar. & in c. si clientulus. in fin. iuncta gl. in
2 verb. vsurpatum. de alie. feu. ¶†Tertiò, qa vbi alicui feudũ cõceditur, & nullum venit p̃standum seruitium pro feudo, tale feudum de sui natura transit ad fœminã. tex. est in qbusdã ordinariis. c. feudorũ. in c. inter. si cui militi. cuius verba formaliter recitat Bal in l. fi. in 2. col. C. de suis & le. & Bal. in c.1. §. pe in vlt. col. qui feu. dare pos. Sed dictum feudũ est huiusmodi, vt ex tenore inuestiturę cõstat, ergo: cùm p̃sertim in illis vlti. duab. concessionib. de hæredib. facta sit mentio, videtur quod ad filiã comitis Francisci, tale feudum trãsire posset. ¶Quartò ꝓ hoc facit, qa cùm (vt dixi) verba dictorũ posteriorum priuilegiorum sonant in d. comites & hæredes, & dictum feudũ cum sit concessum ab Imperatore præ
3 stita fidelitate absolutè, & † nullius alterius fidelitate cõseruata, quo casu feudum dicitur esse ligium, vt est gl. singu. in Cle. pastoralis. in verb. homoq; ligius. de re iudi. secundum Bal. in l.1. in 5. col. de cad. tol. & Spec. in c.1. de feu. §. qm̃. in 1. col. & Hosti. & Io. An. in c. recolentes. de sta. mona. & in c. ex diligenti. de simo. sed ita est quod in feudo ligio filia fœmina de consuetudine succedit, vt no. Spe. in titu. feu. §. qm̃. q. 21. & Io. An. in addi. incip. est sciendum, quod Iaco. de Bel. & probatur in c. significauit. de rescri. ergo de iure non succedit comes Ia. Franciscus, sed filia comitis Frãcisci. ¶Quintò comes Franciscus alienando de bonis feudalib. vel legãdo, vt fecit irrequisito superiore priuatur feudo, quod quidem ad dominum concedẽtem redire debet, vt in c.1. de vas. qui contra consti. Lotha. de prohib. feu. alien. per Lotha. & in c. Imperialem. in princ. & §.1. de prohi. feu. alie. per Fed. vbi ẽt prohibet legare pro anima. & in c.1. §. donare. in tit. qualiter olim feu. pote. alie. & quod isto casu non trãseat feudum ad agnatos, sed reuertatur ad dominũ, vt voluit gl. in ca.1. §. idẽ si fuerunt. in verbo, ad dominũ. in ti. qui. mo. feu. amit. ¶Ita ẽt velle videtur tex. in c.1. §. fi. q̃ fu. pri. cau. benefi. amit. vt in recompensatione contẽptus domini ad ipsum reuertatur feudum. ad idem tex. in c. fi. extra, de feu. & istam opi. sequebatur Pet. de Cer. indistinctè, vt refert Bal. in c.1. & in 2. apo. de succes. feu. & Odo. in Summa sua sub Rub. ad quem feu. reuer. quãdo amisit. & Io. de Fa. in Summ. sub Rubr. alienatione amittitur feudũ, vt refert Bal. in c.1. si vasallus feu. priue. bene faciunt not. per Bar. in l. eum qui. cũ concor. ibi alleg. per eum. ff. de interd. & releg. & facit l.2. C. de iu. emph. & c. potuit. de loca. ¶Sextò saltem videtur obstare d. comiti Io. Francisco, si illi in quos comes Francis. alienauit feudalia bona possiderunt per ann. 10. & sic obstabit præscriptionis exceptio. l. super longi. & l. emptor. & l. pe. cum si. C. de
micilium & actualiter habitabat, vt est in iure sup. ꝓbatum.
Postremò non ob. tex. in l. tutores. §. hæres. & in l. inter tuto
res. cum si. ff. de admi. tu. qa illa iura loquuntur quò ad diui
sionem administrationis q̄ fit, vt cōmodius bona pupilli ad
ministrentur. vnde in casu d. §. hæres. qa ibi hęres erat in ꝓ-
uincia, iniquum fuisset dicere, qđ cura cōpellendi ipsum hę
redem ad restituendā hæreditatē pupillo, secundum volun
tatem defuncti spectaret ad tutores, qbus cōmissa erat ad-
ministratio bonorum extra ꝓuinciā, qbus hoc cōmodius fu
isset, vnde dicitur, qđ spectat ad tutores, qbus cōmissa erat
administratio rerū ꝓuincialium, q hoc cōmodius expedire
possunt. ¶ Et ideo tex. in d. l. inter tutores, dicit † ꝙ diuisio
tutelę non iuris sed iurisdictionis est. i. licet diuidatur admi
nistratio sola, tamē ius tutelæ remanet insolidum & indiui-
duum apud quēlibet tutorum: & ideo dicitur, ꝙ si agatur ꝑ
vnum ex tutorib. cui assignata est administratio certi loci
contra debitorē illius loci poterit opponere compēsationē
de eo qđ sibi debetur ex administratione alterius contuto-
ris habētis administrationē alterius loci, qa quo ad effectū
iuris, maximè contra ius actionū actiuè & passiuè nihil im-
mutatur ꝑ d. diuisionē administrationis, in qua (vt dixi) in-
spicitur sola cōmoditas & facilitas administratiōis, vt ēt di-
cit Sal. in ꝑalle. l. cunctos populos. Ex quib. concluditur, ꝙ
etiā exactio dicti noīs debitoris spectare debet ad ꝑfatum
dominum loci domicilij mulieris quæ intestata decessit.

ADDITIO.

a ¶ Speciali. Idem Alberi. in 3. part. statuto. q. 2. Ioan. And. in addit. Spec. de accus. §. quæritur.

b ¶ Glo. Adde latissimè do. And. Tiraq. in consuet. Picta. titu. retract. §. 1. glos. 7.

c ¶ Domicilij. Item Iac. trac. feu. ver. cum mero mixto imper. col. 4. vers. sed formo. & in trac. de operis. col. 2. vide Nell. in tract. ban. par. 1. secundi temp. q. 17. & quæ dixi in consuetu. Parisi. §. 57. §. 145. idem Soc. consil. 36. consi. 101. lib. 1.

d ¶ Plus habet idem. Alb. 2. par. stat. q. 105. Iacob. in tracta. de operis. co. 6. sed qa Pau. in d. l. hinc q̄ritur. de pecu. & in con. 290. in fi. li. 2. aliter tenet. vide in cōs. Par. ti. 13. §. 150. vbi hoc excussi. no. obseruamus, ꝙ qcunq; iure successiuo vel beneficio consuetudinis capit mobile, tenetur soluere debita.

e ¶ Pro rata. idem Alberi. in d. l. 2. & in l. fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudic.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum non defertur ob vnum testem, nisi sit omni exceptione maior, & reddat cām, & dicat plenè factum. & nu. 2.*
3 *Colonus non est integer testis.*
4 *Mendacium obreptionis impedit ratificationem.*
5 *Testes singulares non iunguntur.*

CONSILIVM XXXII.

VISO puncto & dubiis de qbus q̄ritur, puto ve-
rum esse, de iure quod dicto do. P. actori nō sit
deferendum iuramētum in defectum semiple
næ ꝓbationis, & ꝙ intētio dicti do. Pet. non sit
plenè ꝓbata ꝑ dictos duos testes, s. Bernardum
1 & Bernabęum. ¶ Ad quod ostendendum ꝑsuppono † ꝙ ad
hoc, vt actori possit deferri iuramētū in defectū semiplenæ
ꝓbationis, iux. l. in bona fide. cū ibi no. C. de re. cre. l. admo
nēdi. ff. de iureiu. & c. fi. de iureiu. reqritur, qđ si intētio eius
sit ꝓbata ꝑ vnum testem, talis testis sit omni exceptione ma
ior. ¶ Et ideo, si testis esset talis qđ eius fides esset in aliquo
a debilitata, non sufficeret a ille testis ad hoc, vt possit deferri
iuramentum in defectum semiplenæ ꝓbationis. ita inquit
Bar. in d. l. admonendi. circa 8. col. in vers. venio ad tertium.
Vnde dicit, ꝙ si testis esset consanguineus, & multum ami-
cus parti aut aliqd simile, non posset in eius defectum iura-
mentum deferri. alleg. no. per gl. in l. ēt matris. ff. de ꝓbat. &
istud seqtur Ant. de But. in c. fi. de iureiu. ¶ Bene facit quod
no. Bal. in c. sacramētum. de consue. recti feu. vbi voluit, † ꝙ
2 licet duo testes non interrogati de cā & deponētes sine red
ditione cāæ faciunt plenam ꝓbationem, iuxta plenè not. in
l. solā. C. de testi. & in c. cum cā. q̄ inter archiepm. de testib.
tamen si vnus solus testis est examinatus, & non interroga-
tus non reddit cām sui dicti, non facit semiplenā ꝓbationē,
adeò ꝙ possit deferri iuramentū semiplenę ꝓbationis. ¶ Et
b. idem si talis testis nō dixisset plenè factū, b ꝑ no. in l. Lucius.
ff. de his q notan. infa. qa talis examinatio non caret tali su-
spicione boni viri, & secundum eum modicus defectus im-
pedit semiplenā ꝓbationē vnius testis. ¶ Nec mirum secun
dum ipsum, quia satis exorbitat fides vnius testis à iure cōi.
ext. de testi. c. à nobis. & c. innotuit. ¶ Sed ita est ꝙ domesti-
ci testes nō reputātur idonei & integri testes. l. ēt. C. de test.
c. in literis. de testi. & inter tales domesticos enumeratur co
lonus. l. ꝑsenti. §. fi. C. de his q ad eccl. confu. & not. expressè
Spe. in tit. de test. §. 1. vers. itē excipitur ꝙ est domesticus. vbi
3 expressè dicit ꝙ secundum Vber. de Bobio, † q̄uis colonus
non repellatur ex toto, tamē non est integer testis, & minus
ei creditur q̄ aliis, vt no. gl. & dd. in d. c. in literis. ¶ Sed ita est
ꝙ Bernard. est affictuarius do. Pet. & ipsemet testis fatetur,
ergo non est integer testis ꝓ declaratione d. iuramenti ob-
tinēda. nā & talis q soluit ꝓ terra certam mensurā frumenti,
appellatur colonus & conductor. gl. & DD. in d. c. in literis.
sed ita est quod plurib. modis pōt dici colonus, & est nomē
largum & generale, vt ꝑ gl. in rub. C. de agri. & cens. lib. 11. &
quo ad ꝓpositum nostrum est eadem rō in eo q pro fundo
quem colit, debet ꝑstare do. certam mensuram frumenti, q̄
est in eo q debet soluere certā mercedē pecuniariam. debet
ergo esse eadem iuris dispō. c. translato. de consti. l. illud. ff.
ad l. Aqui. ¶ Et licet affictus q ꝑstatur per dictum testem sit
modicus, tamē hoc non habet obstare, qa ēt dicit Bal. in d. l.
sacramentū. ꝙ quo ad impediendū, ꝙ vnus testis nō facit se
miplenā ꝓbationē modicus defectus sufficit, vt retuli supr.
¶ Et quādoq; pōt contingere ꝙ maior esset suspicio in eo q
modicum affictum solueret, q̄ in eo q magnum, nam potest
contingere ꝙ soluit affictum modicum ꝓ re q̄ maiori affi-
ctu digna esset, vnde testis, ne subtrahatur ꝑ do. à tali cōmo
do facilius induceretur ad testificandū ꝓ dom. aliter q̄ se ha
bebat veritas. ¶ Accedit vltra ꝑdicta, qa ēt dictus testis (vt
dicitur) fuit ꝓductus & receptus ad instantiā vnius, q nullū
habet mandatum à domino. quo casu aduertendum, qa li-
cet sit disputatio, an gesta ꝑ aliquem noīe meo sine mādato
meo possint ratificari per me, & secuta ratificatione valeant
in fauorem meum, ac si fuissent gesta cum mādato meo, de
quo per gl. & DD. in l. si tutor. C. qui. ex cau. in integ. restit.
non est neces. & in l. si mater. §. hoc iure. ff. de excep. rei iud.
& in l. licet. ff. de iud. & per Bal. in l. falsus. C. de fur. & ꝑ Ca-
no. in c. ex parte Decani. de rescr. & in c. cùm in iure. de offi.
dele. tamen dicit Bal. in l. Iul. in q. 5. ff. q satisd. cog. ꝙ ipse au
4 diuit Bart. dicentem, † ꝙ si ille q actum fecit noīe meo, & in
fauorem meum falsò allegauit se mandatū habere cum nō
haberet, non pōt ratificari ꝓpter vitium obreptionis. ar. l. si
qs obrepserit. in verbo, nihil agit. ff. ad l. Cor. de fal. & ita cū
eo transit Bal. in d. l. Iul. ¶ Si ergo apparet eum qui noīe do-
mini Pet. dictū testem ꝓducit & examinare fecit, falsò alle-
gasse se habere mandatū non motus aliqua probabili rōne,
non possit talis actus ratificari à do. Pet. seqtur ergo, ꝙ dict.
do. Pet. vigore attestationis dicti Bernardi non potest de-
ferri iuramentum in supplementum ꝓbationis, quin imò
contra, dato ꝙ dictus testis ex toto semiplenè probasset, at-
tamen adhuc haberet iudex arbitrari, an ista quātitas esset
magna vel parua, attenta qualitate personæ actoris, nam si
ei videretur magna, non deberet iuramentū deferri, vt not.
gl. Bar. & alij, in d. l. admonendi. & gl. & DD. in d. c. fi. ¶ Nec
prædictis etiam obst. si diceretur, quòd est probatum plenè
per duos testes, s. per Bernabæum vltra Bernardum. quia re
spondeo, ꝙ Bernabęus non probat aliqd, quia non deponit
ꝙ Lazarinus confessus fuerit, se habuisse certam quantita-
tem bladorum, & sic obscurè deponit, & ideo non releuat.
c. in præsentia. de prob. l. Pomponius scribit si frumentum.
§. fin. de rei ven. no. Spec. in tit. de teste. §. 1. versic. item ꝙ te-
5 stis obscurè, &c. ¶ † Præterea quilibet dictorum testium est
singularis, ergo non possunt simul iungi. c. licet causam. de
prob. c. bonę. de elect. l. ob carmen. §. fin. ff. de testib. Ex aliis
etiam apparet euidenti inspectione, quod dictus vltimus
testis

testis nihil ꝓbat, ideo superuacuum est, super eius dicto latius insistere, eo præsertim, qa audio causam versari coram doctissimo viro. Concludo igitur, non esse deferendum iuramentum dicto do. Pet. in defectum semiplenæ probationis, nec per dictos duos testes esse probatum opportunè intentionem ipsius actoris. Alex. de Imol.

## ADDITIO.

a ¶ Sufficeret. Iaso. repet. l. admonendi. col. 69. ff. de iureiur. Felin. c. cùm causam. de testib.

b ¶ Factum. Alexan. consil. 39. col. fin. lib. 5.

## *SVMMARIVM.*

1 *Exceptio nullitatis non censetur sublata.*

2 *Habita ratione, verbum vel discretè vel iudicio, importat arbitrium boni viri.*

3 *Commissio si facta sit per verba importantia arbitrium boni viri, tunc seruari debent omnes regulæ iuris.*

4 *Dispositio superioris debet quantum potest intelligi, vt iuri communi conformetur, non dispensando nec inutile confirmando.*

5 *Verba nihil operantur, quando exprimitur quod tacitè inest, vel quando sequeretur intellectus contra ius commune.*

6 *Sententia lata eo instanti, quo quid petitur, non valet.*

7 *Sententia nō valet lata contra sententiam, quæ per desertionem transiuit in rem iudicatam.*

8 *Sententia quæ transiuit in rem iudicatam inducit notorium.*

9 *Exceptio nullitatis statim probāda impedit executionem sentiæ.*

## CONSILIVM XXXIII.

VISO themate super quo copiosè allegatum &
consultū est, ꝑ celeberrimum dominum suprà
consulentē, ideo pauciorib. agam. ¶ Primò ita
que videndum erit, an stante vltima cōmissio-
ne facta massario Mutinæ de expediendo, se-
cundum formā relationis do. consultoris illustrissimi prin
cipis, possit coram dicto massario opponi de nullitate vlti-
mæ sententię latæ contra Io. Ferrar. per iudicem appellatio
nis. ¶ Secundò erit videndū, an allegatæ exceptiones sint le
gitimæ, & concludentes ipsarum nullitatem, ēt quò ad im-
pediendum ipsam executionē sententiæ. ¶ Et circa primū
breuiter omissis argumentis concludo, ꝙ non obstantibus
verbis dictæ relatiōis, potest corā dicto massario opponi de
nullitate vltimę sententię iudicis appellationis Regij. Nam
relatio dictat fieri, qđ iuris sit habita ratione sententiæ vlti
1 mò latę ꝑ iudicem appellationis regij. † Nam non ob. verbis
illis primò & ante omnia debet videri, an illa vltima senten
tia sit lata, & sic, an sit aliqua vel nulla: hoc probari possit ex
pluribus. ¶ Et maximè ꝑ no. per Bar. in l. diuus. ff. de test. mi.
& no. per Bar. in l. 1. §. parui. ff. quod vi aut clàm. & Io. An. in
add. Spe. in ti. de sen. prola. §. vt aut. quæ incip. ad hoc. & Bal.
in l. 2. in 1. col. C. de excep. rei iudi. & cano. in c. item cum qs.
de restit. spol. vbi dicunt, ꝙ si ex forma statuti ꝓuisum est, ꝙ
contra sententiam vel instrumētum guarentigię nulla pos-
sit opponi exceptio, tamē semper poterit opponi, quod illa
non est sententia, vel istud non est instrumentum ratione a-
a licuius nullitatis. *a* ¶ Secundò, propter illa verba dicentia,
2 † habita ratione sñiæ, &c. nam illa verba important idem
ac si dixisset, habita discreta inspectione sententiæ, ita dixit
gl. in l. duos reos. §. 1. in ver. temporis. ff. de duo. re. si ergo est
commissum, ꝙ habeatur discreta inspectio sñiæ, non est du-
bium, ꝙ videtur cōmissum massario, ꝙ discretè & arbitrio
boni viri, tanq̄ iudex habeat respectū ad dictam sñiam. ver-
bum enim discretè non importat liberam potestatem, sed
arbitrium boni viri, vt not. Lap. & Ab. in c. 2. de iura. cal. li. 6.
& Ant. de Bu. & alij. post eum in c. 1. in vl. col. de const. & Bal.
in l. si. ad fi. C. de iu. do. impe. ¶ Quod ꝓbatur, quia verbum
discretio, importat idem quod iudicium, in l. cùm prętor. §.
1. in verbo, iudicio. cum gl. de iudic. vbi vult, ꝙ arbitrium &
discretio idem sint, alle. no. in c. quintauallis. de iureiu. ¶ Et
verbum iudicio, importat arbitrium boni viri, quod proba
tur in l. Thais. §. Lucius. in vers. arbitrium. ff. de fideicōmis.
lib. secundum verum intellectum, quem posuit Bar. in ex-
trauag. ad repri. in verbo, videbatur. & Ant. de But. & Io. de
Imo. in c. 1. de const. & Io. de Lig. & Pe. de Anch. in Cle. sæpe.
de ver. sig. & Io. de Imol. in l. si sic. in prin. ff. de lega. 1. & Lud.
Ro. in Rub. ff. de arb. & probatur in c. illud. in ver. iudicium.
3 de cler. excom. & c. inter corpora. in fin. de translatio. ¶ † Et
vbicunq; aliquid committitur alicui per verba importātia
arbitriū boni viri, tunc debet seruare oēs regulas iuris cōis,
vt no. Bar. in d. extrauag. in verbo, videtur. & Ant. de But. in
c. 1. de cons. & Angel. in l. & si post tres. in 11. col. ff. si quis cau.
Pe. de Anch. & Io. de Lig. in d. Cle. sæpe. ar. l. 1. ff. de arb. ¶ Ad
confirmationem huius argumenti secundi, bene facit text.
l. si id quod dominus. ff. de condi. indeb. cum gl. in verb. ra-
tio, vbi accipitur pro iure, vt ibi. in c. causam quæ. el 2. in fin.
& c. exhibita, in fi. cum si. de iud. Et sic perinde est, ac si massa
rio commissum esset, quod facit quod iuris sit, habita ratio
ne vel inspecto iure dictæ sententiæ, & nō est dubium, quod
verbum ratione, id est, iure importat arbitrium boni viri. l.
4 pe. ff. de iust. & iur. ¶ † Tertiò probatur, qa cùm fieri potest,
semper dispositio superioris, debet interpretari, vt nō intel
ligatur superior dispensare, nec inutile confirmare, sed po-
b tius cōe ius *b* sequi. vt not. Inno. & Io. An. in c. dudū. de deci.
quod dictum sequitur ibi An. de Bu. dicens, ꝙ illud dictum
de facili alibi non reperitur. & idem dicit Bald. in l. bonorū.
in 1. col. C. qui admit. facit quod no. Inno. in c. innotuit. de
elec. & no. An. in l. bene à Zenone. C. de quad. præscr. ¶ Nec
ad hoc obstat, si diceretur, verba debent interpretari, vt ali-
quid operētur. l. si quando. de leg. 1. c. si Papa. in prin. de pri-
ui. in 6. sed si dicta verba habita ratione sententiæ interpre-
tantur illo modo quo dixi, nihil operarētur stantib. aliis ver
bis, videlicet fiat quod iuris est. qa ad hoc respondeo, secun
dum quod dicit Io. An. in c. solitæ. super gl. in verb. tanquā.
5 de maio. & obe. videlicet † quod illud fallit, nisi verba expri
mant illud quod tacitè inerat de iure. l. non rectè. C. de fide
ius. l. 3. ff. de leg. 1. ea enim quæ dubitationis tollendæ cā in-
seruntur, non lædunt ius cōe. l. q mutuam. in prin. ff. mand.
sed hîc fuit facta expressio eius quod tacitè inerat, per eum
modum quo inerat: patet, qa ista verba, habita ratione, sunt
verba importantia arbitriū boni viri & ius cōe, vt probaui.
Quandoq; enim fit expressio specialiter, qa magis animad-
uertitur ad id, qđ specialiter iniungitur, quā ad id quod ge
neraliter interpretatur. c. si. ad ver. de hæ. 23. dist. q̄q̄. ¶ Item
respōdeo, ꝙ licet regulariter verba debēt interpretari, vt ali
qd operētur. tamen fallit secundū Dominicū de sanct. Ge-
mi. in d. c. si Papa. quādo verba q̄ exprimūtur, si intelligeren
tur eo mō quo fit expressio, resultaret cōtrarius intellectus
iuri cōi, vt est tex. in l. cām quæ. de rescri. sed ita est in ꝓposi-
to, ergo, &c. Circa secundū principale dubiū, videlicet, an
allegatę exceptiones nullitatis, de quib. in themate sint legi
timæ exceptiones concludentes nullitatē, ꝑsertim illa alle-
gata exceptio nullitatis q̄ surgit ex eo, ꝙ illa vltima sñia fuit
lata contra sñiam ꝑcedentem, q̄ transiuerat in rem iudicatā.
nam ante illam vltimā sñiam lata fuit vna alia sñia per iudi-
cem appellationum Mutinę, q pronunciauit partem aduer
sam incidisse in pœnam, non aūt ipsum Io. & licet à tali sñia
fuerit appellatum, tamē deserta fuit appellatio, secundum
formam statutorum, quia libellus appellatorius non fuerit
ꝓductus in termino statuti, & nō seruatis seruādis. & quan-
quam iudex appellantē restituerit, tamē, vt in puncto rectè
dictum est, non valuit illa sñia, qua fuit restitutus appellās.
6 † qa præsumitur lata sine causę cogōne, attento, ꝙ eo instāti
c *c* quo fuit petita restitutio, fuerit lata sñia super restitutio-
ne. c. cum ex literis. de resti. in integ. not. Bar. in l. prolatam.
in fin. C. de sen. & Spe. in tit. de sen. prola. §. qm̄. ver. oppone
ꝙ iudex. & ibi Spec. non loquitur magis in diffinitiua, q̄ in
interlocutoria. nam eadem ratione qua reddetur nulla dif
finitiua sententia, si iudex leuato velo fulminatus ꝑcessit,
quia tunc non præsumitur processisse cum causæ cogōne
quę est necessaria. l. ex stip. C. de sen. & l. 2. de sen. ex peri. rec.
eodem modo interlocutoria, si eadem hora expedietur, q̄
est præiudicialis, nam etiam in interlocutoria præiudiciali
necessitas est de subā causæ cogō. l. à procedente. C. de dil.
not. Bar. in l. quod iussit. in pen. col. ff. de re iud. & l. ne quic
quam. §. vbi decretum. ff. de offic. procon. ¶ Vnde per dictā
desertionem sñia transiuit in rem iudicatam. l. fi. §. illud. C.
7 de temp. appel. l. si causa. C. eo. tit. ¶ † Et sic sñia lata contra

snīam q̃ per desertionem transiuit in rem iudicatam, non valet, & est nulla, vt est gl. ordi. in Cle. appellanti. in verbo, appellatus, de appel. & not. Host & alij in c. ex rōne. de ap. ¶ Et licet d. Ant inibi in q. 8. dicat hoc verum, nisi post desertam appellationē iudex appellationis ꝓnunciet se iudicē competentē, & tempus non esse decursum ꝑ id, quod no. Compost. in c. sup literis. de resc. & Io. in c. si duob. de app. Spe. in tit. de citatione §. 1. ver. antepen. ergo in ꝓposito valuit snīa iudicis appellationis, q̃ concessit restitutionē in integrum aduersus desertionem, & postea diffinitiuè pronunciauit, ergo ꝓcedens snīa iudicis appellationum Mutinæ, nō transiuit in rem iudicatā, qa respondeo ex his quæ not. ipsemet Ant. de Bu. in d. c. ex ratione. in 8. q. in fi. vbi dicit, quod ꝑdicta ꝓcedunt, nisi manifestè appareat, ꝙ iudex ille appellationis non esset amplius iudex. alle. no. per Fed. in con. 286. sed ita est in ꝓposito, qa constabat appellationem esse desertam, & iudex leuato velo, & sine cognitione restituit appellantē. ¶ Secundò respondeo, ꝙ contrarium ꝓcedit, quādo iudex validè ꝓnunciasset, se iudicē competentem & tempus non esse decursum, sed in ꝓposito iudex in causa restitutionis ꝓnunciauit nulliter, qa causa non cognita ꝓnunciauit præsupponendo, ꝙ appellans non fuit confessus tale qd ꝓpter quod restitutio concedi potuisset. ¶ Ex prædictis ēt infertur, ꝙ vltima sententia etiam fuit nulla. ¶ Ad quod ostendendum adduco inter cętera q̃ adduci possent, ea quę latè no. Ant. de Bu. in c. ab excōicato. de rescri. vbi in illo articulo, an sententia lata contra snīam quæ transiuit in rem iudicatam, sit nulla indistinctè, siue in eadem instantia feratur siue in diuersa. concludit concordando opi. q̃ variæ fuerunt, vt ibi plenè refert, ꝙ si sententia lata est, contra sententiam quę nullo remedio rescissiuo poterat reuocari, sit nulla, tanq̃ lata contra notorium, iuxta no. in c. inter cætera. secundum vnum intellectum. extra. de re iud. dum tamē constat, quod iudex fuerit certificatus de snīa, & nihil de validitate sententiæ ꝓbabiliter reuocatum fuit in dubium. secus si non fuerit certioratus, vel fuit ꝓbabiliter reuocatū in dubio de inualiditate dictæ sententiæ, vt ibi ꝑ plura cōprobat. Et istud scilicet ꝙ debeat considerari, an fuerit reuocabiliter reuocatū in dubio de inualiditate sententię, est de mente Fed. in d. consil. 286. & Ant. de But. in d. c. ex ratione. in 8. q. Sed ita est ꝙ nulla erat probabilis dubitatio, q̃n dicta snīa transiuerit in rem iudicatam, vt superius est ostensum, ergo snīa contra illam lata non tenet. & idem tenuit Ant. de But. in c. pastoralis, in prin. de rescri. & sequitur ibi Io. de Imo. in 13. col. per ea quæ ibi Inno. & in c. cum M. de consti. ¶ Et firmat hoc ēt Ant. de Bu. in c. inter monasterium, in vlt. col. de
8 re iud. vbi dicit, † ꝙ sententia quæ transiuit in rem iudicatā,
d inducit notorium, *d* in c. fi. de coha. cler. & mulie. & sentētia lata cōtra notoriū est nulla, vt no. in c. Romana. in §. 1. de sen. excom. in 6. vt not. Inno. in c. fraternitatis, de frig. & malefi. & in c. cum nostris. de conces. præb. & probatur in d. c. inter
9 cæteras. ¶ † Et talis exceptio nullitatis impedit executio-
e nem *e* sententiæ, quia potest incontinenti probari per inspectionem actorum. l. si ꝑtor §. Marcellus. ff. de re iud. l. fi. C. si
* ex fal. instru. vt est not. opinio * cōis Doctorum vbiq;. & tanto ꝓnior debet esse iudex, ad non exequendam dictam sententiam, quia constat illam esse iniustam, vt not. Innoc. in c. cum R. in fi. de off. deleg. Constat autē dictam snīam esse iniustam, qa in instrumento treugæ nullus est stipulatus pœnam ad commodum cameræ fiscalis, vt not. Bart. in l. arbiter intra certum. ff. de arb. & in l. 1. in prin. ff. de iure fisci.

ADDITIO.

a ¶ Nullitatis. Gemi. Phi. c. si quando. de rescrip. in 6.
b ¶ Cōe ius. Alex. Ias. l. quanquā. l. in testamento. C. de testa. mili. Cæpol. cons. ciuilium cons. 5. in fi. Cor. cons. 167. col. 2. li. 2. Ias. cons. 1. col. pe. li. 1. Alci. trac. præsum. Reg. 3. ꝓsum. 36.
c ¶ Eo instanti. Adde in lib. 2. consil. 118. col. 2.
d ¶ Notorium. Bald. l. is cui. ff. de testa. Ias. l. si verò. in fi. ff qui satisd. cog. l. fi. in fi. princ. ff. si cert. pet. l. sed & si possessori. in fin. ff. de iureiu. l. 1. col. fi. lect. 2. C. de sum. Trin. limitat Dec. c. at si clerici. in princ. col. 2. de iud.
e ¶ Executionem. limita in lib. 5. consil. 83. in fin.

*SVMMARIVM.*

1 *Confessio circa probationem statim reuocari potest.*
2 *Alias, verbum, refert similem qualitatem.*
3 *Supplicatione sola nō dicitur contrauentū, nisi quis vsus fuerit.*
4 *Citatione sola non dicitur contrauentū, si citatus nō comparuit.*
5 *Acceptatio & prorogatio compromissi non astringit, nisi à notificatione.*
6 *Dilatio non currit, nisi à notificatione.*

## CONSILIVM XXXIIII.

VISO themate suprascripto. ¶ Quamuis prima facie videtur dictum Ant. incidisse in pœnam compromissi, quasi venerit contra ꝓmissa supplicando principi de alio iudice dando per id quod legitur. & no. in l. si qs maior. C. de trans. & ꝑ Bart. & alios in l. amplius non peti. ff. rem ra. ha. per casum, in c. si diligēti. de fo. comp. Tamē in ꝓposito puto contrarium esse de iure verius. sc. ꝙ verba ꝑdicta prolata per d. Ant. in cancellaria Regij non dicatur esse ꝓbatū, ipsum contrauenisse cōpromisso, & in pœnā incidisse. & moueor infra scriptis. Et primò, qa dictus Ant. ꝓlatis illis verbis primò dictis, & And. verbis dicti Zanoti, implicauit ꝙ nil aliud dixerat principi, nisi ꝙ succurreret indēnitati suæ. vnde si Anto. postq̃ ꝓtulerit illa prima verba, correxerit se incontinenti, anteq̃ d. Ant. seu cancellarius redigeret in scriptis, videtur
1 ꝙ dictam reuocationē facere potuerit, † qa pars pōt reuocare confessionē suam incontinenti, ēt absq; ꝓbatione er-
a roris, si tpe quo incontinēti *a* reuocauit, nondum erat redacta in scripturā, vt est gl. not. 32. q. 1. in c. apud misericordiā. & gl. & DD. in c. fi. vers. iusta causa, de iureiu. lib. 6. & no. Bal. in l. edita in 31. col. de eden. in repe. Patauina. & Host. Io. An. Ant. de Bu. in c. ex literis. de diuor. do. Ab. in c. præterea. de test. cog. in l. char. facit quod not. gl. in c. epm̄. de const. ergo si attendimus dictā reuocationē quæ attendi debet, si fuit incontinenti facta anteq̃ redigeretur in scripturam, sequitur ꝙ non dicitur Ant. contrauenisse compromisso, qa dato ꝙ dixisset principi. ꝙ consuleret indēnitati suæ in talib. verbis generalib. non comprehendit aliq̃d ꝑp quod proferens illa verba generalia, possit in pœnā incidere. l. si ꝓcurator. & ibi not. per Bar. ff. de cond. inde. l. fin. ff. quod quisq; iur. l. pater. ff. quæ in frau. cre. & not. Bart. in l. codicillis. §. institutor. ff. de lega. 2. facit l. obligatione generali. ff. de pig. l. 1. C. q̃ res pig. ob. pos. & qđ habetur in cle. non pōt. de ꝓcu. ¶ Secundò moueor, qa ad hoc, vt ꝑ illa verba primò ꝓlata ꝑ Ant. dici possit eum incidisse in pœnā, oportet apparere ꝙ factū esset compromissum ꝑdictum in d. Baldas. eo tpe quo Ant. dixit, principi illa verba: qa nondum erat factum compromissum. vnde non pōt dici, ꝙ ꝑ illa verba ventū fuerit contra compromissum, qđ nondum factū fuisset. vnde fundamentū intētionis Zanoti est, ꝙ dicta verba fuerint ꝓlata tpe quo iam factū erat comꝓmissum, ergo debuit Zanotus probare quod tpe quo Ant. ꝓtulit dicta verba principi iam erat factum compromissum, aliàs illa ꝓbatio non releuaret Zanotum. l. matrē. C. de prob. l. eum actū. ff. de neg. ges. & not. in cle. si. de resc. & no. Bar. in l. nō solū. §. sed vt ꝓbari. in prin. ff. de ope. no. nun. Nec ob. si diceretur, ꝙ ex ꝓlatione ipsorum verborum satis apparet, ꝙ fuerat iam factum compromissum in dict. Zanotum, qa Ant. dicit principi ꝙ supplicabat ꝙ sua excellentia in illa cā q̃ erat cum d. Ant. & fratribus vellet dare vnum alium iudicē, & princeps respond. come Baldasar Scaio la non la spaza: Ant. resp. el me tiene in tempo. qa dico, ꝙ ꝑ certo illa verba non inferunt, ꝙ eo tpe factum esset compromissum in d. Baldas. patet: qa verba Anton. indicant potius, ꝙ Baldasar eēt iudex delegatus q̃ arbitror ex compromisso, patet, quia d. Ant. supplicabat principi, ꝙ vellet sibi dare vnum alium iudicē. pondero illud verbum alium, quod verbum implicat ꝙ ille qui tunc vel ante
2 erat cognitor, ēt erat iudex, † quia illa dictio *b* iudex, impli-
b cat de suo primo significato quod præcedens esset iudex. c. fin. in ver. alij mendicantes. & ibi no. Arch. de pac. in 6. & l. 2. de coll. & not. in l. solum. ff. de vsuca. & verba in dubio debēt accipi propriè. l. 1. §. si is q nauem. ff. de exerc. & l. non aliter. de leg. 3. cum vulg. ergo non intelligitur de Zanoto arbitro

vel arbitratore: qa arbiter vel arbitrator nō dicitur iudex. à diuo Pio. in prin. de re iu. l. fi. C. de iud. c. cū dilectus. de arbit. c. vno delegatorum. de of. del. ¶Pręterea licet princeps tunc reſpondit p hęc verba, videlicet come Baldaſar Scaio la nō la ſpaza. &c. nō includunt de neceſsitate, qđ Baldaſar p̄dictus tunc eſſet arbiter in dicta cā: qa dicta verba principis, varijs modis intelligi potuerūt de expeditione Baldaſaris: puta p viam compōnis, & concordiæ tractandæ de voluntate partium: vel vigore alicuius cōmiſsionis datæ d. Baldaſari ab alio, q̃ à partib. & ſic non eſt verum, ꝙ dicta verba de neceſsitate includāt, quod tunc tēporis eſſet factū compromiſſum p̄dictum: ꝓbatio aūt debet de neceſsitate concludere, vt in c. in p̄ſentia. de probat. quinimò ad hoc, vt qs incurrat pœnā, oportet ꝓbationes eſſe liquidas & aptas, vt dicit Bal. in l. 1. in 3. op. C. de his q̄ pœ. no. facit l. fi. C. de probat. ¶Tertiò principaliter moueor, ꝙ illud, quod dicitur
3 †ꝙ p ſupplicationē factam principi videtur ſupplicans contrauenire: debet intelligi, ꝙ quando quis ſupplicauerit & impetrauerit: & ſic ſupplicatio fuerit cum effectu: ita declarat Paul. de Caſt. in p̄alle. l. ſi qs maior. C. de tranſact. vbi fortius dicit, quod ad hoc, vt talis ſupplicans incidat in pœnā, & dicatur contrauenire: reqritur ꝙ impetrauerit reſcriptū delegatorium, ꝙ vſus ſit reſcripto: & dicit quod iſtud eſt verius. facit qđ no. Hoſt. & Io. An. in c. ex conq̄ſtione. de reſt. ſpo. vbi p plura cōcludunt, quod ſi actor impetrat reſcriptū delegatoriū, & voluit illo vti: nō poterit reus illud reſcriptū allegare, & vti inuito actore, vt no. Bal. in l. 1. C. vt lit. pen. & in l. poſtq̃ liti. ad fi. C. de pac. ¶Et ꝓ hoc etiam bene facit id, quod no. Bal. in l. quāuis. C. de in ius voc. vbi voluit p illum
4 tex. †ꝙ ſi qs in contractu ꝓmiſit pœnā ſi veniret cōtra contractū: & talis ꝓmittēs poſtea facit citari eum, ad aliqd qđ erit contra p̄miſſa in d. contractu, certè p ſolā citationē nō incidit in pœnā iſte, q citare fecit, ſi citatus nō cōparuit, & ipſe aduerſarius citatus nō fuit in cōmodo: itaq; dictus Zanotus p talē ſupplicationē non fuit incommodatus, nec iniuriatus; non pōt dici ex hoc qđ pœna ſit commiſſa. ¶Pręterea hoc in ſpē decidit gl. in d. l. ſi qs maior. ver. ſupplicādo. q̄ intelligit ꝙ p ſupplicationē. ſ. cū impetratione committatur pœna, impetrare autē non dicitur ille, q obtinet reſcriptum ſup eo qđ ſupplicauerit. l. 3. in prin. ff. qđ qſq; iu. & l. 3. §. 1. ff. de bo. li. c. fi. de excep. & c. 1. de reſcri. in 6. cum ſi. Sed Ant. non impetrauit à iudice, ergo, &c. Ex qbus oībus concludo Ant. p p̄dicta in pœnā non incidiſſe. & multipliciter patet eſſe reſponſum ad d. l. ſi qs maior, p̄allegatā. fortificātur etiam p̄dicta p id quod voluit gl. in l. ſi cùm dies. in prin. iuncta gl. 1. ff. de arb. p quam gl. dicit notanter Bal. ꝙ compromiſſum non dicitur eſſe ante acceptationē: ita dicitur in themate ꝓpoſito, quod nondum erat acceptatum comꝓmiſſum tempore, quo fertur dictum Ant. dixiſſe dicta verba principi, ergo, &c. ſupiora tamē fundamēta mihi melius
5 placēt. ¶Sup eo aūt quod vltimò q̄ritur, ſ. †an ſtāte ſtatuto ꝙ inſtātia comꝓmiſſi currat à die acceptationis comꝓmiſſi: intelligitur incepiſſe currere à die, qua arbiter ſcripſiſſe dicitur dictas literas poteſtati Bagnoli, qm̄ ſonat in acceptationē: an verò die qua apparet p publicum inſtrumentum acceptaſſe, qua die partes inceperunt acceptare corā arbitro, & habere notitiā acceptationis. reſpondeo breuiter, ꝙ quoad partes, & quo ad ipſam inſtantiā decurrēdam partib. non debet attēdi tēpus dictarum literarum, attēto ꝙ tunc de illa acceptatione priori nihil vnq̃ fuit notificatū partib. ante tēpus, quo facta fuit acceptatio, de qua tunc facta fuit publica ſcriptura. ¶Hoc ꝓbatur p ea q̄ decidit Bal. in l. eos. §. apoſtolos. C. de appel. ver. q̄ro nunqd iudex. vbi inqt ſe conſuluiſſe, ꝙ licet ex clauſula poſita in comꝓmiſſo, quod arbitri poſsint ꝓrogare abſentib. ignorātibus partibus comꝓmiſſum, tamē niſi talis ꝓrogatio notificetur, videtur doloſè feciſſe arbiter; & talis ꝓrogatio non aſtringit litigātes niſi notificetur: allegat no. p gl. pe. in d. Cle. 1. de appel. & in l. 2. C. de decu. li. 10. idē ſeqtur Bal. in d. l. eos. §. apoſtolos. ¶Ita in ꝓpoſito ſi arbiter acceptauit ſecretè, & partib. non notificauit, videtur doloſè & culpabiliter agere: & talis acceptatio non aſtringit litigātes ad ꝓcedendū anteq̃ fuerit eis notificatū. ¶Et idē videtur in effectu velle Bal. l. 1. C. de ſent. ex peri. recit. in ver. q̄ro an interlocutoria, vbi dixit, ꝙ habēs poteſtatē ꝓrogandi comꝓmiſſum, pōt facere nulla parte citata: qa talis ꝓrogatio non eſt ꝓpriè ſnīa, ſed q̄dam exceptio pacti conuēti: tamē ſecundū eum debet ar-
c biter iſtam ꝓrogationē notificare c partib. p ſeipſum, vel p nunciū aut epiſtolā. alle. l. diē ꝓferre. in prin. de arb. idē voluit Bal. in Aut. ei q. C. de temp. app. ¶Pro iſta concluſione ēt adduco tex. in l. 2. C. vbi in rē ac. p quem dicit ibi Bal. in 1.
6 col. ꝙ in caſib. in qbus pōt ſtatui †dilatio abſenti non p̄iudicat talis aſsignatio dilationis: niſi cùm notificetur abſenti. Bal. etiā in c. pe. C. q accuſa. dicit ꝙ abſenti & ignoranti nō currit terminus niſi à die notificationis. allegat id qđ no. 1. q. 1. in ſum. idē no. Bal. in l. 1. in pe. col. ff. ſi qs cau. vbi ad hoc allegat plura & notanda verba Bar. in l. Labeo. p illum text. cum gl. ff. de iureiu. Bal. in l. 1. in fi. C. de temp. appel. ad hoc tex. & gl. 10. q. 1. de his. debet ergo ſubaudiri tēpus ſcientiæ ſuæ notificationis: qa aliàs partib. nō poteſt imputari negligentia: vt plenè not Bart. in l. genero. p illum tex. de infa. & in l. quinquaginta. C. de excu. tu. & ibi no. gl. & Bald. in d. l. quandiu. C. qui admitti. cum infinitis concordantijs.

ADDITIO.

a ¶Incontinenti. Bart. conſil. 88. confeſsio. lib. 2. ſecundum veterem impreſsionem, quod eſt conſil. 41. lib. 4. in nouis.
b ¶Alius. adde in conſil. 204. col. 2. lib. 2.
c ¶Notificare. latè Iaſ. l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 9. nu. 56. de offi. proc. & l. vltra quem. Curt. ſenior conſ. 31. conſil. 32. Bald. conſil. incip. Nobiles viri. col. fin. quod eſt conſil. 219. lib. 1. ſecundum veterem. & conſil. verò :01. lib. 3. ſecundum nouam impreſsionem, cum duobus conſil. ſequentibus. Alex. conſil. 63. lib. 3. Fel. c. cum olim. col. 8. not. 3. de re iu. Dec. conſil. 39. col. 1. conſil. 169. col. 2. Hip. de Marſil. repet. l. de vnoquoq;. nu. 63. de re iud.

## CONSILIVM XXXV.

Lege in lib. 2. conſil. 179. vbi correctius habes.

## CONSILIVM XXXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumitur in dolo qui alium poſſeſſione ſua vti prohibet.*
2 *Præſumptio mandati non cadit ſine ſcientia & patientia.*
3 *Conductitij laboratores quando non excuſantur.*
4 *Poſſeſſor poteſt ab alijs in ſuo factum deſtruere.*
5 *Satutū prohibens mouere quæſtionē. intelligitur etiā excipiendo.*
6 *Poſſeſſor iniuſtus agit vti poſſidetis contra tertium.*

VIſis ijs quæ p dominos aduocatos reorū adducta ſunt ꝓ reſponſione eorū, & ꝓ reſponſione eorū quæ ꝓ parte noſtra allegata fuerūt, paucis officiū meum abſoluam: tum ꝓpter rei euidentiā: tum ꝓpter p̄ſtantiā dominorū iudicare debentiū. ¶Non ob. vtiq; in primis, dū dicitur, ꝙ reqritur dolus dato, ꝙ non reqratur lata culpa, tamē dicti accuſati p̄ſumuntur debuiſſe dictos de Brucis deſtruere ſeraleā, quā rei fecerūt bona fide rōe officij caſtaldionis: qa vt laboratores domini Spinetę hoc fecerūt, p no. in l. in rē. §. tignū.
1 ff. de rei ven. & qa ipſimet ſeraleā fecerūt: † qa reſpōdeo, ꝙ in dubio p̄ſumuntur dicti accuſati fuiſſe in dolo eò ipſo, ꝙ aliū poſſeſsione ſua vti ꝓhibēt: qa illud qđ ſciunt ſuum nō eſſe, intelligunt ad aliū ptinere. l. fi. C. vnde vi. & qđ ꝓhibere aliquē vti re ſua dicitur eſſe de genere ꝓhibitorū, & inferre iniuriā, & vim turbatiuā. l. apud Labeonē. §. ſi qs bona. & ibi Bar. de iniurijs. Bar. in l. ſi qs opas. ff. de ope. lib. & in his quę ſunt de genere prohibitorum, in dubio p̄ſumitur dolus. l. ſi non conuicij. C. de iniu. c. 1. de p̄ſum. ¶Non ob. ꝙ tanq̃ laboratores caſtaldiones domini Spinetæ hoc fecerūt: qa reſpondeo: primò, ꝙ non eſt ꝓbatum, ꝙ caſtaldiones ſint ſeu laboratores conſtituti ad hoc à domino Spineta. ¶Nec obſtat ꝙ aliqui teſtes aſſerant, ꝙ reputantur caſtaldiones: qa dico, ꝙ reqrebatur probatio: vel ꝙ dominus Spineta conſtituerit eos caſtaldiones ad hoc, vel quod ſciente & patiente domino Spineta geſſerunt ſe in hac re ꝓ caſtaldionibus
2 ſuis: †aliàs ſine ſciētia & patientia non cadit p̄ſumptio mandati. l. 1. §. magiſtrum. ff. de exer. & l. 1. §. ſcientiā. ff. de tribu. l. fi. ff. ꝙ cum eo. c. olim. de of. del. no. Inno. in c. ex parte de-

cani. de rescrip. sed ista minimè sunt ꝓbata. ¶Et per hoc pa
tet nõ obstare id quod no. in d. §. tignũ. & sic dato ꝙ ꝓbarẽt
dominũ Spinetam habuisse ius, tamẽ ex eo quod nõ fece-
runt mandato suo, nõ posse excusari quoquo modo, etiã si
illi de Brucis haberẽt iniustissimã possessionẽ: qa quoad di
ctos accusatos nõ potest dici iniusta. l. 1. in fi. cum l. seq. ff. vti
pos. c. in literis. de rest. spo. ¶Nec p̄dictis obstat id quod ha
betur in l. si vicinus. C. de nup. in fi. vbi sufficit, quem ꝓbare
fuisse reputatum filium alicuius, vt ꝓbetur filiatio: qa illud
ꝓcedit, quando difficilis est probatio in his quæ non pen-
dent à cõsensu alterius: secus si pẽdent à consensu alterius:
vt est mandatum: qa requiritur ꝓbari de scientia & patien-
3 tia, in dictis legib. ¶†Præterea dixit sing. Ang. in Auth. vt
omnes obediant iudici. in prin. in 3. col. vers. ꝙ illud. quod
no. in d. §. tignũ. ꝓcederet quãdo aliquis nulla ꝓbabili resi-
stentia sibi facta aliqd ageret in re aliena iussu vel mandato
alicuius: sed vbi vellet aliqd agere in re aliena contradicẽte
aliquo, tunc iussus vel mandatũ alterius eum nõ excusarẽt:
& idem dicit Ang. in d. §. tignũ. dicens se habuisse de facto.
allegat l. si fundus sciens. C. de rei vend. ¶Idem etiam tenet
Ioan. de Imo. in l. de pupillo. §. nunciationẽ. & in §. si qs for-
tè. in fi. ff. de ope. no. nun. per ea quæ ibi no. gl. sed dicti accu
sati ꝓhibuerunt per vim, & cum resistẽtia dictos de Brucis
se reparantes: & etiã contradicẽtes dictis accusatis ne ꝓhi-
berent: & sic fuit actus gestus cũ contradictione & resisten-
tia, vnde non habet locũ excusatio, de qua habetur in d. §.
a tignũ. a¶Fortius ꝓbãt testes, maximè nostri Bon. Iacobus
Acarter, quondã filius ser Zapri in primo testificatu. Bart.
verò & multi alij fortè 15. vt in cõpendio fit mentio, ꝙ fama
publica est, ꝙ illæ res spectabãt ad dominos possessionis de
Lagauila: ergo nõ potuerũt p̄tendere ignorantiam, nec se
excusare dicti accusati: qa non possunt allegare se ignorasse
id, de quo erat publica fama: vt no. in l. si tutor petierit. de
peric. tut. in Auth. qũo. oportet episcopos. in fi. & in c. si. qui
matri. accu. possunt. & no. in l. 1. ff. de recep. plenius per Bar.
in l. is potest. ff. de acq. hęr. ¶Item accusati erant vicini in lo
co, vt testes deponũt: ergo p̄sumũtur sciuisse dictos de Bru
cis posidere. l. si ita. in fi. ff. de fundo instruc. c. quosdam. de
præsum. & vbicunq; apparet ex [illegible] qua pręsumptione, ꝙ Ti
tius sciebat me habere ius in re ipsa, quanquam de mãdato
alterius in dicta re aliqd faciat, nõ excusatur à dolo: nec ha
bet locũ id quod no. in d. §. tignum. ita inqt Sal. in l. nõ ideo
minus. in q. 2. C. de accu. ¶Itẽ vnus ex dictis accusatis, vide-
licet Peregrinus confessus est dicta pascua esse illorum de
Brucis, vt patet etiã in remissione petitionis, accusę petitæ
per ipsum Peregrinũ, vt in actis apparet: & sic nõ potest ipse
Ioan. refricare & ignorantiam allegare. ¶Et ex his apparet
multipliciter respõsum esse ad id quod dicit pars aduersa,
videlicet ꝙ accusati prædicti fecerunt, vt conseruarent ius
domini Spinetæ: quia dico, ꝙ ad eos non spectabat hoc fa-
cere: tum quia ad hoc mandatum non habebant: tũ etiam
dato ꝙ haberent, tamẽ stante contradictione dictorum de
Brucis, non licuit istis turbare illos de Brucis vti re ad eos
pertinente, stante etiam fama, & his de quib. expresè dixi.
¶Non obst. ꝙ dicti accusati fecerunt illam seraleam, & sic
debuit deiecto licere turbare deiectorem. vt no. in l. 1. C. vti
posidetis. & in l. 1. §. quod ait pretor. & ibi Bar. ff. vti pos. qa
respondeo, ꝙ vbi sum deiectus de possessione mea, possum
etiã ex interuallo turbare, & non dicor expellere deiectorẽ
meum, vt ibi habetur: sed in casu nostro accusati nunquam
fuerunt deiecti à possessione sua per illos de Brucis: qa ac-
cusati nullam possessionẽ in re ista habuerũt, & si seraleam
fecerũt, non per hoc acquisiuerunt possessionẽ suam: quia
possessio erat primò ante constructã seraleã apud ipsos de
Brucis: vnde per constructionẽ seralee non amiserũt illi de
Brucis possessionẽ suam: qa retinebant saltẽ ciuilem. no. in
4 l. clam posidere. §. fi. ff. de acq. pos. †vnde postea volẽtes vti
possessione sua in re sua, potuerũt ꝓpria autoritate destrue
re id quod factum fuerat in re sua. l. quemadmodũ. §. si ꝓte-
ctum. ff. ad l. Aquil. & l. si vitem. §. si ad ianuam. ff. quod vi aut
clam, per Bar. in l. de pupillo. §. meminisse. de ope. no. nunc.
Item faciendo dictam seraleam fuerũt in dolo præsumpto
ijsdem rationib. quibus dixi eos esse in dolo ꝓhibendo: qa
fecerant in eo quod non erat ipsorum qui accusati sunt: er-
go debebant scire ad alium ptinere. & ex suprà scriptis pa-
tet, ꝙ non esset necesse respõdere ad principalia fundamen
ta, tamẽ non pigebit particulariter ad singula respondere.
¶Non ob. dũ vltra alia fundamenta adducebatur decretũ
iuncto statuto, ad quod respondet pars aduersa, ꝙ statutũ
prohibet tempus p̄fixum à cridis aliquẽ agere, sed pars ad-
uersa non agit, imò nos agimus vt in possessione manu te-
neamur: qa respondeo primò ꝙ statutum habet vnum ca-
put generale, aliud speciale. primum est, ꝙ post tempus cri
darum manuteneatur emptor in ipsius possessione, per po
testatem ciuitatis Ferrarię. Secundum est caput speciale, ꝙ
post annum non audiatur volens litẽ vel quæstionẽ moue-
re: vnde non potest negari exceptio ex generali capite di-
sponente, quod emptor in possessione manuteneatur, hoc
modo, videlicet quod turbare volens posit conueniri tan
quam inquietans post tempus cridarum. hoc ꝓbatur in l. 1.
per totam. ff. ne vis fiat ei. vbi vult ꝙ missus non intelligitur
solùm, si alius velit agere contra eum in iudicio; sed etiam
si aliqs iudicialiter eum molestauerit, posit conueniri &
condẽnari, siue etiam consideremus secundum caput dicti
statuti, & ad hoc dico, quod illud caput habet locum in reo
conuento: ꝓbatur ex no. per glo. & doct. in l. ita. vt si fur. ff.
commo. vbi gl. dicit, ꝙ si ille qui rem cõmodauit, agat con-
tra commodatarium actione commodati ad rem, non po-
test commodatarius repellere actorẽ mouendo quæstionẽ
dominij: puta opponendo ꝙ commodans subtraxerat fur-
to rem illam, quam postea commodauit, & quod non erat
dominus: ecce ergo ꝙ reus opponendo exceptionem dici-
5 tur mouere quæstionem; &† sic dictum statutum disponẽs,
quod post annũ nullus posit mouere q. habet locum etiã
in eo qui moueret quæstionem non solum agendo, sed etiã
excipiendo. ¶Non ob. contractum habitum à camera, ad
quod respondeatur ad l. bene à Zenone, cum si. & dum di-
cit pars aduersa, ꝙ nõ fatemur rem esse ecclesiæ: qa respon-
deo & dico, dato ꝙ dominium directum sit ecclesiæ, tamen
vtile quod erat apud Gremoninum, fuit translatum in ca-
meram. ¶Non ob. dum dicitur, ꝙ filij domini Ludouici e-
rant pupilli, & sic contra eos non potuit currere p̄scriptio:
qa negatur ꝙ illo tempore esset mortua domina Ludouica:
imò viuebat, vt apparet ex responsionib. factis ad positiões
secundo loco ꝓductas in actis Francisci Bardellæ notarij.
¶Non ob. ꝙ camera non possedit, qa contrarium est verũ,
qa camera accepit tenutã, vt constat p instrumenta. ¶Non
ob. quod notat Bar. in l. 1. §. fi. ver. ex p̄dictis. ff. vti posid. qa
cũ supportatione, aut domini aduocati partis aduersæ pu-
tant nos dormire, aut ipsi somniant. nam Bart. dicit, ꝙ si qs
agit interdicto vti posidetis, & reus velit eum excludere,
ꝓbet ꝙ alius posidet naturaliter & ciuiliter, & excludit a-
ctorem; qa si alius posidet ciuiliter & naturaliter, seqtur ꝙ
actor nõ potest aliquo modo posidere. l. 3. §. ex contrario.
ff. de acq. pos. sed quis hoc negat. sed nos dicamus vbi appa
6 ret aliquem habere iustam, alium iniustam, † habentes iniu
stam agant interdicto vti posidetis, cõtra tertium eum in-
quietantem, & obtinebit contra eum. casus est in d. l. 1. §. fi.
cum seq. ff. vti pos. & in c. in literis. de re. spo. vt si qs recesse-
rit de fundo quem posidebat: & accesit ad nundinas nul-
lo in possessione relicto, certè si alius ingrediatur fundum,
animo acqrendi possessionẽ, acqrit possessionem natura
lem, quam Bar. appellat corporalem & iniustam, qa est iu-
nior possessio q̄ possessio domini: ille autẽ primus retinet
animo possessionem iniustã. s. ciuilem. & hæc habentur in
l. clam posidere. in fi. plenè no. gl. & doct. in l. 1. in prin. ff. de
acq. pos. ¶Non ob. ꝙ aliàs ibi seraleam habuerunt, & quòd
fieri fecit magnificus Vgutio; quia respondeo, quod nega-
tur, ꝙ magnificus Vgutio fecerit fieri seraleam: & si facta
fuit, illam fecerunt laboratores inscio domino Vgutione.
& ideo fuerunt destructa, vt deponunt testes. ¶Non ob. id
quod dicitur, ꝙ fossatum est forma, quod fit in confine. c.
forus. de ver. si. l. 2. §. p̄terea. cum gl. 1. ff. de aqua plu. arcen.
qa respondeo, ꝙ hoc est verum, vbicunq; fossatum esset in-

ter duo p̄dia diuersorum dominorum, ita debent illa iura:
sed ibi non apparet ꝙ p̄dia ab vtraq; parte fossati sint diuer
sorum: q̄s tam supinus diceret ꝙ intelligitur fossatum pro
confine iuris illius, q̄ facit fossatū. ¶ Non ob. quod testes di
cant, ꝙ Cremoninus fecit sibi ꝓ confine: q̄a respondeo, pri
mò ꝙ testes hoc dicentes sunt singulares. secundò, ꝙ testes
nostri longè plures cōtestes deponunt contrariū. Præterea
assertio Cremonini dicentis se facere ꝓ confine, nō potuis
set p̄iudicare iuri ecclesiæ, ad quā r̄es istæ spectabāt, saltem
iure directi dominij: vt cōstat esse ex inuestituris, & p testes
nostros, q̄ deponunt de longe antiq̄ori possessione, ēt quin
quaginta annorum: vt ꝓbant testes nostri: ergo dato quod
possessionē aliquam habuisset pars aduersa, illa fuit iunior
& clandestina. c. licet causam. de ꝓbationi. d. l. clam possidere.
ꝓbatur in l. si duo. ff. vti possid. ¶ Non obst. quod isti fue
runt accusati iusta vel cum colorata causa moti: q̄a aliàs fue
runt ꝓ parte domini Spinetæ factæ accusæ ꝓ re ista verè: er
go non video ꝙ ista ratio vel argumentum aliq̄d cōcludat:
ideo omittamus c. in præsentia. de probat. & l. non hoc. C.
vnde cogna. ¶ Non obst. dum dicebamus, ꝙ dominus Vgu
tio dato, quod aliqualiter vsus esset cōmodo possessionis,
p̄sumitur illud fecisse iure familiaritatis. l. q̄ iure. ff. de acq.
pos. & quod ibi p Bar. in l. generaliter. in ver. amicus. eo. tit.
iuncto eo ꝙ deponunt testes de familiaritate. nam pars ad-
uersa dicit, ꝙ hoc posset esse verum, quādo constaret ꝙ do-
minus Vgutio nullū ius habuisset: in re vera sanctè & opti-
mè dicit, & in hoc concordes sumus: nā cùm apparet p te-
stes, quod res ista p longam & antiq̄orem possessionē quin
quaginta annorū spectauit ad dominos possessionis de la
gauila: ergo seq̄tur, non spectauit ad magnificū Vgutionē.
l. si vt certo. §. si duob. ff. cōmoda. & d. l. 3. ex contrario. ¶ Nō
obst. ꝙ accusati sint iustis rationib. moti, q̄a hoc non inue-
nio, quinimò contrariū est sup. ostensum, quò autem ad fi-
lios domini Spinetæ, dico ꝙ cùm ipse comparuerit ꝓ inter
esse suo, ista sn̄ia habet ēt eos afficere: vt p Bar. in l. cū filius.
in prin. in 3. col. de ver. ob. dum allegat no. p Cy. in l. 1. C. de
aduo. diuer. iu. no. Inn. in c. pe. de re iud. cum si. attento ꝙ p
nos probatum est de antiquiori possessione p not. per Bar.
in d. l. duo. & per doct. in d. l. licet causam.

ADDITIO.

a ¶ §. tignum. pariter ꝙ dicti laboratores nō excusentur. Pa.
consil. 470. Ad primum. in fi. lib. 1. scilicet quatenus con-
stat eos esse in culpa. aliàs excusantur, vt plenè p Ro. Alex.
Ias. l. de pupillo. §. nunciationem. ff. de ope. no. nunciat. Bal.
consil. 144. consil. 314. lib. 1. consil. 463. lib. 3. consil. 436. lib.
5. Pet. de Ferra. in fer. li. pro tur. posse cons. animo. Bald. l.
l. non ideo minus. col. 1. C. de accus. Ang. tract. malefi. ver.
Sempro. in mandatorem. col. 5. Soc. l. rem quæ nobis. ff. de
acqui. pos. Cor. consil. 33. lib. 1. Dec. l. velle non creditur. ff.
de regul. iuris.

*SVMMARIVM.*

1 *Testamentum secundum tollit primum, etiam si non adeatur hæreditas ex secundo, & num. 3.*
2 *Confirmatio principis non tollit ius tertij.*
3 *Clausula codicillaris operatur in testamēto præteritione rupto.*
4 *Possessio ficta parit remedium adipiscendæ non recuperandæ.*
5 *Testamentū an valeat si pater instituit filiū non tanquā filium.*
6 *Legitimatio est subreptitia non expressis qualitatibus.*

## CONSILIVM XXXVII.

IN causa mota per Angelum Simonis contra
dominas Gasparinam, Mariam, Doroteam, &
Orsolinam quondam Simonis de Nichio: vi-
so libello cum statutis, & alijs, de quib. in the-
mate fit mentio, & his quæ eleganter deducta
sunt p clarissimum dominum aduocatum omissis non ne-
cessarijs. ¶ Dico ex pluribus dictum Angelum obtinere nō
posse. Primò, q̄a agit tanquam hæres domini Ioannis de Ni
1 chio, ex primo testamento dicti domini Ioannis. † Sed p se-
cundum testamentum, in quo dictus testator instituit di-
ctam Catharinam, eius testatoris matrem tollitur primū. l.
si quis priore. ff. ad Tebell. Instit. quibus modis testament.
infirm. §. posteriore. ergo obtinere nō potest. ¶ Nec ad hoc
obst. si dicatur quod dictum testamentum, in quo dicta Ca
tharina fuit instituta, non tenuerit: quia dictus Simon An-
gelus legitimatus fuit in eo p̄teritus: ergo non potuit tol-
lere primum. l. si filius qui in potestate. ff. de libe. & posthu.
l. si iure. ff. de leg. 3. quia respondeo ad hoc, vt secundum te-
stamētum tollat primum, satis est ꝙ inspecto tempore con
diti testamenti secundi, ipsum secundum testamentum ta-
le fuerit, quod aliquo casu cōtingere potuerit, & ex eo pos-
sit adiri hæreditas, licet hoc postea non contingat. l. cùm in
secundo. ff. de iniusto testam. l. pater filio. ff. de hæred. insti.
sed ita est ꝙ inspecto tēpore testamenti secundi, secundum
valebat, eò ꝙ asserta legitimatio facta de filio p̄dicto, scili-
cet Simone Angel. non valebat, eò quia fuerat legitimatus
sine licentia principis, & ex decreto principis talis legiti-
matio facta non tenet, tanquam facta contra ꝓhibitionem
dicti decreti: per quē intelligitur actus annullari, dato etiā
ꝙ non exprimet. l. non dubium. C. de leg. & l. cùm lex. de fi-
deiusso. & non obstante ꝙ in decreto alia pœna imponatur
comiti legitimanti, tamen actus est nullus. & quod sit de
mente legis, ita volentis, apparet in l. 1. C. de sepul. viol. l. iu
bemus nulli. C. de sacrosan. eccl. quod autem ita fuerit de
mente dicti decreti, patet, quia in dicto decreto declara-
tur dictas legitimationes in casu certo factas, sine licentia
p̄fati ducis infringi: nam ex p̄fatione declaratur regula 1.
nam quod liquidæ. §. fin. ff. de penu lega. not. Bald. in c. 1. de
cap. qui cur. ven. in 7. colum. in vers. idem Oldra. & Ioan. de
Imol. in l. filio præterito. in 17. col. de iniusto testa. videtur
ad hoc allegare dictum §. fi. quem dicit non esse alibi. ¶ Nec
dicatis ꝙ legitimationis confirmatio principis, postea se-
cuta post mortem dicti Ioan. trahatur retro ad tempus con
diti testamenti, quia pluribus modis posset responderi. sed
quia illa est indubitata clausula, & clara, scilicet quòd hoc
non facit, ꝙ primum testamentum non sit sublatum per se
cundum: patet, quia satis est ꝙ aliquo casu contingere po-
tuisset, ꝙ ex secundo testamento potuisset adiri hæreditas.
ad hoc vt per secūdum tollatur primum. d. l. pater filio. sed
si dicta confirmatio legitimationis facta non fuisset prout
poterat contingere: certum est ꝙ ex secundo testamento
potuisset adiri hæreditas: ideo alia responsio non videtur
necessaria, ad dictam confirmationem legitimationis, quæ
confirmatio non dicitur valere, quoad præiudicium dictæ
dominæ Catharinæ, quæ iam hęreditatem apprehenderat;
2 † & sic in p̄iudicium tertij, cui iuri non videtur principem
voluisse derogare. cap. super eo. de off. deleg. & l. 2. si quis à
inter. & ibi not. de renun. c. veniens. de iureiur. ¶ Tertiò, qa
eſto ꝙ tranſactio comprehenderet bona dictæ hæreditatis
Franciſci, & redditus inde perceptos per dominum Deo-
4 datum, tamen qa ſi conſtaret dominã Ioannam fore † enor
miſsimè læſam: prout pro eius parte allegatur, videtur trã-
ſactionem p̃dictam velut enormiter læſam, retractari poſſe;
p̃ſertim ſi eſſet decepta in dimidia per remedium. l. 2. C. de
reſcin. vend. & c. cum dilecti. & c. cùm cauſam. de emptio. &
vendit. quod quidem remedium videtur locum habere in
contractu tranſactionis: vt l. Lucius. §. fi. cum gl. & ibi Bart.
& alij. ff. ad Treb. & no. Bar. Ang. & alij in l. ſi qs cùm aliter.
ff. de verb. obl. & do. Card. & Io. de Imol. & Abb. in d. c. cùm
cauſam. & Io. de Imol. in c. quintauallis. in 16. char. de iure-
iur. Nam videtur eſſe eadem ratio in contractu tranſactio-
nis, quæ eſt in alijs contractibus, in quibus videmus habe-
re locum remedium. d. l. 2. vt ibi per Bart. & doct. in l. ſi quis
cùm aliter. oportet enim vt deceptis ſuccurratur, & præſer
tim, qa iſta nõ videtur ꝓpriè fuiſſe tranſactio, cùm nulla lis
5 ſubeſſet. l. 1. ff. de tranſact. ¶ Quartò, cùm p̃ſumitur ignorã
tia, quo ad dictam dominam Ioannam, vt ꝓbaui: ergo licet
in inſtrumẽto renunciauerit generaliter omnibus benefi-
cijs ſibi competentib. non videtur renunciaſſe remedio d.
l. 2. C. de reſcin. vend. ita dicit Bal. in d. l. 2. C. de reſcin. vend.
in 5. q. referens ita tenuiſſe Nic. de Matarellis, qa generalis
renunciatio non ſufficit, vbi alicui ratione ignorantiæ pro
uidetur. allegat d. l. cum Aquiliana. & l. 1. ff. ſi qs in ius voca.
non ierit. facit l. ſi quis. §. q̃ſitum. ff. ſi qs cau. plus dicit Bald.
in d. l. 2. in 4. q. ꝙ mulier, ruſticus, & minor, debent eſſe cer-
tiorati de benefi. d. l. 2. ¶ Et ideo licet alienans ſcienter rem
ſuam deceptus vltra dimidiam non habet remedium d. l. vt
l. 1. C. ſi minor fuerit. & l. maioribus. C. cõia vtriuſq; iud. &
not. Bar. & doct. in d. l. 2. tamen ſecus in minore, muliere &
in ruſtico ſciẽtibus valorem & quantitatem, & qualitatem
rerum: quia reqritur ꝙ ſint certiores de beneficio d. l. 2. q̃m
talium pſonarum ſimplicitas ſuadet potius, hoc ꝓceſsiſſe
ex facilitate q̃ ex liberalitate. arg. l. cùm de indebito. §. 1. ff.
proba. & l. athletæ. §. de ruſticis. ff. de excuſa. tu. ſecundum
Bal. in præalleg. l. 2. ergo cum domina Ioanna non fuit cer-
tiorata de remedio d. l. 2. non videtur ab eo excluſa: etiam
ſi habuiſſet ſcientiam quantitatis dictorum bonorum & re
dituum, quantò magis ſi ignorauit. ¶ Pro hoc etiam facit
tex. no. in l. fi. §. idem quæſijt. ff. de condit. indeb. Et ibi dicit

egregiè Bar. per illum tex. ꝙ si in instrumēto continetur ꝙ
Titius renunciet condictioni indebiti, cond. sine causa, &
omni alteri auxilio, nullum fiet p̄iudicium errāti, seu igno-
ranter contrahenti: quia eo errore, quo facit principalem
contractum, eodē errore apponit d. verba. facit l. doli, vers.
diuersum. ff. de noua. cùm ergo p̄sumatur, ignorantiam ha
buisse dictā dominā Io. vt dixi: ergo seqtur quod illę gene-
rales renunciationes sibi non habent obstare, si est decepta
vltra dimidiam, quo casu tunc semꝑ p̄sumitur ignorantia.
l. quisqs. & ibi Bar. C. de rescin. ven. ¶ Quintò, qa stante di-
cta deceptione seu læsione, re ipsa non videtur obstare etiā
iuramētum, quod regulariter est seruandū, vbi seruari pos-
sit sine dispendio salutis æternæ. c. si verò. de iureiur. c. licet.
eo. tit. lib. 6. cum si. Nam vt dixit Pet. de Anch. in repe. c. ca-
nonum statuta. de constit. in vers. quid dices de iuramēto,
&c. ¶ Accidit casus in ciuitate Senarum, vbi erat statutum
quod nullus contractus finis vel qetantiæ, q fieret ꝑ mino-
rem 25. annis, valeat, nisi interuenerit certa solennitas: con
tingit quod patruus neptē habens ex filio, tradidit illā nu-
ptui, dās in dotem sibi quinquaginta: neptis minor renun-
ciauit patruo p̄dicto omni iuri sibi cōpetenti in paterna hę
reditate, q̄ valebat in quadruplo plus, & iurauit nō contra-
uenire: q̄rebatur si aliquod erat remediū rescissiuum talis
qetantiæ, refert se consuluisse peti posse ab bōnem seu relaxa
tionem à iuramēto: qa iuramentum nō debet esse iniqtatis
vinculum. c. quanto. de iureiu. 22. q. 2. animaduertendū. 22.
q. 4. inter cætera debet iuramētum habere tres comites, s.
veritatē, iudiciū & iustitiā, c. & si Christus. de iureiu. & not.
in Auth. quod eis. C. de nup. item qa paria sunt inesse dolū
ex ꝓposito, vel dolū re ipsa. d. l. si qs cùm aliter. & l. 2. § circa.
de doli exce. & ideo cùm iuramētum nō obliget interueni
ente dolo. c. cùm conting. de iureiur. c. 2. de pac. in 6. debet
intelligi ēt de dolo re ipsa. ¶ Pro hoc ēt allegat dictum Vin-
centij in d. c. cùm conting. dicentis, ꝙ licet in casu illius ca-
pituli iuramentū obliget mulierē ad obseruantiā contra-
ctus, tamē poterit mulier instare, vt iuramētum sibi relaxe
tur. ¶ Et ita dixit Pet. de Anch. singulariter debere limitari
tex. in Auth. sacramen. pub. si aduer. ven. vt non ꝓcedat illa
Auth. quādo euidēter constaret adultum esse re ipsa enor-
missimè læsum vltra dimidiā. d. l. 2. C. de rescin. ven. ¶ Et li-
cet Pe. de Anch. teneat in minore: tamen idē videtur esse in
maiore: qa iuramētum p̄stitum à minore rep̄sentat eū ma-
iorē, ꝑ d. Aut. sacra. in l. 2. C. de rescin. vē. & in d. c. cùm cām.
¶ Et idē voluit ipsemet Pe. de Anc. in disputatiōe sua, incip.
Cùm C. laicus. & in c. q̃uis de pac. in 6. ¶ Fortius ēt videtur
voluisse Ant. de But. in c. cùm conting. de iureiu. in 4. casu
6 principali. vbi concludit † ꝙ si qs iurauit in cōtractu, in quo
constat ipsum fuisse deceptū non dolo ꝓposito, sed re ipsa,
tamē si deceptio est in magna quantitate, in qua p̄sumitur
dolus. l. oēs. §. Lucius. ff. quæ in frau. cred. & no. l. q testamen
tum. ff. de ꝓba. siue deceptus sit maior, siue minor, poterit
resilire à cōtractu. & adhuc secundum eum nō esset necessa
ria absolutio à iuramēto, qa tales enormes deceptiones vi
dentur à iuramēto exceptę. l. si libertus iurauit. de ope. lib.
c. quintauallis. cum ibi no. ꝑ eum. de iureiu. ergo tex. in d. c.
cùm conting. excepit iuramentum dolo p̄stitum. ergo siue
dolus interuenerit actu, siue re ipsa, iuramētum non debet
obuiare potestati rescindēdi contractū: licet dicat esse cau
tius ꝙ ꝓpetatur absolutio à iuramēto. & hoc dicit esse verum
ēt si iuratum fuit non contrauenire aliqua rōne vel causa à
quocunq;, qa ab istis verbis, vt ciuili modo intelligātur ta-
les deceptiōes, debēt & possunt excipi. l. creditor. §. Lucius.
ff. mā. & d. l. tres fratres. ff. de pac. ¶ Et hoc putat esse verū,
ēt si iuratum fuerit oīa, & singula contēta in instrumēto es-
se vera: ꝓut in casu nostro: qa cōstito de oppo. talia possunt
reuocari. c. cùm in positionib. & ibi no. de iureiu. in 6. qa iu
ramentū cēsetur esse p̄stitum sub confidētia, ꝙ illa sunt ve-
ra: vnde repto rē aliter se habere, non est piurus, licet teme-
re iurauerit. c. quemadmodū. & c. veniens. de iureiu. 24. q.
2. ꝑ totū. ¶ Et ita dicit se consuluisse, nisi à maiore esset facta
specialis mentio, ꝙ ꝓmittebat cōtra p̄dicta nō venire rōne
enormis deceptiōis: vt ibi ꝑ eū, cum quo ēt trāsit dominus
Abbas, q̄ verba in p̄dicto instrumēto trāsactionis minimè
sunt inserta. ¶ Ad idē qd' no. Rich. & Bar. & Sal. in l. pactum
qd' dotali. C. de pac. vbi dixerūt quod illud, quod habetur
in c. q̃uis. de pac. in prin. s. ꝙ filia q̄ habita dote, à patre renū
ciauit cū iuramēto futurę hæreditati paternæ, non pōt ve-
nire contra iuramentū, non ꝓcederet quando filia nihil ꝓ
dote habuisset: qa posset venire contra iuramentū, quando
illud iuramentū tunc contineat iniqtatis vinculum, & ideo
non seruandū. d. c. inter cætera. cum si. & ita limitauit d. c. q̃
uis. & ita dicit Pe. de Anc. in d. c. q̃uis. & no. Io. de Imo. in l.
stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verb. obl. & in l. q suꝑsti.
de acq. hær. ¶ Sed p̄missis nō obstā. contrariā sn̄iam de iure
7 ꝓbabiliorē esse puto ex infrascriptis. ¶ † Et primò, qa in in
strumento trāsactionis sunt illa verba, ex certa scia, & nullo
iure vel facti errore ductæ d. partes, sed animo & proposito
deliberato vigore p̄sentis trāsactionis, cōpositionis, & pa-
cti absoluerūt, &c. ꝑ q̄ verba tollitur oīs erroris p̄sumptio. l.
sed & si qs. §. fi. & ibi hoc no. Bar. & Bal. ff. si qs cau. & Bart. in
l. fi. §. itē q̄sijt. ff. de cond. ind. & l. si dari. ff. de ver. obl. Et no.
Bal. in l. mater. in 3. col. C. de rei ven. vbi ad hoc allegat l. cū
precib. C. de ꝓba. & Bal. in rub. C. de confes. & in l. 2. in 7. q.
in fi. C. de rescin. vē. ergo seqtur ꝙ ꝑ scientē & nolentē non
pōt allegari, dolū esse cōmissum. l. cū donatiōis. C. de trāsa.
l. 1. in fi. de act. emp. ¶ Secundò, aut dicta deceptio est infra
dimidiā totius, aut vltra dimidiā: si infra dimidiā, & conq̄ri
non pōt domina Ioanna, qa contrahentib. licitū est inter se
decipere, nisi cōstet de dolo ex ꝓposito. l. in causæ. la 2. §. pe.
& ibi no. ff. de minorib. l. si voluntate. C. de rescin. vend. aut
deceptio fuit vltra dimidiā, & adhuc audiri nō debet, qa ex
quo p̄sumitur dominā Io. non fuisse ductā ignorantia, vt in
ꝓximo argum. ꝓbaui: seqtur qd' cessare debeat remedium
* rescissiuū contractus, vt no. Pe. Cy. Bar. & Bal. & * cōiter oēs
in d. l. 2. C. de rescin. & ꝑ Inno. in d. c. pen. ꝑ l. 1. C. si maior fa.
8 ¶ Tertiò, qa † generalis e fuit renunciatio seu liberatio, de
e qua in d. instrumēto, liberatio aūt generalis indistinctè &
generaliter facta, ad oīa trahitur. l. plurib. ff. de accepti. se-
cundum Ia. Bu. & Sal. in l. age. C. de trāsa. & Sal. in l. si de cer
ta. eo. ti. valebat in vim transactionis, quantū ad specificata
& narrata tm̄, de qb. lis vertebatur, vel verti sperabatur: sed
quo ad oīa alia valebat in vim pacti: qa pactū verbis genera
lib. factū, extenditur ad oīa etiā, de qb. controuersia nulla
erat. l. emptor. §. Lucius. & ibi gl. & doc. ff. de pac. & hoc ne à
verborū significatu recedatur, q est vt verba generaliter ꝓ-
lata, generaliter opantur. l. regula. §. fi. ff. de iur. & fac. ign. l.
1. §. cū vrbē. de of. pręf. vrb. & expressè in d. instrumento par
tes ostendūt voluisse facere non solū transactionē, sed etiā
pactū, vt ibi in verb. compositionē, transa. & pactum, &c. q̄
verba sunt vtilia, vt conuentio & liberatio generalis posit
generalius opari, & ad quæcunq; trahi, vt no. Bar. in d. l. cer
ta. Et Ant. de Bu. in c. 1. de transact. bene faciunt. no. ꝑ Bald.
in d. l. pactū quod dotali. & ibi ꝓpter hoc subdit, ꝙ cauere
debēt contrahentes vel renunciātes à verbis generalib. ne
ex effuso sermone piculum incidant. C. de do. ꝓmis. l. fin. &
idē secundum eū creditores cōpelli non possunt apponere
in replicatione clausulas generales, nisi quatenus veniunt
ad robur specialiū, secundū Ia. de Are. in l. 3. §. 1. ff. de cōtra-
rio iu. tu. & no. Bar. in l. cū Aqui. cū seq. ꝑ illū tex. ff. de trāsa.
¶ Quartò, qa etiā si d. domina Ioanna habuisset ignorantiā
p̄dictorum, ꝓut ꝑ eam allegatur, tamen hoc non obstāte vi
deretur, eā audiri nō debere. ꝓbatur ex his, q̄ dicit Bal. in l.
tres. ff. de pac. in 4. no. & in 2. op. & in l. sub p̄textu specierū.
ꝑ illū tex. in 1. §oppo. C. de transa. vbi inqt, ꝙ generale pactū
sui natura ad oīa porrigatur, ēt incognita, nisi aduersarius
fuit in dolo, ꝑ d. l. tres fratres. & ꝙ sibi imputare debet gene
raliter transigens, si non cogitauerit sub generalib. verbis,
oīa cōprehendi, ēt incogitata, nisi ex inaduertētia eius ap-
posita sint d. verba generalia, qa nō debēt aduersario noce-
re: ar. l. qcqd astringēdę. ff. de ver. obl. secundū Bal. ibi, dum
respōdet ad l. cū Aquil. ꝙ ꝓpter verba generalia in dubio vi
detur saltē in genere cogitasse de oībus ar. l. q̄ iure mil. ff. de
test. mil. & no. ēt Bar. in d. l. sub p̄tex. specier. in prin. sed l. cū
Aql. loqtur quoties cōstabat ꝙ in genere nō cogitauit, qūo
aūt con-

constare posit, declarat Ang.in d.l.tres fratres,ſ.per cõfeſſionem partis,vel p̃ coniecturas, quas ibi latius ꝓſequitur. ¶ Quintò,pondero verba poſita in dicto inſtrumento trāſactionis & abſolutionis ibi,valet, & etiam quibuſcūq; alijs cauſis,rationib.cognitis & incognitis,& quæ veroſimiliter excogitari poſſent;etiam ſi qd eſſet inter partes, de quo dici poſſet,per ipſas partes veroſimiliter excogitatum vel deductum non fuiſſe, &c. Nam,vt dixit Bart. in l. ab Aurelio. §.Caius.de lib. leg.in vlt.col.licet.aliàs tranſactio non porrigatur ad incognita, tamen fallit, niſi verba contrahentiū hoc dictarent p̃ d.l.cùm Aquiliana.& not.glo.in l.de his.de tranſ.& Bart.in d.l.ſub p̃textu ſpecierum. & ibi notant oēs doct.vbi dicunt ꝙ tunc videtur ſaltem in genere cogitaſſe, vt in d.l. qui iure mil. & ibi dicit Ang. ꝙ ſit cautus debitor, vt in quietatione generali faciat apponi illa verba,ꝙ trahatur etiam ad incognita:qa tunc erit ſecurus ꝑpetuò, ſecundum ipſum.& idē no. Ang.in rep. l.q Romæ. §. duo fratres. in 2.q.ff.de ver.ob.& p̃ hoc patet ꝙ non poſſumus dicere d. do.Ioan.erraſſe;cùm in genere cogitauerit,vt colligitur ex verbis dicti inſtrumēti, de quib. maximè mentionē habui.

¶ Sextò ꝙ per hoc no.gl.& doc.in l.2.C.de reſcin. ven.& gl.
* & doct.*communiter in d.c.cùm cauſam. de emp. & vend.
9 vbi habetur†quod ſi minor *f* in contractu fuit deceptus vl-
f tra dimidiam,& iurauit non venire contra: quod nullo modo non audietur volens reſcindere contractum. idem not. Ang.& Sal.in d. Auth.ſacramenta.& tamen loquuntur glo. & doc.in dictis locis, quando fuit errore & ignorantia ductus,qa aliàs in ſciente non habet locum remedium reſciſſionis,vt iam dixi:ſed ita eſt ꝙ domina Ioan.iurauit contra p̃dictam tranſactionē nō venire:ergo,&c.¶ Septimò optimè facit quod not.Arch.& Io. An.in c.q̄uis.de pac. in 6.vbi p̃ illū tex.indiſtinctè loquētem voluit, ꝙ vbi in aliquo actu
g vel renunciatione interuenit iuramētum, *g* etiam ſi talis renuncians de illo beneficio, cui renunciat, non ſit certioratus,tamen excludetur ab eo, nec poterit contrauenire etiā ſi renūcians ſit mulier,vt in caſu illius c. ¶ Pro hoc tex. opt. in c.ex reſcripto.& ibi gl.& doct.de iureiu.vbi mulier intercedens pro alio,cū iuramento non pōt ſe iuuare beneficio, Velleiani:etiam ſi non appareat eā certioratam fuiſſe. ¶ Et idem no.Ant.de But.in c.ſi diligenti.in 6.col.de for.comp. vbi dicit,ꝙ ideo mulier intercedens pro alio,cum iuramento non iuuatur Velleiano: qa præſumitur ad iuramentum venire deliberatè,& qa ibi adeſt duplex conſenſus, q plurimum operatur.in Aut.ſiue à me.C.ad Velleia. & quod no. gl.in d.c.cùm contingat. & qa ibi interuenit iuramentum
10 p̃ſumitur certificata:allegat not.p̃ Arch. in d.c.q̄uis. †& qa ſecundum eum iuramētum habet vim clauſulæ, ꝙ actus va
h leat omni meliori modo *h* quo valere poteſt. l.cùm pater.§. filius matrem.ff.de leg.2.& idē eſt de mente Bar. in l. ſi qs p̃ eo.in 5.memb.ff.de fideiuſ. ¶ Et ſic patet nō obſtare id qđ dixit Bal.in l.2.in 4.q.C.de reſcin.ven.vbi dixit ꝙ in muliere,minore & ruſtico renunciantib.remedio d.l.2. reqritur certioratio iſtius beneficij: qa eſto quod illud eſſet verum, ꝓcederet quando non interueniſſet iuramentum p̃ prædicta.Item dictū Bald.ꝓcedit, vt dicam in reſponſionib.& ſic ſtat concluſio,quod interueniente iuramento de non contraueniendo,ꝓut interuenit,fuit domina Ioan exclusa à remedio reſciſſionis, quod etiā tenuit Bart. in l.ſciendum.in fi.de verb.obl.vbi idem tenuit Ang.in rep.vbi voluit ꝙ etiā ſi minor deceptus iurauit in contractu non venire contra, excludetur à beneficio reſtitutionis in integrū,& ſi alter in ſpecie nō renunciauit,nec de beneficio reſtitutionis certioratum eſſe conſtat: vt ꝓbatur in Auth. ſacramenta puberū. C.ſi aduer.ven.non ſupplēdo illū tex. & hoc ibi tenuit Bar. Ang & Pau.de Ca.& Bar.Fulg.Lud.de Ro.in l.ſi duo patroni.§.idem Iul.ff.de iureiur.& Bal.in l.1.C.de reb. cred. & in l.1.C.ſi aduer.vend.& Bart.in d.l. qui iure mil.de teſta. mil. & Rapha.Cu.& Lud.in d.l.ſciendum.& Pau.de Caſt. in l.fi.
* §.fi.ff.ad Velleia.& eſt magis*communis opin.quam approbat communis ſtylus & obſeruantia ſecundum doct.in dictis locis.ergo ab ea nō eſt diſcedendū.l.minimè.ff.de legi.
11 †¶ Octauò,qa dato ꝙ dici poſſet,in alio contractu potuiſſe locum eſſe reſciſſioni contractus ꝑpter deceptionē, tamē in contractu tranſactionis non poſſunt reſcindi contractus dato,ꝙ interuenerit deceptio vltra dimidiam re ipſa.vt no. per gl.Inno.& Io.And.Pe.de Anch.in c.ꝑuenit.de empt. & vend.& Spe.in tit.de emp.& vend.§. nunc dicēdum eſt. de teſta.verſ.qd de tranſact.& gl.in l.Lucius.ſecundum intellectum Dy.ad Tre.& Guil.de Cu.in l.ex cauſa.de vſuc. pro emp.& Dy.in l.ſi qs cum aliter.de verb.obli.Pet.Rich. Malum Cy.Bal.Sal.in l.2.C.de reſcin.vend. & Bal.in l.ordo.C. de execut.rei iud.& in l.3.§.1.C.de tranſact.& ibi ſentit glo. & Bal.in l.fi.§.1.ff.communia de lega.& in l.1.C.de pac.in 2. col. & Raph.in d. l.ſi qs cùm aliter. & ꝓbatur in d.l.Lucius. §.fi.non violādo illum text.& p̃ hoc Bald. alle.l.1. C. de plus pet.& l.ſub p̃textu ſpecierum.C.de tranſa. ¶ Bene facit l.in ſumma,in prin.ibi,res nulla,& quod ibi gl.ff.de cond. ind. & l.à diuo.§.ſi pignora.ibi velut rem.ff.de re iudic. cùm ibi no.& l.ſi ſupſtite.& iuncta l.2.C.de dolo. & l. ꝙ ſi deferente.ff.eo.nam tranſigentes & remittentes dubium, & in certum litis euentum.l.quod debetur.ff.de pecu.non poſſunt dicere ſe eſſe deceptos. l.1. C.de pac. l.ſi ea lege. C. de vſur. ¶ Non ob.ꝙ in contrarium allegabatur,non poſſe aſsignari rationem differentiæ inter contractum tranſactionis, & alios contractus: qa ad hoc poteſt reſpōderi, ꝙ imò alia eſt ratio in tranſactione: qa illa fuit inducta, vt eſſet litiū finis. l.fratris.C.de tranſact. & quia habet inſtar ſententiæ.l.2. ff. de iureiu.contra quam ſententiam,ſi tranſiuit in rem iudicatam,nihil regulariter opponi poteſt.l.2. C. quādo ꝓuo. l.1. C.ſententiam reſcin.non poſſe. c.quod ad conſul.de re iud. ¶ Et ſic patet hanc opin.eſſe magis communem, ideo ab ea non diſcedendum, vt habetur in locis vulgaribus: licet Bart.voluerit, ꝙ poſſit habere locum remedium d. l.2. C.de reſcin. vend.quando deceptio eſt vltra dimidiam, nō inſpecto vero valore rerum, ſed inſpecto dubio euentu futuræ litis.& ita intelligit d.l.Lucius. ¶ Et inſpecta opinione Bar.difficilimum eſſet ꝓbare in caſu noſtro, de tali deceptione,p̃ſertim ſtante,ꝙ dictus hæres domini Deodati, ex cauſa tranſactionis relaxauit d.dominę Ioannæ,omnes veſtes & pannos,cuiuſcunq; conditionis ac texutos & annulos deputatos p̃ d. dominam Ioannam,& eius ornatum: q̄ de iure tamen non debebāt ſpectare vniuerſaliter ad d.do-
12 minam Ioannam. ¶ †nam exceptis his quæ erant ad quoti-
k dianum *k* vſum mulieris, reliqua omnia reſtituenda erant hæredibus viri.l.mortis ſuæ cauſa.§.1.ff.de donat. inter vir. & no.in l.ſed vſusfrctus.§.dos legata.ff. de donat. inter vir. & no.Dy.Bar.& alij.in l.pe.in princ.ff.ſolut.mat. & Bart.in l.ſi vt certo.§.mundum.ff.commo.& in l.1.§. nec caſtrenſe. in pe.col.& ff.de col.bon.& Bal.in l.cùm te.C.de don. ante nup.& in l.filiæ.C.fam.herciſcun.in 6.col.& in Auth.ex teſtamento,ver.duodecimum capitulum,cum ſeq.C.de col. & Bal.in tractatu de duobus frat. & Bart. in conſilio, filius Petri de Florentina.& Ray.in rep.l poſt dotem. ff.ſol. mat. ¶ Item ſimiliter ſtante conuentione,quod oīa debita & credita contracta per dictum dom.Deodatum,ſeu per dictam dominam Ioannam,in policino Rodigij,ſpectare debeant ad d.dominam Ioannam: nam ad hoc vt conſtaret de dicta exceptione inſpecto,dubio euentu oporteret particulariter conſtare de qualitate & quantitate dictarum veſtium texutorum & annulorum,& dictorum debitorum & creditorum,& etiā rerum bonorum & reddituum dictæ dominæ Ioannæ.ad manus d.domini Deodati peruentorum,tamen (vt dixi) poſito ꝙ de tali deceptione conſtaret, adhuc ſecundum verā & magis cōem opin. p̃textu talis deceptionis non poteſt reſcindi contractus tranſactionis. & poſito ꝙ aliàs reſcindi poſſit, tamen ſtante iuramento & clauſulis,de quibus ſuprà hoc fieri nō poteſt, vt ſuperius eſt oſtenſum; nec aliqua poteſt concedi abſolutio à iuramento, vt
13 ꝓbabo reſpondendo ad quintum argu. ¶ †Nonò,quia fuit in dicto inſtrumento renunciatum generaliter, qa renunciatum fuit exceptioni doli mali, cōdictioni ſine cauſa, qđ metus cauſa,actioni in factum : omniq; alij exceptioni de ſuo iure & beneficio,& legum auxilio,&c.nā dum dicit exceptioni doli mali, patet,quia expreſsè renunciauit reme-

dio,quod datur illis,qui ſunt decepti re ipſa,quia ſi conue-
niatur ex tali contractu,habet exceptionem doli,d.l.ſi qs
cùm aliter. & etiam illa clauſula generalis ſubſequens poſt
ſpeciales caſus expreſſos operatur,vt renunciatio genera-
lis trahatur etiam ad omnia alia remedia cõpetẽtia,ſaltem
non maiora expreſsis,vt no.gl.& doct.in l.4.§.q̃ſitum.ff.ſi
quis cautio.& in c.q ad agendum,de ꝓcura.in 6.in c.ſedes.
de reſcript.in cle.non poteſt,de procur.& not.in c.1.& per
doct.de commoda.& Dyn.in regula contractus.de reg.iu.
lib.6 & Cyn.& alij.in l.1.C.commoda.¶Decimò & vltimò
attendendum eſt dictum ſtatutum, quantum eſt reſpectu
fructuum, per dictũ dominum Deodatum, perceptorum
ex dictis bonis paraphernalibus,qa lucro eius & hæredum
cedere debent autoritate dicti ſtatuti hoc clarè diſponẽtis,
& pro expedito habeo dictum ſtatutum valere: qa factum
fuit cum cauſa,vt in prę̨fationib. patet, dum dicit pro ſup-
portandis oneribus matrimonij,quæ varia ſunt,&c. ex p̃fa
tionibus colligitur enim ratio,& cauſa finalis ſtatuti.l.fi.ff.
de hær.inſt.& ibi no.Bar.l.ambitioſa.& ibi Bar.in verſ.viſis
& examinatis dictis regulis ſic.ff.de decr.ab.or.fac.& not.
per Bald.in 1.conſt.C.§.quib.& per doct.in c.pen.in fin.de
14 cler.coniug.† vnde cùm cauſa põt lex vel ſtatutum auferre
ius tertij,etiã ſine illius culpa,cui ius aufertur.c.ſine culpa,
de reg.iu.in 6.plenè no.in c.2.de conſt.l.item ſi verberatũ.
§.fin.ff.de rei vend.l.venditor.§.ſi conſtat.ff.cõia prædi.no.
Bar.& Bal.in procemio digeſtorum.& cano.in c.quæ in ec-
cleſiarum,de conſt.cum ſi. Et ſpecialius quò ad terminos
noſtros firmat Bart.in tractatu repreſaliarũ.in 3.q.1.q̃onis
principalis.vbi dixit valere ſtatutũ,ꝙ vnus teneatur ꝓ alio.
& exemplificat in ſtatuto diſponente, quod vxor teneatur
ꝓ marito.ꝑ l.ſatis.C.in quib.cau.pig.ta.contraha.l.fi.C.de
primipilo.lib.12.& no.Bal.C.de iure dotium.in l.dotis.vbi
dixit valere ſtatutũ,ꝙ filij teneãtur ad debita patris,etiam
ſi non fuerint eius hæredes,ꝑ.d.l.fi.C.de primipi.& ſeqtur
illud Pet.de Anc.in c.canonum ſtatuta,de conſt.in 6.char.
in verb.quæro,vlterius ſcriptum eſt,&c.& Io.de Imol.in c.
pe.de conſue.facit tex.in c.2.de delict.puerorum.& quod
not.gl.in rub.de decre.decur.lib.10.& not.Albe.in 1.parte
ſtatutorum.q.47.& 61.cum ſim. ¶Nec obſtat qđ dicta bo
na non ſint paraphernalia, de quib.loquitur ſtatutum ꝑ ea
quæ dixi in primo argumento adducto in contrarium: qa
imò dico ꝙ dicũtur paraphernalia,vt no.Azo in ſumm.C.
15 de iure do.in 1.col.vbi inqt,† ꝙ quę̨dam res dicuntur para-
phernales,vt q̃ à muliere iuxta dotẽ afferuntur in domum
viri:& ſi q̃dam inferãtur ea intẽtione vt fiãt viri; erunt eius,
alioq remanebunt mulieris:in dubio tamẽ niſi aliud appa-
reat,nõ tranſit dominiũ in virũ, licet viro tradantur, vel vir
ſcribat ſe accepiſſe,traduntur enim plerunq; vt maritus cu
ſtodiat,non vt ſint eius:& ideo depoſiti conuenietur mari-
tus,vel etiã mãdati,ſi mulier retinuit res,ſed ad earũ custo-
diam cõmiſit viro.hæc ſunt verba Azo.in effectu.& ſic vul.
ꝙ ſufficiat cõmiſſam eſſe cuſtodiã,& diligentiã bonorũ mu
lieris marito, per ipſam mulierem, vt bona dicantur para-
phernalia hoc aũt factũ fuit in ꝓpoſito noſtro,vt cõſtat ex
inſtrumento illo ꝓcurationis,& mãdati facti ꝑ d.Io.in pſo-
nam domini Deodati eius viri.l.in re mandata.C.manda.l.
ꝓcurator totorum.ff.de procu.idẽ in effectu voluit Ia.But.
l.maritus.C.de ꝓcura.vbi dixit, qđ mulier habere põt pa-
trimoniũ triplicis generis:primò dotalis, quod marito tra
didit in dotẽ.ſecundò pharaphernalis, quod marito tradi
dit,ſed non dotẽ:quo caſu,tradendo ei tales res, videtur in
ipſis eũ conſtituere ꝓcuratorẽ.l.fi.C.de pac.conuen.& in
illis ſeu pro illis maritus agere põt abſq; mandato,& abſq;
eo,ꝙ de rato caueat.l.fi.C.de pa.conuen.tertiò habere põt
mulier alia bona nõ dotalia nec paraphernalia; vt ſunt illa
q̃ viro non tradidit;& in his cũ maritus cuſtodiã,nec tacitũ
mandatũ habeat,ſi vult maritus agere tanq̃ coniuncta per-
ſona,habet neceſſe cauere de rato.& iſto caſu loqtur d.l.ma
ritus,ſecundũ Ia.Bu.vult ergo Ia.quod vbi marito cõmiſſa
eſt ab vxore cuſtodia bonorũ vxoris,vel in eis datũ eſt ſibi
mandatũ,cẽſeantur illa bona paraphernalia:& idem ſentit
Bar.& Bal.in d.l.maritus.licet non ita aptè,ſicut Ia.But.ſed
ita eſt ꝙ maritus in caſu noſtro habuit mandatũ & cuſtodi-
am, ergo,&c.ita ẽt puto ſe habere cõem vſum loquẽdi,ſe-
cundum quẽ etiã intelliguntur verba ſtatuti.l.Labeo.& ibi
Bar.de ſuppel.lege.l.librorũ.§.qđ tamẽ Caſsius.& ibi Bar.
ff.de leg.3.& l.1.in prin.& ibi Bar.ff.de ſuis & leg.no.Bar.de
no.ope.nun.in rub.& in l.1.C.de iur.cal.& Ia.But.in 1.cõſt.
C.¶Nec habet obſtare quod ſtatutũ excipiat caſum, quan
do mulier in p̃ſentia viri eſſet ꝓteſtata ſaluũ ſibi eſſe ius in
fructibus: qa reſpõdeo, ꝙ in tali ꝓteſtatione nil cõſtat, nec
illud mãdatum ſeu conſtitutio ꝓcuratoria videtur habere
vim talis ꝓteſtationis,videlicet qa cũ illud mandatũ fuit fa
ctum marito abſente,vt cõſtat in ipſo inſtrumẽto, in verbo
abſentẽ tanq̃ p̃ſentem,&c.q̃ verba hoc ꝓbant contra ipſam
mulierẽ,q̃ actũ illius conſtitutionis ꝓcuratoris fecit,l.opti
mam.C.de contrah.& cõmit.ſtip.l.cum precib.C.de ꝓba.
¶Prę̨terea ſtatutũ reqrit,ꝙ mulier ꝓteſtetur, ꝙ in fructib.
ſibi ſalua ſit repetitio ſuo loco & tẽpore, qđ in eis oẽ ius ſi-
bi ſaluũ,&c. hoc autẽ nõ fuit expreſſum in d.inſtrumẽto ꝓ
16 curatiõis: † & ſemp forma data à ſtatuto eſt ad vnguẽ ſeruã
da,vt no.gl.in c.1.in ver.vocationẽ.& ibi Bal.in 2.col.de mi
li.vaſ.q cõt.eſt.& gl.in Cle.l.in ver.3.de vi.& ho.cle.& clarè
Bal.in l.2.in vlt.co.C.qũo & quando iu.& in Auth.q ſemel.
in fi.4.col.eo.tit.& in l.nõ ſunt liberi.de ſta.ho.facit l.q Ro
mæ.§.Flauius.ff.de verb.ob.& qđ no.gl.in l.hac cõſultiſsi-
ma.C.qui teſt.fa.poſ.& qđ no.Ang.in l.1.de lib.& poſthu.
cũ ſi.¶Supeſt ad allegata in contrariũ reſpõdere. ¶Et pri-
mò non ob. qa paraphernalia & fructus eorũ reddi debent
vxori,ſecundum diſtinctionẽ traditã ꝑ Bar.& doc.in l.mari
tus.cum ſi.ff.ad l.Fal.qa reſpõdeo,qđ illud poſſet ꝓcedere,
vbi nõ extaret ſtatutum,de quo in 10.ar.dixi.vbi ẽt ꝓbaui.
d.bona eſſe paraphernalia. ¶Reſpondeo ſecundò, ꝙ illud
poſſet eſſe verũ,niſi facta eẽt tranſactio,& abſolutio genera
lis,q̃ trahitur ad oĩa,vt ſuperius eſt oſtenſum.¶Non ob.ſe-
cundũ ar.ꝙ d.domina Ioanna p̃ſumatur habuiſſe ignoran-
tiam eorũ,q̃ ꝑuenerant ex dictis bonis ad manus eius viri,
& ꝑ conſequẽs tranſactio nõ debet trahi ad incogitata d.l.
cũ Aquil.qa reſpõdeo,ꝙ imõ p̃ſumitur habuiſſe ſcientiã, vt
oſtẽdunt verba inſtrumẽti trãſactionis,in verb.ex certa ſci
entia,& ẽt vt ꝓbaui in 1.ar.vlt.part.¶Secũdò reſpõdeo,qđ
poſito ꝙ ignoraſſet.tamẽ ex quo liberatio fuit generalis, &
p̃ſertim cũ fuerit adiecta clauſula illa,q̃ trahitur ad incogni
ta,ẽt trahetur quo ad oĩa in caſu noſtro, vt ꝓbaui in 4.& 5.
ar.& eò magis,qa iurauit venire nõ cõtra,ꝑ ea q̃ dixi in 6.ar.
& maximè in cõtractu trãſactiõis,ꝑ ea q̃ dixi in 8.ar.vlt.par.
¶Nec ob tertium arg.qđ eſt læſa domina Ioanna,vltra di-
midiã iuſti precij,quo caſu oporteret reſcindere cõtractũ
tranſactionis ꝑ l.Lucius.§.fi.cum gl.ad Tre.qa in contrariũ
eſt magis cõis op.vt ꝓbaui in 8.artic.vlt.part.Nec ob.ꝙ iſta
17 non fuerit trãſactio, ex quo lis mota nõ erat:† qa reſõndeo,
ꝙ ſatis eſt ꝙ ſubeſſet.timor litis,vt dicatur eſſe tranſactio,li
cet lis nondũ mota eſſet,vt eſt tex.in l.2.C.de trãſact.& no.
Bar.ibi.& in l.cauſas.ſup.eo.tit.& no.in l.3.ff.eo.tit.Prę̨ter-
ea dato ꝙ in cõtractu trãſactionis poſsit habere locũ reme
dium d.l.2.C.de reſcin.vend.in caſu noſtro: qa illud reme-
dium,cõpetit ignorãter decepto, & ꝑ conſequens non põt
competere d.Io.ſcienti,vt ꝓbaui in 1.& 2.argu.vlt.part.Itẽ
dato ꝙ ignorauerit,tamẽ iuramẽtum excludit eã,vt ꝓbaui
ſup.in 6.ar.¶Non ob quartum argumentũ,ꝙ generalis re
nunciatio nõ ſufficit vbi p̃textu ignorãtię̨ alicui ſuccurri-
tur,vt no.Bal.in l.1.C.de reſcin.ven.in 5.q.& ꝑ illud qđ ha-
betur in l.fi.§.idẽ q̃ſijt.ff.de cond.inde.cùm ibi no.ꝑ Bar.qa
reſpõdeo ꝙ hìc erat ſciẽs d.Io.vti ꝓbatur in inſtrumẽto, vt
dixi.¶Prę̨terea illud poſſet ꝓcedere, niſi eſſet appoſitũ iu-
ramẽtum,vt no.gl.& doct.in d.l.2.de reſcin.ven.& in c.pe.
eo.tit.¶Nam ꝓpter iuramentum p̃ſumitur magis delibe-
ratè qs actum gerere,vt ꝓbaui ſup.in 7.argu.& per hoc pa-
tet nõ obſtare id, quod no.Bal.in d.l.2.in 4.q.C.de reſcin.
ven.dum dixit, quod mulier, minor & ruſticus, ẽt ſi ſciẽter
decepti ſint infra dimidiam in cõtractu, poſsint reſcindere
contractũ:niſi fuerint certiorati de beneficio d.l.2.C.de re
ſcin.ven.qm illud dictum poſſet ꝓcedere,vbi non interue-
niſſet iuramẽtum: nã interueniente iuramẽto, oẽs tenẽt ꝙ
nulla

nulla reqritur certioratio beneficiorum, etiam in muliere, per c. ex rescripto. de iureiur. & c. 2. de pact. in 6. & latius di xi in septimo arg. ¶ Quinimò etiam quando nõ esset appositum iuramentum, videtur ꝙ non ꝓcedat decisio Bal. in d. l. 2. in 4. q. secundum Imol. in c. cùm contingat. de iureiur. in 3. membro princ. in verb. Et aduerte etiam, quia non dicit Bal. in d. l. & cum seq. vbi dixit ꝙ hoc dictum Bal. non vi-
18 detur verum, quia si mulier† scienter vendidit rem pro minori precio quã valeret, adeò quod decepta fuerit vltra dimidiam: tamen videtur quod voluerit donare residuum. ꝑ id quod habetur in l. 1. ff. de cond. inde. vt sicut si mulier scienter soluerit indebitum, non posset petere, per d. l. 1. & l. cuius per errorem. de reg. iur. ita videtur ꝙ hoc casu sibi nõ subueniatur. ¶ Pro hoc etiam allegat: qa cũ non subueniatur masculo, nõ debet etiã subueniri mulieri, cùm nõ reperiatur hoc expressum ꝑ id, quod habetur in l. fi. C. de iuris & fact. igno. & respondit ad l. cùm de indebito. §. 1. ff. de ꝓba. allegatã ꝑ Bal. qa loqtur illa l. quando dubium est, an sciuerit indebitũ aut nõ: vt patet in d. l. cũ de indebito. post prin. ibi, vel aliquã iustam ignorantię cãm, &c. Vnde tũc mulier, rusticus, & minor ꝑsumitur putasse fuisse debitũ, id quod soluit, ideo sibi nõ incũbit ꝓbatio, sed aduersario: secus in masculo maiore nõ rustico: qa ꝑsumptio est contra ipsum soluentẽ, & ideo debet ꝓbare ꝙ sit indebitũ, vt ibi dicitur. & sic d. l. non facit ad ꝓpositum quando ꝑ sciẽtẽ fieret, secundum Io. de Imol. in d. c. cùm contingat. ¶ Postremò nõ obstat quintũ principale argumentũ, dũ dicebatur, ꝙ stante deceptione vltra dimidiã, nõ habet obstare iurm̃, qa debet concedi dictæ D. Io. absolutio & relaxatio iuramenti, velut ꝑstiti dolo interueniente re ipsa, &c. qa respõdeo primò, quod ista dubitatio non est necessaria stante scientia d. do. Ioan. q̃ excludit eã ab omni remedio, vt sup. dixi. & etiã posito ꝙ ignorasset, tamẽ attẽtõ ꝙ sumus in contractu trãsactionis, non est locus dicto remedio rescisionis cõtractus, vt dixi in 8. ar. & ꝑsertim stantib. renunciationibus supradictis, ꝓut dixi in 9. arg. ¶ Itẽ respondeo, ꝙ etiã in alio cõtractu non videtur, ꝙ possit cõcedi absolutio à iuramẽto, imò illud seruari debeat, postq̃ seruari põt sine interitu salutis æternæ, ꝑ regulã canonistarũ. & in specie no. in terminis nostris gl. & doct. in c. ꝑuenit. de emp. & vend. & in d. l. 2. C. de rescin. vend. ¶ Pro hoc facit ratio ibi allegata in ꝓposito ꝑ Bal. in rep. in 5. q. prin. s. ꝙ iurãs videtur velle valere actum omni meliori modo, quo valere potest. l. cum pater. §. filius matrẽ. ff. de leg. 2. ¶ Non ob. ꝙ iuramentum non debet esse
19 iniqtatis vinculũ, † & quod debet habere tres comites, s. iustitiam, &c. qa respõdeo, ꝓut dixit Io. de Imol. in d. c. cùm contingat. in fi. primi membri. s. ꝙ iuramẽtum dicatur continere iustitiam, dum tamẽ nõ contineat qd turpe, vel non
l tendat ad obseruantiam pctõrum: aliàs *l* sequeretur, ꝙ cũ iustum sit minorẽ nõ obligari efficaciter sine debita solennitate, & authoritate administratoris, vel decreto iudicis, maximè, vbi aliqualiter lęditur. l. 1. in prin. ff. de minori. nõ deberet ꝑ tale iuramentũ obligari & excludi à beneficio restitutionis in integr. quod est contra tex. in d. Auth. sacramenta. cùm ibi not. ꝑ Bart. & similiter sequeretur, cùm iniquum sit valere alienationẽ fundi dotalis, quãdo cõtingit mulierẽ effici indotatã. l. 1. §. & cùm lex. C. de rei vxo. actio. nõ debet iuramentũ interpositũ sup alienatione obligare, quod est cõtra d. c. cũ cõtingat. nec est verũ quod à tali iuramento, q̃uis mulier maximã lęsionẽ sentiat, possit obtinere absolutionẽ, secundum Arch. in c. q̃uis. de pac. in 6. ꝑ illum tex. in ver. oĩmodo. & idẽ tenet Ang. in l. si qs ꝓ eo. ff. de fideiuss. in prin. dicẽs ꝙ nec in casu c. cum contingat, nec in casu d. Auth. sacramẽta, habet locum absolutio à iuramento: qa iuramẽtum in d. casibus firmat contractum, q non valebat cum effectu fauore ꝑsonæ iurãtis. idẽ tenet Imol. in l. cũ vir. in 15. col. ff. de vsuca. & in d. c. cùm conting. in 9. col. & in c. quintauallis. in pe. chart. de iureiu. vbi refert ꝙ licet Inn. in d. c. cùm cõtingat, dixerit se credere quod possit peti absolutio à iuramẽto in casu illius decretalis, tamẽ secundum eũ illud est contra illam decretalem inducendo, vt ibi latè ꝑ eum: nisi appareat ꝙ mulier ꝑcedentib. minis contraxisset: nã tunc posset seruari opi. Vincen. no. ꝑ Inn. & Io. An. in c. causam matrimonij, de of. dele. & in l. 1. §. quæ onerandæ. ꝑ Bar. ff. quarum rerũ actio non datur, vel quando ꝑ aliqua mendacia fuisset ad hoc inducta, ꝑ no. in fi. ꝑ gl. in l. itẽ si precio. in fi. ff. loc. & istam opi. tenet do. Abb. in d. c. cũ
20 contingat. in 13. col. ¶ Non ob. † quod dolus re ipsa æquiparetur dolo ex ꝓposito, ꝑ d. l. si qs cùm aliter: ergo iuramentum non debet cum effectu seruari, quando dolus interuenit d. c. q̃uis. qa respõdeo prout etiam respondet Imo. in d. c. cùm contingat. nu. 32. in 3. memb. quod text. in d. c. q̃uis. & in d. c. cùm contingat. in vers. dolo, intelliguntur de dolo ex ꝓposito, non de dolo re ipsa, vt colligitur, & no. ꝑ glo. & doct. in d. l. 2. & in d. c. pe. aliàs enim lex in c. cùm cõtingat. in c. q̃uis. & in Auth. sacramẽta. C. si aduer. ven. esset imposita verbis, & non reb. si ꝓpter deceptionẽ re ipsa, de qua loquuntur illa iura, posset peti absolutio à iuramento, quod non est dicẽdum. l. 2. C. cõia de legatis. c. commissa. de elec. in 6. & esset contra tex. in d. Auth. sacramenta, in verbo inuiolabiliter. & in d. c. q̃uis. in verb. oĩmodo. & similiter dicit Ioan. de Imol. in d. c. quintauallis, in pe. chart. quod non
m est verum, *m* ꝙ dolus ex ꝓposito, & dolus re ipsa ꝑ oĩa æquiparentur: patet, qa pro dolo ex ꝓposito in contractib. stricti iuris, datur actio de dolo, sed vbi est dolus re ipsa: sola exceptio competit, vt d. l. si qs cùm aliter. cum ibi notatis secundum eum, & ꝓpter hoc non videtur bene dixisse Pe. de Anc. in d. c. canonũ statuta. & Ant. de But. in d. c. cùm con-
* tingat. in quarto casu principali. cùm * cõis opin. glossatorũ & doct. sit contra eos, s. glo. & doc. in d. l. 2. & in d. c. pe. aliàs enim sequeretur, ꝙ iuramentũ nihil oparetur in casu d. l. 2. & in d. c. pe. quod non est dicendum: ar. l. si quando. de lega. 1. & c. si Papa. de priuil. in 6. ¶ Nec ad hoc ob. quod habetur in c. quintauallis. & in l. si libertus, ita iurauerit. de ope. lib.
21 † vbi non obstante iuramento, potest qs ꝓpter læsionem venire contra, qa ibi loqtur quãdo qs læditur ꝑ arbitratorẽ, & sic per tertium, sed in casu nostro lęditur qs ex contractu suo immediatè, ideo hoc casu facilius debet sibi ꝑiudicari, vt patet in l. fi. de re. cum se. ff. de arb. iuncta d. l. 2. & not. Bar. in d. l. si societatem. §. arbitrorum. & ver. q̃ro q̃ dicitur etiam. ff. pro socio. iuncta d. l. 2. & Ia. But. in d. l. 2. Pro ista o-
22 pin. etiã facit, † qa quando mulier vel minor iurat, non venire contra contractum, non potest ratione læsionis, petere restitutionẽ in integ. nec vti beneficio Velleiani, d. c. ex rescripto. & d. Auth. sacramenta, vt dixi sup. ergo eadẽ ratione maior non debet posse rõne deceptionis impetrare absolutionem à iuramento, vt sequatur beneficium d. l. 2. qđ aptè fuit de mẽte Arch. in d. c. quamuis. ꝑ illum tex. & ideo
* *communiter reꝓbatur limitatio Richar. & Sal. & Petr. de Anch. dicẽtium: ꝙ tex. in c. quamuis. non ꝓcederet, vbi nihil ꝓ dote datum esset filiæ renunciãti: nam contrarium tenuit Io. de Im. & Dominicus de S. Geminiano, in d. c. q̃uis. & Io. de Imo. Lud. de Ro. in l. q superstitis. ff. de acq. her. & in l. stipulatio hoc modo. de verb. obl. & Io. de Imo. in d. c. quintauallis, in pe. chart. ꝓpter rõnem expressam, d. c. q̃uis. s. qa iuramẽtum potest seruari sine interitu salutis æternę: nam vbi agitur de fauore animę, puta, de vitãdo periurio, etiam in correctorijs fit extensio ex identitate rationis, vt colligitur ex no. per gl. & Bar. in Auth. sacramenta. Et not. Ant. de But. in c. fi. circa antepen. char. de consuetud. vbi ꝓ hoc allegat no. ꝑ gl. in l. oẽs. in verb. passionis. C. de ferijs. & ideo non mirandum si plures doc. noluerunt se subscribere consil. Pet. de Anch. in casu ꝑdicto, ꝓut ipsemet refert in d. ca. q̃uis. ¶ Præterea etiã decisiõ sua loqtur in minore, cui iura magis subueniunt ꝓpter eius imbecillitatem: nimirum si iurauit simpliciter non contrauenire, si intelligitur solum exclusus à beneficio restitutionis in integrum: non autẽ à beneficio d. l. 2. vt ibi expressè not. gl. & doct. in d. c. pe. & in casu nostro etiã res est extra dubitationẽ ꝓpter illã clausulam, ex certa scientia, & alia, de qbus plenius dixi suprà. Ex quib. cõcluditur, qđ dictæ dominę nullo remedio succurri põt, & à lege conuentionis & iuramẽti discedere non licet.

ADDITIO.

a ¶ Fructus. adde Matthæ. de Afflict. decis. Neapolitan. 44.

Bald.consilio 437. super dubia. libro tertio.
b ¶ Consilio 225.
c ¶ Triplicis. Alex.inf.lib.2.cons.63.col.2.Ias.cons.197.lib.1.
Pe.de Ferr.in trac.libel.quo vxor agit ad do.ver.tanq̃ bona.
d ¶ Sed re ipsa. adde eundem But.cons.45. col.1.Bal.c.1.§.itẽ
sacramenta.de pace iura.fir.& in cons.17. consil.253.in fin.
lib.1.cons.153.lib.2.Bart.l.fi. ff.de p̃to. stip. Calder.consil.3.
sub tit.de arb.Rom.consil.54.consil.67.Paul,cons.174.lib.
1.Cor.consil.114. col.2 lib.3. Dec.l.fraudis. ff.de re. iur.ca.
ad hæc.1.in fin.de appell. vbi latè, ꝙ ex magna læsione do-
lus p̃sumitur.& in specie ꝙ læsio enormis re ipsa æquipare
tur dolo ex ꝓposito, quantum ad rescissionem contractus
tradunt Pet. de Anch.cons.39.consil.71.col.fin.consil.330.
colum.5.consil.339. in fin. Aret.consil.93.col.1. Cor.l. pa-
ctum ꝙ dotali.col.3.C.de colla.& cons.166.col.3.cons.189.
col.pe.lib.1.cons.72.libr.3.cons.147.cons.258.lib.4. Curt.
senior cons.43.col.2.8.consil.65.col.17.Dec.cons.349.nu.
4.Alcia.l.pacta quæ.col.5.C.de pact.
e ¶ Generalis. vide in lib.2. consil.11.
f ¶ Maior. idem Imola consil.14. Alex.consil. 127.infr. lib.2.
sed falsum est, vt ibi dicam.
g ¶ Iuramentum. hæ decisiones non sunt veræ, nec obseruan
tur, per not.sup.consil.27.nu.4.
h ¶ Meliori modo. idem Ro. Alex. Franc. Rip.l.1.§.si qs ita.ff.
de verb.ob. Ale.& oẽs.in l.eam quam. C.de fideicom. Dec.
c.cùm super. col.5.de offi.deleg.sed istud non est verum, ni
si quatenus constat de voluntate personæ non prohibitæ.
i ¶ Communẽ. idem Alex.l.si quis cùm aliter.& ibi Ia. col.6.
ff.de ver.ob.Matt.Affl.dec.Nea.220.col.1.Alci.l.q̃uis.co.2.
C.de trans.l.interpositas.gl.pen. C.eo.sed Dec.consil.203.
col.2. defendit op.Bart.eo.calore, ꝙ vltra allegatos p̃ eum.
seqtur Pathal.Cre.in rep.d.l.2.c.11.Cor.aũt.cons.165.cons.
189.lib.1.cons.27.col.2.4,lib.4.distinguit an sit læsus in mo
dico vltra dimidiã,& nõ rescindat,sed bene si sit maxima læ
sio, vltra dimidiũ, quod seqtur Dec.d.consil.202. cons.216.
consil.479.cons.551.consil.597.& in l.cùm te.C. de transa.
quòd habet rationem, & obseruari solet, ꝙ si clarè docea-
tur de enormi læsione vltra dimidiam, rescinditur.
k ¶ Quotidianum. idem Alex.inf.lib.5.cons.42.vbi vide.
l ¶ Aliàs. Imò continet iniustitiã ex parte eius, qui hoc p̃tex-
tu circunuenit aliũ, vt dixi sup const.Paris.§.65.q.5.& §.76.
m ¶ Verum. idem Alex.inf.eo.cons.125.nu.9.Curt. sen. cons.
44.col.6.cons.55.col.18. Ber.cons.154. Multa sunt in fi. lib.
1.Ant.Rub.cons.12.nu.17.

*SVMMARIVM.*

1 *Castri vicina non sunt depertinentijs eius, nisi probetur.*
2 *Ciuitas destructa sine spe constructionis, amittit priuilegia, secus si aliò transferatur.*
3 *Ius seu quasi possessio subiectionis per obedientiam probatur.*

## CONSILIVM XLIII.

DE celerrima expeditione requisitus, qd super
præmisso themate sentiam: p̃termissis argu-
mentis, in paucis absoluã. ¶ Dico namq; pri-
mò, ꝙ licet Cæsar de Montecucullo fuerit ab
illustrissimo principe inuestitus de pluribus
castris & oppidis Planorsij Cadignani, & cum villis, locis &
territorijs, iuribus & pertinentijs suis, prout latius in inue
stitura continetur, & villæ, de quibus vertitur controuer-
1 sia, essent iuxta castrum Planorsij: † non per hoc intelligun
a tur esse de p̃tinentijs Planorsij, qa de iure castro *a* nihil cor-
porale pro p̃tinentijs deputatũ est, nisi vt ab hominib. vel
statuto reperiatur assignatum: ita dicit Inno. in c. cũ ad se-
dem.de rest.spo.vt no.Io.And.& Mod.in c.si ciuitas.de sen.
excom.in 6.& Old cons.10.inci.venditum est castrũ,&c.ad
hoc quod no.Bar.in extrauaganti, qui sunt rebelles.in ver.
Lombardiæ.& in consil.suo incip.q̃ritur vtrum iurisdictio.
in 1.col.habet ergo Cæsar necesse ostẽdere ꝙ villæ, de qbus
est q̃stio, fuerint per habentẽ potestatem ex aliqua priuile-
giata, concessione assignatæ castro Planorsij. ¶ Quinimò,
posito ꝙ ita constaret, adhuc dicendum esset dictas villas,
non comprehendi in inuestitura p̃dicta, qa cum eo tempo-
re iam cum autoritate superioris castrum p̃dictum fuisset
euersum & diruptum non sub spe reædificãdi, imò ante di-
ruptionem, vt verbo fertur, constructũ fuerat castrum Ra-
scandori eo animo, vt castrũ Planorsij euerteretur: quasi lo
2 co Planorsij haberetur oppidum Rascãdorij † vnde ciuitas
vel castrum funditus destructum, sine spe nouæ cõstructio
nis, non retinet iura q̃ ante habebat, sed illa pdit, vt l.si vsus
fruct.§.6.ff.quib.mo. vsusfr. amit.l.pater.§. Tusculanus, vt
ibi no.Dyn.ff.de leg.3.no.Inn.& doc.in c.abbate. in fin. de
ver.sig.& no.gl.in c.priuilegiũ.de reg.iur.in 6.gl.16.q.7.in
c.& hæc diximus.in c.statutum.in 10.colligiatis.de elec.in
6. ¶ No.clarè Bal. de pace Constan.in verb.nos Romanos.
& Bal.in l.sicut.§.in decurionib.ff.quod cuiusq; vniuer.no.
& Ang.in rubrica. ff.de colleg.illi. ¶ Præterea dicit Inno.in
c.2.de ope.no.nun.& gl.in præallegato c. priuilegium.ꝙ ci
uitas vel castrum destructum, & alio loco translatum, reti-
net iura quæ habebat ante.ar.11.q.1.& temporis.& c.seq.de
relig.domi.c.cùm ad monasterium.ff. de contrahen.empt.
l.æde.sed ita est ꝙ dictum castrũ Rascandorij repræsentare
videtur castrũ Planorsij, & loco eius ædificatum extitit qḋ
satis cõstat ex actu illo destructionis incontinẽti subsecutæ
post constructionẽ Rascandorij, ex vicinitate enim actum
p̃penditur intentio, vt l.si ventri.§.fi.cum gl. & ibi no. Bart,
de priuil.cred.& no.Bar.in l.post contractum.in verb.quin
tò p̃sumitur.ff.de don.& per Bal.in l.multum. C.si qs alteri
vel sibi.facit l. Titia.§.idem respondit.de verb.obl.& l.item
q̃ri.§.1.ff.de pact.ergo videtur ꝙ iura castri Planorsij cen-
seãtur esse translata in castrum Rascandorij. ¶ Fortifican
tur p̃dicta, qa p̃sumitur ꝙ etiam ante tẽpus dictæ vltimæ in
uestituræ collatæ in Cæsarem, dictæ villæ cœperant obedire
castro Rascandorij, seqtur ꝙ cæperunt esse subiectæ isti ca-
3 stro, & eius dominio, tanq̃ p̃tinentiæ castri, † qa per obedien
tiam acq̃ritur ius seu quasi possessio subiectionis: vt not.gl.
& Inn.in c.olim.el 3.de rest.spo.& declarat Bal. in l. 2.in 13.
co.C.de serui.& aqua.& in l.liberti libertæq;.in prin.C. de
ope.liberto.pro hoc in specie facit qḋ no.Bal.in l.data ope
ra.C. q accu.non possunt.in 11.col.in verb. super q̃sita cadit
testimonium, &c.vbi dicit, quod si vertitur q̃stio an ager Ti
tanus sit de territorio Perusij vel Eugubi, testes inducti, vt
ꝓbent, debẽt reddere rationem sup iurisdictione: vt qa vi-
derunt commune Perusij ibi furcas erigere, vel malefacto-
res ibi capere, vel viderunt homines illius agri ibi obedire:
saltẽ in faciendo, vt ibi latius per eum. Comꝓbantur ex his
q̃ habentur in l.3.C.de natu.libe.& ibi no.Bar.vbi dicit qḋ
ꝓbato, ꝙ castrũ vel villa sit de territorio talis ciuitatis: pro-
batur eò ipso quod ꝓbatur, quod castrum vel villa subibat
onera illius ciuitatis, vt qa ibi soluebat collectas, & similia:
allegat etiã ea q̃ habentur in Auth.quib.mo.na. effi.sui. §.si
qs igitur ex qualibet.& ibi not.glos.sed ita est ꝙ dictæ villæ
subeunt, & subibant ẽt ante tempus dictæ inuestituræ one-
ra custodiæ de dicto castro Rascandorij sciente, patiente &
volente supiore, secundũ Bar.in l.fi.ff.vti possid.no. in Cle.
1.de for.comp.in gl.fi.ergo sequitur ꝙ censentur esse subie
ctæ illi castro. Ex quib.concluditur ꝙ in concessione facta
dicto Cæsari d.villæ nullatenus comprehẽsæ intelliguntur.

ADDITIO.

a ¶ Castro. Iacob.tract. feu. ver. & castri. Rub. cons.col.1.fa.
quæ dixi in consue.Paris.§.1.glo.5.nu.44.cum seq,

*SVMMARIVM.*

1 *Verba, pro se suisq; liberis & hæredibus, requirunt vtranq; qualitatem, ideo tunc non veniet filia per statutum exclusa vel instituta in re certa, & nu.2.*
3 *Feudum vel emphyteusis non iure accrescendi, sed iure inuestituræ confertur.*
4 *Pecuniæ expensæ per patrem cõputantur in legitimam pro rata.*
5 *Syndicus non potest præiudicare iuri singulorum.*
6 *Causa non præsumatur in inferiore à principe.*

EPITOME.

QVi accepit in emphyteusim ꝓ se & filijs & suc-
cessorib.decedens filios masculos, instituit hæ
redes vniuersales & vnicã filiam in re certa. Po
stea vnus filiorum sine liberis decedẽs.d.soro-
rem suam, & Helisabet sponsam suã, hæredes
insti-

instituit. q. est an hi hæredes instituti à filio debeant consequi portionem eius integram in bonis d. emphyteusis, vel saltem vsq; ad ratam legitimæ d. filij. Respon. Alex. ꝙ non, quia d. Helisabet non est de liberis primi capientis. d. autē filia, licet sit de liberis, tamen nō fuit hæres vniuersalis, sed solum in re certa, tamen quia non est comprehensa in inuestitura propter statutum loci, ꝙ stantibus masculis fœmina non succedit. & sic concludit ꝙ tota portio emphyteusis filij defuncti reliquis fratribus accrescit.

## CONSILIVM XLIIII.

VIso themate suprascripto de omnibus, de quibus in eo, super quo abundè scriptum & allegatum est per celeberrimum dominū, suprà consulentem, paucioribus agam. & pro conclusione dictæ consultationis, præsuppono in primis, quod illa verba inserta in inuestituris dicti Gasparis, videlicet pro se & suis liberis & successoribus, non intelliguntur comprehendere successores, qui non essent de liberis Gasparis: maximè dum extarent de liberis ipsius Gasparis, vt not. Bart. in l. vt iureiur. §. si liberi. ff. de operis lib.
1 dum dicit† ꝙ si pater recipit in emphyteusim ꝓ se, suisq; liberis & hæredibus, &c. intelligitur esse actum ꝙ requiratur
a vtrunq; a in ꝑsona volentis succedere in emphyteusim, s. ꝙ sit filius & hæres, vt §. emphyteusim. in Auth. de non alie. & seqtur Bal. in l. tale pactum. §. fi. in prin. per illum text ff. de pac. & Ang. in l. Gall. §. etiam si parente. ff. de lib. & posth. & Imol. in c. potuit. de loc. & in c. quod dicitur. ff. de verb. obl. & idem dicēdum est, in verbo successoribus, quod in verbo hæredibus: qa appellatione successoris, intelligitur de hærede. l. qdam. §. his aūt. ff. de eden. & no. per Bal. in l. emptorē. in 3. col. C. locati. & in terminis nostris not. Imol. in l. qđ dicitur. in fi. vlt. col. ff. de verb. obl. ad idem quod no. Bal. in l. 1. in 2. col. C. de iure emphy. vbi voluit ꝙ si concessio facta fuit Titio, ac eius filijs & hæredib. nō intelligitur ꝙ extantibus filijs possit emphyteusis venire ad extraneos hæredes. arg. l. ex facto. §. fi. cū alijs allegatis ꝑ eum. ff. ad Treb. Et idem tenet Io. de Imol. in l. Gall. §. etiā si parente. in fi. ff. de
2 lib. & posth. arg. l. cùm pater. §. 1. ff. de leg. 2. ¶ † Secundò, præsuppono ꝙ ad dictam emphyteusim nō vocatur filia fœmina Honestina prædicta virtute inuestituræ: prout verbo fertur seruari in loco, in quo vertitur qō extantib. masculis, & istud potuit fortasse cōtingere, vel quia sit ibi statutū, quod extantibus masculis filiæ fœminæ non succedant, & ꝓpter
b hoc ibi seruetur decisio b Bar. in d. l. vt iureiur. §. si liberti. & Imo. in d. c. potuit. in fi. & cōsuluit Bart. cons. 154. Ista qō habet duo dubia. Primum, vtrū verba statuti, vbi dicit ꝙ propter tale statutū concessio facta in emphyteusim Titio pro se suisq; filijs masculis & fœminis intelligēda est ordine successionis, s. ꝙ filiæ fœminæ non comprehendantur, nisi deficientibus omnib. masculis. ꝑ no. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posth. qa p̄sumendum est disponentem se voluisse conformare cū dispositione statuti ꝑ quod ius commune seruatur in loco. qua coniectura etiā vtitur Bart. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Treb. & istud maximè ꝓcedit cùm concessio facta fuit recipienti pro se, ac filijs & hæredibus, sed successorib. copulatiuè, ꝓut in ꝓposito: quo casu tenet Sal. in l. 2. in 17. col. C. de iure emph. ꝙ in inuestitura intelligantur prælati masculi fœminis. ¶ Potest etiā contingere istud vbi seruatur, quando contingit filium institui in re certa, & nō vniuersaliter, vel in quota, quo casu nō admittātur ad emphyteusim receptam ꝓ liberis & hæredibus seu successorib. quia intelligitur de vniuersali, vt dixi sup. & institutus in re certa, non dicitur ꝓpriè hæres. l. quoties. cū ibi plenè no. ff. de hær. inst. & no. ꝑ doct. in l. ex facto. eo. tit. & in ꝓposito nostro. istam opin. tenet Bal. in l. liberti libertæq;. in 6. col. C. de ope. lib. & Ang. in d. §. ēt si parēte. & Sal. in l. 2. in 20. qō. C. de iure emph. licet in hoc nonnulli tene-
ignis satis magnus visus fuit in vno ex dictis fundicis, quo-
rum claues & custodiam hẽbat Sanctus, & tunc constat Ra-
gusinos non teneri, qa culpa eorum non est secutum incen
dium, cum non ad eos spectaret custodia dictorum fundico
rum.& hanc partẽ ꝓbat tex.in l.si verò.in prin.& §.1.& §.in-
terdum.de his q deie.vel effu.& not.Sal. in d.l.q̃ fortuitis.&
4 in tractatu suo de incendiis.† hoc enim casu incendium ap-
pellatur casus fortuitus quãdo ignis non est ĩmissus ab ipsis
Ragusinis habitantib. sed aliunde ꝓcessit, ita intelligitur l.
cum duob.§.damna fatalia.ff.ꝓ socio.& l.si vt certo.§.dam-
na fatalia.ff.cõmo.& ꝓbatur in l.videamus.§.2.cum l.seq.à
contrario sensu.ff.loc.& l.contractus.de reg.iu.& tenet hoc
Io.An.Ant.de Bu.& expressius Imo.in c.1.cõmo.& Bal.in l.
pignus.in 3.col. C. de pig.act.& ꝑ Bal.in d.§.cognoscit.& in
l.1.C.depo.faciunt q̃ infrà ꝓximè dicentur. ¶ Secundus est
casus quãdo non constaret, ꝙ à prĩcipio ignis satis magnus
visus fuisset in fundicis vel altero eorum, tamẽ constaret ꝙ
Sanctus ꝑ se seu eius ministros erat solitus de sero & noctis
tpe claudere ostia dictorum fundicorum, & ĩ eis ire cum lu
mine accẽso. & hoc casu ẽt erit idem in casu proximè dicto.
¶ Hoc ꝓbatur primò ex his q̃ dicit Bal.in l. si creditor.C.de
5 pig.act.†vbi q̃siuit quomodo ꝓbetur in incẽdio culpã abes-
se.& respondit ꝓbando vnde incendium habuit originẽ, pu
ta ad hostiũ incursum. Successiuè q̃rit, qd si hoc non potest
apparere, ꝓut dicit fuisse in combustione hospitij Leonis,
qa nõ apparebat vtrum incendium ꝓcesserit culpa hospitã
tium, vel culpa exercitoris aut famulorum eius. & respon-
det ꝙ hoc casu contra exercitorẽ non potest ferri sñia, alle.
in arg.d.l.si verò.§.interdum.vers.qđ si ex mediano, de his
q deie.vel effu. ¶ Ecce ꝙ Bal.ibi vult in incendio pariter prę
sumi culpã tam in hospitalib.& viatorib. q̃ in continuo ha-
bitantib.& ideo in hoc dubio non potest agi contra exerci-
torem, q non tenetur de facto viatorum.l.1.§.fi. aliàs est.l.2.
ff.fur.aduer.naut.cau.sta.& declarat Sal. in d.l.q̃ fortuitis.
¶ Hoc idem videtur dicere Bal.in l.pignus.in vers.item q̃ro
de igne.in 3.col.C.de pig.act.vbi q̃rit, an p̃sumatur ignis im
missus ab habitantib.seu conuersantib.in domo.& respon-
b dit ꝙ sic, *b* per d.l.si verò.versic.ꝙ si ex mediano.nisi demon-
strarent immissionẽ, ꝑ d.l.dominus horreorum.ff.loc.& l.si
ita.§.fi.ff.de fun.inst.& l.ne qd.ff.de incen.rui.nauf. ¶ Et iux
ta hoc q̃rit Bal.qd si multi conuersabantur, ita ꝙ de aliquo-
rum facto tenetur hospes de facto suorum, & de aliorum fa
cto non tenetur, vt de facto aduenarum, vt d.l.1.§.fi.respon-
det ꝙ vbi est incertitudo, ibi deficit ꝓbatio. & ibi tex. dicit,
qđ certi hominis factum ꝓbandum est.l.licet.§.possumus.
ff.nau.cau.stab.ita residẽt Bal.in d.l.pignus. ¶ Et sic patet ꝙ
Bal.ibi non facit differentiã inter habitantem & conuersan
tem, & vult ꝙ illa incertitudo eximat habitantẽ à condẽna-
tione.idem voluit Sal.in d.l.q̃ fortuitis.in vlt.col.in ver.sed
tunc insurgit dubium, pone incendium, &c.vbi in effectu
concordat dictis Bal. in d.l.si creditor.& in d.l.pignus.licet
de ipso non faciat mentionẽ. ¶ Comprobantur p̃dicta per
6 id quod no.Ray.& Ang.in l.iusto.in prin.ff.de vsuc.†vbi per
illum tex.dicunt, ꝙ si qs reperitur occisus in strata nec appa
ret à quo, p̃sumetur occisus ab illo qui locum frequentat, &
idem in simili ratione dicit Alb.de Ros.in 2.parte statu.in q.
171. quæ incip. Talis quæstio disputata, &c. in fi. ergo & in-
cendium p̃sumitur ꝓcessisse à facto Sancti seu ministrorum
eius ꝑꝑ conuersationẽ quã habebat in fundicis, qa in his q̃
occultè aguntur de nocte, quãdo ciuiliter agitur, sufficiunt
ꝓbationes per coniecturas ꝑꝑ difficultatem, vt not.Bart.&
alij in d.l.si qs ex argentariis.§.pe.& Spe.in tit.de pig.§.1.ver.
& no.cum se.in ti.de fur.ver.pe.& Bar.in l.si quãdo.C.vnde
vi.& in l.de pupillo.§.si qs ipsi p̃tori.de oper.no.nun.in 8.q.
& Fed.de Sen.in cons.109.inci.Nulli dubium. & Hosti.in c.
fi.quod metus cau.ar.l. non omnis.§.à barbaris.ff.de re mi.
& l.sancimus.C.de nupt.cum si. ¶ Et ad prædictorum con-
firma-

firmationē accedit q̄stio formata ꝑ doc. in c. significasti. el 2.
7 de homi. † qd de lapide ꝓiecto de domo, ab vno ex quatuor
q erāt in domo, sed nescitur à quo, an oēs teneātur de ꝑcus-
sione lapidis. & licet doc. ibi dicāt, ꝙ si q̄ratur de pœna irre
gularitatis, seu q esset indēnis, & tūc oēs tenētur, ꝑ tex. in d.
c. signific. eò, qa in hac pœna indēnitatis nullū subest ꝑicu-
lum. Sed dicit Abb. Mod. ꝙ si q̄ratur de alia pœna, tunc nul
c lus c tenetur: qa ex tali impositiōe pœnæ posset subesse ꝑicu
lum: vt qa posset cōtingere, ꝙ innocēs pœna & dāno affice-
retur, cōtra l. ab sentē. ff. de pœnis. & similē decisionē ponit
Alb. 3. par. sta. q. 61. ¶ Et ex p̄dictis infertur ad decisionē ter
tij casus, videlicet quādo ꝓbarentur ea q̄ dixi in 2. casu prin
cipali, excepto ꝙ nō ꝓbaretur ꝙ d. Sanctus, vel eius mini-
stri, in dictis fundicis irēt cum lumine; & adhuc dico idem
esse ꝑ easdem rōnes & iura: nam doct. in locis sup. allegatis,
dum p̄sumunt cōtra conuersantē in loco, nō faciunt diffe-
rentiā, an appareat ꝙ conuersantes conuersarentur cū lu-
mine vel sine, & similiter Ray. & Ang. in d. l. iusto, nō req̄rūt
ꝙ ꝓbetur illū frequentantē in loco visum fuisse cum armis
offensibilib. ad hoc, vt ille q ibi fuit interfectus, p̄sumatur
ab eo occisus. Sed satis est ꝙ cū conuersatione cōcurrat ha-
bilitas aptitudo seu potentia, sicut alibi dicunt gl. & doc. in
8 l. inciuilem. C. de furt. † quod si res furtiua reperitur apud
aliquem q eam emit, certè p̄sumetur fuisse conscius, & par
d ticeps furti, si frequentauit d similes emptiones rerum fur-
tiuarum, q̄uis. n. non cōstet, ꝙ actu particeps fuerit, tamen
sufficit potentia vna cū frequentatione, & ad hoc plura ex-
empla adduci possent, q̄ breuitatis cā omittam. ¶ Preterea,
dato ꝙ qs fundicum continuè nō inhabitaret, tamen si cla
ues, & ꝑ consequēs custodiā fundici retinet, iuxta l. cùm pa
ter. in §. pater plurib. de le. 2. & in eodē fundico conuersaba
tur, & incendio combustū sit, debet eadem rōne imputari
culpa huic habenti custodiā fundici, quemadmodū inhabi
tantib. contra quos nō p̄sumitur dolus cōmissus in incen-
dio: sed solū culpa leuissima. i. non p̄stita exactissima dili-
gentia in p̄cauendo ex incēdio, vt no. gl. in d. §. p̄terea. nam
& nō bene custodire ab incendio, sine dubio est culpabilis
custodia. d. l. si vēdita. & ꝑ consequēs idē ius debet esse, vt in
iurib. vulgaribus. ¶ Confirmo p̄dicta: nam d. Ragusini con
ductores non tenētur nisi de dolo, lata & leui culpa, non de
9 leuissima, vt in prin. dictū fuit: † sed in incendio nisi aliter ꝓ
betur, nō p̄sumitur interuenisse nisi leuissima culpa: vt est
gl. fi. in d. §. p̄terea. q̄ idē dicit in furto: & istud dicit esse sin-
gulariter no. Sal. in d. l. q̄ fortuitis, qa non semꝑ qs tenetur
de leuissima culpa. Nec ob. ad hoc si dicatur, saltē tenebun
tur Ragusini actione l. Aq̄liæ. in qua venit leuissima culpa l.
in l. Aqui. la 2. ff. ad l. Aqui. qa respondeo, ꝙ illud est verum,
quādo apparet, culpā leuissimam esse commissam in facien
do, & nō in negligendo diligentissimè custodire & p̄cauere
ab incendio: ita illam l. intellexit gl. in l. si mora. in gl. pen. ff.
sol. ma. & Bar. in rep. l. quod Nerua. ff. depo. in 12. col. in ver.
itē q̄ro, vtrū culpa leuissima, &c. & do. maximè Imol. in c. 1.
de cōmo. & Bal. in l. pignus. in 10. col. C. de pig. act. & Sal. in
l. si nulla. in eo. tit. ¶ Sed nō ꝓbatur ꝙ illa culpa leuissima, q̄
in dubio p̄sumitur interuenisse in incendio dicatur esse cul
pa in omittendo, & in faciendo: imò potius illa gl in §. p̄te-
rea, videtur sentire contrarium, dum in hoc æq̄parat furtū
& incendiū. & culpa leuissima q̄ in dubio p̄sumitur, videtur
esse in negligendo custodire, vt l. cum duob. §. damna. ff. ꝓ
socio. & ista fuit intentio Sal. in d. l. q̄ fortuitis. ad fi. si bene
ponderetur, dū dicit ꝙ istud erat singulariter notandum in
incendio: qa non semꝑ qs tenetur de leuissima culpa. nam
si verum esset ꝙ in incendio p̄sumeretur culpa leuissima in
faciendo cōmissa, semꝑ posset talis culpabilis conueniri ad
æstimationē damni ꝑ actionem. l. Aquiliæ. & nihil operare
tur quod esset culpa leuissima magis q̄ leuis. ¶ Et quod illa
culpa, sine qua incendium plerunq; committitur, sit culpa
commissa in negligēdo, videtur ꝓbari in l. qui ædes. in vers.
negligentia. ff. de incen. rui. & nau. q tex. intelligitur de cul
pa leuissima, secundum Bal. in l. data. in 3. vel 5. col. C. q ac-
cu. non poss. & ista aptius declarabūtur circa responsiones
ad argumenta. & ꝑ p̄dicta etiam remanet casus iste decisus.

Quartus & vltimus casus, s. quādo simpliciter probetur ꝙ
ignis satis magnus fuit visus in fundico inferiori. nam dato
ꝙ non esset ꝓbatum, ꝙ incendium & ignis habuerit origi-
nem in ipso fundico magis q̄ in partibus superiorib. atta-
men ꝓpter rōnes sup. deductas, q̄ etiam militāt in casu isto,
seq debet absolutoria. ꝓ quo etiam bene facit ratio allega-
ta in puncto: qa cùm non appareat ꝙ potius ignis combus-
serit partes superiores & inferiores, q econtra, s. ꝙ ignis exi
stens in fundico, fuit causa incendij, in re dubia non potest
actor obtinere, vt in ꝓposito dicit Bal. in l. si creditor. cum
concor. sup. alleg. facit regula, cùm sint partium iura obscu
ra, potius reo fauendum est, vt in iuribus vulgarib. ¶ Non
ob. allegata in contrarium, & in primis primum argumen.
ꝙ p̄sumptio sit contra inhabitantes, &c. quia respondeo, ꝙ
quantum ad ꝓpositam materiam, idem iudicatur de con-
uersante, quod de continuò habitāte, nam est eadem ratio
ꝓpter aptitudinem & potentiā; maximè in eo, q retinebat
claues & custodias fundicorum, vt superius abundè dedu-
ctum est: pro quo etiā bene facit quod no. gl. in c. pe. in ver.
commorātes. de stat. mo. vbi gl. vult. ꝙ rōne subiectæ mate
riæ appellatione cōmorantium veniūt non solū continuò
& perpetuò cōmorantes, sed ad tempus. ¶ Non ob. ꝙ inten
tio actoris sit fundata ꝑ not. Bart. in d. l. si qs ex argentarijs.
cum si. qa respōdeo, ꝙ illud esset verum vbi tm̄ partes habi
tatę ꝑ Ragusinos cōbustæ essent, sed vbi oēs partes, tam su-
periores q̄ inferiores combustæ sunt: & q̄ partes tenebātur
sub custodia diuersorum ibidē commorantiū, vel conuer-
santiū, ꝙ secus est ꝑ d. l. si verò. ff. de his q deie. vel effu. ¶ Se-
cundò respōdeo, quod illud qd' no. Bar. in l. si qs ex argenta
rijs, ꝓcedit in eo, q tenebatur ēt de quacūq; leuissima cul-
pa, vt in cōmodtaario & similib. l. in reb. cū si. ff. comm. & ēt
interdū in cōtractu locationis venit leuissima culpa, vt l. q
mercedē. ff. lo. secus in eo q nō tenebatur de leuissima cul-
pa, p̄sumpta in incēdio, q̄ licet leuissima, tamē nō onerat cō
ductorē, vt supius est ostēsum. ¶ Nec ad hoc ob. d. l. si vendi
ta. q̄ loq̄tur in cōtractu vēditionis, in quo nō venit leuissīa
culpa: qa respōdeo, ꝙ ille tex. potius dicit contrariū: nā ille
tex. in prin. dicit, ꝙ incendiū sine culpa fieri nō pōt. postea
subdit tex. q̄obrem si diligentiā vēditor eā adhibuisset in in
sula custodienda, quā debēt hoīes frugi & diligētes p̄stare,
si qd accidisset, nihil ad eū ꝑtinebit, &c. & sic tex. ille vult ꝙ
qs nō fuerit in leui culpa ad hoc, vt qs excusetur à culpa, si-
ne qua incendiū esse nō pōt. hoc patet ibi ex ver. diligētes,
qd' qdem verbū adaptatur ad exclusionē leuis culpæ, nō le
uissimę. l. si cū vēderet. §. fi. cū l. se. ff. de pig. ac. iūcta l. in reb.
in prin. ff. com. plenè ꝑ Bar. in l. qd' Nerua. ff. depo. cū con-
cor. dum tractat de leui & leuissima culpa, & illud verbum
pōt cōuenire oī culpæ, s. tā latæ q̄ leui & leuissimę, secundū
subiectā materiā. & no. Bal. in l. pign. in 8. col. & Sal. in d. l. si
cū nulla. eo. ti. & Bar. in l. in venditione. §. 1. de bo. auth. iud.
pos. ¶ Nec ēt ob. l. mulier. §. si tibi. ff. ad Tre. & l. domus. cū
l. se. ff. de le. 1. qa. n. non dicitur ꝙ incendiū p̄sumatur esse se
quutū interueniēte culpa lata vel leui, q̄ interuenisset, ꝓut
est responsum, ꝓut in puncto & rectè. ¶ Non ob. secūdum
ar. de statuto Pisauri: qa respōdetur & primò, qa statutū in
casu nostro nō vendicat sibi locū, qa non appareat an culpa
statuti, an culpa Ragusinorū incendiū secutū sit, ꝓut sæpe
10 dictū est. ¶ Secūdo respōdeo, qd' † statutū debet interpreta
ri & restringi, secundū ius cōe, ne qs indebitè dānum patia
tur. l. si serui. C. de noxa. l. adigere. §. q̄uis. de iu. pa. c. cū dile-
ctus. de consu. & sunt doctrinæ cōes Bar. & aliorum in l. oēs
populi. in 6. q. prin. ff. de iust. & iu. & vbiq;. sed de iu. cōi con
ductor nō tenetur de leuissima culpa, q̄ p̄sumitur fuisse in
incēdio: ergo debet intelligi statutū de his, q̄ ꝑ culpa leuissi
ma cōueniri possūt, vel ēt melius de iure cōi ꝓ incēdio pōt
qs cōueniri ad emendationē dāni, ēt ꝓ leuissima culpa. d. l.
in l. Aq̄l. tamen istud intelligatur, quādo apparet culpā esse
cōmissā in faciēdo, de quo nō cōstat in casu nostro. ꝓut hęc
oīa seriosè deducta sunt & ꝓbata. ¶ Nec ob. ꝙ alio statuto
11 cautū sit, ꝙ verba statutorū non recipiant interꝑtationem,
sed intelligantur prout verba sonant, & cęt. quia per hoc
e non tollitur e iusta interpretatio, vt per plura latè probat

Bar.in d.l.omnes populi.in 6.q.principali. in fi.& etiam ibi Bal.in 12.col.& Imo.in l.Cæsar.ff.de publ.& in cap.Raynutius.de testa.circa tractatum pupillaris substitutionis,in ff. illius tractatus.& hoc esse verum, colligitur ex mente statuentium. nam illud statutum de incēdio,emanauit ad minuendam obligationem incēdiarij. s.vt pro leui culpa non posit puniri criminaliter, cuius contrarium erat de iure communi, secundum veram opin.vt est tex.in l.si fortuitò. iuncta gl.1. & 2.ff de incen.rui.& naufra.& no.Bar.in l.3.ff. de offi.præfect.vigilum.& expresius Bal.in l.data opera.in 4.& 5.col.C. qui accus.non pos.per Bar.in l.respiciendum. §.delinquunt.ff.de pœ.ergo tale statutum inductum ad diminuendum non debet inducere augmentum:qa esset absurdum.l.planè. la 1.in prin ff.de leg.1.& l.si transferam. ff. de adimē. leg. ¶Etiam ex hoc colligitur q̄ fuerit mens statuentium,vt not.Bar. in d.l.oēs populi.in 8.qō.principali. ibi dum dicit de mente statuentium est,ꝙ voluerint recedere à ꝓprio significatu verborum, quando statutum secundum ꝓprium significatum resultaret absurdum.l.in ambigua.ff.de le.idem si resultaret repugnantia iuris cōis, vel læsio iuris tertij,vt signanter dicit Ant.de But.& Imol.in d.c. cùm dilectus.in notabilibus per illum text. de consuet. sed ita est,ꝙ vbi apparet de mente statuentium,semp statutum recipit interpretationem restrictiuam, etiam si statutū reijceret cōem interpretationem,vt not.Ia.But.& Bal.in l.nō
12 dubium,circa 3.col.C.de leg.¶†Non ob.tertium ar. quod ꝓ leuissima culpa de iure cōi tenetur incēdarius per d.l.in l.Aquil.&c.qa respōdeo duob.modis. Primò, secūdum primam responsionem datam ad secundum arg. Secundò respondeo,ꝙ illud est verum,vbi apparet culpam fuisse commissam in faciendo, prout dictum est sup. & ꝙ dictum statutum intelligatur de culpa commissa in faciendo: patet, quia statutum loqtur de incendiarijs: iste autem terminus videtur attribui facienti, non autē negligenti & culpabili in non faciendo:vt probatur in l. capitalium.§.grassatores. in vers.incendiarijs. ff.de pœnis. ¶Non ob.vltimum argu. qa respondeo ad l. item Mella. §. si plures. secundum quod etiam respondet Bal.in d.l.3.§.cognoscit.ff.de of.præfe.vigi.ꝙ ibi cōstabat de principio delicti,scilicet ꝙ omnes percusserint,sed non constabat de fine delicti,s.cuius ictu perierit; hîc autem non constabat de principio. i. cuius culpa ortum fuerit incendium:ita dicit Bal. & ibi etiam respōdet ad l.fi.cum l.seq.& ad l.si verò.ver.quod si ex mediano.ff.de his qui deie. vel effu. videlicet ꝙ ibi loqtur in quasi maleficio ex illo edicto, vt l.ex maleficijs. §. alias quoq;. el 2. ff. de act.& obl & agitur ibi ex eo, ꝙ fideicommissum est in faciendo:sed in casu nostro agi oportet ex contractu. nam ex delicto commisso in faciendo agi non potest hoc casu, nisi aliud probaretur,vt sup.dixi circa intellectum l.in l.Aquil. & ideo hoc casu tenent doct. vbiq; reum esse absoluēdum: vt per Bal.in d.l.si creditor.cum concor.sup.all.¶Præterea in legib.allegatis in contrarium constabat, ex quo particulari loco habuisset originem illud, quasi malum: vnde oēs in eodem particulari loco existentes tenentur; licet non constet quis fecerit. sed in casu nostro non constat, ex quo loco habuerit originem, ergo actor qui se fundat ꝙ habitabat in partibus superioribus habitatis per Ragusinos,si non probat intentionem suam,& locum,succumbit.l.non solum.§.sed vt ꝓbari, cùm ibi not.per doct.ff.de oper.nou. nun.l.libellorum.ff.de accu.¶Nec ob,ꝙ Bal.in d.§.cognoscit.reliquerit istum casum indecisum:qa illum postea in effectu decidit in l.si creditor. & in l.pignus,cum sim. ¶Non omitto ꝙ vbi ꝓbaretur ꝙ dicti conductores non erant hoc consue.sed vigiles,si alia indicia contra eos non appareant, non tenentur de incēdio:ita expressè inqt Bal.*f* in cōs.Qui
f dam Viscorius. arg.l.non omnes. §.à barbaris. ff.de re mil. & l.argentum.ff.commo. Alex.

ADDITIO.

a ¶Fundata. & quod sit fundata locatoris intentio contra conductorem, vt eius culpa leuis præsumatur, nisi ꝓbet casum,tenet Bal.consil.inci.Factum.q.ꝙ est consi.23.lib.1.secundum veterem impressionem Brixiæ.& cons.148.libr.2. secundum nouā impressionem. Ang.con.195.Incendium.
b ¶Quòd sic. & sic in genere & personæ indeterminatæ, sed non præsumitur culpa vel factum certi hominis,& sic in dubio non est fundata intentio locatoris contra conductorē. ita decidit Bal.cons.441.qdam magister.lib.1.cōs.443.quidam nomine Restorius.lib.3.repetit.cons.491.lib.4.Rom. cons.401.Anch.cons.348. pro deci. Alex.in l. si quis ex argentarijs.§.p̄tor ait. & ibi Ias. ff.de eden. l.domos.& ibi Ias. ff.de leg.1.cons.74.in lib.3.Cęp.cons.crim.cons.70.Io.An. cons.71.Bal.Sal.in d.l.q̄ fortuitis.Cor.cons.242.lib.1.Matt. Affl.deci.Neap.57.Cur.iun.in l.dominus horreorum.col. 2.ff.loc.Ias.in l.licet & si quis.§.q̄situm. col.pe. ff. si quis cautio.& in cons.116.lib.1.Hyp.Mars.l.1.in prin.nu.9.ff. ad leg. Cor.de sica.Bertran.con.140.etiam si ꝓbaretur lib.3.Tho. Ferra.cau.36. Tho.Gram.cons.22.Lud.Goza.cons.64.debet ergo agens fundare intentionē suam amplius, q̄ ex nuda & generali præsumptione contra habitantem. & econuersò si habitans agat ex statuto contra ciuitatem ad repetitionem damni,debet probare ignem ab extraneo immissum sine sui culpa,vt per Alberi.par.2.sta.q.80.
c ¶Nullus,suprà,consil.15.
d ¶Frequentauit.Alcia.de præsump.regul.3.præsum.29.Ias. consil.2.col.4.lib.1.
e ¶Iusta.inf.eo.consil.80.col.2.
f ¶Bal.habetur in cons.442. Quidam nomine Restorius.li. 3.quod est repetitum lib.4.cons.491.

*SVMMARIVM.*

1 *Remedium c.reintegranda,& contra quam ex d.c.agitur.*
2 *Filiationis quasi possessio sufficit.*
3 *Fama inducens quasi possessionem transfert onus probandi.*
4 *Opinio communis quomodo probatur.*
5 *Fama & communis opinio probatur etiam per testes singulares,*
6 *Testis deponens de detentione probat possessionem.*

## CONSILIVM LI.

Viso & discusso processu inter Nicolaum quon
1 dam Zilioli de Cesena,&c. ¶†Primò præsuppono in hac causa intentatum fuisse vltimo loco remedium c.reintegranda, 3.q̄stio.1. quod
a *a* competit cuilibet, qui à possesione ceciderit sine iusta causa, tam pro possesione rerum ecclesiasticarum,quàm aliarum rerum, quarumcunq; secundum doct.
* magis * communiter in c.cùm ad sedem.& in c.sæpe.de restit.spol.& Bart.in l.si coloni.de agri.& censi.& Ang.in consil.157.incip.in prædicta q.vertente inter commune castri, &c. & notant Moder.in l. rem quæ nobis.ff.de acquir.poss. ¶Et præsertim quando intentatur contra posidentem sine titulo,prout in proposito nostro: nam possesio iunior quæ ꝑuenit ad reum conuentum, p̄sumitur clandestina.c. licet causam.de ꝓba.no. Bar.in l.si duo.in prin.ff. vti posi. & Ia.But.in l.incerti.C.de interdict. ¶Ex hoc patet ꝙ non ob.l.siue autem.§.si duobus. ff. de public. & ad no.per Bar. in d.l.rem quæ nobis. in l. manifestissimi.§. sed cùm in secunda. C. de fur. quia loquuntur quando reus conuentus posideret cū titulo. ¶Quinimò tenuit Ant.de But.& do. Abb. Moder.in d.c.sæpe.& nouissimi in d.l.rem quę nobis. ꝙ etiam remedium. d. c.reintegran. daretur contra titulo posidentem, ꝓut etiam dantur plura alia remedia possessoria.l.fi.C.de edict.diui.& not.gl.in d.l. si duo.in princ.& ibi no.Bar.in vers. q̄ro quod si ille qui posidebat à me tibi. ¶Sed pro nunc de hoc disputare non expedit,qa reus conuentus de aliquo tit. non ꝓbauit. ¶Et dato ꝙ constaret ipsum reum conuentum, tanquam hæredē sui patris, & aui paterni continuasse in possesione dictæ rei; tamen non ꝑ hoc diceretur habere titulum ꝓ hærede:quia titulus ꝓ hærede non habet locum in descendentibus, qui sunt sui hæ-
b redes,vt in l.1 §.fi.ff.ꝓ hærede.l.fi.in gl.1.eo tit. ¶†Ad ostendendum autē ꝙ sit ꝓbatum de filiatione legitima,& naturali ꝑdictorum:Præsuppono,ꝙ interdum quæritur,qualiter probetur quasi possesio filiationis, quæ qualiter vnaquæq; probetur,vide Bart.in l.1. §.idem per contrarium.ff. de liber.agno. & in l.fi.de proba.nam dicitur esse probata, quasi possesio filiationis,si ꝓbetur ꝙ talis tractabat,talem vt fi-

vt filium.l.1.§.1.& ibi hoc not.Bar.ff.de quæstio. & Bart.in l. non nudis.C.de probat.& in l.1. C. quorum bo. & ibi dicit Bart. ꝙ tantùm aduocati faciunt duos articulos, vnum de proprietate filiationis,in quo dicunt ipsum esse filium:aliū de cōi possessione filiationis,scilicet quod pro filio habebatur, reputabatur & tractabatur. ¶ Et sufficeret ꝓbare articulum quasi possessionis filiationis : qa propter quasi pos-
b sessionem transfertur b onus probandi contrarium in aduersarium:vt not. in l. non nudis.& in l.non epistolis.C.de proba.¶Idem si probetur quod communi opin. Titius reputabatur filius Sempronij: nā hoc sufficit absq; eo, quod probetur, ꝙ fuit tractatus à Sempronio tanq̄ filius: ita inqt Ia.But.in l.quidam.ff.de ꝓba.all.l.cū de lanionis.§.asinam. ff.de fundo instr.¶Et ideo dicit ipse, ꝙ cauti aduocati faciunt tres articulos,vnum quod Titius est filius Sempronij natus ex eo,& Berta eius vxore in domo sua vicinis scientibus.Secundum ꝙ Sempronius & Berta tractauerunt Titiū vt filium.Tertium,quod secundum vulgi opi.reputabatur eorum filius. ¶Et si aduocatus non potuit vnum articulū ꝓbare,saltē ꝓbet alium,& sufficit. ¶Et idem tenet Ant. de Bu.in c.transmissæ.qui fil. sint leg.vbi dicit,ꝙ sola cōis opi. absq; tractatu parentum sufficit, qa per hoc dicitur ꝓbare de fama.alleg. d.l. cū de lanionis.& quia ꝓbatio filiationis de facili nōn est probabilis.l. Lucius. de cond.& demon.& hoc videtur esse de mente Bar.in l.1.C.quo. bono.ꝓut sup. retuli.¶Ad idem quod no.Bar.in l. de minor.§.si plurium.
3 in vlt.col.de qō.vbi dicit†sola fame est sufficiens ad transferendum onus probandi in aduersariū, quando p famā vel cōem opi.aliqs esset constitutus in quasi possessione alicuius qualitatis:puta seruitutis vel libertatis, l.si mat.C.ne de stat.defun.l.2.C.si seruus aut lib.ad decur.aspira.li.10.¶Et magis debet sufficere talis ꝓbatio in possessorio,in quo nō reqruntur ita plenę ꝓbatioues, sicut in petitorio, vt plenè
4 ꝓbat in d.l.1.C.quorum bon. ¶ Qūo autē ꝓbetur†cōis op. vulgi credentis,Titium esse filiū Sempronij? dic ꝙ eò ipso, quod testis deponit,ꝙ ab oībus cognoscentib. eos habebatur & reputabatur filius eius,vt no.Bar.in l.1.per illum tex. C.de test.& ibi no.idem Bal.in 10.q. ¶Item si testis dicitur se scire eō,qa vicinus dicitur reddere bonā cām,vt no.Bart. & alij in l.1.ff.si cer.pe.in suo tract.de test.& Bar. in l. de ætate.in 2.q.de mi.& Bal.in l.testium.in vlt co.C.de test & in l. conuēticulam.C.de epis.& cler.& Lud.Ro.in l.1.in 7.co.C. de seruis fug.in Aut.quas actiones.ad fi.C.de sacros.eccl. & Ant.de Bu. in c.literis,de ꝑsumptionib.ar.c.quosdam.& c. quanto.de ꝑsum.& d.l.si vicinis.C.de nu.¶Et ad hoc facit, quia ratio reddita à teste, debet reduci ad ipsum actum,vt concludat si secundum sanū intellectum concludere pōt, vt no.Bal.in l.2.C.de temp.ap.vbi ponit de teste, q deponit Titium esse maiorem 25.annis,& dicit se scire, qa recordatur de die natiuitatis suæ. ¶Et vide etiā in ꝓposito Sal. in l. ea qdem.C.de acc.dum tractat de fama,in vers. 3. circa idē q̄ro,&c.vbi vult ꝙ satis est,quod rō testis implicitē inferat ad veritatē dicti,licet non explicitē,vt ibi latè p eum.¶Nec est curandū,ēt si dicti testes essent singulares,†qa ad ꝓban-
5 dum cōem opi.& famā c non nocet esse singulares testes, vt
c no.Bar.in d.l.de minor.ver.sed qd si testes diuersi, &c. post Inno.in c. qualiter & quando.de accus.& Spec in tit.de inquisi.§.nunc tractemus.ver.sup ꝓbatione autē,&c.& Bald. in l.1.C.de test.p no.in l.ob crimē.§.fi.ff.de test.cū.fi.¶Non obst.etiam ꝙ not.Bart.in l.filium.de his q sunt sui,dum dat practicā ad ꝓbandum filiationē,quod si qs putaret ꝙ Bart. & doct.ꝙ oīa p̄dicta ibi p eum posita,copulatiuè ꝓbari debeant,falleretur: nam non dubium ꝙ sufficeret probari de veritate filiationis,& de veritate matrimonij contracti inter parentes,absque eo, quādo ꝓbaretur alius tractatus,& communis opinio, vel quasi possessio: qa ꝑualet , ꝓprietas filiationis ipsi quasi possessioni. c. cū dilecti. de causa poss. sed Bar.& doct.tradunt illam practicam ad cautelam,vt qa si vnus articulus non ꝓbabitur, sufficiat ꝙ alius ꝓbetur. & hoc patet ex no.etiā p Bar.in d.l.1. C.quo. bo.& in l.1.§.1.ff. de qō. & hoc modo intelligendo Bart.in d.l.filium. s.ꝙ loquatur ꝙ illa de necessitate non sint oīa copulatiuè ꝓbanda,sed alternatiuè:tunc erit ibi decisio ꝓ nobis, s ꝙ sufficiat ꝓbari, ꝙ iste tenebatur,& reputabatur filius ab oībus agnoscentibus eos.¶ Non ob.etiā dictū Iac.in l.1.ff. de ꝓba. vbi dicit ꝙ si factus est articulus,ꝙ Titius fuit filius Sempronij,& ꝙ ꝓbantur accidentia,puta fama.& ꝙ parentes sic volebant & tractabant eum vt filium, per hoc non est ꝓbata filiatio.& idem refert etiam Bald. in l. non nudis.C.de ꝓba. & reprehendit Iac.But. & benè.& dato ꝙ esset verum dictū Iac.But. tamen non facit ad propositum, qa ibi fuit vnum capitulatum, & aliud ꝓbatum: ideo ꝓbatio rueret; sed hic fuit capitulatum, id quod fuit ꝓbatum. s. ꝙ reputabantur filij,&c. ¶ Præterea dico ꝙ dictum Iac.But.corruptè allegatur:nam nō ponit illud in l.1.ff.de ꝓba.sed in l. quidam. eo. tit.vbi dicit totum contrarium eius, ad quod allegatur. nā dicit ipse, quid si dico me filium,& probo ꝙ Titius & Berta me tractauerint vt filium,an debeo obtinere? Et arguit primò ꝙ non,quia non probaui intentionem meam. posui enim proprietatem,& probo possessionem: tandem concludit ꝙ imò prodest talis probatio, qa quóties est possessionis qō & proprietatis,iudex ex suo officio pōt videre cui incumbat onus ꝓbandi,& illi iniungere.l. si quis liberum. & in l.cùm de ætate. ff. de prob. vnde si iudex cognoscit, ꝙ ego probauerim quasi possessionem filiationis iniunget onus probandi aduersario:& si non probabit, ego ex quasi possessione obtineo.l.si filius.eo. tit. ¶Item non ob. si dicitur ꝙ reqrebatur ꝓbari de fama,cum tractatu paterno,vt not. Ant.de But.in c.transmissæ,qui filij sint legit. quia cum supportatione domini consultoris Ant.de But.ibi dicit totum cōtrarium, vt clarè videre poteris. ¶Item dico ꝙ septimus testis in causa productus probat: nam deponit se vidisse separatim habitare dictam domum,antequam dictus magister Petrus inceperit eam tenere & possidere.¶Nec ad hoc obst.responsio data per dominum consultorem,dum dicit ꝙ per hoc non est probata possessio necessaria:quia ēt conductor habitat,l.si quis domum.& l.habitatores.ff.loca.& tamen non possidet.l.si quis ante.& l.de eo.§.fi.ff.de acqui.
6 poss.qa ad hoc respondeo, ꝙ eò ipso † ꝙ testis deponit ꝙ aliquis detinuit rem,dicitur ꝓbare de possessione, q̄ infertur ex illa detentione facti, vt not. in l.stipulatio ista. §.hi. aliàs
d hæc quoq;.d ff.de ver.obl. nam cùm testes debeant deponere solùm,de eo quod cum sensu corporis ꝑcipiunt,vt l. qui testō.§.fi.ff.de test.& in Auth.de hær.& fal.§.si verò absunt. & l.testium.ff.de test.¶Nam non pōt deponere, nisi de detentatione & actu facti,ex qua ꝑsumitur possessio, q̄ est iuris,vt not.7.q.1.c.pontifices.& no.do.in c. cùm ad sedē. de re.spo.& Pau.de Leaz.in commento.c.literis.in 2.col. eod. tit.vbi ad hoc alle.gl.in d.§.hi qui.& idē Bal.in l.data opera. in 18.col.C.qui accusa.non poss.& in l.1.in vlt.col.C.de ser. fug.& in l.pe.in 7.col.C.de exce.rei iud.& in sua disputatione, inc. accusatus de vi turbatiua.in pen.col.in tit.& de pa. Constan.in ver.recuperauit. Aliàs enim nunquam qs posset sufficienter ꝓbare in interdicto,vti possidetis: in quo ēt non sufficit detentio.l. si duo.§.creditores. ff.vti possid. ita dicebat Bar.in §.hi qui.cū quo concordat Ant.de But.post Io.An.in c.licet causam.de ꝓba.in princ.vlt.char. & p̄ Imo. in l.inter pares,ad fi.ff. de re iudi.& in d.c.cùm ad sedem. in vers.ad quintum,&c.& Bal.in d.l.solam.in 3.col. ¶ Quantū autē ad vltimam partem s.præsumptionis allegatæ non insisto:quia cū testes non deposuerint de identitate tēporis cōfirmatæ possessionis,adeò ꝙ sint contestes de eodē tempore initij.possessionis,nō potest dici esse ꝓbatū sufficienter possessionem reqsitam ad ꝑscriptionem 30.ann.vt not. Bart.in l,Celsus.ad fin.ff.de vsuca. & Bal.in l.fi in 15.col. C. de edict.diui.& Anton.de But.in in c.licet causam,de probatio.

ADDITIO.

a ¶Quod. vide inf.lib.3.consil.6.
b ¶Transfertur.Sal.l.non epistolis,in fi.C.de proba.Sal.Ias. l.neq; ꝓfessio C.de testam.Soc.consil.39. consil.89.col.2. lib.1.Cur.senior consi.17.col.4 Matth.Afflict.decis.Neap. 23. Alc.trac.de ꝑsum.par.3 nu.5.Ang.cons.87 ꝓ decis[illegible]

. Fel.c. per tuas. conclu.2. de prob. Dec. consil.54. dixi super consue. Paris.§.122.

c ¶ Famam. vide q. Tholo.380. Fel.c. cùm oporteat. de accu.

d ¶ Hæc quoq;. idem Alex. Iaso ibi Alex. in f. eo. lib. cons.133. Cor. consil.251. col.1. Fel.c. cùm causam. col.5. de testib. sed non puto verum, nisi etiam asserat possidere, vel ꝙ detinebat proprio nomine, vel aliàs excludendo nudam detentionem.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum debet accipi prout minus derogat iuri communi.*

2 *Statutum sic debet accipi, etiam impropriando, vt seruetur mens, & vitetur absurdum.*

3 *Statutum de immobilibus non extenditur ad vsumfructum.*

4 *Statutum quod licet consorti retrahere, non habet locum in necessaria adiudicatione insolutum.*

## CONSILIVM LII.

Viso themate & statutis duobus, videlicet statuto sub rubrica, de cogendo debitorem ad soluendum, & statuto de prohibita alienatione rei communis irrequisito consorte, necnon viso elegantissimo consil. celeberrimi do. domini Othonis de Nicolinis de Florentia, qui adeò subtiliter & copiosè in ea consultatione elaborauit, vt alijs nullus ferè dicendi locus relictus esse videatur, vt sit potius ei subscribendum & approbandum, q̃ addendum esset. ¶ Tamen ne ad rem incognitam accessisse videar, eandem conclusionem domini consultoris paucis infrascriptis comprobabo. ¶ Prætermissa disputatione validitatis dicti secundi statuti, sub rubrica de prohibita alienatione rei communis, irrequisito consorte, qm̃ pro constanti ponendum est statutum valere, vt etiam concludit præfatus dominus consultor, & videtur de hoc casus in c. constitutus. de restit. in integ. quem ad hoc alleg. Bal. & Sal. in l.1. C. communi diui. & Bal. in rub. C. res inter alios acta. ¶ Quòd igitur statutum prædictum, sub rubrica de prohibita alienatione, maximè in verbo, quilibet insolutum accipiens, &c. non videtur arctare dictos creditores, qui iudicialiter acceperunt in solutum domum, & bona debitoris sui, ad vendendum dicta bona prædicto Ant. consorti dicta communione mediante. ꝓbatur, quia dictio insolutum de iure appellatur, quando debitor sponte creditori dat rem pro aliquo debito, vt l. precij. C. de rescin. ven. l. eleganter. in prin. & ibi no. ff. de pig. act. l. cum à quo. C. de sol. l. si prædium. C. de eui. quando verò assignatur, iudicialiter res debitoris creditori habenti eam obligatam res illa adiudicatur creditori. l. à diuo Pio. §. si pignora. & ferè in omnibus sequentibus. ff. de re iud. & l. fin. C. si res alie. pig. data sit. ¶ Nec obst. ꝙ statutum sub rubrica de cogendo debitorẽ ad soluendum, &c. videatur istam iudicialem assignationem appellare donationem insolutum, & etiam quamuis ita se haberet communis vsus loquendi, tamen hoc non facit quin dictum statutum sub rubrica de prohibita alienatione, &c. in verbo, quilibet insolutum accipiens, &c. non debeat restringi ad dationem insolutum factam spontè à debitore creditori,

1 quod patet: † nam statutum debet largè vel strictè intelligi secundum ꝙ minus derogat iuri communi, & iuri tertij, etiam si oporteat verba impropriari. ita probatur in c. cùm dilectus. de consu. & illum tex. ad hoc ibi ponderant Anto. de But. & Io. de Imol. in no. ¶ Sed non est dubium ꝙ si verba dicti statuti, in d. ver. quilibet insolutum accipiens, &c. solum intelligantur in datione insolutum facta à debitore spontè dante creditori insolutum, & non in iudiciali adiudicatione, minus derogant iuri communi: & minus offendunt ius tertij. i. creditoris, cui ex adiudicatione est acquisitum ius, quàm si comprehendant dictam adiudicationẽ, ergo debet interpretari statutum in datione insolutum spontè factam à debitore creditori. vnde potius intelligatur statutum de illa, quæ facta est sine decreto iudicis, quã de illa, in qua interuenit decretum iudicis; cùm illa sit firmior, & magis suspicione careat. l.1. C. de præ. cur. & quod ibi Bar. l. non est verosimile. in prin. ff. quod met. cau. & per id quod no. Spec. in tit. de emp. & ven. §. nunc dicendum. el i. ver. hoc autem scias. cuius dictum sequuntur magis vbiq; doct. & quia est magis necessaria acquisitio: ideo magis fauendum est, vt in Auth. hoc si debitor. C. de so. & arg. l. si fideiussor. §. si necessaria. cum si. ff. qui satisd. cog. ¶ Secundò confirmo per ea quæ not. Bar. in l. non dubium. C. de leg. & in l. omnes populi. in 6. q. prin. ff. de ius. & iur. in vers. iuxta præmissa quæro, quid si in statuto est aliquod verbum, &c.

2 vbi voluit † ꝙ si verba statuti possunt accipi duobus modis. i. propriè & impropriè, quamuis regulariter debeant accipi propriè, vt l.1. §. is qui nauem. ff. de exerci. & l. non aliter. de leg.3. tamen fallit si aliter appareat esse de mente statuentis, vt in d. l. non aliter. de qua mente diceretur apparere, vbi si assumeremus verba secundum propriam significationem, statutum contineret absurditatem vel iniquitatem: nam tunc accipientur verba secundum impropriam, & nõ secundum propriam significationem, per l. in ambigua. ff. de leg. & l. scire. §. oportet. de exc. tu. vel quando ratio statuti repugnaret, quia ratio statuti est mens statuti. l. cùm mulier. la 1. ff. solu. ma. no. in l. cum tale. §. falsum. ff. de condi. & demon. & per Dyn. in c. fi. de re iu. in 6. ¶ Sed ita est, ꝙ si intelligeremus dictum statutum in verb. quilibet accipiens insolutum, &c. in eo, cui facta est adiudicatio insolutum, continere posset maximam absurditatem & iniquitatem, scilicet ꝙ creditor, qui accepit res debitoris insolutum, secundum æstimationem factam per æstimatores, iudicialiter electos, secundum formam statuti, sub rubrica, de cogendo debitorem ad soluendum, &c. cogeretur postea ven-

a dere consorti pro eo precio, *a* quo æstimari contingeret ꝑ nouos æstimatores eligendos, secundum formam statuti secundi, sub rubric. de prohibita alienatione rei communis: & sic si æstimatores isti vltimi minus æstimarent quàm primi, etiam nulla secuta varietate, aut mutatione statuti rei sui qualitatis temporum, sequeretur absurdum & iniquum, ꝙ creditor necessariò veniens ad accipiendum adiudicationem bonorum debitoris, pro legitima æstimatione sentiret damnum sine culpa sua, & sibi in effectu non remaneret satisfactum de debito. Accidit ne quis indebitè patiatur damnum, & statutum generaliter loquens, restringitur, vt no. in l. fi. §. in computa. C. de iure delib. arg. l.2. C. de nox. c. in reintegranda. 3. q.1. no. Bart. in d. l. omnes populi. in 6. q. princ. ¶ Tertiò moueor, quia dato ꝙ dictum statutum in vers. quilibet accipiens insolutum, &c. intelligatur de datione insolutum facta à parte parti spontè. Et sic accipiendo, prout propriè accipitur de iure communi, nõ redditur ille versiculus superfluus, & per dicta in prin. eiusdem statuti. quod ostendo: quia statutum in superiori parte prohibet alienari vel concedi non solum rem ipsam immobilem, quæ dicitur res corporalis, sed etiam vsumfructum, vsum vel habitationem, quæ dicuntur iura incorporalia. l.1. ff. de rerum diui. & Institu. de rebus corporal. & incorpo. & propriè talia verba iura dicuntur esse tertia species inter bona mobilia & immobilia, vt in terminis ꝓbat dominus Abb. in c. nulli. de reb. eccle. non alie. bene faciunt not. per Bald. & Ang. in l. si constante. §. fi. ff. sol. ma. & per Ang. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Treb. & per Bal. in c.1. in fi. in princ. in tit. de pace tenen. & per Spec. & Io. An. in tit. de fruct. & interesse. §. scias. cum suis concor. ¶ Et ꝙ ea quæ non sunt corporalia, sed incorporalia, non dicantur propriè mobilia nec immobilia, voluit Bal. in c. fin. de cog. feud. & Lapus

3 allegatione sua 91. ad fi. † sed statutum in præallegato verb. quilibet accipiens insolutum, &c. prouidet specialiter in datione insolutum facta de bonis immobilibus, vt talis acquirens teneatur bona ipsa immobilia vendere consorti,

b non autem vltra. idem esse de vsufructu *b* vel vsu aut habitatione, quæ quidem tanquam iura æquè incorporalia sunt tertia species, vt dixi meritò, cùm dictus versic. sit specialis, quo ad dationem insolutum, superior verò pars sit generalis, debet quo ad dationem insolutum superior obseruari, & attendi iste versiculus. l. sanctio legum. ff. de pœnis. l. alimenta. §. basilicæ. ff. de aliment. & cib. lega. l. doli clausula,

4 cum si. ff. de verb. obl. ¶ † Quartò, quia constat quod statutum in sui prima parte, dum loquitur generaliter de omni alie-

alienatione non apprehendit dationem insolutum q̃ fieret
à iudice, quia loquitur in alienatione facta voluntariè per
alienantes, vt patet ex illis verbis dum statutum dicit, nisi
quia alienare voluerit, &c. sed ista alienatio quæ fit per da-
tionem insolutum, non est voluntaria in ipso domino rei:
quia iudicium redditur in inuitum. l. inter stipulantem. §.
1.ff.de verb.obl.l.quoties.in prin. ff.de nox.in c.cùm inter.
& c.fi.de exce. ¶ Sequitur ergo, ꝙ casus noster in aliqua par
te statuti non intelligitur comprehensus, & per consequẽs
remanet in dispositione iuris cõmunis.l. commodissimè.
ff.de lib. & posth.l.si seruũ.§. non dixit prætor.ff.de acquir.
hæred.l.si extraneus.ff. de cond.ob causam, secundum quã
proculdubio non cogitur dominus, & possessor alteri etiã
consorti vendere, vt l.1. C. communi diui. ¶ Quintò, quia
ex præmissis apparet negari non posse, quando res sit du-
bia, ergo in re dubia pro reo iudicandũ.c.ex literis, de ꝓba.
c.fi.de re iud.l.inter pares.ff.de re iud. Ex quibus omnibus
concludo videri tutius esse quod dictũ statutũ hoc casu lo-
cũ nõ habeat, vbi nõ appareat dictũ creditũ, & subsequẽter
dationem insolutum factã fuisse in fraudem dicti statuti.

ADDITIO.

a ¶ Eo precio imò semper intelligitur eodem precio, & dicẽ
dum ꝙ Alex. malè consuluit, ꝑ ea quæ scripsi in consuet. Pa-
ris.§.13.gl.5.nu.9. vers.amplia.7. & §.22.nu.12.nu.14.

b ¶ Vsufructu. idem sentit do. And. Tiraq. in consu. Picta. de
retrac.§.1.gl.7.nu.58.cum se. Et ita firmaui super consuet.
Paris.§.81. quia in his quæ cum persona finiuntur, cessat fi-
nalis ratio consuetudinis.

*SVMMARIVM.*

1 *Liber rationum tantum semiplenè probat nisi ex statuto.*
2 *Testis probat licet non deponat de tempore.*
3 *Testes concludere sat est per verisimilia.*
4 *Testes concordare sat est in principali facto.*
5 *Iuramẽtum in supplementũ deferri potest etiã parte non petẽte.*
6 *Iuramentũ in supplementũ defertur etiam ex præsumptionibus.*

CONSILIVM LIII.

IN causa vertente inter Michaelem Controli,
ex vna parte agentem, & Thuram de Cardelis
seu Iac. de Bona gratijs procuratorio nomine
eius, ex altera se defendentem. ¶ Præsupposi-
to ꝙ agitur ex concessione facta precario per
ipsum Michaelem ipsi Thuræ de nonnullis planetis seu vi-
gore consensus præstiti per dictum Michaelem Danieli, vt
super dictis planetis penès dictum Danielem existentibus
ad instantiam dictæ mulieris mutuaret dicto Thuræ flore-
nos 20. auri sub vsuris, quod in effectu ad idem tendit. pro-
bantur hæc in l. Lucius. de donat. in l.1.ff. de preca. cùm ibi
not. & quod habetur & not. in l. in commodato. §. sicut. ff.
commo. & Bart. in l.1. in fi. eo. tit. & quod idẽ no. in l. Aqui-
lius. ff. de dona. ex quo infertur dictum Thurã teneri quan
docunq; ad voluntatem dicti Michaelis reluere dictas pla-
netas, & liberare eas ab obligatione prædicta: cũ quando-
cunq; & ad beneplacitum concedentis precarium reuoce
tur. d.l.1.ff. de preca. & l.2. in prin. ff. eo. tit. aliàs enim seque
retur dictum Thuram locupletari cũ aliena iactura, qđ est
absurdum. l. si me & Titium. ff. si cert. pe. de cond. inde. l. nã
1 hoc natura. de reg. iu. lib. 6. c. locupletari. ¶ † Et ad prędicta
probanda inducit primò dictus Michael libros Hebræi, vi-
delicet Danielis prædicti, vbi hoc apertè continetur, quæ
scriptura, quanq̃ de iure cõi non faciat, nisi semiplenã pro-
bationem, iux. no. per gl. & doc. in l. admonendi. ff. de iure-
iu. & in l. in bonæ fidei. C. de re. cre. & no. per gl. & doc. in l.
quædam. §. nummularios. ff. de eden. & ibi Mar. & Iac. But.
vt refert Bar. ibid. & Bal. post Iac. But. in l.1. C. de eden. & in
l. instrumenta. C. de probat. & plenius. in rubr. C. de fid. in-
stru. & Io. Andr. in addit. Spec. in tit. de instr. edi. §. restat. in
addi. super vers. priuatorum: & per consequens in eius de-
fectum potest suppleri per iuramentum. Attamen vigore
capitulorum seu priuilegiorum concessorũ libris Hebræo
rum, de quibus in actis, dictis libris adhibetur plena fides.
& integram faciunt probationem, vt in illis priuilegijs con
tinetur, quæ priuilegia tribuentia plenum robur priuatæ
a scripturæ certum est tenere: vt firmat Bal. in l. cunctos po-
pulos, in 14. col. C. de sum. Trin. & in l.1. ad fi. C. de eden. &
in l. quoties. C. de iud. sicut & hoc potest operari consuetu-
do, tex. in c. cùm dilectus. de fi. instru. & in c.2. de ꝓba. & qđ
not. Io. An. de instr. edi. §. compẽdiosè. ver. sed nunquid de
consue. ¶ Et ad probationem prædictorum etiam inducit
quinq; testes deponẽtes de cõfessione dicti Thuræ in p̃sen
tia dicti Michaelis spontè promittentis & confitentis se ob
ligatum esse ad reluitionem dictarum planetarũ. ¶ Et ma-
ximè secundus testis, q vocatur Christophorus Parolarius,
qui dixit, ꝙ dictus Thura dixit d. Michaeli, non ue dati ma-
lenconia ch io son disposto rescodere quelle planete. & li-
cet ibi non sit aliquod verbum promissum, videlicet io te
prometto rescodere: tamen talia verba inducunt proba-
tionem, licet non obligationem, vt declarat Bal. in l. contra
ctus. C. de fi. instru. in 5. col. ver. quæro circa secundam pro
fectionem, &c. ¶ Non enim est præsumendũ ꝙ Thura pro-
tulisset dicta verba, nisi ad hoc fuisset obligatus: cùm nemo
præsumatur velle iactare suum, l. cum de indebito. de ꝓba.
l. eleganter. §. qui reprobos. de pi. ac. l. si cũ aurum. de sol.
2 ¶ † Et licet dictus testis non deponat de tempore, quia non
fuit interrogatus, tamen probat: vt not. glo. & Bar. in l.2. §.
idem Labeo. ff. de aqu. plu. arce. & plenè in l. testium. C. de
test. & Inn. in c. qualiter & quando. de accu. & quod not. in
c. cùm causam. de testi. & Salic. in l. presbyteri. C. de epis. &
cler. ¶ Et similiter Ia. Manfredi dicit, se audiuisse dictũ Thu
ram dicentem dicto Michaeli: como io ho venduto quelli
morsi te restituero quelle planete. ¶ Et idem in effectu di-
cit Thomasinus de la Vechia, qui dicit se audiuisse dictum
Thuram dicentem Michaeli, io ho vno paro de manzi à Bu
trio, io li faro venire & si li vendero, & rescodero le planete.
& ꝙ dictus Michael tunc respõdit, tiene si fatto modo ch io
te possa seruire vn altra volta, & sic de alijs testib. qbus quã
ta fides adhibẽda, arbitrio iudicantis relinqtur. l.3. §. eius-
dem. ff. de testib. ibi, tu magis scire debes, &c. quod magis
aptè declarat Bal. in d. l. testiũ. & quod no. Bar. in l. Lucius.
ff. de infa. ¶ Ex qua confessione inducitur plena probatio,
si præsente parte fiat. l. cum te. C. de trans. & l. cũ de indebi-
to. in fi. ff. de ꝓba. plenè no. in Auth. de test. §. & licet. col. 7.
& in l.1. in fi. C. de interrog. ac. & in c. ex parte. de confes. &
in c. si cautio. de fi. instru. ¶ Nec ad hoc ob. si diceretur ꝙ nõ
deponunt de identitate planetarum, & per consequens cũ
non dicãtur necessariò cõcludere & probare nihil releuẽt.
ar. l. non hoc. C. vnde cog. & in l. neq;. C. de ꝓba. qa respon-
detur ꝙ pluralitas planetarum neq; rerum nunq̃ p̃sumi-
tur, nisi probetur. l. qui habebat. ff. de reb. du. no. in l. eum
qui. §. in popularib. ff. de iureiu. & Iac. Bu. & ibi Bal. in l. fi. in
fi. C. de reb. cre. & Bal. in d. l. neq; natales. ¶ † Sufficit enim
3 ꝙ testes concludant per verisimilia, licet non ꝑ necessita-
tem. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. & §. item in criminali. & qđ
habetur in c. in nostra. de test. & qđ notabiliter voluit Bar.
in l.2. in fi. ff. de fur. cũ si. ¶ Et cui dubiũ ꝙ testes p̃dicti vero
similia dicunt & deponunt, vt vnicuiq; rectè intelligẽti pa-
tet, ergo, &c. ¶ Imò etiam ex p̃sumptione tam legis q̃ homi
nis peruenitur ad diffinitiuam, non tantum in ciuili, sed ẽt
in criminali. c. afferte. de p̃sump. & quod no. in l. excusatio-
nem. in prin. ff. de excu. tut. plenè per canonistas in c. qa ve-
rosimile. de p̃sum. Cy. & Bal. in l. siue possidetis. & in l. fi. C.
de proba. & qđ no. Bart. in d. l.2. ff. de fur. ¶ Nec ob. p̃dictis
4 etiam si testes dicerentur singulares, † quia sufficit ꝙ testes
sint concordes in principali facto, licet sint discordes in ali
quibus circunstantijs vel qualitatib. vt no. per glo. in c. du-
dum. in ver. siue. de conuer. coniug. & in gl. in c. cum eccle-
sia Sutrina. in ver. vacillasse. de causa poss. & ꝓprie. plenè in
c. nihil. de ver. sig. & Bal. in rub. de controuer. inue. & in l. de
quib. de leg. & in l. testiũ. C. de testi. & latè ꝑ Pau. de Leaz in
q. sua, incipiente, contra instrumentum debiti opponitur.
¶ Præterea, vt suprà dictum est, de iure cõi, liber Danielis
productus, facit semiplenam probationem; ergo etiamsi
sumamus vnum testem tantum, qui facit semiplenam pro-
bationẽ, qa vna imperfecta probatio iungitur cũ alia, & fa
ciunt plenam. c. fi. de succes. ab inte. c.1. de appel. no. ꝑ Bart.
in l.

in l. admonendi, præallegata. & in l. in criminib. §. idē Cornelio. ff. de qō. & Bal. in Auth. rogati. C. de testa. cano. in ca. cùm venisset. & in c. licet ex quadam, de testi. ¶ Ergo etiam præsupposito, quia testes essent singulares, plenè ꝓbatum est: & maximè cùm dictus actus confessionis sit actus reiterabilis: quo casu nunquam possunt dici testes singulares, vt no. glo. in d. l. ob carnem. §. fin. de testi. per Inno. in c. qualiter & quando. de accus. & in d. c. licet ex quadam. de testib. Quinimò & vigore dicti priuilegij concessi, largissimè libris Hebræorum plena fides eis adhibenda esset, vt sup. di-

5 xi. † vltra quæ etiam potest deferri iuramentum, in defectū semiplenæ probationis, iuxta materiam d. l. admonendi. & c. fi. extra. eo. tit. ¶ Et hoc potest facere iudex ad veritatem eruendam, etiam si à patre non petatur, per l. vbicunq;. iuncta gl. de interro. ac. & no. Bal. in l. actor. in princ. C. de proba. etiam per conclusionem in causam, vt refert d. Anto. se consuluisse in c. 1. de iud. per c. cum Io. de fid. instr. & ca. per tuas. de test. & per l. generaliter. §. 1. C. de reb. cre. quod dictum etiam tenet Io. de Imo. in d. c. 1. de iud. ¶ Quod iuramentum etiam ante conclusum in causa petitum est, ꝓ par

6 te dicti Michaelis, † quod quidem iuramentum non tm̄ de

b ferendum venit, vbi est semiplenè probatum, sed etiam vbicunq; actor habet pro se tales testes, qui solum præsumptionem inducant, vel aliquas coniecturas, per quas iudex inducatur ad suspicionem, vel opinandum pro parte actoris, vt not. in c. tam literis. de test. & Bart. in l. admonendi. in 3. col. in ver. post dubitationem autem. iuncto vers. sequ. vbi hoc clarè voluit. & Bald. post Ia. de Are. in l. si fundum. C. de rei ven. sed nemini dubium, ꝙ probationes factæ pro parte dicti Michaelis, non tm̄ præsumptionem & coniecturam inducunt de prædictis, sed etiam plenam probationem, vt de se patet: & tu magis scire potes, &c. ¶ Nec obst. allegata exceptio litis pendentiæ, quia sublata est per rescriptam, vt no. in l. 1. & 2. C. vt lit. pen. maximè per Bal. ¶ Præterea cùm super hac exceptione fuerit pronunciatum: nam contra rescriptum fuit opposita hæc exceptio, & d. Vicarius pronunciauit non obstante exceptione procedendum esse ad vlteriora nullis reseruatis exceptionibus, debebat qui se grauatum sentiebat, appellare, aliàs autem per talem pronunciā transactam in rem iudicatam, repelletur de nouo opponens talem exceptionem. c. ex parte. el 2. de appel. & quod no. Bar. in l. à procedente. C. de dila. &c. Ex prædictis ergo clarè comprehenditur dictum Michaelem obtinere debere, & partem aduersam condemnandam ad reluendum, & releuandum dictas planetas, & in expensis, &c.

ADDITIO.

a ¶ Priuatæ tempore. per no. inf. de 2. cons. 3. nu. 9.

b ¶ Sed etiam. sed contrarium, ꝙ nunquam deferatur istud iuramentum, si est minus quàm semiplena probatio, tenet, & melius Alex. in d. l. admonendi. col. 12. reprobando Bart. ibi, & ibi Ias. in lect. nu. 75. Pan. c. fin. §. sanè. col. 2. in fine. de iureiurand.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non potest contrahi per personam non sanæ mentis, aut mente captam.*

2 *Mulier quomodo fatua & mente capta probetur.*

EPITOME.

Quidam vxorem duxit, mulier est, quę tunc erat, & postea fuit non sanæ mentis, quærit ab ea separari tanquam nullum sit matrimonium, an possit, & quomodo dementia probetur.

CONSILIVM LIIII.

Ad quæsitum breuiter concludo, & respondeo quòd sic: quia de hoc est casus in c. dilectus filius. de sponsa. & 32. q. 7. c. neque. & l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel ali. iu. & l. furor. ff. de spon. ¶ † Sic etiam videmus in matrimo-

ęqtatẽ.facit ẽt qđ habetur in c.puenit.el 2.de test.cog.& tex.
in l.serui.ff.de test.& 4.q.3.in c.testes. ver. itẽ secundũ.& 14.
2 q.2.c.quanq̃.cum gl. ¶†Tamen istis non obstan.puto in ca-
su nostro dictos testes non probare. & præsuppono ꝙ nec
Guil.de Suza,nec Io.And.firmant, ꝙ minor 20.an.proprio
nutu receptus à iudice faciat probationem, nisi in defectũ
aliarum probationum,tunc eñ bene vidẽtur hoc firmare,
3 sed excepto illo casu non. ¶Et pro hoc bene facit,†qa quan
do iudex procedit per modum inquisitionis & nó proprio
recipit testes officium iudicis succedit loco accusatoris.vn-
de dicit Bar.in l.2.§.publico.ff.de adul .ver.quæro,vtrum in
inquisitione debeat poni,&c.in l. 1.ff. de susp.tu.& in l.libel
lorum.in princ. ff.de accu.& Sal.in l.ea quidem.C.de accu.
quod quando officium iudicis inquirentis succedit in locũ
accusatoris,ideo illæ solennitates quæ requiruntur in accu
satione, requirũtur in inquisitione,quia subrogatum sapit
naturam eius in cuius locum subrogatur.l.si eum.§. qui in-
iuriarum. ff. si quis cau. c. ecclesia.vt lit.pen. ¶Et specialius
ad propositum dicit Bart.in d.§.si publico.vers. item quæro
vtrum contra iudicem inquirentem,&c.ꝙ omnes exceptio
nes quæ possunt opponi contra accusatorẽ, possunt oppo-
ni contra iudicem per id quod legitur & not. c. diuersis. de
cler.coniu.excipit tamen Bar.aliquos casus qui non sunt ad
propositum nostrum, ergo sicut opponi potest contra ac-
cusatorem producẽtem testes minores 20. annis, ita debet
posse opponi contra iudicem inquirentem producentem
tales testes. ¶Nec potest dici quod in casu nostro non sit ti-
mor subornationis in iudice: iuxta id quod not.Innoc.in c.
cum clamor,de test.& Io.An.in c.qualiter & quando.de ac-
cus.& Bar.in d.§.publico.& in d.Auth.qui semel.C.de pro-
ba.in vl.col.cum si.quia respondeo,ꝙ ante publicatas atte-
stationes non reperitur, ꝙ in accusatore sit timor seu suspi-
cio subornationis anteq̃ testes produxerint, sed post rece-
ptos testes in aliquibus casib.de quibus in Auth. qui semel,
& ibi plenius.C.de probat.& in criminalib.& Bar. in Auth.
qui semel.in vlt.col.ad hoc quod not.Bar. in l.non solum.§.
quanq̃.ff.de iureiu. vbi vult. quod quando statutum repel-
lit accusatorem videtur etiam repellere iudicem inquiren-
tem.& no.Bar.in l.1.§.quod autem.per illum tex.ff.de accu.
& l.quæsitum.ff.de in ius voc. & Bal.in repe.l.cum muler.in
vlt.q.ff.sol.mat.& Pe.de Anch.in c.nulli.de accu. cum con-
cor. ¶Et ideo in proposito nostro Host.in Summa de testa.
4 §.si quis possit.ver. ætas.dicit absolutè† quod in causa crimi
nali minor 20.an.non potest esse testis,& non distinguit in-
ter causam accusationis & inquisitionis. vnde ratio quare
in causa accusationis non potest, nisi maior 20. annis.in te-
stem deduci, est magnitudo pręiudicij causarum criminali
um, in quibus requiruntur pleniores probationes.l.fin.C.
de prob.l.1.C.ad l.Cor.de fal. ¶Vnde videmus ꝙ interdum
aliqui sunt idonei testes & integri in causis ciuilib.tamen
secus in criminalib.vt in muliere.d.c.forus.& ca. mulieres.
nec Laici contra Clericum admittuntur ad testificandum
in causa criminali.c. de cætero.extra,de test.ergo ista ratio
magnitudinis præiudicij militat tam in cã accusationis q̃ in
quisitionis,ergo vtrobiq; idem ius esse debet.l.illud.ff.ad l.
Aquil. c.translato.de constitu. ¶Restat ergo solum videre,
an sumus in casu in quo isti testes pp defectum ꝓbationum,
aliàs minus idonei debeant haberi pro idoneis per ea quæ
no.Io.An.in d.ver.item excipitur quod impubes, cum aliis
sup.alleg.in hoc concludo ꝙ nos nõ sumus in illo casu. ¶Et
hoc esse verum ostẽditur.primò ex eo quod no. Ant. de Bu.
5 in c.3.loco.de prob.vbi per ea quę ibi gl.no.†quod illud in-
fert quod dicitur, quod debet credi testi aliàs minus suffici
enti,quando alia probatio deficit.nam illud est verũ,quan-
a do ex natura illius facti *a* & negotij verosimiliter alij testes
non possunt occurrere, vt puta ad ꝓbandum ea quæ agun-
tur in capitulo canonicorum, nam ipsi canonici erunt ido-
nei testes. c. veniens.el 2.§.fi.de test.& no.in c.dilecti.in ver.
si tres,de ele.& ea q̃ fiunt in domo possunt probari per eos q
habitant in domo.l.consensu.C.de repudiis. secus si alij te-
stes ex natura illius facti vel negotij poterant occurrere,li-
cet casualiter non interfuerint. ¶Et ita ẽt dicit Ant.de But.
in suo cons.inci,qa dubia.qõ vulgaris habet,circa illam qõ-
nem, an arbitrator possit esse testis de his q̃ corã eo seu per
eũ gesta fuerunt. Dicit inter cætera ꝙ illa iura q̃ dicunt pos-
se recipi qui repelluntur, vbi inter alia deficit probatio,in-
telliguntur & loquuntur in actionib. in quibus habitu & a-
ctu attento cõi cursu testes alij non habentur,sed vbi actus
habitus & cõis cursus sic se habet, qđ possunt alij testes ha-
beri, licet fortè non habeantur actu, tunc ad plenam fidem
non sufficiunt testes non integri, aliàs sequeretur qđ sem-
per testes ẽt non integri sufficerent,qa semper allegarent se
alias probationes non habere. item & in talib.non admit-
tuntur,vt plenè probant, sed vt generalem ꝓbationem faci
ant,no.gl.in l.etiam matris. ff.de proba.ita formaliter dicit
Ant.de Bu.in d.cons. ¶Pro hoc ẽt alleg.tex. cum gl.in c.fin.
de testi.cog.& ibi dicit Abb.in 2.notab.no.quod in defectũ
probationis,si ex negotij aut actus natura non potest habe-
ri probatio, admittitur probatio minus legitima.nam ibi
admittuntur in testes participes & criminosi delictorũ ad
probandum coniurationem factam secretè per alios cum
iuramento, quod eam celatam tenerent, admittuntur in te
stes aliq de illis q in dicta cõiuratione interuenerunt. ¶Ad
idem quod not. do. Abbas in c. de cætero.extra,de testi.vbi
dicit quod licet text. velit, ꝙ in causa criminali non admit-
tantur ad testimonium laici contra clericos, tamen dicit ꝙ
ipse intelligit hoc esse verum, quando delictum de quo cle-
ricus accusatur,fuit commissum in loco vbi est dare clerico
rum copiam,aliàs secus. Quid eñ si in villa in qua vnus tan
tùm clericus esset, & delictum esset commissum ab illo cle-
rico, & esset hoc casu probandum delictum, vnde tunc ad-
mitterentur laici d.c.veniens. & in d.c.dilecti. in proposito
ergo cum tale delictum fuerit commissum in populosa ciui
tate,& actus fuit talis cui potuissent occurrere alij plures, li
cet casu non occurrerint, non debet posse fieri p testes non
integros, non enim magis verosimile est,ꝙ dicti duo testes
minores & inhabiles interfuerint q̃ alij minores & habiles.
¶Secundò respondeo, posito ꝙ verum esset, ꝙ quando ad
illum actum non occurrissent, nisi illi duo testes qui videre
potuissent, deberent illi admitti tanq̃ idonei in casu defici-
entium

entium probationũ,†tamẽ dico,ꝙ oportet conſtare ꝙ aliæ
6 probationes deficiant,qa vt dixit Ant.de Butr.in d.conſilio
ſemper poſſunt allegari, qđ aliæ non poſſunt probationes
haberi.¶Hoc idem probatur per ea q̃ no.DD.in c.1.de teſt.
cog.§.de teſtium.poſt prin.vbi dicunt,ꝙ coniuncti & qdam
alij qui alias non deberent cogi,ad teſtificandũ compellun-
tur,quando aliter veritas haberi non pōt. ¶Præſupponunt
ergo ꝙ conſtet veritatem per alios haberi non poſſe,vt quia
ꝓbetur per Titium & Seium ꝙ ad dictũ actum & locum in-
terfuerunt ſolum Titius & Sempronius,q clarè videre po-
tuerunt illud qđ fuit geſtum & ſimilia. & ꝙ Titius illũ actũ
diſcernere non potuit puta, tanq̃ remotior.& in hoc loco
plura exẽpla facilè dari poſſent. Si em̃ p̃ſupponitur ꝙ ſolũ
pp deficientiã iſti ſunt idonei teſtes, oportet ꝙ iſta deficien
tia ꝓbationũ prius conſtet.¶Ad qđ bene facit l.diuus Tra-
ianus,cum ibi no.per Bar.ff.de teſt.mil.& qa quod negatur,
ꝓbari debet per eum q allegat.l.hoc iure.de ver.ob.l.magis
puto.§.ne paſsim.ff.de reb.eorum.l.ſi quis cōſortem.C.de
fab.li.11.no.Inno.in c.ſuper his.de accu. & no.Bar.in l.in il-
la ſtipulatione ſi talis.de verb.ob.¶Nec ad hoc obſt.ſi dice-
retur quod eſt probatum, qa ſi fortaſſe illi duo teſtes mino-
res 20.an.deponunt,qđ nullus alius erat ibi p̃ſens,quia ad
7 hoc reſpondeo, ꝙ† ad ꝓbandum quod teſtis ſit idoneus q
aliàs non poterat admitti tanq̃ non idoneus, non ſtetur di-
cto ipſiuſmet teſtis.ita eleganter not.Bart.in l.decem.ff.de
ver.obl.in 2.col.qui ad hoc ſubtiliter inducit ea quæ haben
tur in Auth.ſi dicatur.C.de teſta.& etiam ad hoc allegat no.
per gl.in l.3.poſt prin.in ver.inimicitiæ.ff.de teſti.

ADDITIO.

a ¶Illius facti.idem in conſil.103.col.3.lib.5.Iaſ.l.fi.C.de his
quib.vt ind Steph.Auffr.in addi.dec.Tho.4 col.3.Soc.con
ſil.17.lib.1.Hip.Marſ.ſin.73.533.l.infans.ff.ad l.Cor.de ſica.
Gerar.ſing.24.Fran.Rip.tract.de peſte,fol.41.Bert.conſil.
24.Non debuerunt.in fi.lib.3.Alcia.tract.præſump.Reg.1.
præſump.47.num.5.

*SVMMARIVM,*

1 *Copia indiciorum reo dari debet priuſquam torqueatur, etiã ſi indices habeant liberum & abſolutum arbitrium. & nu.2.*
3 *Poteſtas ſequens conſilium iudicis à ſuperiore electi excuſatur.*
4 *Suſpectus eſt ſe fundans in negatiua non coarctata,nec et danda eſt dilatio.*
5 *Iudex exceptionem calumnioſam ſpernere poteſt.*
6 *Iudex leges & iura tranſgreditur ratione caſuum emergentium.*
7 *Poteſtas habens latum arbitriũ non tenetur de culpa,ſed de dolo.*
8 *Lata culpa non ſufficit vbi requiritur dolus ex propoſito.*
9 *Error potius quàm dolus præſumitur.*
10 *Stylus & conſuetudo derogant citationi.*
11 *Paupertas ſola non debilitat teſtem.*

CONSILIVM LXV.

HAbita ſuper contentis in ſuperiori themate
1 congrua conſideratione. ¶†Plura concurre-
re videntur ad reſpondendum dictum ſer Pe-
trum non poſſe torqueri per præfatum do.Po
teſtatem & do.iudicem maleficiorum,nō con
a ceſſa ſibi prius copia a indiciorum cum termino ad purgan
dum indicia,ſecundum ꝙ per ipſum ſer Petrum petitũ fuit.
¶Nam de iure cōi verum eſſe videtur differendã eſſe tortu
ram,quando reus petit ad reprobandum indicia,vt decidit
Pau.de Leaz.in commento c.grauis,de depoſi.circa vlt.col.
in verſ.qd ſi torquendus quærit,&c.nam licet ſecundũ eum
in contrarium facere videretur, ꝙ ſi mille teſtes dicunt reũ
eſſe bonæ famæ,& pauci dicunt contrariũ,nihilominus in-
ducitur purgatio,qa vtrunq; eſſe pōt,vt videtur concludere
Inno.in c.inqſitionis.in fi.de accu. & quia videtur illud eſſe
ſpeciale in pſonis poſitis in dignitate.l.3.C.vbi ſenat.vel cla
riſsi.ibi,ne quas ante ꝓbationes inimicitias patiantur,&c.
ergo in contrariũ eſt ius cōe.l.1.ff.ad munic.l.ius ſingulare.
ff.de leg. Tamen dicit ipſe verius eſſe qđ debeat deferri tor
tura,qa ſi talis defenſio allegatur qua probata ceſſare debet
tortura,qa non debet licere actori id quod reo licere non
debeat.c.2.de mutuis pe.& c.non licet.de reg.iu.in 6.vnde
ſicut contra reum potuerunt adduci indicia,ita debet reo
in contrarium licere adducere purgationes. ¶Pro hoc etiã
allegat id quod no.in c.cum in tua.in vlt.gl.de ſponſa.& qđ
no.Hoſt.in c.cum oporteat.de accu. & Spe.in ti.de inquiſi-
tione.§.nunc tractemus.ver.qd ſi plures.item qa poſt tortu
ram tardè ꝓbaret,cùm iſtud grauamẽ poſtea non ſit repara
bile.l.2.ff.de app.rec. & qa condemnatus ex confeſsione li-
beretur ſi conſtet de eius innocẽtia.l.1.§.ſi qs verò.ff.de q̃ſti.
& facit c.2.de pur.can. ergo fortius debet ante audiri ſuper
innocẽtia. ¶Et dicitur videri caſus in l.vnius.§.cognitorũ.
de qō.verſ.quo tẽpore,&c.¶Idẽ voluit Gãdinus in ſuo tra
cta.maleficiorum,dum tractat de tormẽtis ſub Rub.quæ in
cipit, q̃ritur nunqd torquendus ſit audiẽdus, &c.¶Ad hoc
qđ not.Bar.in l.fi.in penu.qō.ff.de quæſt.vbi dicit,copiam
indiciorum dandam eſſe parti, quia ſuper eis debet diſpu-
tari.allegat d.l.vnius.§.cognitorum.& no.per ſe in l.cuſto-
dias.ff.de pub.iu.Et no.Bal.in l.2.in prin.C.de eden.& DD.
in c.cum oporteat.de accu.¶Etiam dicitur ſtatuto loci ita
2 eſſe ꝓuiſum.¶†Nec prætextu alicuius liberi & abſoluti ar-
bitrij videtur, ꝙ cōtrarium facere potuerunt p̃fati iudices
vel ius dicentes,qa prętextu talis arbitrij nō poſſunt defen-
ſiones denegari,vt in cle.ſæpe.cum gl.in verb.defenſiones,
de ver.ſig.& ibi ẽt DD.in cle.paſtoralis.§.pe.de re iu.& no.
Bar.& alij in l.filiusfa.ff.de do.in l.1.ff.de teſta.mil.in l.mili-
tes.per illum tex.cum ibi no.& Bar.in extraua.ad reprimen
dam.in ver.videbatur.& ver.figura.& Anto.de But.& Io.de
Imo in c.1.de conſt.¶Maximè in his quæ ſunt grauis p̃iudi-
cij ipſius tertij,vt in ꝓpoſito. & ſequitur etiam Pe.de Anch.
in conſi.ſuo incip.In Chriſti nomine,Viſis diligenter omni
bus,&c.¶Bene facit l.ſi à milite.§.edictum.ff.de teſta.mili.
vbi ꝓbatur, ꝙ per libertatem arbitrij non intelligitur con-
ceſſum, vt aliqd faciat quod bonis morib. ſit interdictum.
¶Et ẽt refert ibi Ang.per illum tex.ſe conſuluiſſe apud Flo
rentiam qđ data plenitudine arbitrij ꝙ debeat capitaneus
inquirere contra magnates, aut contra turbantes aut tur-
bare tentantes pacificum ſtatum, non poterit eos ad per-
petuum carcerem condemnare,cùm illa pœna ſit legib.in-
terdicta l.incredibile.C.de pœn.& vigore talis arbitrij non
videtur circa p̃dicta derogatum,per d.§.edictum.& quam-
uis ex forma ſtatutorum Florentiæ non poſsit talis ſnĩa al-
legari nulla,tamen poterit impediri executio talis ſnĩæ hoc
caſu, qa non eſt executio iuris ſed iniuſtitiæ,ſcđm eum ibi.
¶Videtur ergo contra bonos mores in ꝓpoſito reum tor-
mentis ſubire. & ſibi defenſiones auferre ſeu denegare,iux.
d.cle.paſtoralis.& facit qđ no.Bal.in l.pacta.in fi.de tranſa.
& in rep.l.neganda.in 6.col.C.qui accu.non poſſunt.& in l.
ſolam.ad fi.C.de teſti.& qđ not.Paul.de Leaz in d.c.grauis,
circa vl.col.inquantum dicit,ꝙ quanuis iudex habeat arbi-
trium.tamẽ non pōt ſine indiciis torquere.alleg. qđ hẽtur
in c.veniens.& in c.quintauallis.de iureiu.& id quod habe-
tur per gl.in d.cle.ſæpe.idem not.Gandinus in tractatu ſu-
perius alleg.dum tractat de tormentis in Rubri.incip.Item
quæro nunqd poteſtas qui habet arbitrium, &c.¶Tamen
p̃miſsis non obſtantib.puto ꝙ ad caſum ꝓpoſitũ aliter eſſet
3 dicendum & non inſiſto, an poteſtas teneatur ex eo † qa ea
q̃ fecit,dicitur feciſſe cum cōſilio iudicis maleficiorũ electi
non p ipſum ptãtem,ſed p ſuperiorẽ ad hoc deputatũ,quo
caſu excuſatus eſt poteſtas rōne talis conſilij, vt inqt Bal.in
Rub.C.de pœ.iud.q malè iud.in ver.q̃ro nunquid poteſtas,
&c.& Sal.in l.fi.eo.tit.p no.in l.polla.C.de his quib.vt indi.
¶Et fortius dicit Sal.in d.l.fi. ꝙ etiam ſi talem iudicem ele-
giſſet poteſtas excuſaretur,ſi ille iudex doctor habebat in-
ſtrumentum ſuę approbationis factæ,vt moris eſt in ſtudiis
generalib.ar.l.q argẽtum.& l.q non tam idoneum.cum ibi
no.ff commo.vel ſi fuerat prius publicè exercitatus in ſimi
lib.officiis, in quibus peritum ſe docuit.ar.l.1.cum ibi not.
C.quib.& aduerſus quos.& no.glo.2.q.6.in c.hoc etiam.&
Io de Imo.in l.4.§.in eum.ff de dam.infec.ita declarãtur &
limitantur not.in l.2.quod quiſq; iuris.¶Sed deueniens ad
id qđ principaliter q̃ritur dico, ꝙ ſi ante torturã fuiſſem de
conſilio reqſitus,conſuluiſſem poteſtatẽ rectè & ſanè factu
rum, ſi nedum vnam dilationẽ ſed ẽt plures ad indicia ante
torturam purganda dediſſet, nunc autẽ re non ęxiſtente in
tegra

tegra mihi videtur concludendum dictos dominos iudicantes nulla per hoc pœna esse plectendos. Moueor, qa ser Petro petenti copiam indiciorum cum termino ad purgandum, inter cætera fuit responsum ei per dominum potestatem cum consilio iudicis maleficiorum, ꝙ si dictus ser Petrus qui erat causidicus & iureperitus contra dicta indicia quæ fuerunt sibi sæpius lecta & ostensa, volebat dicere vel opponere & allegare ad defensionem, deberet tunc dicere offerens dictus dominus potestas se super eis paratum iustitiam ministrare. & dictus ser Petrus nunquam dixit expressè, neq; expressit qualem defensionem haberet, & quomodo seu per quas probationes indicia illa purgare posset, sed solum dicebat simpliciter indicia illa nõ esse vera, sed falsa. ¶ Vnde succedit illud qd' no. Bar. in l. fi. in 1. col. ff. de fer. vbi quęrit quę cognitio requireretur in prima dilatione quam petit, & respondet ꝙ à iudice petatur ꝙ velit probare. argu. l. si duo patroni. §. idem Iulia. ff. de iureiu. & l. si quis libertatem. cum ibi no. ff. de pe. hær. ¶ Et per hoc qdam secundum Bar. anteq̃ dent terminum ad producendum positiones & articulos suos, vt examinentur an sint admittendi. & dicit ꝙ iste est bonus modus, aliqui verò secundum eum dant dilationem simpliciter, & intra dilationem illam examinant, an articuli sint admittendi. ¶ Ita etiam dicit Ant. de But. in c. vltra tertiã. de testi. vbi dicit, ꝙ etiam adhibetur causæ cognitio in aduertendo, an per calumniam dilatio petatur. l. 2. C. ad l. Cor. de falsis. ¶ Et illi primo modo videtur adhæsisse præfatus dominus potestas q volebat, ꝙ eo tpe dictus ser Petrus, q erat causidicus & iureperitus diceret & deduceret quæ volebat ad defensionem suam. vnde videns ꝙ solum simpliciter allegabat ser Petrus meram negatiuam contentorum in depositione testis, qui in iudicio receptus erat pro parte curiæ, & negatiua veritatis allegata per ser Petrũ, non erat coarctata loco & tpe, & per consequens non concludebat nec releuabat. c. bonæ. el 1. cum ibi plenè not. per gl. & DD. de elec. c. qm̃ contra. de prob. c. ex tenore. de testi. 6. q. 5. actor. & plenè no. in l. actor. C. de proba. & in l. 2. ff. de

4 prob. & ibi not. in gl. ad fin. ¶ † Vnde suspectus est ille qui se fundat in negatiua nõ coarctata loco & tpe. c. cùm in ecclesia. cum ibi no. per Inno. de cau. poss. & no. Ang. in l. si per alium. §. docere. ff. ne qs eum qui in ius voc. vi exi. & Bald. in l. de die. §. pe. ff. qui satisd. cog. & in c. si quis per 30. in tit. si de feu. fue. contro. inter do. & ag. & in l. actor. C. de prob. ¶ Facit qd' not. Bar. in l. 1. in prin. ff. si quis ius dicen. non obtempe. & Dy. & Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priua. ¶ Vnde dicimus, ꝙ testi nõ creditur super negatiua, nisi ẽt deponat de causa scientię coarctando dictum suum loco & tpe, vt no. Bal. in l. cum hi. §. 1. ff. de trans. & in l. 2. in rep. magna. in vlt. col. & sentit Bar. in consi. inci. Clarissimè & bene faciunt not. per Inn. in c. cum causam. de test. ¶ Meritò cum allegatio negatiuæ ser Pet. non esset concludẽs & releuans, imò suspecta. per prædicta sequitur ꝙ sibi ratione præsumptæ causæ subterfugij potuit talis dilatio denegari. per not. per Bart. & alios. in l. fi. de feriis. ¶ Corroborantur prædicta per ea q̃ no. Pau. de Leaz. in rep. d. c. quamuis. depositi. circa vl. col. cuius verba retuli sup. in prin. Nam vult ipse ꝙ debeat differri tortura, quando petitur dilatio ad purgandũ indicia, si talis defensio allegatur, qua probata cessare debeat tortura, sed ser Petrus solum allegabat meram negatiuam

a simpliciter, adeo ꝙ si testes deposuissent & affirmassent ita esse. prout ser Petrus allegabat, non releuat talis probatio, vt no. Bar. in præalleg. consi. cum concor. sup. alle. ergo potuit ptãs nõ differre torturam. & est de mente Pau. de Leaz.

5 in c. pall. ¶ † Fortificantur prædicta, qa nedum iudex calumniosè excipientem potest non audire, & si vult potest etiam

b añ pertransire *b* vt no. Inno. in c. post electionem. de concess. præb. ¶ Et ita refert eum Bal. in l. peremptorias. in pen. col. C. sñiam rescin. non posse. sed etiam quando exceptio esset efficax & vera. Sed si iudex vehementer opinetur illam exceptionem factam esse causa morandæ litis, potest illam reiicere vt sentit Inn. in præal. c. post electionem. ad fi. secundũ ꝙ ibi intelligit Ant. de Bu. ꝙ in summario iudicio ex leui p̃sumptione calumniæ. potest repellere exceptionem, sed in iudicio plenario non dẽt eam repellere, sed ex vehementi. ¶ Et subdit Ant. de Bu. ibi ꝙ in dubio semper præsumi debet iudicem fuisse motum ex causa in repellendo exceptionem, arg. in c. in præsentia. de renun. & c. sicut de reiu. ¶ Igitur quia videtur indicium illud in iudiciis & præparatoriis ipsius inquisitionis fuisse summarium, cum in eo sufficiant summariæ probationes. i. nõ plenariæ, iuxta not. in l. si quis. C. ad l. Iul. mai. & in l. 1. §. Cornelio. & in l. fi. ff. de qõ. ¶ Item, qa potuit moueri ptãs ad opinandũ, ꝙ cã morandæ torturę p̃dicta allegarentur p ser Pet. ꝑpter qualitatẽ indiciorum & ẽt ꝑpter qualitatẽ illius simplicis & generalis oppositionis negatiuæ non coarctatæ allegatæ, vt dixi sup. per d. ser Petr.

6 in dubio dicit Ant. de But. pręsumendum esse pro iudice, vt retuli suprà proximè. ¶ † Accedit quia vt inquit Inno. in c. 1. de consti. iudices etiam licitè rõne casuum emergentiũ leges & statuta transgrediuntur, vt no. Bald. in l. & si seuerior. in l. 3. col. C. ex quib. cau. infa. irrog. in l. 1. C. de iur. calum. & in l. obseruare. §. proficisci. in 11. q. ff. de offi. proc. & in l. 1. C. de preci. impe. offe. & suspicabatur ptãs ne testes subornarentur, eo quia ille Petrus erat in illo loco vir stipulatus multis amicis, prout sæpenumero sunt causidici. ad hoc videntur dirigi verba domini ptãtis, vt loquuntur illa q tortu ram præcesserunt. & fortasse in ciuitate illa de facili consueuerunt haberi testes in vitium illius subornationis prærumpentes. & vidi ex processib. & actis publicis in ciuitate illa sæpe agitari, facit l. aut facta. in fi. ff. de pœn. ¶ Ad prædicto-

7 rum confirmationem adduco, quia † quando potestas habet arbitrium latum, non tenetur de culpa, sed de dolo. l. in venditione. §. 1. & ibi no. ff. de bo. autho. iud. pos. & l. creditor. §. Lucius. ff. man. & not. Bald. in Rubr. C. de pœna iud.

8 ¶ † Nec sufficere videtur tunc ꝙ sit in lata culpa, quia vbi requiritur dolus ex proposito, nõ sufficit lata culpa per id qd' habetur in l. 1. §. si quis ideo. ff. ne vis fiat ei. & l. 2. §. hac actione. ff. vi bo rap. no. in l. magna. ff. de verb. sig. Bart. in l. quod Nerua. in 4. q. prin. ff. deposi. in ver. item quæro vtrum lata, & c. iuncto d. §. Lucius. ¶ Et hoc videtur firmare Io. de Imo. in c. quintauallis. de iureiu. in pe. char. in vers. sed hic occurrit dubium, an sufficiat lata culpa, & c. vbi tractat an in casibus in quibus arbitrator non obstante latissima potestate non potest dolosè arbitrari ad pręiudicium partium, ita et non possit quando interuenit lata culpa, & tenet ꝙ hoc casu non æquiparatur dolus & lata culpa, & dicit ita esse de mente Ioan. Cal. in locis ibi allegatis per eum & ita ẽt tenet ipse ibi in antep. col. ¶ Sed ita est quod dictus dominus potestas habebat arbitrium plenum & latum & vltra & aliter q̃ statuta disponunt, vt patet ex narratis in themate, q̃ verba important liberum arbitrium, dato ẽt ꝙ cum dictis verbis iungeretur aliquod verbum importans per se arbitriũ boni viri, vt expressè decidit Bar. in l. alio. ff. de ali. & cib. leg. in ver. procedo vlterius posito ꝙ ptãs, & c. in rep. l. 1. de sac. san. eccl. in 5. q. prin. in verbo, circa ipsam dispositionem vel voluntatem. & in l. si sic. in princip. ff. de leg. 1. per l. fideicom. §. quanq̃. de legat. 3. & l. vtrum §. cum quodam. de reb. dub. & not. Bar. in l. Imperator. aliàs est in l. Lucius. ff. de fideicom. lib. & ignorare iura est lata culpa. l. latæ. ff. de verb. sig. l. liberorum. §. notantur. cum gl. ff. de his qui no. infa. & l. regula. §. pe. ff. de iu. & fac. igno. ẽt in iudicib. vel peritis, vt declarat Bar. in l. quod Nerua. in 5. q. princ. & Bal. in Rub. de pœna iu-

9 dicis. facit l. 1. § hæc actio. ff. si mensor fal. mo. dixerit. ¶ † Et potius videtur in dubio præsumendus error q̃ dolus, vt colligitur ex not. per Bart. & alios. in l. quod post. in princ. ff. de her. inst. ergo virtute dicti arbitrij potuit fieri id quod factũ est, non seruata solennitate iuris cõis vel municipalis, iuxta ẽt no. in d. cle. sæpe. & in d. l. filiusfa. de do. per Bar. cum concor. de quib. supr. dixi, magis tamen adhæreo aliis superius deductis. ¶ Quod autem indicia fuissent sufficientia, patet ex narratis in themate, in quo p̃supponitur vnum testem de visu commissionis dicti delicti deponere, & vnus testis ita deponens est sufficiens, secundum ea q̃ traduntur in l. si qs. C. ad l. Iul. mai. & per Cy. & alios in fi. ff. de qõ. & Io. An. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. & per Bart. in l. 1. § item Cornelio. & in l. fi. ff. de qõ. ¶ Et attento arbitrio quod habebat

bebat dominus potestas de quo dixi, sufficeret ēt si nō esset omni exceptione maior talis testis, vt expresse vult Gandinus sub dicta Rub. incip. Item quæro nunquid potestas qui arbitrium, &c. bene faciunt no. per Bar. in d. l. filiusfa. & per Pet. de Anc. in d. Cle. sæpe. ¶ Et dato ꝙ ille testis fortasse foret receptus parte non citata. & sic non sufficeret iuxta not. per Bar. in l. fi. ff. de qō. doc. maxime Sal. in l. fi. & eo. ti. & per l. si bene. C. de test. qa respōdetur, ꝙ verbo fertur stylum & obseruantiam esse in contrariū, & ꝙ stylus attendendus est l. fi. C. de iniur. l. 3. §. fi. de testib. c. quā graui. de crimine falsi. & plenè tradidit Cy. in l. 2. C. q̄ sit lon. consue. & DD. in c.

10 fi. de consue. † Et statutū vel stylus vel cōsuetudo pōt in simi lib. derogare solennitati citationis, vt not. Bal. in Auth. si qs in aliquo. in pe. col. C. de eden. & ibid. Sal. ¶ Scdō pōt iuuari qa cōcurrebat indicium, vt in puncto ꝓsupponitur, ꝙ aliàs similia fecerat, & ꝙ ꝓpea fuerat priuatus iudicio notoriatus, & sic talia arguunt & aggrauāt & indiciū faciunt contra eū. l. nō oīs. §. à barbaris. ff. de re mil. l. de minore. §. si pluriū. ff. de qō. l. si cui. §. iisdē. ff. de accu. & no. Bar. in d. l. fi. ff. de qō. & Gādinus sub Rub. de ꝓsump. & indiciis dubij, &c. & Spe. in tit. de presum. §. species. ver. pen. ¶ Accedit etiam fuga illius alterius q dicebatur eiusdem delicti particeps, vt depo suerat dictus testis, & sic succedit illud ꝙ qn̄ singula non iuuant, multa prosunt. c. cum causa. & ibi not. de prob. c. fi. de succ. ab inte. no. in l. 2. ff. de excu. tut. & quādo indicia dicuntur esse sufficientia, vel non, cōmittitur iudicantis arbitrio. l. 3. §. fi. ff. de testib. scdm Cy. in l. fin. C. de qō. & Io. And. in c. cum in contemplatione, de reg. iur. & Bar. in l. fi. de quęst. & Bal. in l. 2. C. quorum appel. non reci. & pro iudice in dubio præsumitur. d. c. in præsentia. cum simi. & facit quod no. In-

11 no. in c. fi. de feriis. † nec fides dicti testis debilitatur ex eo ꝙ

c diceretur ipsum esse pauperem. c c. si qui. & ibi not. de testi. & not. 4. q. 3. c. in testium. & Spec. tit. de teste. §. 1. ver. item ꝙ est pauper. nisi probetur eum aliter esse suspectum, vt habetur in dictis locis. ¶ Et ex prædictis apparet responsio multiplex ad allegata in contrarium.

ADDITIO.

a ¶ Copia. Idem Cæpol. consi. crimi. 65. Ang. trac. malefi. fama pub. col. 9. Hipp. Marsi. l. 1. in princ. nū. 8. l. fi. nu. 14. ff. de quæst. non intelligas ita ruditer, vt debeat dari copia in scriptis dispungenda, sed cōicatio hæc fit per interrogationes rei, præsentationes testium & lecturam depositionum coram reo postquàm coram interrogatus fuit, si quid habeat ad reprobandum præsentes testes singulos seorsum, &c.

b ¶ Pertransire. Bald. consil. 268. lib. 5. l, 2. col. 5. C. sen. rescin. non posse. Panor. c. super eo. 1. in fi. de appel. c. super eo. in fi. de officio deleg. c. nullus. de præsum. Fel. c. de cætero. col. 3. de re iud. Cur. sen. consi. 66. col. 19. Bert. cons. 42. Viso processu. col. fi. lib. 1. Sed ad hoc debet esse presumptio multum vehemens. Panor. d. c. post electionem. col. fin. Ias. consi. 44. col. fin. lib. 3.

c ¶ Pauperem. adde 1. lib. 7. consi. 237. lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum necessarium & in causa criminali pecuniaria defertur.*

2 *Indictio est de substantia actorum.*

CONSILIVM LXVI.

Viso processu causæ vertentis inter Eliseum Capriolum agentem & accusantem, & Anton. de Bozelis defendētem. ¶ Puto breuiter dictum Anto. esse de iure absoluendum à contentis in denunciatione & accusatione ex infrascriptis. & primo, quia per vnum testem optimè & concludenter deponentem de denunciatione contractus facta per d. Anto. conductori gabellæ, & sic per illum testē est semiplenè probata & fundata intentio rei. l. vbi numerus. ff. de testi. nota. in l. admonendi. ff. de iureiur. & l. in bonæ fidei. C. de rebus

1 cred. cum similibus. † & regula est ꝙ semiplenè probanti regulariter deferendum est iuramentum in defectum semiplenæ probationis si petitum fuit, prout petitum est in proposito nostro per do. Ant. ita legitur in d. l. admonendi. & in d. l. in bonæ fidei. & in c. fin. de iureiur. ¶ Solum ergo circa hoc facit dubium, an tale iuramentum possit deferri in causa ista, quia videtur esse criminalis, qa pœna venit pro parte applicanda fisco ex forma statutorum, & pro parte accusator, iuxta not. in l. prætor. §. fi. ff. de sepul. viola. & Cy. & Bal. in l. si qua per calumniā. C. de epis. & cler. & no. DD. in Rub. extra. de iudi. & Moder. in Rub. ff. de publ. iud. ¶ Vel verius est causa mixta, quia concernit pœnam pro parte applicandam fisco, & commodum pro parte applicandum priuato, & in dicta pœna venit etiam prosecutio rei & interesse ipsius accusatoris: patet, qa venit gabella duplicata in quo duplo comprehenditur simplum, id est, vera gabella pro iudice. l. hoc edicto. §. fi. & ibi no. Bar. ff. de public. l. si cum exceptione. §. 1. & §. quadruplicatur. & l. ꝙ si homo. ff. quod met. cau. & no. Bar. post gl. in l. ab his. C. de nauicular. lib. 11. ideo talis causa appellatur mixta secundum Ant. de But. in Rub. ext. de iudi. per tex. in c. tuæ. ext. de procur. ¶ Et in hoc dico ꝙ attento ꝙ agitur de pœna pecuniaria potest deferri d. iuramentum reo. hoc ꝓbat tex. d. l. in bonæ fidei. in ver. in cæteris. & ibi hoc tenet gl. 2. idem tenet Iac. de Rauen. Cyn. & Ange. per illum text. & per l. fallaciter. C. de aboli. ¶ Et dicit ibi Ang. ꝙ illa gl. debet intelligi in reo. aliæ verò gl. quæ dicunt in criminalibus non esse deferendum iuramentum, intelliguntur in accusatore q per iuramentum suum non potest perficere suas ꝓbationes imperfectas, quia in criminalib. reus non debet condemnari & puniri, nisi ex probationib. luce meridiana clarioribus. l. sciant. C. de prob. l. vbi. C. de fal. & ita propriè loquitur glo. iuncto tex. in l. maritus. ff. de quæst. & gl. in l. 3. post prin. ff. de iureiu. ¶ Et ita intelligitur opi. Bar. approbantis illas gl. & gl. in c. tam literis. de testi. & præsertim vbi agitur de pecuniaria, vt in casu nostro, quo casu dicit expresse Ray. in d. l. in bonæ fidei. posse iuramentum tale deferri, quia non est magis præsumendum, ꝙ in hac causa deesset res q̃ in alia causa de iure ciuili. ¶ Istam opi. etiam quò ad casum nostrum sequitur Bal. in d. l. 3. §. fi. ff. de iureiu. dum tractat de iuramento assertorio, in §. quando sit deferendum. ver. alias autem. & in §. super quib. ver. quid si criminaliter. & idem sentit glo. in d. l. admonendi. in ver. iureiu. in fi. & expresse Host. & Ant. de But. in c. fi. in antepe. col. de iureiu. quando pœna est pecuniaria. Ex hoc patet istam magis * cōem esse opin. à qua in iudicando non est recedendum, vt traditur in locis vulgarib. ¶ Nec ad hoc obsi dicatur in causa magnę quātitatis non defertur iuramentum in defectum semiplenæ, &c. vt not per gl. & Do. in d. c. admonendi. in c. cum sit partium. de reg. iur. in 6. cum concor. quia respondeo, ꝙ An. Bozelus habet fundatam intentionem per regulam quæ habet ꝙ reo semiplenè probanti deferri debet regulariter iuramentū in defectum semiplenæ probationis. per d. l. in bonæ fidei. cum si. ¶ Si ergo accusator vult dicere, ꝙ ista est cā magna, habebit necesse probare id quod est fundamentum intentionis. l. ei qui. & in l. exceptionib. in prin. de prob. & l. in illa iunct. l. hoc iure. & ibi per Bar. ff. de ver. obli. nam debebat accusator ꝓbare qualis erat status d. Antonij. s. quò ad diuitias & paupertatē & probare causam hmōi quātitatis, ꝙ cōiter reputaretur magna cā in persona illius hominis illius condōnis cuius est d. An. hoc enim modo discernitur causa magna & non magna, secundum Bart. & omnes. in d. l. admonendi. & in d. c. fi. per l. sed si susceperit. §. 1. ff. de iud. & quia istud fundamentum ꝓbationes illius testis cum supplemento iuramenti videtur mihi adhærere viæ veritatis, æquitatis & dispōni legū, ideo ex eo principaliter motus sum ad consulendum ꝓ ista parte. ¶ Verùm quia vltra prædicta (vt in puncto mihi præsupponitur) non est probatum per Ant. de conductione gabellæ ipsius asserti conductoris, à quo d. Anton. dicit se habere causam, & sic si hoc non est probatum non videtur ꝙ sit probata intentio accusatoris qui agit tanquā socius dicti conductoris. & statum sub Rubr. de denunciationib. & accusationibus, &c. videtur solum concedere facultatem denunciandi ipsis conductorib. aut sociis aut officialibus eorum. ¶ Nec ob. si dicatur ꝙ ex instrumēto societatis ꝓducto apparet enunciatiuè narratū ꝙ ille cū quo Ant. cōtraxit societatē, erat conductor. qa respon. ꝙ illa verba enunciatiua so

lum

lum probant inter ipsas psonas inter quas prolata fuerunt, non quò ad alios. l. optimam. C. de contrah. & commit. stip. iuncto tex. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. & ibi no. dd. & patet ex rubro & nigro. C. res inter alios acta. ¶ Item non obst. si diceretur ꝙ testis productus per Ant. hoc dicit, quia pôt responderi ex his quę dicit Bal. in c. in nostra. de testi. & Bal. in d. l. in bonæ fidei. in vl. col. dum dicit ꝙ nô videor approbare oĩa quæ deponit testis, quem ego produxi. allegatur l. si qs testib. C. de testi. ¶ Insuper ẽt psupponitur in themate, ꝙ dictus accusator ad probandum se socium ꝓduxit acta carentia indictione. & ẽt ex hoc capite potest dici, non
2 esse probatam intentionem accusatoris, † qa appositio indictionis est de substantia actorum, vt in Auth. vt preponatur nomen imperato. post prin. & in c. inter dilectos. de fide instru. plenè per Io. An. in data sexti libri. & Bart. in l. si librarius. ff. de reg. iu. cum si. ¶ Nec ob. si diceretur, ꝙ in his in quibus scriptura non est necessaria, tunc valet actus sine indictione, vt videtur sentire Specul. in tit. de instr. edi. §. instrumẽtum. ver. quid ergo si dies. vbi ad hoc alleg. l. pe. ff. de fid. instr. & l. contrahitur. in princ. ff. de pig. & ita est ꝙ ex forma statuti sub Rub. de modo ius reddendi officialibus, &c. potest in istis causis procedi sine scriptis, ergo, &c. quia respondeo, ꝙ statutum non dicit absolutè ꝙ possit in talibus causis procedi sine scriptis, sed dicit ꝙ iudex super gabellis deputatus debet facere conductorib. gabellarum plenam, expeditam & summariam ratione sine datione libelli vel alia petitione in scriptis danda. & sic statutum remouet ꝙ non teneatur conductor offerre libellum & petitionem in scriptis. prout de iure communi reperiebatur, iuxta ea q̃ traduntur in Auth. offeratur. C. de lit. contes. sed ꝙ de aliis productionibus instrumentorum & iurium non debeat fieri nota in scriptis apud acta per notarium iuxta c. qm̃ contra. de proba. dico ꝙ licet statutum dicat, ꝙ non sit necesse dare petitionẽ in scriptis, tamen oportet ꝙ illud quod verbo peteretur per conductorẽ, redigatur per notarium in scriptis apud acta. tex. est in in Clem. sæpe. de verb. sig. in ver. verum. ibi dum dicit verum, quia iuxta petitionis formam pronunciatio sequi debet pro parte agentis, & ẽt rei, si quid petere voluerit, est in ipso litis exordio faciẽda petitio, siue in scriptis siue verbo, in actis tamẽ continuò inserenda, &c. ¶ Ecce ꝙ vbi requiritur ꝙ petitio producatur in scriptis, tamen semper debet redigi apud acta in scriptura actorũ illud qđ verbo petitur, vt not. Bart. in l. in sacris. C. de proxi. sac. scrinio. lib. 10. & ẽt no. Bar. rectè intuenti. in Auth. nisi breuiores. C. de sent. ex peri. recit. præterq̃ in terminis illius aut. q̃ in tota causa permittit procedi sine scriptis. & not. Bal. in d. Auth. offeratur. in pe. q. & in l. si quis se. & ibi gl. C. de accus. Spe. in tit. de li. concep. §. nunc dicendum. in prin. Secundo respondeo, ꝙ Spec. in d. §. instrumentũ. non dicit ꝙ instrumentum valeat sine die, consule & indictione, qm̃ actus ille
* requirebat scripturam, imò dicit, ꝙ * côiter dicitur ꝙ non valeat instrumentum sine scriptura, & sic teneri debet côis opi. l. 1. in prin. in verbo, arbitror. ff. de off. quæsto. no. Inno. Io. An. in c. ne innitaris. de consti. & Io. Mon. in c. cupientes. §. deniq;. de elec. in 6. & Bar. in l. fi. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & Bald. in c. 1. §. iudices verò. de pace iura. fir. cum concor. & licet Spe. postea subdat ꝙ aliqui distinguunt, qđ aut est tale factum quod non debet fieri in scriptis, & tunc valeat per l. pe. ff. de fide instr. & l. contrahitur. in prin. ff. de pi. aut debet fieri in scriptis, & tunc vitiatur. l. contractus. C. de fid. instr. per hoc tamen Spe. non recedit à superiori conclusione, nec putandum quod Spe. voluisset tenere illã opi. vltimò relatã q̃ est falsissima & contra tex. in d. Auth. vt prepo. nomẽ imper. post prin. maximè in verbo, in oĩbus. & ibi dum dicit, quælibet forma documenti, &c. nec iura quæ refert Spe. aliquid faciunt ad propositum, quia solum dicunt ꝙ quando non est necessaria scriptura, valet cõtractus, licet non fuerit facta scriptura, dummodo per testes probetur, secus vbi necessaria est scriptura, quia non valet contractus sine ea, in d. l. contractus. vnde bene fateor, ꝙ vbi non requiritur scriptura in certo actu, & cõtingit de illo fieri scripturam sine indictione, valebit ille actus, dummodo probetur aliter puta per testes, licet per illam scripturam non poterit probari, & sic illa vltima opi. quam refert Spe. ꝙ ita intelligatur, fatebor ꝙ erit vera, sed nobis nihil obstabit. Ex quib. restat conclusio dictum Anton. accusatum fore diffinitiuè absoluendum. Et ita dico & consulo ego Alex.

*SVMMARIVM.*

1 *Testator nedum Falcidiam, sed etiam Trebellianicam prohibere potest.*
2 *Fideicommissum an censeatur iniunctum filio vel eius hæredi.*
3 *Legitimati non excludunt substitutum.*
4 *Citatio & consensus agnatorum requiritur ad legitimationem.*
5 *Nobilis legitimatus in successione non excludit substitutum.*
6 *Comes non potest legitimare in præiudiciũ legitimorum vel substitutorum nisi expressim in mandatis habeat.*
7 *Princeps cum viuo patre legitimat, debet fieri mentio de liberis vel agnatis.*
8 *Imperator non potest legitimare in terris ecclesiæ.*

## CONSILIVM LXVII.

Consideratis his quæ in primo themate narrantur. ¶ Circa primum dubium quo quæritur, an dictus Ludouicus Meleginus potuerit testari in præiudicium dictorum Melegini sui fratris & Thomæ quondã d. Iac. stante substitutione cõpendiosa facta in testõ d. antiqui Thomæ disponentis, ꝙ si aliqs vel aliq Melegini dictorũ Melegini Io. & Ia. Melegini decederent vel decederet sine filiis legitimis & naturalib. pars sic decedẽtis vel decedentiũ perueniat & ꝑuenire debet ad quoscunq; alios superuenientes, vel ad eorum & cuiuslibet eorum mortuorum filios legitimos & naturales. ¶ Et omissis non necessariis dico, ꝙ quamuis dictus Ludo. decesserit sine liberis & instituerit Io. Meleginum hęredem vniuersalem, tamen dicti Meleginus & Thomas substituti in dicto testõ dicti alterius Thomæ d. Ludo. per duas partes ex tribus possunt ex dicta substitutione compendiosa petere per fideicommissum sibi restitui per hæredem dicti Lud. duas partes ex tribus illius portionis hæreditatis dicti quondam Thomæ, quæ obuenit dicto Lud. iuxta l. precib. & ibi plenè no. C. de impu. & aliis substi. & c. Raynutius. de test. & plenè in l. Centurio. & in l. cohæredes. §. cum filiæ. de vul. & pup. est verum ꝙ hæres d. Lud. poterit deducere legitimam debitam dicto Lu. in qua non potuit grauari per fideicom. à dicto eius patre in substitutione prædicta per l. cum patronus. de leg. 2. & in l. qm̃ in priorib. & ibi not. C. de inoff. testa. & in l. ex tribus. & plenè ibi per DD. no. eod. tit. & per Bar. in l. 1. §. fi. de vulg. & pu. cum concor. ¶ Sed est dubium, an possit detrahere hæres dicti Lud. Trebellianicam non obstante prohibitione dicti testatoris qui eam detrahi
1 prohibuit. ¶ † Et licet an dicta prohibitio valeat, sint opin.
* tamen * magis communis opi. est, ꝙ possit ᵃ prohiberi Tre-
a bellianica sicut & Falcidia, per Auth. sed cum testator. C. ad l. Fal. iuncta l. Marcellus. in prin. vers. quod autẽ. ff. ad Trebel. inducendo, vt per Bar. ibi & ita tenet gl. in §. fin verò expressim. in Auth. de hær. & fal. & gl. in §. sed quia. Insti. de fideicom. hær. & sequuntur hoc Iac. de Are. Odof. Cyn. Ray. Ang. & Salic. in d. Auth. sed cum testator. & Bart. & Ange. & Raph. in d. l. Marcellus. in prin. & Cy. & Imo. in l. 1. §. ad municipium. ff. ad l. fal. & Nic. de Neap. in l. 1. §. inde Neratius. ff. ad Treb. & Ange. in d. §. fin verò expressim. & Bald. in l. filium quem habentem. C. fam. ercis. in 11. col. Nam si prohibita est detractio falcidiæ, quando testator eam prohibuit detrahi, vt in d. Auth. sed cum testator, videtur prohibita detractio Trebellianicæ eodem casu, quia falcidia saltẽ largè sumpta etiam comprehendit Trebellianicam. l. pater filiã. in prin. l. Titia. ff. ad l. Falc. l. cum filio. ff. de leg. 1. & in Auth. vnde si parens vbi est bona gl. C. de inof. test. ergo dispositio dictæ Authen. sed cum testator, loquens in falcidia extendi debet ad Trebellianicam ex identitate rationis. bene facit l. filium habeo. ff. ad Macedonianum. & quod no. gl. in Authen. vt hi qui oblig. §. 1. ver. curatorem. & in Auth. minoris debitor. C. qui date tut. pos. & quod not. gl. in Cle. auditor. de rescriptis. & in c. 1. de rerum permu. in 6. & quod no. Cy. in l. 1. C. quę sit longa consue. cum multis simi. ¶ Accedit, qa

fortior

fortior est Falcidia q̃ Trebellianica, vt patet in l. in quartã. ff. ad l. Fal. meritò si potest prohiberi per testatorem Falcidia, eadem ratione, vel maiori debet posse Trebellianica prohiberi. & latius disputarẽ istum articulum, sed qa ista est cõis opi. vt ẽt fatetur Imol. in d. l. Marcellus, & in iudicando non est recedendum ab opinione cõi, vt habetur in locis vulgarib. ideo circa hoc latius non insistã. ¶ Tamen prius respondebo ad vnum, videlicet ad id qd' voluit Bald. in l. iubemus. in prin. C. ad Treb. in 1. & 3. col. vbi per illum tex. dum litera dicit: licet testator hoc iusserit, &c. voluit ꝙ posito ꝙ vera esset conclusio, quod testator possit ꝓhibere Trebellianicã, tamen hoc fallit in liberis primi gradus, & in filiis grauatis restituere ꝑ fideicommissum si decesserit sine liberis, qa tunc talis detractio quartæ Trebel. non poteris eis prohiberi, ergo cum tractaremus de Lud. grauato per fideicõmissum restituere, si primò decederet sine liberis, qui Lud. erat de filiis dicti testatoris, vnde videtur ꝙ dicta ꝓhibitio Trebellianicæ non afficiat eum. ¶ Sed respon. ꝙ posito qd' illud dictum Bal. esset verum, quod non pono pro cõstanti esse verum, imò Cy. in d. l. iubemus. in 1. opp. tenuit contra-
b rium per d. Auth. sed cum testator. & ita ẽt contra Bal. b sequẽdo Cy. tenet Raph. Cu. in l. cohæredes. §. cũ filiæ. de vul. & pup. dicens ꝙ arg. Bal. non ꝓcedit. nã Bal. se fundat ꝑ illã l. iubemus, hoc mõ, nam illa l. vult ꝙ testator non possit disponere, ꝙ liberi primi gradus sibi cõputent fructus in Trebellia. si ergo testator hoc modo non potuerit minuere Trebellianicã, ergo non poterit in totum eã tollere seu prohibere. arg. l. videamus. §. pe. ff. de in lit. iur. sed hoc (vt dixi) secundum Raph. non ꝓcedit, qa licet. d. l. iubemus, velit ꝙ testator no possit facere, vt computẽtur fructus in Trebellianicã, non tamen vult ꝙ non possit ꝓhibere testator Trebellianicam, qa illud erat ius cõe prius inductum, sc. ꝙ testator illo tpe non possit ꝓhibere detractionem quartæ. l. Titia. l. qđ de bonis. §. 1. & §. fi. ff. ad l. Fal. & l. 1. §. inde Nerat. ad Treb. & l. si vt alleg. C. ad l. Fal. & sic tex. in d. l. iubemus. non inducit, ꝙ testator non possit ꝓhibere Trebellianicam, sed inductum ꝑsupponit dato ꝙ specialiter velit testatorẽ non posse disponere, quod fructus q aliàs hæredib. computarentur in quartam Trebellianicam non computentur liberis primi gradus. vnde circa eam ꝓhibitionem testatoris quod non detrahitur Trebellianica, non continet illa lex aliquid singulare, vnde secundum eum cum testator possit in totum prohibere Trebellianicam, poterit etiam illam minuere & disponere, ꝙ fructus computentur in eam, & dato ꝙ hodie testator non possit disponere, quod filij computent fructus in Trebellianicam per illam l. tamen ipsi fructus essent restituendi per fideicommis. secundum Rapha. in d. §. cum filiæ. arg. l. ex facto, in prin. ad Treb. ¶ Ita etiam tenet Rapha. Cuma. in l. in fideicommissaria. in prin. ff. ad Trebel. vbi dicit ꝙ Bal. est solus, & quod superior conclusio contra Bald. est verior, & dicit dictam conclusionem esse singulariter notandam. ¶ Tamen posito ꝙ esset verum dictum Bald. adhuc respondeo ꝙ text. in d. l. iubemus. loquitur solum quando liberi primi gradus, id est, filij instituti quibus erat iniunctum onus restituendi per fideicommissum illud in quo erant instituti, essent prohibiti detrahere Trebellianicã, vt
2 patet in d. l. iubemus, in princi. iuncto fi. † sed in casu nostro hoc casu fideicommis. non videtur iniunctũ fuisse d. Ludouico in parte sua, sed generaliter q̃buscunq; hæredib. dicti Ludouici, vt statim probo, ergo sumus extra casum d. l. iubemus. cum ibi no. per Bal. ¶ Quod aũt censeatur iniunctum dictum onus fideicom. dictis hæredib. dicti Ludouici & nõ Ludouico probatur. constat enim, ꝙ si filium meum hæredẽ instituo, possum filios aut hæredes filij mei grauare onere fideic. restituẽdi, vt est casus in l. si fuerit. §. 1. cum l. seq. ff. de leg. 3. ¶ Modò in proposito dixit no. Bar. in l. qui duos. in fi. ff. de vul. & pup. & per illum tex. cum gl. & ibi oẽs sequuntur. & ibi expressius ad ꝓpositum nostrum no. Imo. in l. cohæredi. §. cum filiæ. eo. tit. & in c. Ray. circa fin. tractatus vul. substi. de test. & Fulg. in l. eam quã. C. de fideic. & Raph. Cu. in l. 1. §. fi. ff. de vulg. & pu. & d. §. cum filię. ꝙ si filius impubes est institutus, eius hæredes venientes ab intestato, vel eius substitutus pupillaris põt grauari onere fideicommissi in totum, vt in l. si fundum per fideicommissum. §. fi. ff. de leg. 1. & in dubio si fideicommissum est relictum post mortẽ impuberis, intelligitur tale fideicommissum iniunctum substituto pupilli vel hæredib. ab intestato succedentib. ipsi pupillo. non autem intelligitur iniunctum ipsi pupillo. vnde quando censeatur iniunctum fideicõmissum hæredib. pupilli vel eius substitutis, transit ad fideicommissarium totũ, ẽt non deducta legitima per d. l. si fundum per fideicommissum. §. fi. secus quando est iniunctũ filio impuberi fideicommissum, qa restituere debet totum, tamen deducta legitima per d. l. q̃m in priorib. cum ibi not. & ita fuit in casu d. §. cum filiæ. & ita ẽt no. DD. in d. l. 1. §. fi. eo. tit. & istud est ẽt de mente Bart. in l. Centurio. ver. quæro vlterius quid si testator dixit, si filius meus decesserit sine filiis, &c. ¶ Et maximè in casu nostro debet intelligi fideicommissum iniunctũ potius hæredib. filij q̃ ipsi filio, id est, ipsi Ludouico, qa ita interpretãdo seruatur & adimpletur voluntas testatoris qui voluit nullam detrahi Trebellianicam, & ita interpretando ꝙ fideicommissum intelligatur iniunctum hæredib. Ludouici, seruatur ẽt mens testantis, quia tunc valet prohibitio, facit l. quoties. cum si. de reb. dub. & quod no. Bar. in d. l. Centurio. ver. præalle. & quod no. Bal. in d. l. precib. in pe. col. cum si. ¶ Et hoc attento ꝙ dicta verba substitutionis cõpendiosæ sint impersonaliter prolata, adeo ꝙ nõ apparet cui onus fideicommissi iniungatur, ipsis filiis an hæredib. eorum, vt patet ex inspectione verborum dicti testamenti quæ suprà retuli in prin. ¶ Ex quibus concluditur ꝙ hæres dicti Io. mediante persona d. Ioan. est hęres dicti Ludouici ex eius testamento, & tenetur dicto Melegino & Thomæ ad restõnem fideicommissi prędicti pro duabus partibus, ex tribus partibus q̃ obuenerunt dicto Ludouico ex hæreditate quondã Thomæ, deducta tamen prius per hæredem dicti Io. legiti-
3 ma debita dicto Lu. ¶ † Nunc verò ad secundum principale quæsitum quo quæritur, an dicti spurij instituti à dicto Io. Melegino legitimati, vt sup. excludãt dictos Meleginos substitutos, & licet iste articulus sit satis tritus & plurimi sunt tenentes istam partem, quod nõ excludat substitutos, vt tenuit Bal. in l. Lucius. la 2. ff. de hær. inst. & in l. si ita qs. §. is autem. de le. 2. & in l. si qs posthumos. in prin. ff. de lib. & posthu. & Sal. in l. generaliter. §. cum autem. de inst. & substi. sub cond. fac. & in l. adoptio. ff. de adop. & Io. de Cald. in consi. 1. sub tit. qui fi. sint leg. & Imo. in l. ex facto. in prin. §. si qs rogatus. ad Tre. & in §. is autẽ. & Pau. de Cast. in l. fi. C. de his qui veniam æta. impe. & in l. cum acutissimi. C. de fideicõ. ¶ Et dato ꝙ multi aliter senserint, tamẽ quò ad casum nostrum,
c videtur omninò veriorẽ esse istam conclusionem, ꝙ illi substituti non excludant, attento quod tpe quo fuit facta legitimatio, iam erat mortuus testator, de cuius fideicom. & hæreditate tractabatur. s. Thomas quo casu indiuiduo consuluit Pet. de Anch. consi. 427. incip. Circa primum quæsitum fuisset satis expediens, &c. sc. quod legitimatus nõ excludat substitutum si tpe legitimationis testator auus illius spurij erat mortuus, quia erat ius fideicommissi substituto quæsitum saltem in spe, s. si institutus decederet sine filiis legitimis & naturalibus, ergo non potuit ius fideicommissi subuerti per dictam legitimationem, q̃ videtur esse species alienationis rerum fideicommisso suppositarum, cum ꝑ ipsam legitimationem deuoluerent in alium q̃ testator disposuerit, contra l. fi. §. sed qa. & in Auth. res quæ. cõia de leg. ¶ Pro hoc ẽt adducit ꝙ nõ videtur fuisse intentio legitimantis prę iudicare iuri tertij. c. super eo. de off. deleg. c. quanuis. de rescrip. in 6. & in l. 2. §. si quis à principe, ne quid in loco publico. ¶ Pro hoc ẽt specialiter adducit id quod determinat Io. And. in reg. sine culpa. in 6. in mercu. dum dicit, quod legitimatus ẽt per subsequens matrimonium non aufert spem successionis, quã quis habet in bonis nondum defuncti ratione primogenituræ, multominus ergo in bonis tunc defuncti si legitimatio superueniat. ¶ Pro hoc etiã adducit id quod no. Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & post. & Iac. de Are. in l. fi. aliàs pe. de nata. rest. ff. vbi scđm eum te-
4 net † quod ad hoc, vt legitimatus succedat, requiritur citatio &

tio & conſenſus agnatorum quibus ius ſucceſsionis adimi-
tur per prędictam legitimationem, præterquam quò ad bo
na ipſius patris porrigentis preces legitimationis. ¶Et qđ
requiratur hoc caſu citatio, tenet ēt Bal. in l. 1. in vlti. col. C.
de inoff. don. in prin. 4. col. & in l. nam ita diuus. per illū tex.
ff. de adop. & Ang. in conſ. ſuo 17. inci. Comes Brandoliſius.
& Imol. in c. niſi cum pridem. §. perſonæ. de renun. ¶Et di-
cit Pet. de Anch. in d. conſi. ꝙ ita ēt ipſe reperit ſic conſuluiſ
ſe præceptorem ſuum d. Badl. ¶Ad prædictam concluſionē
confirmandam bene facit l. per fideicommiſſum. ff. de con.
& dem. & l. ſi ita quis. §. his autem. de leg. 2. & Inſtit. de excu.
tut. circa prin. iuncta l. 3. §. legitimatos. ff. de excu. tut. & in l.
fi. C. de his qui ve. ætat. impetr. & l. ex ea. §. inſulam. de verb.
obli. & l. filium diffinimus. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. vbi
appellatione filiorum intelligitur de his qui nati ſunt ex le-
gitimo matrimonio, & de his qui natura & natiuitate ha-
bent legitimationem, non autem de his qui per actus ciui-
les efficiuntur legiti. ſaltem quando de his eſt facta mentio
per modum conditionis, quia conditio debet in forma ſpe
cifica & propria impleri. d. l. fideicommiſſum. & l. qui hære-
di. in prin. eo. tit. ¶Ad hoc ēt bene facit quod habetur in c.
naturales. ſi de feu. fue. contro. inter do. & agna. ideo enim
ibi non comprehenditur filius legitimatus appellatione li-
berorum, quia ex hoc poſſet contingere fieri præiudicium
domino feudi. ¶Iuuatur iſta concluſio in propoſito per id,
quod ſingulariter ſcribit Imol. & DD. in c. grandi. de ſuppl.
negl. in 6. in prin. vbi quærunt, an Papa poſsit legitimare fi-
lium regis Arogonum, qui non recognoſcit ſuperiorem, &
primò arguunt ꝙ ſic, per c. per venerabilem, qui filij ſint le-
giti. tamen ad illum text. reſpondetur, ꝙ illud procedit vbi
fieret ſine præiudicio tertij, ſed vbi conſuetudo defert alte-
ri conſanguineo regnum rege decedente ſine filio legitimo
non poſſunt, ſecundum eos legitimari filii regis ad præiu-
dicium illius cōſanguinei ſine cauſa legitima priuando il-
lum regno, etiā ſi fiat legitimatio de voluntate regis. ¶Nec
obſt. ſecundum eos id quod no. Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi
tm̄. quia reſpondetur, quo illud procedit in patrimoniali-
bus, quæ poſſunt per teſtatorem auferri conſanguineo, ſed
in regno ſecus, vt in d. c. grandi. ¶Et ſubdunt, ꝙ ſi Papa legi
timat aliquem in dubio, intelligitur legitimare ſine præiu-
dicio tertij. d. c. quamuis. de reſcri. in 6. ¶Ergo ad propoſi-
tum, cùm ius euertendi dictum fideicommiſſum non pen-
deret à poteſtate do. Io. l. fi. §. ſed quia. C. cōia de leg. nō po-
tuit dictam legitimationem facere in præiudicium ſubſti-
tutorum mortuo teſtatore, ſicut in caſu prædicto nō poteſt
rex ēt in vita ſua præiudicare conſanguineo in regno, faci-
endo ſpurium legitimum, & tantò magis procederet dicta
concluſio, vbi probaretur ꝙ tpe conditi teſtī dicti Thomæ
de cōi vſu loquendi appellatione filiorum legitimorum &
naturalium non intellligeretur de filiis ſpuriis legitimatis
per id quod no. in l. liberorum. §. ꝙ tamen Caſsius. de leg. 3.
in l. Labeo. de ſuppel. leg. ¶Fortificantur prædicta per ea q̄
ponit Ange. in ſua diſp. Nobilis quidem genere. in ſecundo
5 dubio. Nam inter cætera ibi dicit, † ꝙ vbi pſona de cuius ſuc
ceſsione tractaretur fuiſſet nobilis, ſeu in dignitate conſti-
tutus, legitimatus nō excluderet ſubſtitutum, ſic nec filius
naturalis tm̄ excludit ſubſtitutum. d. l. ex facto. §. ſi quis ro-
gatus. ff. ad Treb. quia non præſumitur teſtatorem de illis
ſenſiſſe, vt ibi. imo talem ſobolem ſpuriam abhorrere præ-
ſumitur talis teſtator nobilis, & per ea nolle excludi ſubſti-
tutum, quia tales ſpurij ei ſunt magis dedecori, quā eſſet in
vno ignobili. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic. ¶Per tales etiam
filios nobilitas patris vel aui prædefuncti non conſeruatur.
l. lex naturalis. ff. de ſtatu hominū. ¶Et tales illegitimè nati
d cenſentur infames *d* infamia facti, vt not. Azo in Summa. C.
de infa. circa princ. & cuiuſlibet intereſt hæreditatem ſuam
nō deuenire ad infamatam prolem, vt dignitas & fama eius
conſeruetur illæſa. ¶Hinc dicit etiam Ang. potuiſſe eſſe ra-
tionem d. c. naturales. quia non eſt veroſimile nobilem feu-
dum concedentem de tali prole ſenſiſſe. ¶Ergo cùm ex ver
bis primi teſtatoris appareat, quod donec extaret aliquis
de filiis maſculis legitimis & naturalibus abhorruiſſe illegi
timos, quia eos noluit vocari ad ſucceſsionem, niſi deficien
tibus oībus legitimis & naturalibus, vt dicto teſtō contine-
tur, apparet ꝙ ſicut Ang. in d. diſputatione quem ſequitur
do. Ant. in c. per venerabilem. qui filij ſint legi. dum tractat,
an legitimatus excludat ſubſtitutum, vult ꝙ in ſubſtitutio-
ne facta nobili ſpurius legitimatus nō excludat ſubſtitutū,
quia talis nobilis præſumitur abhorrere talem prolem, ita
& in caſu noſtro non debet excludi ſubſtitutus per tales ſpu
rios, quamuis legitimatos quia teſtator nedum ſpurios, ſed
ēt naturales tm̄ in caſu noſtro, niſi defeciſſent oēs legitimi
& naturales abhorruit ſuccedere. ¶Accedit quia Ang. in d.
diſp. vt ſupr. retuli, ſe fundat per d. l. ex facto. §. ſi qs rogatus.
vbi nobilis ſeu in dignitate conſtitutus non pſumitur ſen-
ſiſſe, ꝙ naturalis excludat ſubſtitutum, ſed ita eſt ꝙ iſtud qđ
ibi dicitur, habet locum ēt ſi teſtator non eſſet nobilis, ſi ta-
men eſſet talis honeſtæ vitæ & honorabilis conuerſationis
ꝙ ſibi verecundia veroſimiliter eſſet, ꝙ ſua domus & agna-
tio deueniret ad baſtardos, ita tenet Bar. & alij in d. §. ſi quis
rogatus. in 1. co. ar. l. 1. §. de inſpiciēdo. ver. publicè. ff. de ven.
inſpi. & d. §. ſi quis rogatus. in ver. conditionē, ergo ēt vbi ſo
lum apparet et dictum quondam Thomam fuiſſe hmōi ho-
neſtę vitę & conditionis, ſatis eſſet. ¶Vel ēt ſufficeret ꝙ pro
baretur dictum Io. inſtitutum & in effectu grauatum de fi-
deicommiſſo fuiſſe talis conditionis, vt proximè dixi, quia
tunc ēt habet locum id quod habetur in d. §. ſi quis rogatus.
ſ. ꝙ ēt filius non excludat ſubſtitutum, vt eſt de mente gl. in
d. §. ſi quis rogatus. & ibi hoc tenet Ang. & Io. de Imo. & no.
gl. & Sal. in d. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſub-
ſtit. ſub condi. factis. ¶Corroborantur prædicta, quia dictę
legitimationes factæ ſunt in terris eccleſiæ ab habente po-
teſtatem legitimandi à Papa, & habente ptātem legitiman-
di à Cæſare, ſed talis legitimatio ex aliqua dictarum autho-
ritatum non potuit operari quò ad caſum noſtrū, ꝙ iſti ha-
beantur, vt legitimi naturales ad excludendum dictum ſub
ſtitutum, hoc decidit primò Bald. in l. cum filiusfa. in princ.
6 per illum tex. ff. de teſt. mil. vbi dixit, † ꝙ comites ſacri pala-
tij qui habent ptātem legitimandi non poſſunt legitimare
in præiudicium legitimorum, qa ius aliorum minuere non
poſſunt prętextu priuilegij, niſi tenor priuilegij expreſsè di
ctaret contrarium. pro hoc ēt allegat id quod habetur in l.
impuberi. ff. de admi. tut. & ꝙ no. in l. Gallus. §. & quid ſi tm̄,
& ita ēt vult Bal. in c. domino guerram. in prin. pe. col. in tit.
hic finitur, lex. deinde incipit conſuetudo regni. & in l. 2. in
8. col. C. de ſerui. & aqua. ¶Sed Papa in dicta conceſsione fa
cta dicto comiti non dicit, ꝙ poſsit in caſu iſto legitimare
poſt mortem teſtatoris ad p̄iudicium alterius: imo potius
voluit Papa cōtrarium, vt ſonant illa verba, ſ. dummodo eis
qui in hmōi bonis ab inteſtato ſuccedere deberent nullum
præiudicium generetur, &c. ¶Hoc expreſsius vult domi-
nus Ant. in c. per venerabilem. in 20. col. verſic. vnde tamen
puto, &c. vbi dixit, ꝙ habens ptātem legitimandi à Papa vel
à principe non poteſt legitimare ad præiudicium alterius
etiam reſpectu ſpei, quia tales conceſsiones intelliguntur
ſine alicuius præiudicio. d. l. 2. §. ſi quis à principe. & d. c. ſu-
per eo. & c. paſtoralis. de priui. ¶Nec obſtat ſecundum eum
ꝙ talis ſpes non attendatur, quia imò quandoq; vt no. Bart.
in l. fi. ad fi. C. de pact. & in l. is poteſt. ff. de acq. hære. circa 3.
& 4. col. vbi ꝙ ſpes de qua in caſu noſtro eſt in conſideratio-
ne. ſ. ꝙ veniat caſus ſubſtitutionis fideicommiſſariæ factæ à
teſtatore iam defuncto, quia cum non dicatur ſperari & tra
ctari de hæreditate viuentis, ſed mortui, quia per fideicom-
miſſariam ſucceſsionem ſucceditur teſtatori, non autē illi
cui facta eſt ſubſtitutio. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vul. & pu.
¶Et ideo videmus ꝙ hæres grauatus per fideicommiſſum
cogitur ante euentum conditionis fideicommiſsi cauere
fideicommiſſario de reſtituendo in euentum condōnis. l.
inter oēs. §. 1. q ſatiſd. cog. per totum tit. ff. & C. vt leg. no. ca-
ue. & per conſequens talis ſpes fideicommiſsi eſt in conſide
ratione ꝓbabili. ¶Ad prædicta ēt bene facit quod no. Ang.
in §. ſi quis igitur. el 1. in Auth. quib. mo. na. effi. ſui. & quod
no. Pau. de Caſt. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tm̄. in fi. & ibi dicit
ꝙ licet princeps legitimando ſi velit poſsit auferre ius quæ-
ſitum

situm parti, iuxta plenè no. in l. 1. ff. si cōtra ius vel vti. pub. & in l. rescripta. de preci. impe. offe. & in c. q̄ in ecclesiarum. de consti. tamē aliud est in comite palatino habēte ptātem legitimandi à principe, qa inspici dēt ptās sibi data, & in dubio non intelligitur data ptās legitimādi, nisi eo modo quo princeps esset legitimaturus ex ordinaria ptāte non ex suprema. ar. l. in testō. in fi. C. de test. mil. & in l. fi. ff. de off. præsi. ¶ Vnde si pater haberet filios legitimos & naturales, ēt ad instantiā eius, & eo viuēte non poterit comes legitimare bastardū, quē ipse princeps non legitimaret ex ordinaria ptāte, vt in §. generaliter, in Auth. qui. mo. na. effi. sui, sed posset Imperator hoc facere ex plenitudine ptātis faciendo de eis mentionē, sed dictus comes nullo modo potuit si simpliciter sibi est data potestas legitimandi scđm eum. & ita ēt consuluit ipsemet Paul. de Ca. consi. inci. Super eo qđ primo loco
e e & facit qđ no. Bal. in Auth. p̄terea. C. de na. lib. ¶ Ad idē
7 adduco id qđ volunt DD. concludentes † ꝙ in legitimatione q̄ fit ēt viuo patre à principe, dēt fieri mētio ꝙ pater habebat alios liberos vel agnatos successores, aliàs si non fuisset expressum principi, nō valeret legitimatio ad eorū p̄iudicium, vt firmat Iac. de Bel. in §. & q̄m. in Auth. qui. mo. na. effi. sui. & firmat ēt do. Ant. in d. c. per venerabilē. post medium. dum tractat quorum citatio requiratur, & refert ita sentire Vber. de Bobio, vt recitat Io. And. in Spe. de suc. ab intest. §. 1. in addi. inci. vbi hoc dicit Rof. ¶ Idē tenet Paul. de Cast. d. consil. 221. vbi ēt dicit ꝙ ita erit in legitimatione quæ fit per comitem, multò magis debuit in dicta petitione & concessione legitimationis fieri mentio de dictis substitutis, quibus p̄iudicare non pendet à ptāte dicti Io. hæredis grauati in effectu de restituendo cum fratrib. si ipse decederet sine filiis legitimis & naturalibus, sed in dicta legitimatione (vt verbo fertur) nulla de hac substitutione facta est mentio. & per prædicta etiā apparet multis modis esse responsum ad facultatem legitimandi quam habet dictus comes à Cęsare, qa dato ꝙ legitimatio in se valeret, tamē non quò ad præiudicium substitutorum p̄dictorum. ¶ Insuper aliter ad aliam facultatē legitimādi concessam à Cęsare potest respon-
8 deri, † ꝙ talis comes in terris ecclesiæ f non potuit vti pote-
f state legitimandi sibi data ab Imperatore, vt concludit Iac. But. in l. 1. C. de iure aureorum annulorum. & in l. 3. ff. de offi. prędidis. per illum tex. & est de mente Bar. in l. q in prouincia. ff. de ritū nup. & Inn. Host. Io. And. ꝙ do. Ant. in d. c. per venerabilem. per illum tex. saltem vbi non consentirent illi de quorum p̄iudicio agitur ēt si sit præiudicium consistens in spe cuius spei licitè habetur cōsideratio secundum do. Ant. ibi, ꝓut est spes fideicommissi condōnalis, vt suprà ꝓbaui. hanc opi. tenet ēt Spe. in ti. de leg. §. fi. ver. sed illud q̄tur. & tenet Bal. in l. 1. de iure annul. aureo. per plures rationes. & refert se ita cōsuluisse, & ita etiam tenet Bal. in l. eam quam. in 10. col. de fideicom. ¶ Et ita ēt quò ad casum nostrum idem videtur tenere Bal. in prin. post Iac. Bu. attento ꝙ in casu nostro de ordinaria ptāte requirebatur citatio dictorum substitutorum, vt suprà dictum fuit, quæ citatio nō potest exerceri in loco non subdito. l. fi. ff. de iurisdi. om. iu. c. 2. de const. in 6. ¶ Et istam partem ēt sequitur Pet. de Anc. consi. 320. inci. Primum dubium non est nouum. & ibi fortius concludit ꝙ legitimatio talis non valeret, quò ad succedentem in bonis quæ essent pleno iure patris legitimari facientis. ¶ Idē quò ad casum nostrum, scilicet quò ad p̄iudicium alterius q̄ patris legitimantis, tenet Pau. de Cast. consil. 208. incip. Dubitatur primò an comes. ¶ Facit quod no. gl. 10. di. c. 1. quod no. Bar. in l. cunctos populos. in 7. q. C. de sum. Trini. dum dicit Papam non posse legitimare aliquem quò ad succedendum in terris imperij sibi non subiectis. & quod no. ēt Bar. in Auth. ex cōplexu. in fi. C. de incest. nupt. ¶ Non etiā potest Imperator mittere falcem suam in terris ecclesiæ, vt in Cle. pastoralis. de re iu. & in Cle. 1. §. porrò. ibi autem iurisdictionem quamcunq; per se vel per alium excedere de iure iu. quæ verba innuunt ꝙ nulla iurisdictio cōtentiosa vel voluntaria possit per Imperatorē exerceri in terris ecclesiæ. ¶ Facit qđ no. in Cle. 1. ver. oīmodā. de fo. comp. & maximè qa prorogatio voluntarię iurisdictionis non reperitur quod fieri possit ad p̄iudicium alterius q̄ ipsius ꝓrogantis iurisdictionē. ¶ Facit l. emancipari. ff. de ado. & l. 2. ff.
* de off. procon. iunc. l. fi. cum si. ff. de pac. ¶ Et ita se habet magis * cōis opi. à qua in iudicādo nō est recedendū. l. 1. in prin. ff. de off. quæst. cum si. ¶ Et ꝓ hoc ēt bene facit quod no. Io. An. in Spe. in tit. de iurisd. om. iu. §. 1. in addit. incipiente, vidistis quas opi. dum dicit quod in donatione valida q̄ facta fuit per Imperatorē ecclesiæ Romanæ taliter qđ per ipsam donationem transiuerit in ecclesiam Romanam merum & mixtum imperiū, nulla ipsorum iurium adhæsio remansit penès donantē seu penès imperiū, sed Ferraria est de his rebus donatis ecclesiæ Romanæ, vt no. per gl. in Auth. vt eccl. Rom. ad fi. col. secundæ. & scđm approbatā opi. valuit donatio, ergo nulla forma iurisdictionis in dictis locis remansit penès imperiū. ¶ Ex quib. concludo ꝙ dicti legitimati non excludant dictos substitutos, & ꝙ preterea potuerunt dicti substituti totam portionē hæreditatis Thomę, quę obuenit Io. consequi deducta legitima, vt dixi in p̄cedenti dubio, in qua restitutione fideicommissi veniet ēt illa pars q̄ iure fideicommissi debuit obuenire dicto Io. de portione Ludouici primò decedentis. l. hæredes mei. §. cum ita. & ibi not. Bar. & alij. ff. ad Treb. & l. Scæuola. & Bar. & DD. in l. Marcellus. §. quidam liberis. cum ibi not. per Bart. & alios. eo. tit. & Ang. & alios in l. ita tamen. §. q suspectum. eo. tit. & Ang. in l. cum virum. C. de fideicō. & per Bar. in l. si Titius. iuncta l. fi.
g de le. 3. ¶ Et si apparet me aliter consuluisse. g ꝙ legitimatus excluderet substitutum, aduertatur quod cōsilium dicit in casu quo Papa in terris ecclesię de plenitudine potestatis expressè disponebat qđ ille legitimatus esset habilis ad excludendū substitutos, de quibus facta erat mentio, seu in casu in quo de mēte testatoris apparebat ita fuisse, & quia in persona facta erat substitutio in tali statu quod non poterat habere filios legitimè natos. Sed reb. stantib. ꝓut in casu nostro, puto hanc esse purā veritatē qđ dicti substituti non excludātur à iure substitutiōis, & ita vbi iudicaturus essem intrepidè iudicarem. ¶ Ita vt superius conclusum est puto iuris esse, ideo ita dico & consulo ego Alex. Bononiæ legens.

ADDITIO.

a ¶ Posit. Rom. sin. 192. Ias. d. l. Marcellus. & consi. 84. col. 8. consi. 89. col. 3. lib. 1. Ant. Cor. trac. de pōt. re. q. 73. & filiis filia legitima demptam. Alex. in lib. 5. consi. 29. nu. 2.

b ¶ Contra Bal. Lud. Gozad. consi. 45. nu. 21.

c ¶ Veriorem. contrarium melius examinando tenuit Alex. d. consi. 2. ibi nu. 5. tenuit ꝙ substituti non sunt citandi quandiu conditio substitutionis pendet.

d ¶ Infantes. suprà consi. 2. num. 5.

e ¶ Loco. consi. 180. lib. 1. adde And. Tiraq. repe. l. si vnquam. versi. donatione largitus. nu. 254. C. de reuoc. donat.

f ¶ Ecclesiæ. Deci. consi. 150.

g ¶ Consuluisse. suprà consi. 2.

## CONSILIVM LXVIII.

Lege infrà lib. 2. consi. 165.

### EPITOME.

PEtrus de Rodulphis filius Andreæ condidit testamentum & fecit legatum tenoris infrascripti. Item reliquit ipse testator iure institutionis, & omni alio meliori modo quo potest Agneti infanti eius testatoris filiæ legitimæ & naturali ex prædicta domina Isabetta eius vxore libras mille marchisanorū, quas ipse testator dari & solui iussit ac voluit per infrascriptos eius hęredes in dotem & pro dote ipsius Agnetis infantis tempore quo nubet, &c. mandans ipse testator Agnetem eius filiam antedictam eam esse tacitam & contentam de p̄dictis libris mille & bonis condecentib. relictis, vt sup. & omni sua legitima debita portione sibi debita iure naturæ, & ꝙ vltra p̄dicta nihil de bonis petere possit occasiōe alicuius falcidiæ, & debita portione vel alia quacunq; portione vel cā, in omnib. aūt bonis suis instituit hæredē suum vniuersalē filium suum masculum nasciturū vnū vel plures, & si filius masculus nō nasceretur, instituit sorores suas, s. Viridem, Zenepream, Catharinam ac Polixenam hęredes vniuersales, & decessit dict. Pet. nullo nato sibi filio

masculo, & dictæ sorores apprehenderunt dict. hæreditaté, & eam adiuerunt, cum beneficio tamen legis & inuentarij. ¶ Modò dubitatur, an Agnes filia dicti testatoris possit agere ad supplementũ legitimæ stantib. agnatis masculis, q tamen nõ fuerunt instituti à testatore, sed instituit sorores suas, vt in casu. ¶ Itẽ, an possit agere ad fructus legitimæ suæ à tpe mortis testatoris vsq; in præsentem diem, maximè præsupponendo, ꝙ acceptauerit quãtitatem mille cùm porrexerit libellum contra dictas hęredes institutas, in quo petebat dictam quantitatem, mille relictam sibi ab eius patre. ¶ Item videatur testamentum Io. de Codeboue, & consulatur quid sibi agẽti obueniat, cum fuerit filia Petri filij quondam dicti Andreæ. ¶ Et petitur consilium pro agente.

*SVMMARIVM.*

1 *Statuta cessant fauore agnatorum si illi non succedunt.*

2 *Filiæ dotatæ si per statuta excluduntur, non debet dos esse minor legitima.*

3 *Supplementum legitimæ petent filiæ cum fructibus à die mortis, non ab acceptatione legati.*

4 *Vsuræ sunt vsq; ad quantitatem fructuum rerum, quarum loco debetur quantitas.*

CONSILIVM LXIX.

Super primo dubio q̃ritur, an dicta Agnes filia testatoris petere possit supplementum legitimæ stantib. agnatis masculis, q tamen instituti non fuerunt. ¶ Breuiter omissis nõ necessariis puto ꝙ sic, qa de iure cõi filiæ auferri aut diminui nullo modo põt legitima. l. q̃m in priorib. & l. oĩmodo. in prin. C. de inoff. test. ¶ Non ob. statuta de quib. in themate,
1 †qa primò põt responderi ꝙ dispõ statuti militaret quando instituti essent agnati masculi q ab intestato vocarẽtur, sed si instituti essent alij vt in casu nostro, tunc secus, qa dictum statutũ emanauit fauore agnatorum masculorũ, vt l. seruo legato. §. si testator. cũ ibi no. ꝑ Bar. ff. de le. 1. & l. 2. §. fi. & ibi Bar. ff. de co. bo. & Bar. in l. 2. §. fi. cum si. ff. ad Tert. ergo vbi sunt institutæ aliæ ꝑsonæ & non dicti agnati cessare videtur mẽs statuti excludẽtis filias ꝑp dictos agnatos, & ita concludit Ang. & Io. de Imo. in l. Gallus. §. & quid si tñ. ff. de lib. & post. & Lu. Ro. in l. vt liberis. C. de col. & Paul. de Ca. in l. 1. in 3. col. circa fi. ff. de inoff. testa. ¶ Scđò respondetur, & hæc
2 scđa responsio magis me mouet. †qa dos ꝑdicta quã ex forma statutorum habere debet filia exclusa per existẽtiam agnatorum, nõ debet in dubio esse minor q̃ sit sua legitima,
a *a* saltẽ non existentibus descendentib. masculis & ꝑ masculinum sexum coniunctis ipsi testatori, vt in casu nostro, hoc est qđ decidit Sal. & Ful. in Auth. res. C. com. de le. vbi ꝑ illũ tex. dicunt, ꝙ q̃n statutũ repellit filias à successione ꝓferendo masculos, mãdat filias vel neptes dotari arbitrio ꝓpinquorũ, ꝙ ꝓpinq nõ debẽt arbitrari minus q̃ sua legitima, qa in ea nõ est excessus, sed in plus si illa nõ sufficit, vt ibi. ¶ Idẽ cõsuluit Ang. in consi. 357. inci. Do. Gregorius, &c. nã scđm eũ legitima est minuscula. l. si qs in suo. C. de inoff. test. ¶ Ita
b ẽt consuluit Bal. *b* in cons. suo inci. Anton. plures filios masculos habẽs, &c. qa scđm eũ bonus vir non dẽt arbitrari, ꝙ legitima filiæ sit auferẽda cũ cẽseatur ęs alienũ, & debita iure naturali. l. Papinia. §. si qs ĩpubes. ff. de inof. test. l. cum ratio. ff. de bo. dã. & succedat in locũ alimentorũ, alleg. no. per Cy. in l. sancimus. C. de nup. & ita est de mẽte ẽt statuẽtiũ, vt patet ex statuto sub rub. de suc. ab inte. & sub rub. intra q̃tũ
3 tps frater, &c. ¶ † Sup 2. dubio, s. an possit agere ad fructus suæ legitimæ à tpe mortis testatoris non obstãte acceptatione legati resultante ex eo ꝙ dicta do. Agnes ꝓduxit contra hæredes dicti testatoris libellũ, in quo petit dictã quantitatem librarum mille sibi relictã, & puto ꝙ sic, maximè ex infrascriptis. nã sicut filio deberetur legitima. ita & fructus legitimę, vt in Aut. nouissima. & ibi no. C. de inof. test. l. Pap. §. vnde si qs. ff. e. ti. gl. in l. fideicõmissaria. in gl. 1. ad fi. ff. ad Tre. & notab. declarat Bal. in l. non est. C. fam. erci. vbi concludit hoc esse verũ, ẽt si tales fructus essent consumpti ab hærede bona fide possidẽte. ¶ Et cum dos non debeat esse minor q̃ legitima, vt dictũ est, seqtur ꝙ sicut in legitima veniunt fructus legitimæ, ita debent tales fructus talem dotem augere. subrogatum eñ sapit naturã eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. q iniuriarum. ff. si qs cau. c. ecclesia. vt lit. pen. Nec obst. si dicatur, ꝙ saltem postq̃ filia acceptauit dictum relictũ, videtur ꝙ plus petere nõ possit supplementũ ipsius legitimæ. l. si q̃n. §. & generaliter. C. de inof. test. & ibi Bar. in terminis format quęst. de eo q reliquit filiæ 10. & iussit eam esse contentã, ita ꝙ plus petere non possit occasione legitimæ vel alia quacunq; ratione, & postea filia legatũ istud acceptauit, & illud recipit à fratre, & de eo fecit finẽ & refutationem, & q̃rebatur an posset petere supplementum legitimæ, & concludit ꝙ non impeditur petere, qa onus importatum ꝑ dictam clausulam adiectam in testamẽto. s. de non petẽdo plus non valet. d. l. q̃n in priorib. & dicit esse casum expressum. in §. cæterùm. in Auth. vt cum de app. cog. & ibi plenius ꝑ eum hoc comprobantẽ per alias rõnes, & respondet ad ea q̃ in contrarium possent allegari, quæ breuitatis causa omitto. & idẽ no. Ang. in l. iubemus. C. ad Treb. & Io. de Imol. in l. quod de bonis. §. cum fideicommissum. ff. ad l. Fal. & colligitur ex no. per Bar. in l. Papinia. §. si conditioni. in fi. ff. de inof. test. & per Guil. de Cug. & Bald. in l. de his. ff. de transa. & Bal. in l. hac edictali. §. quam obseruationem. C. de secun. nup. Accedit ad confirmationem prędictorum, ꝙ dicta dom. Agnes non cogebatur acceptare dictam quantitatem pecuniæ ꝓ d. legitima, vt l. scimus. ver. repletionem. & ibi declarat Gul. de Cu. & Bal. C. de inof. test. & Bart. in l. suus quoq;. in fi. principij. ff. de hær. instit. cum si. igitur filia acceptando dictum legatum, videtur consentire ꝙ hęredes ꝓ rata dictæ quantitatis retineant bona hæreditaria æquiualentia, ex quib. si dicti hæredes fructus ꝑceperunt, dicuntur re ipsa esse in mora quò ad hoc, vt ipsi do. Agneti teneantur ad vsuras ęqualentes ad dictos fructus. id quod hẽtur in l. curabit. C. de act. emp. & l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eo. tit. ꝓut ẽt consuluit clarissimus do. consultor Perusinus, cuius consilium mihi exhibitum est cum his, q̃ eleganter allegata sunt in iure ꝑ eximium doĩum aduocatum dom. Agnetis, q̃ breuitatis cã omitto, & ẽt quia nõ puto expedire illa hìc re-
4 censere. ¶ † Addens ad eorum confirmationẽ verum esse ꝙ vsuræ tanq̃ interesse, intelligitur in casu d. l. curabit. cum si. esse vsq; ad concurrẽtem quantitatem fructuum perceptorum ex rebus quarũ loco venit danda quãtitas, vt voluit expressè Io. de Imo. in d. l. insulã. §. vsuras. in fi. & Pau. de Ca. in d. l. Iulianus. §. ex vẽdito. & tales vsuræ sunt ẽt hodie permissæ de iure cano. qa petuntur tanq̃ interesse damni emergentis, id est in loco fructuum quos percepisset venditor ex re si eam non tradidisset, per no. per gl. in d. l. curabit. & in l. 2. C. de vsur. & in d. l. Iulianus. §. idem. de vsur. cum si. ¶ Circa tertium q̃situm s. quid perueniat ad d. Agnetem ex testõ magistri Io. de Coldeboue, vnico verbo me expedio, qa res videtur carere dubitatione & ius consistit in facti contingentia q̃ non ad plenum narrata est in themate. Nã si decessit do. Beatrix & successiuè decesserit Andreas & Constantinus cũ liberis & finaliter ꝑdefunctis aliis liberis eorum superstit dicta domina Agnes, q̃ est de descendentib. dicti Andreæ, est enim neptis ex filio Andreæ, ad eam spectaret dimidia fructuum & reddituum bonorũ hæreditatis dicti magistri Io. vt clarè ex inspectione dicti testamenti apparet, & si res aliter in facto se haberent, fiat thema cum speciali & plena facti narratione, & respondebitur ad quæsita.

ADDITIO.

a ¶ Legitima. idem Pau. cons. 365. si statutum. lib. 1. Cor. con. 162. l. 2. Soc. l. hæredes mei. §. cum ita. col. fi. ad Treb. Cur. senior consi. 16. num. 12. consi. 27. col. 11. 13. Dec. consil. 379. in fin. Ias. d. Auth. res quæ. & consi. 19. in fi. lib. 1. Bertran. consil. 161. supposito col. 3. ver. & si quæris. lib. 1. And. Tiraq. rep. l. si vnquam. ver. liberos susceperit. no. 92. C. de reuoc. do. Alex. in lib. 2. consi. 7. col. 2. & lib. 4. consi. 83. & lib. 6. consi. 121. sed ista non habent locum, quando filia dotatur à parente & futuræ successioni renunciat, vt dixi infrà lib. 3. consil. 29.

b ¶ Bal. consi. 398. lib. 3. repetitum. consi. 407. eod. lib.

*SVMMARIVM.*

1 *Falsum vt euitetur quantum fieri potest per diuisionem vel disiunctionem scriptura interpretatur.*

2 Tabel-

2 *Tabellioni quàm testi neganti non plus creditur quantum ad quæstionem falsi.*
3 *Stylus excusat à falso.*
4 *Notarius põt emendare instrumentũ intra modicum internallũ*
5 *Instrumenta plura eiusdem quid si sint difformia.*
6 *Frater non est testis idoneus in criminali.*
7 *Testis dicens se non recordari nil probat contra instrumentum.*
8 *Notarius non præsumitur errasse per dolum.*
9 *Contumacia non facit haberi pro confesso.*

## CONSILIVM LXX.

VIso processu inquisitionis formatæ contra O-
doricum notarium filium Leonardi ꝑ do. po-
testatem pẽdente super trib. assertis falsitatib.
ꝓut in inquisitione continetur & sñia lata sup
cã falsitatis contra eũ, & visis his q̃ per celeber
a rimum I. V. D. do. Bartholomæum Cæpollam *a* mihi fratrẽ
honorandum in consilium reddita sunt decurrens in ean-
dem sñiam, concludo non debuisse de iure condemnari ꝓ
crimine falsi d. Odoricum. ¶ Et primò capio primum capi-
tulũ falsitatis, de quo in prima parte inq̃sitionis fit mentio,
nam est inquisitus Odoricus ꝙ cum die penul. Ianuarij di-
ctus Leonardus pater Odorici ad preces Lazari fideiussisset
ꝓ eo de iudicio sisti, & de iudicato soluendo quousq; & do-
nec ipse Lazarus aliam inuenisset fideiussionẽ in releuãdo,
ꝓut in cęteris actibus continebatur. contingit postea ꝙ die
8. Februarij Lazarus p̃dictus dedit in fideiussorem ser An-
gelum, &c. ¶ Et ad vnumquodq; respondeo. primò non ob
1 stat scriptura Sancti de eccl. qa † quantum fieri põt interpre
tari dẽt, vt ad concordiã reducatur ꝑ aliquam diuisionẽ vel
disiunctionem cum scriptura Odorici, p̃sertim ad crimen
falsi vitandum. c. cum tu. de testib. no. Iac. de Are. & Cy. in l.
in exercẽdis. in 2. q. C. de fid. instr. & expresse Bar. Bal. Ang.
& Sal. in l. scripturæ. eo. tit. per id quod habetur in 1. consti.
C. §. quib. & l. illud. & l. item videndũ. ff. de pet. hær. ¶ Quòd
autẽ reduci possit ad concordiam, patet, qa licet datus fue-
rit ser Angelus in fideiussorẽ de iudicio sisti & iudicato sol-
uẽdo absq; eo ꝙ esset expresse dictum ꝙ non esset extincta
& dissoluta obligatio primi fideiussoris, tamen non fuisset
extincta obligatio ipsius primi debitoris, nisi fuisset actum
& facta fuisset nouatio primæ obligationis principalis, vt
no. Bar. & alij in l. Valerianus. in fi. ff. de præt. stip. arg. l. si Ti
tius. ff. de fideiuss. & ꝓbatur in l. 3. §. si ex conuentione. cum
gl. in ver. pignora. de re iud. & ibi DD. & ad hoc. l. fi. C. de nõ
nu. pec. ergo non fuit necesse, ꝙ Odoricus adderet ista ver-
ba, s. ꝙ dictus Leonardus remaneat obligatus. ¶ Nec ad hoc
obstat si diceret, quod imo necesse fuit addere ista verba, eò
qa aliàs remanebit liberatus dictus Leonardus q fideiussit
seu se obligauit de iudicio sisti. & iudicato soluẽdo. quousq;
ipse Lazarus inuenisset alium fideiussorem, vt in inquisitio
ne patet & narratur, & sic videbatur actum ꝙ per nouũ fide
iussorẽ esset liberatus primus, qa respondeo, ꝙ hoc non ha-
bet obstare, qa dicta verba qđ Leonardus fideiussit de iudi-
cio sisti & iudicato soluendo, donec Lazarus daret aliã fide-
iussionẽ, intelliguntur de alia fideiussione. s. simili. l. si fugi-
tiui. cum gl. C. de seruis fugi. c. sedes. de rescri. cum ibi no. l.
fi. §. cui dulcia. ff. de vino, triti. & oleo leg. sed dando nouum
fideiussorẽ solùm in summa ducatorũ 25. nõ dicebatur dare
nouum fideiussorem similem primo, quia primus erat in to
tum, & non ꝓ ducatis 25. tm̃, nec obst. dicta verba subleuan
do dictum Leonardũ, &c. qa dico ꝙ non potest negari quin
præstatio ẽt secundi fideiussoris esset subleuatio dicti Leo-
nardi, qa vbi si nullus fideiussor fuisset, remansisset in solidũ
obligatus grauari potuisset absq; alia exceptione, nunc aũt
qa alius erat fideiussor, subleuatur primus ex eò, qa posset a-
genti cõtra eum opponere exceptionẽ diuisionis, vt ꝓ rata
diuidatur actio inter vtrunq; fideiussorẽ. l. inter fideiusso-
rẽ. ff. de fideiu. l. fi. C. de const. pec. Inst. de fideiuss. §. si plures.
& scđm istam subdiuisionẽ & interpretationẽ q̃ fieri debet,
vt dixi, saluabitur vtraq; scriptura. ¶ Accedit quia vbi verba
possunt trahi ad falsum, & nõ falsum, fit interpretatio ꝙ nõ
contineant falsum, nec de necessitate cõcludatur, vt colligi
tur ex gl. no. in l. iurisgentium. §. quod ferè. in vers. approbe
tur. ff. de pac. quam ibi ponderant DD. maximè Bal. in l. Im
peratur. ff. de sta. ho. & Sali. in l. de tutela. C. de in integ. resti.
2 min. ¶ † Secundò respon. ꝙ non magis debet stari scripturæ
Andreæ contra Odoricum q̃ cõtra. ad hoc facit qđ not. Spe.
in tit. de testi. §. 1. ver. sed pone, ecce iudex. & in titu. de instr.
edi. §. restat. vers. sed quid si vnus ex testib. & Ant. de Bu. in c.
ad audientiam. de pręsc. & in c. cum parati. de app. & Ang. &
Imo. in l. 1. §. si quis neget. ff. quẽad. testa. aper. & Sal. in l. si qs
decurio, post antiquos. C. de fal. & do. Ab. in c. cum cãm. el
1. de testi. & in d. c. ad audientiam. & Lud. Ro. in l. 1. §. fi. ff. de
verb. obli. vbi per plura concludunt, ꝙ si vnus ex plurib. te-
stibus à tabellione receptus & examinatus & criminaliter
accusatus ꝙ falsum testimoniũ deposuerit, testis verò dicit,
ꝙ tabellio aliter scripsit dictum suum q̃ ipse testis deposue-
rit, cui magis erit credendũ, an testi an tabellioni? & conclu
b dunt ꝙ quantum ad dictam cãm falsi *b* criminaliter intenta
tam, non creditur scripturis tabellionis contra testem, nec
econtrà creditur testi contra notariũ, quantò minus ergo
dẽt credi scripturæ Andreæ contra Odor. & contra eius scri
pturam, cum Odoricus sit similiter publica ꝑsona & tabel-
lio sicut est ille quantũ ad hunc effectum, vt possit crimina-
liter cõdemnari Odoricus. Posset ẽt aliter responderi, ꝓut
colligitur ex his q̃ adducentur circa scđm casum assertę fal-
sitatis. ¶ Nec obstat ẽt depositio dicti Christofori. qa si be-
ne consideretur non minus ad defensionẽ & excusationem
tendit dicti Odorici q̃ ad contrarium effectum. nam ipse te
stis deponit ꝙ Odoricus quando fuit facta & recepta dicta
fideiussio, non aderat, ergo non põt dici qđ Odoricus scri-
psit aliter q̃ dominus ptãs tunc declarauerit fieri, vel aliter
q̃ ipsę partes coram ipso Odorico notario fecerant, qa tunc
non aderat, & fides dicti Christophori testis in dictis suis est
indiuisibilis, & non põt vnũ dictum eius acceptari, & aliud
respui per curiã, vt egregiè dicit Bal. in l nulla. ff. de legibus.
3 ¶ † Et licet Odoricus postea notauerit dictã fideiussionem
ad relationẽ dicti collegæ sui, ꝓut dẽt esse consuetudo & sty
lus q̃ excusat à crimine falsi, vt not. Host. & Io. And. in c. 2. de
fide instr. & ibi do. Ant. in fi. not. Bal. in c. 1. de cog feu. & in l.
vnica. C. de confess. in ver. modò seq̃tur alia qõ. ¶ Non tamẽ
saltẽ est ꝓbatum per duos testes, qđ do. An. retulit Odorico
ꝙ fideiussio fuit facta illis verbis, s. qđ remaneret firma fide
iussio dicti Leonardi & Christophori, & sic non ꝓbat, vt ple
nè no. in l. 2. §. pe. ff. de aqua plu. ar. & ibi Bar. in l. testiũ. & ibi
Cy. C. de test. & Spe. in ti. de testa. §. 1. ver. itẽ quod deposuit
de credulitate. & plenè habetur in c. quoties. de test. & ibi di
cit Ant. de Bu. ꝙ testis deponens de credulitate non dicitur
verus testis. & dicitur de hoc esse gl. no. in d. l. 2. §. pe. ¶ Et ẽt
si dicerent se ꝓ certo credere non ꝓbant, nisi reddant rõnẽ
bonam ꝑ sensum corporis, vt inquit Bal. in l. siue possidetis.
de prob. & id quod not. in c. 3. loco. & c. de p̃sum. tamẽ qa ẽt
iste Christoforus est ẽt vnicus testis & singularis in dict. suo,
ideo non probat. l. iurisiurandi. C. de test. c. in omni, de test.
¶ Nec obst. ẽt dictum illius dicti Antonij, qa nihil deponit
quod cõtradicat instrõ seu scripturæ Odorici, & tanto ma-
gis excusaretur à crĩne falsi dictus Odoricus, si in scriptura
sua attestaretur qđ ita ibi fuit ꝑ collegam suum relatũ, quia
tunc nullo modo põt puniri de falso, ẽt si ꝓbaretur qđ non
fuit relatum, ꝓut ipse Odoricus in sua scriptura attestatur,
vt singulariter dicit Bal in l. ex his. C. de test. mil. circa medi.
per no. per Inn. in c. qm̃ contra falsam. de proba. & in c. cum
in iure. de off. dele. ¶ Venio ad secundum capitulum falsita
tis, nam inquisitus est Odoricus, ꝙ cum partium voluntate
esset electus quidam Iac. Hebræus ad videndum quendam
librũ in Hebræo scriptum, & ꝓductum per dictum Isaac, &
sic in eo erant aliquæ aliæ postæ vltra vnã postam ꝓductam,
& qualiter incipiebat principium dicti libri, & si millesimus
dicti libri sequebatur cum Iac. per dictum potestatẽ & eius
officium ipsius dicti ptãtis informatur, & nõ ad instantiam
partium fuit iniunctum, vt videret si dictus liber videretur
authenticus & ipsi domino ptãti referret, sed dictus Odori
cus scripsit q de partiũ voluntate fuit electus à Iacobo, &c.
quæ oĩa allegata non puto aliquo modo sufficere ad cõdem
nandum d. Odoricum. ¶ Primò em̃ non videtur obstare illa

varietas notæ originalis, ſc. qđ aliter ſcripſit in ſecunda q̃ in
illa prima ex qua ſecunda data fuit copia poteſtati, quia re-
ſpondeo ꝙ hoc non arguit falſitatem. hoc ꝓbo per id quod
no. do. Spe. in tit. de inſtr. edi. §. inſtru. ver. ſed nunquid con-
fectio. & Io. An. in data 6. libri. Bar. in l. ſi librarius. ff. de reg.
iu. & in l. Imperator. ff. de ſta. ho. & can. in c. ex literis. de fid.
4 inſtr. vbi volunt, † ꝙ notarius emendare & corrigere poſsit
ſuam originalẽ ſcripturam ſaltem incontinenti intra modi
cum interuallum. ſic dicimus in teſte. in c. p̃terea. de teſtib.
cog. & ibi no. in Auth. de teſti. §. qa verò. in magna gl. ¶ Et in
dubio dẽt præſumi ꝙ dicta emendatio facta fuit tpe permiſ
ſo ne incidat in pœnam falſi, per ea q̃ notabiliter voluit Bal.
in l. non ſolùm. §. ſed vt ꝓbaui. ff. de no. oper. nun. & in l. 1. in
2. col. ff. ſolu. mat. & in l. precib. in 6. col. in ver. & ſcias. C. de
impu. & Sal. in l. matrẽ. C. de prob. & do. Ab. in c. in præſen-
tia. in 4. col. de prob. in c. auditum. de præſcr. maximè per id
qđ habetur in l. 2. iuncta gl. ſing. in verbo, ꝓbatur. C. de pet.
hær. ¶ Et dicit Io. An. in addit. Spe. ſuper ver. ſed nunqđ con
fecto. in addi. Spe. in c. puta, &c. ꝙ quando notarius videt ſe
errare, melius eſt vt cõficiat nouum originale ſeu protocol
lum vel inſtrumentum q̃ primum corrigere, ne reſultet ex
verbis cãcellatis aliqua ſuſpicio. ¶ Et fortius vult Ia. de Bel.
in Auth. de æqual. do. in princi. & clarè Bal. in 2. conſti. C. in
fi. & eſt de mente Io. And. in dicta data 6. lib. Et Bal. in l. fi. in
pe. col. C. de eden. & in l. ambiguitatis. C. de teſta. & in tit. de
pace Cõſtan. in prin. & quod notarius licitè emendat & cor
rigit quando hoc facit antequã dederit copiam parti, non
ergo poteſt ex hoc argui vel condemnari de falſo, vt variȩ in
hoc reperiuntur confectȩ ſcripturæ. ¶ Ad confirmationem
prædictorum accedit id quod no. Bald. in d. l. Imperator, in
5 pe. col. in ver. ſed nunquid p vnum, &c. † vbi quȩrit nunquid
per vnũ inſtrumentum ꝓbetur error alterius ſi ſunt ſcripta
manu eiuſdem. & arguit primò ꝙ ſic, tandem concludit ꝙ
ſunt repugnantia neutra ſcriptura valet. ꝙ ſi ſit vna plus q̃
altera, & tunc aut illud plus põt reduci ad minus, vt in ſum-
mis, & valet in minore ſumma. ff. de arb. l. diem proferre. §. ſi
plures. aut non põt reduci, qa vna ſcriptura eſt plenior q̃ al-
tera, qa cõtinet plura capitula q̃ altera, & tunc pleniori ſtan
dum eſt. ff. de hær. inſti. l. ſi ita ſcriptum fuerit Titius. ¶ Ecce
ergo ꝙ plenior ſcriptura manu eiuſdẽ non p̃ſumitur falſa,
nam ſi falſa p̃ſumeretur, ei non ſtaretur, ꝓut dicit Bal. ꝓpter
illa verba adiecta, videlicet ꝙ Iacob. haberet videre, an ille li
ber eſſet authenticus, non haberet alterare, quò ad effectũ
illud qđ cõtinetur in illa ſcriptura, ſeu id qđ deponũt teſtes,
nam ſcđm qđ continentur in alia ſcriptura, & ſcđm qđ de-
ponũt teſtes, fuit cõmiſſum Iacob. qđ videret, an dies & mil
leſimi eſſent poſiti, & cõtinuati in d. libro. ſed iſtud dicitur
ẽt continere. ſ. an liber ſit authenticus, qa ſecundum magis
* cõem opi. priuata ſcriptura non requirit diẽ. l. cum taber
nam. §. idem q̃ſiit. ff. de pig. tamẽ aliud eſt in libro rationum
in quo requiritur appoſitio tẽporis. l. 1. §. rõnem. ff. de eden
do. & no. Ang. in l. 1. §. editiones. in 2. col. de eden. & Bald. in
Rubr. C. de fide inſtr. in 16. col. in verſ. viſo de reſcriptis quæ
ſunt publica manu. &c. ¶ Nec etiã poteſt obſtare qđ in ſcri-
ptura Andreæ collegæ ẽt aliter contineatur, quia non ma-
gis credendum eſt ſcripturæ Andreæ contra Odoricum q̃
econtrà, vt ꝓbaui circa p̃cedens capitulum falſitatis, & pa-
tet ex no. per Bal. in l. teſtium. in 4. col. C. de teſta. ver. modo
inſurgit dubium. ¶ Non obſtant dicta teſtium. ¶ Et primò
non obſt. id qđ deponit And. qa reſpondeo primo, qđ licet
ipſe teſtis deponat ꝙ non fuerint dicta illa verba in cõmiſ-
ſione data dicto Iacobo. ſ. quod videat an liber eſſet authen
ticus, &c. tamẽ fatetur quod fuit ſibi cõmiſſum, vt videat an
liber ſit ordinariè ſcriptus, indictio & milleſimus, qđ in idẽ
recidit in effectu, vt ſup. dixi, nõ dicitur ergo inſtrumẽtum
eſſe falſum, nã licet varietas ſit in verbis, non tamẽ eſt in effe
ctu, in cap. dudum. & ibi no. Ant. de But. de conuer. coniug.
& no. Spe. in d. §. inſtrumẽtum. Iſte teſtis erat frater Andreæ
q aliàs ſcripſit, ſed ita eſt ꝙ ſi verum ſit dicere, ꝙ ꝓpter talem
varietatem dictarum ſcripturarum ſit falſa ſcriptura Odo-
rici vel ſcriptura Andreæ, & in hoc iudicio pronunciaretur
in fauorem Odorici, ex eo ꝙ ſcriptura eius eſſet verior, ta-
lis ſententia lata non citato Andrea, quamuis non faceret
plenum præiudicium contra dictum, attamen faceret ali-
quam præſumptionem contra eum, vt no. Bar. & alij in l. Lu
cius. ff. de his qui no. infa. per id quod habetur in l. 1. cum gl.
C. de fal. & in l. ſi duo patro. in prin. ff. de iureiur. & ita ꝓba-
tur in l. à ſnĩa. in prin. & ibi DD. ff. de appel. & quod no. Bar.
in l. admonendi. ff. de iureiur. in verſ. quæro. quid ſi dicta te-
6 ſtiũ. & Ant. de Bu. in c. 1. de re iud. & in c. fi. de iureiu. ¶ † Sed
ita eſt ꝙ vbi agitur de præiudicio fratris quò ad crimen fra-
ter non eſt idoneus teſtis, vt l. lex Cornelia. in prin. cum ibi
no. per Bar. ff. de iureiur. & per gl. & DD. & l. parentes. C. de
teſt. & not. Bar. in l. qui teſtõ. §. 1. ff. de teſt. ¶ Et per Bal. in l. fi.
C. de prob. vbi dicit ꝙ vbi agitur in cauſa criminali, oportet
ꝙ teſtes ſint omni exceptione maiores, & ideo dicit ꝙ fra-
ter tunc non admittitur. ¶ Nec ad hoc obſtat ſi dicatur ꝙ
dictus Anto. teſtis eſt deſcriptus in inſtrumento, ergo vide-
tur approbatus & nihil ei poteſt opponi quod concernat
defectum perſonæ, vt eſt gl. in §. licet. in ver. ſuppliciis. in Au
then. de teſtib. quam ad hoc ſing. putat Ang. in l. 1. C. de teſt.
& no. Bal. & Sali. in d. l. parentes. Et Bal. & Mod. in l. teſtium.
§. 1. de teſtm̃. qa reſpondeo, ꝙ gl. & DD. in dict. locis volunt
ꝙ non poteſt obtinere contra talem teſtem q fuit rogatus,
qa ipſe qui eum rogauit videtur eum approbare. facit l. ſi qs
teſtib. C. de teſt. Bal. in Rub. de fide inſtr. in 11. col. & in l. hac,
conſultiſsima. in prin. C. de teſta. tamen illud eſt verũ ꝙ præ
ſumitur rogatus. ſ. à partibus ad quorum petitionem fit a-
ctus, vt no. Bar. in l. ſciendum. circa vlt. col. de verb. oblig. &
Imo. in l. Domitius Labeo. in fin. de teſta. ergo nihil ad dict.
Odoricum ad cuius petitionẽ non fiebat dictus actus. ¶ Et
per prædicta patet ẽt reſponſum ad illud quod deponit ali-
us teſtis Io. & vltra prædicta reſpondeo ad iſtum teſtem ꝙ
non deponit concludenter ſuper negatiua, quia dicit ꝙ nõ
audiuit fieri commiſsionem dicto Iac. ꝙ videret an liber eſ-
ſet authẽticus. nam potuit eſſe ꝙ talis commiſsio fuit facta
& ipſe non audiuit, vnde non probat iſte teſtis, vt no. per gl.
& DD. in d. §. ſi verò abſunt. in Auth. de hær. & fal. & l. Panto
nius. § rei. ff. de acq. hær. & in l. 1. §. 1. ff. de iti. actuq; pri. & per
Cyn. & per alios in l. actor. C. de proba. & Io. An. in c. bonæ.
de ele. ¶ Et licet teſtis dicat ſe fuiſſe præſentem, quando Ia-
cob fuit electus, non tamen concludit de neceſsitate ꝙ ha-
buerit intellectum quo ad omnia quæ dici potuerunt ibi-
dem. quia iſte teſtis dicit ſe non audiuiſſe. l. 1. §. fi. ff. de auth.
tu. l. ſi dictum §. ſi præſente. ff. de eui. & in propoſito not. gl.
in c. præſentium. in ver. interrogatorio. de teſt. lib. 6. vbi au-
tem teſtis affirmatiuè deponeret, puta Titium Seio nume-
raſſe centum in præſentia ipſius teſtis, tunc probat illud qđ
affirmat. l. teſtibus. C. de teſtib. & vbiq; hoc firmant ſcriben
tes. multò minus probat dictus Ant. qui dicit, ꝙ non recor-
datur ꝙ in commiſsione expreſſum fuerit quod videret Ia.
an liber eſſet authenticus, & ꝙ potuiſſet hoc dicere ꝙ ipſe
non audiuiſſet. ¶ Et ſimiliter etiam nihil probat Chriſtofo-
rus, qui deponit ſe non recordari audiuiſſe fieri talem com
7 miſsionem Iac. † vnde talis teſtis non dicitur aliquid ꝓbare
contra inſtrumentum, quando dicit ſe non recordari, qa ita
dictum vel factum fuit, vt not. Inn. in c. cum Io. de fide inſtr.
& Bar. & alij in l. 1. §. ſi qs neget. per illum tex. cum gl. ff. quẽ-
admo. teſt. aper. ¶ Et hoc morbo ẽt (vt dixi) laborat præce-
dens teſtis. ¶ Bene faciunt etiã excuſationes dicti notarij,
8 qa vbi reperiuntur † ꝙ partes vno modo dixerunt. & quod
notarius alio modo ſcripſit, p̃ſumitur potius per errorem
c quam falsò vel dolosè dixiſſe, ſi ex aliis cõiecturis de dolo
nõ ꝓbetur, vt no. Bar. & alij in l. quoties. §. 1. p illum tex. ff. de
hȩr. inſt. & Bar. in l. fi. C. de cano. ſacra. largitionũ. li. 10. & in
l. 1 ff. de dolo. & Ro. in l. captatorias. ff. de teſt. mil. & falsũ nõ
cõmittitur, niſi dolus interuenit. l. nec exemplũ. C. de fal. &
hoc ſatis dictum fuit p d. conſulentẽ. ¶ Nec ẽt p̃dictis habet
9 obſtare contumacia Odorici, qa † talis contumacia de iure
cõmuni non facit eum haberi pro confeſſo & conuicto. l. di
uus. la 2. & ibi not. Dyn. & Bar. de cuſto. reo. l. 1. cum ibi not.
per Cy. & Bart. C. de requirendis reis. & l. quemcunq;. & ibi
Bar. eo. tit. & plenè no. in l. lege Cornelia. cum concor. ff. ad
Syll. ¶ Nec etiã vigorȩ ſtatuti potuit dictus poteſtas dictam
ſenten-

ſententiam ferre, vt patet in Rubr. de modo procedendi in
10 delictis contra abſentes. ¶ †Nec ẽt ob. ꝙ ſe ſubmiſerit aſſer
tus procurator Odorici miſericordiæ d. ptãtis, quia illud
non eſt fateri delictum ſaltem, vt poſsit condemnari, vt pa-
tet ex eo quod no. per Bar. in l furti. §. pactus. ff. de his, q no.
infa. ¶ Et etiam patet, quia perinde eſt, ac ſi dixiſſet cõmit-
to iudicio tuo, quæ important arbitrium boni viri, vt not.
Inno. & alij in c. veniens, de renun. & Ang. in l. ſi cui. ff. de ſer
ui. & Ro. in Rub. ff. de ar. in 16. col. ſed pone. ¶ Et dicit Ang.
& Mod. in l. fi. ff. de præto. ſtip. ꝙ ille cuius miſericordiæ vel
gratiæ me commiſi, niſi mihi gratiam vel mĩam facit, debet
me in priſtino ſtatu reponere. alleg. no. in d. c. veniens. & in
c. ſanè. de renun. quinimò ſi aliud impetrat, nõ intelligitur
dictus procurator adhuc habuiſſe mandatũ, vt tetigit opor
tunè præfatus do. conſulens. ¶ Nunc capio vltimum capitu
lum aſſertæ falſitatis, de qua in inqſitione fit mentio. ſed cir
ca hanc aſſertã falſitatẽ dico non eſſe ſufficienter ꝓbatum,
tale qd, ꝑ quod potuerit aliquo mõ cõdemnari. ¶ Et primò
non obſt. dictum Lazari Iudæi, qa reſpon. primò, ꝙ non eſt
idoneus teſtis contra Chriſtianũ. c. iudęi. & ibi no. de teſt. &
2. q. 7. c. ſi hæreticus. & c. non põt. ¶ Præterea iſte teſtis dicit
ꝙ ipſemet Lazarus volebat dicere illa verba, ſed neſciebat
exprimere, & Odoricus expreſsit ꝓ eo ibi pſente. & iſto ca-
ſu pinde eſt, ac ſi ipſe Lazarus expreſsiſſet cum tenderet ad
cõmodum ſuum. l. q̃ pariter. & l. remunerandi. §. q paſsim.
ff. mand. ¶ Non ob. ꝙ deponit Stepha. notarius alius teſtis,
qa per illud qđ proximè ſup. dictum eſt, patet reſponſum. &
inſuper põt reſponderi, ꝙ iſte teſtis deponit quod audiuit
Odoricum illa verba dicere ꝓ Lazaro & noĩe d. Lazari, non
tamen dicit ꝙ d. Lazarus non dixit vel dicere potuerit eadẽ
verba, ſaltem quando fuerunt ꝓlata à dicto Odorico. & eo-
11 dẽ morbo laborat Nicol. alius teſtis. ¶ †Pręterea ad oĩa con
tra eum in hoc adducta põt reſponderi, qđ non dẽt puniri
d qs pœna falſi qñ illud falſum non potuiſſet alij nocere, *d* vt
no. gl. & DD. in l. diuus Adria. ff. de fal. & eſt de mente gl. in
c. quanto. in gl. pe. ext. de iureiu. quã ad hoc ponderãt DD.
maximè Imo. & no. Bar. in l. is q in oĩbus. ff. de fal. & Tancre
dus de Corneto in cõpendio. ſub Rub. 8. q. 10. inci. Præter-
ea q̃ritur, quidã produxit, & c. vbi ſingulariter dixit, ꝙ de fal
ſo non punitur, q ſcienter dictauit notam ex qua eſt inſtru-
mentũ redactum falſum, qa talis nota non eſt ſcriptura pu-
blica, ſed priuata, alleg. no. in d. l. diuus. ſed ita eſt eò ipſo qđ
dictus Iſaac ꝓducebat ſcripturam contra dictum Lazarum
cum abſque eo, qđ dictus Lazarus vel aliqs alius qd diceret,
non per hoc fiebat præiudicium dicto Lazaro, qa aut dictæ
ſcripturæ non erant ſolennes & authenticæ, & tunc q̃uis nõ
contra dixiſſet Lazarus, tamen ei non nocuiſſet, vt declarat
Bal. in l. ſup chirographis. in vlt. col. ver. Ego autẽ. C. ſi cert.
pet. & pſertim non data prius copia dicto Lazaro, vel prius
non lectis ſibi vel exhibitis. d. l. ſuper chirographis. cum an
tea non poſſet intelligere qđ ſibi vellent dicere ſcripturæ.
¶ Et non põt dici qđ tacendo videatur approbare id quod
ignorat. l. ſi per errorẽ. ff. de iuriſd. om. iu. l. 2. in prin. de iu. l.
mater. ff. de inoff. teſt. & ita intelliguntur no. ꝑ Hoſt. & alios
in c. qm̃ contra. de prob. & declarant DD. maximè Imol. in
c. cum in iure. de off. delega. Et per iſta apparet dictum O-
doricum, vt demonſtratum eſt, non poſſe condemnari de
falſo, prout factum extitit per pfatum dom. poteſtatem. an
verò dictus poteſtas fecerit litem ſuam, ſatis patet ex prædi-
ctis. verũ qa non conſueui in ſyndicatu contra Rectores, &
præſertim Docto. conſulere, pſertim cum tunc dicatur agi
de quaſi maleficiis, ideo æquo animo feret Odoricus, ſi ꝓ-
more meo & pro ea honeſtate ſeruanda, quam erga eos qui
de eadem ꝓfeſsione ſunt, ſeruari decet, ſpecialius non at-
tingam, an dominus poteſtas litem ſuam fecerit an non.

ADDITIO.

a ¶ Cæpollam. patet inter conſi. eius criminalia conſil. 21. vbi cau. & exactè habes.

b ¶ Falſi. latè infrà lib. 2. conſi. 65.

c ¶ Error eſt. infrà eo. conſi. 74. nu. 4. Alcia. tract. de præſum. reg. 3. præſum. 13.

d ¶ Nocere. infrà lib. 6. conſil. 145.

*SVMMARIVM.*

1 *Bona fides præſumitur ex longiſſimo tempore.*

2 *Ignorantia non probatur iuramento, quando eſt præſumptio in contrarium. & nu. 5.*

3 *Reſtituitur ex capite ignorantiæ contra præſcriptionem longiſſimi temporis.*

4 *Hæres emphyteutæ virtute ignorantiæ reſtituitur aduerſus commiſſum.*

6 *Coniunctus vel vicinus an præſumatur ſcire.*

7 *Tempus ad reſtitutionem non currit niſi à tempore ſcientiæ.*

8 *Ius vt conſeruetur non refert à quocunq; ſoluatur.*

EPITOME.

paret non obſtare,ſi diceretur dato ꝙ Bonagratia fuerit in
ueſtitus in ſexaginta annis venientibus pro ſe ac filijs, &
nepotibus, tamen fuit conceſsio facta ad renouandũ. nam
verba inueſtituræ ſic formaliter dicunt, videlicet iure em-
phyteutico in ſexaginta annis aduenientibus ad renouan-
dum à dicto monaſterio inueſtiuit Bonamgratiam & ſtipu
lantem pro ſe & ſuis filijs & nepotib. & ſi filios & nepotes
non haberet,liceat ſibi eligere duos ſucceſſores,vnum poſt
alterum,&c. ergo videtur Iacobus teſtator potuiſſe diſpo-
nere & ſubſtituere per fideic.reciprocum inter ſuos deſcen
dentes etiã vltra ſuos nepotes, & vltra dictos ſexaginta an-
11 nos,†ꝓpter dictam ſpem renouationis.nam etiam quis vi-
detur relinquere ius qđ habet in ſpe,vt not.Ang. in l.ſi do-
mus.§.fin.de lega.1.facit l.ſi ſic.§.fi.verſ.proinde. èo. tit.& l.
ſi mihi.de leg.2.& not.Bal.in l.cùm alienam. verſ.ſed hîc du
bitatur.C.de leg.quia reſpondeo ꝙ ius in ſpe ſeu in poten-
tia competens teſtatori videtur deductum in relicto,in di-
ſpoſitione teſtamenti. & ſi illud ius potentiale deducitur
in actum viuo teſtatore confirmatur relictum, aliàs verò
non,tex.eſt cum gl.1.quam ad hoc ibi pro ſingulari ponde-
rat Ang. in l.ſeruum filij. in princ. ff.de leg.1.& ſequitur Io.
de Imo.qui ponit exemplum, quando teſtator relinqueret
rem quæ ſibi fuiſſet ꝓmiſſa ſub conditione,ſi in tit.nam vi-
deretur illa ſpes conditionalis legari.¶ Sed in propoſito di
cta renouatio erat facienda ſub conditione, ſi in fine ſexa-
ginta annorum filios & nepotes haberet Bonagratia, vel ſi
in eorum defectũ vnum ſucceſſorem elegiſſet : ſcđm quod
patet ex verbis dictæ inueſtituræ:vt ſup.retuli.ſed ita eſt, ꝙ
iſta ſpes non fuit deducta ad actum viuo Iacobo teſtatore:
qa deceſsit ante dictos ſexaginta annos, & ſic ante impletã
conditionem: ergo,&c. ¶Secundò reſpondeo ꝙ illud ius
renouationis finitis ſexaginta annis non erat in bonis & hę
reditate dicti Iacobi:nec illud habent deſcendentes Iacobi
à Iacobo: quia illud habent à Bonagratia patre Iacobi. d.l.
eum qui.ff.de interdict.& rele.cùm ibi not.per Bart.& dixì
ſuprà, & ſic nõ eſt de iure hæreditatis Iacobi, & ſic mortuo
Iacobo ante finem ſexaginta annorum, vt deceſsit, fuit ex-
tinctum ius ſuum in perſona ſua: & ſequentes non habent
ab eo, ſed à primo. Reſtringitur ergo diſpoſitio ſua ſolum
ad ius quod habebat, quãuis morte ſua finiretur. d.l.vxor.
12 cum ſi. ¶†Et non obſtat ꝙ bona emphyteutica venirent in
actione fam.herciſ.per l.item prædia.ff.fam.herci. quia re-
ſpondeo ꝙ illud planè ꝓcedit in rebus emphyteuticis con
ceſsis ab alio, quàm ab eccleſia : quia illa ſine dubio tranſ-
eunt ad quoſcunq; hæredes, ſed nos loquimur in emphy-
teuſi eccleſiaſtica,quæ nõ tranſibat ad omnes hæredes tam
ex forma inueſtituræ ſeu contractus,q̃ etiam iure cõi.iuxta
id quod habetur in d. §.emphyteuſim.in Auth.de non alie.
& quod not.in l.etiam.ff.ſol.mat.& in c.præſentia.per doc.
de proba.cum ſi.¶Præterea non ſeqtur,vna res eſt in famil.
herciſ. actione: ergo venit in fideic. vniuerſali hæreditatis,
vt patet in d. l.ſi res aliena. ad Tre.iuncta l.in fideicommiſ-
ſoria.in princ.& §.quoties.& quod ibi no.ff.ad Tre. ¶Non
ob. ꝙ veniunt in petitione hæreditatis, qa reſpondeo, ꝙ ſi
ſint bona emphyteutica conceſſa à priuato,& non ab eccle
ſia:& iſtud eſt clarum, aut ſunt conceſſa ab eccleſia, & tunc
Cyn.& Barto.in d.l.videndum.§.fi.de petit.hær.tenuerunt
quod non veniant in pet. hær.per id quod habetur in d. §.ſi
liberi. ſed poſito quod veniant in petitione hæreditatis, vt
ſentit Bar.in d.l.vt iureiur.§.ſi liberi.circa prin. illud eſt ve-
rum, quando filius recepiſſet emphyteuſim pro ſe ac filijs
hæredibus.nam cùm tunc ita demum poſsit haberi emphy
teuſis,ſi ſit hæres,poterit ad rem emphyteuticam agere pe.
hęr:ſicut ſi non ſit adiecta illa qualitas, ſcilicet hæredibus,
vt in caſu noſtro per id qđ habetur in d. §.ſi liberi. & ita di-
13 cit Bart.ibi. ¶†Vel poſito etiam ꝙ diceremus, quod quo-
tieſcunq; eſſet recepta emphyteuſis, poſsit res emphyteu-
tica per quemlibet hæredem verum peti petitione hæredi-
tatis, dummodo petatur aduerſus poſſeſſorem, ad quem
b non ſpectat. *b* d. emphyteuſis. & iſta eſt mera veritas : vt
voluit Bar.Io.de Imo.& alij moder.in d.l.ſi patroni,in prin.
& iſtud eſt ex eo,vt ipſi dicunt, ꝙ quælibet res fuerit deten-
ta vel poſſeſſa per defunctum, etiam ſi non ſpectat ad eum,
ēt peti poteſt petitione hæreditatis,quamuis non ſit hære-
ditatis ſeu hæreditaria. l.& non tantùm. in prin.ff.de petit.
hæred. ¶Nec poterit repelli agens petitione hæreditatis il
lo caſu,licet per reum excipiatur ꝙ illa res ſpectat ad tertiũ
& non ad agentē.l.ſi.C.de rei vendic. & l.cùm ſeruum qui-
ſpiam.C.de ſeruis fugitiuis.cùm ibi notatis.quia talis exce
ptio poſſet obſtare,quando ageret rei vendicatione:qa ex-
ceptio iuris tertij excluderet actorem & ius agentis:ſed nõ
ita eſt quando agitur petitione hæreditatis:qa dato ꝙ agẽs
non habeat dominium,ſatis eſt ꝙ res fuerit per defunctum
tenta vel poſſeſſa, vt d.l.& nõ tm̃.& intereſt hæredis recupe
rare eam: qa finita emphyteuſi tenetur rem reſtituere do-
mino:ſed ad hoc vt res veniret in fideicommiſ. de quo qui-
dem tractamus, nõ ſufficit ꝙ fuerit tantummodo tenta vel
poſſeſſa per defunctum, ſed reqritur ꝙ fuerit hæreditatis.
d.l.ſi res alie.& d.l.in fideicommiſſario.§.quoties.cum ſim.
¶Non obſt. dum dicebatur ꝙ vigore bullæ Apoſtolicæ de
iſtis bonis iudicatur, vt de hæreditarijs: qa poſſunt alienari
in vltima voluntate, & ab inteſtato , & inter viuos, quo ad
vtile dominium, qa reſpondeo ꝙ bulla illa ſuperuenit poſt
inueſtituram primi Bonagratiæ, & poſt conditũ teſtamen-
tum Iacobi & eius mortem, & illa bulla diſponit quo ad ef-
fectus de futuro, & non de p̄terito, vt patet in dictione de
cætero,ibi poſita:vt in Cle.1.& ibi gloſ.in verbo,decætero.
& in c.1 & ibi no.de poſt.præla. in 6. & ita etiã eſt regulari-
ter, quamuis non eſſet adiecta dictio decætero. l. leges &
conſtitutiones.C. de legi.c.2.& c.fi. de conſtit. ¶Nec obſt.
ꝙ in vno capitulo interpretationum dictæ bullæ, quæ inci-
pit,In Chriſti nomine Amen.ann.1394. dicatur & hoc ven
dicet ſibi locum in præteritis , præſentibus & futuris,&c.
quia reſpondeo ꝙ ibi loquitur, quo ad diſponẽdum,an in-
ſtrumenta facta contra vel pręter formam & ſtylum datum
in inſtrumentis conficiendis poſt dictam bullam non va-
leant. ¶Præterea loquitur ibi quo ad p̄dicta,ſ. quæ fuerunt
poſt tempus bullæ, & ante dictam interpretationem, vt pa
tet clarè ibi,dum dicit,à tempore bullæ papalis citra. & ibi
14 dum dicitur, poſt dictam bullam,&c. ¶†Non obſt. ꝙ dice-
batur ꝙ dato, ꝙ Albertus vigore fideicommiſsi venire non
poſsit, ſaltem debet venire per ius accreſcendi,ſeu ex natu
ra inueſtituræ conceſſæ dictis dominabus Iacobæ & Catha
rinæ,per no.per Bart. in l.ſi mihi & Titio, cum alijs ibi alle-
gatis:qa reſpondeo primò, ꝙ ſi in diuiſione facta eſt refu-
tatio per Cathar. vt de emphyteuſi inueſtiretur Iacoba ab
eccleſia, & tunc totaliter Catharina cum ſuis deſcendenti-
bus remanet excluſa,ēt ſi poſtea deficeret omnis linea Iaco
bæ,vt in gl.no.& ibi doc.in c.1.in tit.conſtitutiones feuda-
les, quas ante ianuam beati Petri in ciuitate Roma.ædific.
aliàs rubrica Imperator Lotharius, Eugenio Papæ , &c.&
iſto caſu ꝓcedit,& ſaluatur gl.in l.ſi familiæ.C.fam.herciſc.
ſcđm Bal.in d.c.1. ¶Bal.ēt in l.vnica. in 12.q.ad fi.in vlt.col.
C. quando non pe.par. videtur aliter reſpondere, dum di-
cit ꝙ per ius accreſcendi non poteſt venire ille, apud quem
nihil de iure feudi vel emphyteuſis remanſit. portio enim
debet accreſcere portioni l.hæc ſcriptura. §.fin. ff.de cond.
& demon.l.ſi totam.ff.de acqui.hær. ¶Sed vera & tutior cę
teris eſt reſponſio, ꝙ attento, ꝙ tempore quo Iacoba & Ca
tharina fuerunt inueſtitæ, & tempore quo facta eſt diuiſio
iam ſupuenerat diſpoſitio dictæ bullæ, per quam erat pro-
miſſa liberè omnis alienatio vtilis dominij rerum emphy-
teuticarum,p vltimam voluntatē, vel inter viuos, aut ēt ab
inteſtato, & dicta diuiſio vicem emptionis ac permutatio-
nis

nis habet.l.1.C.communia vtriusque iud. & l.cùm pater.§. hæreditatem. el 2.de leg.2. videtur ꝓculdubio ꝙ per dictã bullam est sublatum penitus istud fundamentum Alberti. qa d.bulla facit, vt quo ad vtile dominium posſit emphyteuta diſponere liberè, vt de rebus ꝓprijs: vt oſtendunt illa verba liberam ptãtem, & ibi dum dicit, saluum remaneat & illæsum. ¶Et per hæc etiã patet non obstare ꝙ prælatus ecclesiæ in inuestitura facta dominæ Iacobæ adiecerit protestationem & clausulam, ꝙ non intendebat derogari iuri competenti: qa dico ꝙ d. Alberto seu Thadæo eius patri ius non cõpetebat, vt dictũ est. ¶Nec dicto Augustino obstat, ꝙ domina Iacoba reliquerit monasterio sancti Augustini: qa illa diſpoſitio facta in personam ꝓhibitam nõ tenuit, vt cautũ est in bulla iũctis no. per gl. & doc. in c. potuit. ext. de loca. & in l. si ita qs. §. ea legẽ. de ver. obl. cùm & ẽt habuit ex cã transactionis d. Vrsina à dicta ecclesia S. August. oĩa sua iura. & ẽt fuit inuestita ab ecclesia S. Barth. ad quam spectat directum dominium. ex quo infertur qđ dicta bona non veniunt in restitutione asserti fideicommissi. & ꝙ p̃dictus August. tanq̃ hæres dictę Vrsinæ põt agere petitione hære. ad d. bona, vt no. Bar. & alij in d. l. si patroni. in prin. cũ si. & sup. fuit optimè declaratũ. ¶Ita vt supius dictũ est, dico & consulo iuris esse ego Ale. d Tarta. Paduę iura ciuilia legẽs.

ADDITIO.

a ¶Bart. consil.7. ꝙ duplicatur consil.204.
b ¶Paul. consil.131. lib.2. Anch. consil.103. col.3.
c ¶Consului. habes inf. eo. lib. consil.105.
d ¶Non ita. id est, licet in vulgari facta super toto pluribus institutis requiratur ꝙ oẽs deficiant, tamen fideicommissum de tota hæreditate factũ plurib. verificatur in pſona vnius ꝓ parte eius. idem Ang. Pau. Cu. Alex. Iaſ. d. l. quidam. Matth. no.169. vnũ. Iaſ. conſ.41. col.4. lib.1. Ale. sup. cõſ.39.
e ¶Decedenti. & sic duobus illis simul concurrentibus Iaſ. l. Centurio. col.24. de vulg. l. poteſt. col.3. eo. conſ.33. consil.41. consil.89. col.2. lib.1. consil.96. col.2. lib.4. Curt. senior. conſ.42. col.4. Curt. iun. conſ.16. Paul. conſ.14. in prin. lib.1. Cor. conſ.273. col.1. lib.4. Alc. l. in vulgari. gl.1. de ver. ſig. adde Ant. de Pra. inf. lib.4. conſ.14. num.17. Alex. inf. lib.4. consil.55. nu.15. cum seq.
f ¶Filijs. sup. col.44. num.1.
g ¶Gratiadei. seu primi Bonagratiæ, qui erat pater Iacobi testatoris.
h ¶Non spectat. idem latẽ Iaco. de S. Geor. trac. feud. ver. & cum pacto ꝙ de ipso feu. poſ. col.3. Iaſ. in prælud. feu. col.13. conſ.152. conſ.207. lib.2. conſ.138. lib.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Emens ab aliquo non videtur fateri filium habere ius.*
2 *Fides præsumitur habita de pretio, dato termino soluendi.*
3 *Titulo resoluto etiam per legem, tamen non transfertur dominium ipso iure.*
4 *Actor in possessorio retinendæ, debet esse possessor tempore litis contestatæ.*
5 *Reintegrandæ nullum possessorium datur ei, qui sua culpa cecidit à possessione.*
6 *Titulum habens onerosum, non tenetur condictione, l. si me & Titium. ff. si cer. pet.*
7 *Condictio ex l. non datur contra tertium possessorem.*
8 *Actio non datur contra ſcđm emptorem ex l.2. C. de resci. ven.*
9 *Pœna non committitur si non est cui soluatur. & nu.12.*
10 *Debitor non excusatur in casibus, in quibus requiritur consignatio, etiam si creditor non reperiatur.*
11 *Citatio circunducitur neutro comparente.*
13 *Periurium non est citra dolum, & difficultas errorq́; iuris excusant.*
14 *Ignorantia iuris præsumitur & toleratur in militę.*

CONSILIVM XCII.

PErspectis his quę in themate narrata sunt, nec non his quæ copiosè, subtiliter & eleganter in iure allegata sunt, per celeberrimum aduocatum Angeli de la Faitate rei conuẽti à Raphaele de Ferrarijs contra eum agentem. ¶Puto partes domini iudicantis esse in absoluẽdo diffinitiuè p̃dictum Ang. præsertim ex infrascriptis. ¶Et primò, qa ex inspectione libelli apparet intentatum esse petitorium & possessorium. i. rei vendicationem cùm publicia. & ẽt possessorium retinendæ: põt ẽt dici alio respectu esse intentatum ẽt possessorium recuperandæ, puta rõne naturalis seu corporalis possessionis apprehensæ per Angelum. rõne verò ciuilis possessionis posset dictus Raphael dicere se intentasse possessorium retinendæ, quasi in ea turbatus per occupationem naturalis seu corporalis possessionis prędictę iuxta ea q̃ traduntur in l. naturaliter. §. nihil cõmune maximè secundum quintam lec. gl. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. in gl. & vtrobiq; tradunt doc. ff. de acq. poſſ. & notãt doc. in l. incerti. C. de interdictis. & in c. cũ dilectus. de causa possessionis. cũ suis concordantijs. si bene consideretur nõ videtur ꝙ in aliquo dictorum remediorum, aut aliorum comprehensorum in dicto libello possit actor obtinere. ¶Nam quo ad rei vendicationem vel publicianam, non potest obtinere: qa posito ꝙ Raphael ꝓbasset, se olim fuisse dominum, vel quasi, super quo non insisto, postq̃ circa hæc in themate vel allegationibus non fuit principale quæsitum aut difficultas. Clarum est qđ ex narratis in themate non
1 comprehenditur esse ꝓbatum dominium vel quasi, & †nõ sequitur, Angelus vel author suus emit à Raphaele, ergo videtur fateri Raphaelem fuisse, & esse dominum: vt colligitur ex notatis per gl. in l.1. quam ibi ad hoc ponderat Ang.
a *a* ff. de publi. & patet ẽt per no. per gl. in l. nec creditores. C. de pig. act. & in l. ita etsi fur. ff. commo. & per doc. in l. si alienum. ff. sol. mat. & in l. rem alienam. vbi per Bar. circa 2. vel 3. col. ff. de pig. act. saltem hoc casu, quo non agitur per actorem ex aliquo contractu, vel quasi contractu celebrato cũ eo conuento, imò de nullo contractu, vel quasi cõtractu fit mentio in libello. ¶Tamen posito ꝙ pro parte actoris esset ꝓbatum, qđ olim ipse fuisset dominus, vel quasi nihilominus stante venditione facta per Raphaelem dicto Guaino, & constituto per quod translatũ fuit p Guainum illud dominium, qđ habebat d. Raphael tunc possidẽs, sicut si actu Raphael tradidisset, vt no. gl. p & doc. in l. ab emp. ff. de pac. no. Io. An. in addi. Spe. in tit. de emp. & vend. §.1. in addi. inc.
* hic dubitat. & Bal. in l. Celsus. ff. de vsuc. & ita * cõiter tenetur. facit l. quod meo. in princ. de acquir. poſſ. & c. cùm venisset. de restit. spol. & ibi not. doc. ¶†Attento etiam ꝙ p̃sumitur per dictum Raphaelem, in dubio habita fides de pretio, vt not. in l. quod vendidi. ff. de contrahen. empt. & in l. procurator. §. quod si dedi. ff. de tribut. & in §. venditæ. Institu. de rerum diui. & in l. inciuile. C. de rei vend. & præcipuè cùm fuerit præfixus terminus solutioni, vt no. in dictis ll. ¶Et stante etiam vẽditione & traditione facta per dictum Guainum, dicto Angelo, antequã posset dici dictum Guainum fecisse in aliquo contra contractum emptionis per eum celebratum, cum dicto Raphaele illud dominium si quod habuerit, Raphael fuit in effectu trãslatum, in dictũ Angelum mediante dicto Guaino. l. exemplo. in prin. ff. de act. empt. l. clauibus. ff. de contrahen. emp. ¶Et non obstat si dicatur ꝙ Guainus non soluit in termino illam partem precij, quam ꝓmiserat cum iuramento dicto Raphaeli, ergo redditur indignus omni commodo dicti contractus, & omni proprietate carere debet Guainus. l. si qs maior. C. de transa. & resoluto iure datoris, id est, Guaini resoluitur ius acceptoris, id est, Angeli. l. ex vectigali. ff. de pig. l. si quis domum. §.1. ff. loca. l. fin. §. sed quia, C. cõia delega. & c.1. §. rursus. in tit. quib. mo. feu. amit. c. nuper. de don. inter vir. & vxor. quia ad hoc respondeo: primò ꝙ† dato ꝙ ex aliquo
3 euentu resoluatur cõtractus emptionis, tamẽ non transfertur ipso iure dominiũ in venditorẽ, si vẽditor ex cõtractu & traditiõe dominiũ in emptorẽ transtulerat: vt est gl. in l.1. in fi. C. de inof. don. quã Bal. ibi in fi. ad hoc põderat ꝓ multũ notab. qđ est verũ ẽt si ipso iure ex diſpoſitione legis, vel statuti annullaretur titulus seu cõtractus emptionis ex postfacto, vt no. Bar. in l. si ita qs. §. ea lege. ff. de ver. ob. in ver. q̃ro, vtrũ ꝓhibitio legalis, &c. & Bal. in l.1. in 3. col. & in l. cũ mulier. in 13. col. in ver. & ſcđo dubio, &c. ff. sol. ma. faciũt no. p eũ in l.1. in 6. q. C. si qd in frau. patro. & in l. traditionib. C. de pac.

de pac.cum ſi.¶Nec ob.ad hoc tex.in d.l.ſi qs maior.in ver.
ꝓprietate careat.& in verbo rerum ꝓprietatẽ, &c. qa dico,
ꝙ licet pœnæ, de quibus in l.illa imponantur ipſo iure, quo
ad eas pœnas, ad quas põt adaptari, tamen quo ad pœnam
concernentem translationẽ datorũ & traditorum ei, q po-
ſtea venit contra iuramentũ non fit ipſo iure, vt voluit Bal.
& Sal.in fi.& ẽt Pau.de Ca.& expreſsius no.ibi Sal.in 2. col.
exponẽdo illũ tex.in verbo, rerum ꝓprietate careat.vbi ex-
preſsè dicit, ꝙ ille, q venit contra iuramentũ, non ꝑdit ipſo
iure dominiũ, quod conſecutus fuerat ex illo cõtractu iu-
rato, ſed debet ad reddendũ conueniri cõdictione ex illa l.
ſi qs maior.¶Hoc ẽt fuit de mẽte gl.ibi in verb.rerũ ꝓprie-
tate.dum dicit qđ ſpecies datæ reddentur, &c.ponderandũ
eſt verbũ reddentur, qđ importat idẽ qđ retro dare.l.cùm
qdam vxori.ff.de leg. 2.& l.verbum reddendi. ff.de ver. ſig.
& cõſequẽter retranslationẽ dominij faciendã ex iſto actu
redditionis.§.ſic itaq;.Inſt.de act.l.ſcire debemus.§.fi.ff. de
4 ver.ob. ¶†Quòd aũt in poſſeſſorio non poſsit obtinere o-
ſtenditur: nam in poſſeſſorio retinẽdæ oportet ꝙ actor poſ
ſideat tpe litis conteſtatę, vt Inſt.de interdi.§.hodie.conſtat
aũt ꝙ Raphael non poſsidebat tẽpore litis conteſtatæ, nec
ante, à tẽpore quo vendidit dicto Guaino: qa ꝑ cõſtitutum
appoſitum in inſtrumẽto venditionis, translata fuit oĩs poſ
ſeſsio ciuilis & naturalis in emptorem.d.l. quod meo. & d.
c.cùm veniſſent.& tradit Bar.in l.interdũ.in prin.ff.de acq.
poſ.& in rep.l.3.in 2.& 3. q.C.de pig.poſt gl.in d.l.ab empt.
& poſtea ẽt fuit apprehenſa poſſeſsio corporalis ſeu natura
lis, ꝑ Ang.meritò illa eſſe non põt apud d.Raph.d.l.clã poſ-
5 ſidere.§.q ad nundinas.iũcta l.3.§.ex cõtrario.eo.ti.¶†Nec
ẽt põt obtinere in poſſeſſorio recuperandæ, qa etiam ſi ac-
cipiamus illud poſſeſſorium, quod conſueuit eſſe magis fa
uorabile & latum, tamen illud datur his, qui ſine cã iuſta, &
ſine culpa ſua ceciderunt à poſſeſsione, non interueniente
aliqua culpa ſua.3.q.1.reintegrandæ.& nòt.expreſsè Inn.&
alij poſt eum in c.ſæpe.de reſt.ſpo.ibi dum Inn. poſt mediũ
dicit, imò plus videt, &c.& expreſsius ibi Ant.de But.circa
pe.col.& Io.Cald.& alij poſt eum, in c.cùm ad ſedem.eo.ti.
Lapus allegatione 52. ſed ita eſt qđ dictus Raphael ex iuſta
cauſa cecidit à poſſeſsione, ſcil.ex cauſa venditionis, & ſuæ
voluntariæ traditionis, ergo non poteſt dici eum fuiſſe aut
ſpoliatum poſſeſsione, aut ſine iuſta cã cecidiſſe à poſſeſsio
ne.an autẽ ſi poſtea redijt ad non cãm, poſsit dici d.Raphae
lem poſſe obtinere per condictionẽ ſine cauſa, dicam infra.
¶Nec obſtat ſi diceretur ꝙ imò remedium poſſeſſoriũ põt
dari ẽt ei q culpa ſua & facto ſuo cecidiſſet à poſſeſsione, vt
no.Hoſt.& alij poſt eũ in c.accedens.el 1.vt lite non conteſt.
vbi volunt per illum tex. ſecundũ vnũ intellectum, ꝙ quan
do qs cecidit à poſſeſsione ſua, per ſuam culpã vel negligen
tiam poſsit implorare officium iudicis, vt reſtituatur in pri
ſtinum ſtatum ad ſuam poſſeſsionẽ, vel quaſi, qa reſpondeo
vt etiam reſpondet Ant.de But.in d.c.ſæpe. circa vlt.col. &
do.Abb.in d.c.accedens.col.5. ꝙ tale officium iudicis in ca
ſu p̃dicto cõpetere poſſet ẽt eccleſiæ, vt loqtur tex.in d.c.ac
cedens.vel minori vel abſenti, qbus competet reſtitutio, a-
lijs autẽ non daretur pro rebus priuatis, qa ſuppoſita negli
gentia non ſubeſſet legitima cauſa dandæ reſtitutionis. ſed
nos non ſumus in minore, vel eccleſia vel abſente, q cecidit
à poſſeſsione ex cauſa alicuius abſentiæ, ꝓpter quam veni-
at reſtituendus in integrũ, igitur, &c. ¶Non ob.id qđ not.
Inn.in c.dilecti.de maio.& obe.& in c.bonæ. de app.dũ di-
cit dari officium iudicis ẽt contra tertium poſſeſſorẽ.qa re-
ſpondeo, ꝙ Hoſt.in c.dilecti.loqtur quãdo fuit appellatum
extraiudicialiter, & tunc ꝑ viam attentati officio iudicis fit
reſtitutio in priſtinũ ſtatum, per d.c.bonæ. ¶Item Hoſt. in
d.c.bonę.loqtur quãdo ſine iuſta cauſa res mea ad te perue
nit: qa non eſt æquũ te locupletari cũ iactura mea.& fundat
ſe per id qđ habetur in l.ſi me & Titium.ff.ſi cer.pe.& regu-
6 la locupletari.& in c. qa ver. de iudicijs.cum ſi. †conſtat au
tem ꝙ hoc remedium hoc caſu ſibi locũ non vẽdicat, qa ad
Ang. res ꝑuenit ex iuſta cã emptionis. & in tit. oneroſo. &
clarũ eſt ꝙ remediũ in d.l.ſi me & Titium.cum ſi.non habet
locum cõtra eum, q rem habet tit.oneroſo, vt no.Bart.in d.
l.ſi me & Titium.ꝑ id qđ habetur in l. ſi eum ſeruum, cũ ibi
no.eo.tit.& in l.mater.C.de rei ven.nec ẽt habet locũ, quan
do agenti poſſet eſſe conſultum contra alium, alio remedio
per not.in p̃alleg. l.ſi eum ſeruum. ſecundum Bart. & alios
ſcribentes in d.l.ſi me & Titium.vnde aut nullũ remedium
cõpetere põt contra Guai. dicto Raphaeli, vt qa non inci-
dit Guainus in pœnas, de qbus loqtur text.in l.ſi qs maior.
C. de tranſ. & tunc multò minus dẽt poſſe agi contra Ang.
qui in nullo peccauit, nec poteſt competere actio Raph.
contra Guainum:& ſeqtur ꝙ non debet poſſe contra Ang.
ex remedio d.l.ſi me & Titiũ.vel ſimili, vt ꝓximè dixi. ¶Nõ
ob.ẽt ſi diceretur ꝙ ex verbis generalib. dicti libelli põt di-
ci ẽt intentatum remedium condõnis, ex d.l.ſi qs maior.qa
reſpondeo primò ꝙ tale remedium nõ fuit intentatum, qa
ad diſcernendum quale remedium ſit intentatum diſcerni
tur ex medio concludẽdi, id eſt, ex narratione illius, ꝑ qđ fit
locus illi remedio, vt no.Bar.in l.certi condict.in prin.in 2.
col.ff.ſi cer.pe.in l.ſi prius.ff.de no.ope.nunc.in 6. oppo.2.
part.& Ang.in d.§.nihil cõe.ad fin.circa 5.lect. & Bal.in l.2.
ad fi.C.de pet.hær.& Ant.de Bu.in c.fi.in 5.not.de iud.& in
c.ex parte.B.de for.comp.in 5.& 6.notab.per illum tex.ſed
medium concludendi in medio cõditionis.d.l.ſi qs maior.
eſt, qa ventum fuerit contra contractum iuratum, vt patet
ex d.l.ſi qs maior, cùm ibi no. de hoc autẽ nulla eſt facta mẽ
tio in libello, ſed medium concludẽdi ibi eſt in eo, ꝙ res ſpe
ctat ad actorẽ iure dominij, vel quaſi & etiã poſſeſsionis, in
7 qua ſe dixit moleſtari ꝓpter occupationem Ang.&c. ¶†Se
cundò reſpõdeo, ꝙ dicta condictio non põt dari contra di-
ctum tertium poſſeſſorẽ: qa oĩs cõdictio regulariter eſt pſo
nalis.§.appellamus. Inſt.de actio. ſed perſonalis actio non
datur contra tertium poſſeſ. l.fi.§.fi.ff.de cont.empt.l.1.§.ſi
hæres.ff.ad Tre. & bene ad ꝓpoſitum noſtrum ꝓbatur in l.
cum precib.C.de rerum ꝑmuta.vbi ſi dedi tibi fundum, vt
tu mihi dares domum, & tu accepto fundo, vendidiſti eam
Titio, & poſtea non vis mihi dare domum, & ſic non obſer-
uare ꝓmiſſa, q̃uis ego poſſum agere contra te condictione
ob cauſam, vel actione p̃ſcriptis verbis, vt fundum reddas,
vel vt obſerues ꝓmiſſa, tamen ad hoc nõ poſſum agere con-
tra dictum Titium. ad idem l.dolus. C.de reſcindenda ven
ditione. vbi ſimiliter quãdo dolus primi tpis eſt cauſa pro-
pter quã põt reſcindi venditio ſibi facta, non per hoc dicto
venditori, datur remedium agendi cõtra Titium, qui emit
ab illo primo emptore: ita in ꝓpoſito, poſito quod Guai.in
cidiſſet in periurium, non debet afficere ſingularem ſucceſ
ſorem habentem cauſam ab eo, vt ea actione perſonali agi
poſſet contra eum. ¶Et ad hoc ẽt adduco no.per Pe. & Cy.
8 in l.2.de reſcin.ven.in 11.q.vbi quærunt.† an ſi tibi vendidi
fundum minus dimidia iuſti precij, & tu eum vẽdidiſti Ti-
tio, ego poſtea volo agere pro reſciſsione dicti contractus,
vt conſequar reſtitutionẽ meæ rei, vel ſupplere mihi iuſtũ
precium; an poſſum experiri contra dictum Titium poſſeſ
ſorem? & dicunt ꝙ non: qa actio pſonalis non datur contra
tertium poſſeſſorẽ, vt dictum eſt. ¶Et ſubdunt, ꝙ ſi tenere-
mus ꝙ in caſu d.l.2.haberet locum remedium reſtitutionis
* in integrum, ꝓut nonnulli ibi tenuerunt, quorum opi.*cõ
muniter dãnatur, tunc diſtinguendum eſſet, ſ.qđ an ille Ti
tius emptor ſcđs ſcienter emit: qa ſciebat cõpetere aduer-
ſus primum contractum remedium reſtitutionis in integ.
& tunc poſſet dici ẽt contra ipſum tertium remedium reſti
tutionis in integ. cõpetere vel non, niſi in ſubſidium, ſ.pri-
mo non exiſtente ſoluẽdo. l.in cã.la 1.§.fi. cum duab.ll. ſeq.
ff.de min.¶Item ẽt quantum ad caſum noſtrum tenet Bal.
in d.l.2.in 13.q.& Sal.ibi in 12.q. ¶Bene facit qđ no.Spec.in
tit.de loc.§.nunc aliqua ver.127. quem allegat dom. aduo-
catus Ang. ¶Per hoc ẽt videtur reſponſum, ſi allegaret qđ
põt dari condictio ſine cã, aut ſimilis condictio contra d.
Ang. qa vt dixi, huiuſmodi condictiones q̃ dicuntur pſona
les d.§.appellamus, non dantur contra tertium poſſeſſorẽ.
in libello enim condictionis ſine cauſa habeo dicere, ꝙ tibi
ſine cauſa ſolui vel ꝓmiſi. l.1.ff.de cond.ſine cauſa. declarat
Bal.ponendo formã libelli in l. edita.in 19.col. C.de eden.
in rep.Paduana: apparet ergo ex aliquo intentato remedio
non

posse dictum agenté nō obtinere. ¶ Alia ét rōne videtur di
ctum Ang. esse absoluendum: qa non videtur ꝙ aliquo mō
sumus in casu, quo dici possit Guai. incidisse in pœnam d.l.
9 si qs maior. †Nam p̄supponitur ꝙ illo mense Septembris,
quo tpe fieri debebat d. solutio constat d. Raphaelem esse
absentem, & in aliam ꝓuinciam se contulisse. & constat ꝙ
Guai. qui tpe cōtractus erat eiusdé fori, cuius erat d. Raph.
non tenebatur in aliam prouinciam se conferre, & ibi sol-
uere Raph. vt determinat Bald. in l. acceptam. in 14. q. C. de
vsu. & Bal. & Io. de Imol. post eum in l. cùm filius. §. fi. de ver.
ob. ¶ Nec videtur ꝙ esset necesse ꝙ Guai. in termino se of-
fert paratū si esset qui reciperet, postq̃ præsupponitur, con
stabat Raph. non adesse. l. si fundum. aliàs incipit statim. §.
Marcellus. ff. de l. commiss. l. per rem. §. fi. l. cùm quidam. §. si
pupillo. ff. de vsuris. ¶ Ad hoc qđ not. Host. in tit. de locat.
ꝓpe fi. circa pe. col. ver. ꝙ si hæredi. aliàs sub ver. qd si emph.
ꝓmisit. vt ibi dixit ꝙ si hæreditate ꝓprietarij iacēte lapsum
est biennium vel trienniū, an emphyteuta dicatur cecidis-
se iure suo? & dicit ꝙ non: & ꝙ sequutus est emphyteuta,
postq̃ nō fuit cui solueret. allegat iura ꝓximè allegata. ¶ Ita
ét dicit Dyn. in c. cùm qs in ius. de reg. iur. in 6. vbi q̄ritur,
quare est ꝙ mortuo stipulatore sine hærede, vel relicto hæ-
rede, cui non pōt iure solui, nō committitur pœna ipso iu-
re, vt in iurib. sup. ꝓximè allegatis. sed contra mortuo ꝓmis
sore committitur, licet restitutio concedatur, vt l. ad diem.
ff. de ver. ob. iuncta l. qui in alterius. cum gl. ff. de reg. iur. &
respondet ꝙ hoc ideo est: qa casus contingens in p̄sona cre
ditoris, non debet extendere obligationem debitoris. arg.
l. q occidit. §. pe. ff. ad l. Aquil. & l. nunq̃ crescit. ff. de reg. iur.
sicut contra contingens in p̄sona debitoris, non debet va-
10 riare obligationis conditioné. l. 2. §. ex his. ff. de ver. ob. Bal.
ét idem sentit in l. 2. in fi. C. de iur. emph. ¶ †Nec ob. qđ no.
gl. in d. l. per rem. §. fi. in ver. inculpatā: qa bene fateor ꝙ vbi
reqritur depositio & consignatio, vt est ad impediendum
cursum vsurarum iam inceptarum non excusatur debitor,
licet non reperiatur creditor, postq̃ opus est depositione &
consignatione, q̄ sine creditore fieri pōt. l. si creditori. C. de
vsur. aut nos q̄rimus in casu, in quo non reqrebatur deposi
tio & consignatio, vt est regulariter quādo tractatur de effe
ctu non incurrendi moram vel pœnam, vel cursum vsura-
rum nondum inceptarum: & tūc si est cui offeratur, debet
offerri, & sufficiat sola oblatio. l. si parte. C. de vsur. & no. in
d. l. acceptam. cum si. & ad hunc casum habuit respectū glo.
in d. l. pecuniæ, vt patet per l. quam allegat: sed si non erat
cui offerretur, tunc non pōt fieri oblatio, & absq; oblatio-
ne securus est debitor. d. §. Marcellus. cum alijs sup. allega-
tis. ¶ Nec ob. qđ no. Bar. in l. si reus paratus. in fi. ff. de ꝓcu-
rat. dum dicit ꝙ quando qs vult soluere vt pœnam euitet, si
non reperit creditorem cui soluere posset, debet authorita
te iudicis facere consignari, & coram iudice offerre per il-
lam l. si reus paratus. & ad hoc, vt sciatur vtrū ille creditor
reperiatur, vt qa fortè esset forensis, fiat prȩconium de hoc,
ar. l. si eo tpe. C. de remis. pig. qa dico ꝙ decisio Bar. intelli-
gitur in casibus, in quib. requirebatur consignatio & depo
sitio, ꝓut loquitur illa l. si reus paratus, vt ibi declarat Bal. &
Bar. in l. si seruum. §. nunc videamus. in fi. ff. de ver. obl. nam
ét quandoq; ad euadendā pœnā reqritur oblatio, deposi-
tio & consignatio. l. 2. in fi. scđm vnum intellectum gl. C. de
iure emph. & d. l. si creditori. ¶ Et ꝙ ita debeat intelligi il-
lud ꝙ not. Bar. in d. l. si reus paratus, in fi. patet p id qđ ipse-
met not. in d. §. nunc videamus. & in l. item illa. ff. de consti.
pec: dum dicit ꝙ satis est ꝙ ille qui non habet cui soluat di-
cat, soluerem si haberé cui, & nō reqritur depositio vel con
signatio. item aliàs esset contra d. §. Marcellus. ¶ Nec ob. si
diceretur ꝙ d. Gui. non seruauit illud, s. ꝙ iuerit ad domū
d. Raph. & dixerit, soluere si haberé cui: respōdeo primò, ꝙ
licet non leuis sit authoritas Bar. tamen Host. in loco sup. al
legato, & alij, de qbus sup. dixi, videntur esse in diuersa snía,
s. ꝙ sit tutus debitor eò ipso, ꝙ non erat cui solueret. & hoc
videntur bene ꝓbare dicta iura allegata per Host. & alios,
de qbus sup. dixi, licet Spe. dubitare videatur in tit. de loca.
11 §, nūc aliqua. ver. 21. ¶ Pro hoc facit ꝙ videmus † qđ vbi reo
p̄figitur in citatione terminus, vt compareat ad responden
dum libello actoris, si neuter comparuit, citatio circundu-
citur, & reus non incurrit moram vel contumaciam: quia
actoris non interest. l. 2. in fi. ff. si qs in ius voc. nō ierit. scđm
* *cōem intellectum doct. ibi reꝓbantium glo. q̄ ibi contra-
rium tenuit, facit l. arbiter calendis. ff. de arbit. & l. & post
edictum. §. 1. ff. de iud. & sic ibi non reqritur ꝙ reus aliquid
faciat, sed satis est quod actoris non intersit, vt quia ét ipse
non comparuit. ¶ Item in pari culpa melior debet esse con
12 ditio rei. l. si seruum. §. seqtur. ff. de verb. ob. ¶ †Nec expedit
ꝙ debitor dicat, soluerem si haberem cui, quantum ad hūc
effectum, vt ostendat se habere animum soluendi, & non
incurrendi morā: qa dico ꝙ istud non est p hoc necessariū;
quia lex p̄sumit quem velle soluere debitum, ne moram in
currat, q̄ est delictum, ita no. Bar. l. si creditor, ad fin. ff. de le
gat. 1. & in l. gerit. ff. de acqui. hær. in vers. pone ꝙ debitor in
diem, & c. ar. l. meritò. ff. pro socio. & vbi appareat debitoré
seu creditorem non adesse, videtur cessare mora in reo per
rationes p̄dictas. Nec in contrariū allegat Bar. in l. aliquā.
vbi hoc probare videtur. ¶ Nec obst. si pro opi. Bar. allega-
retur tex. in l. fi. de le. commis. quia respondeo ꝙ tex. ibi nō
dicit ꝙ debitor teneatur offerre quando scit creditorem
non adesse. Sed ponit ibi contingentiā facti, aliàs esset con
tra d. § Marcellus. qui loquitur in eadem materia. ¶ Nec ét
ob. si diceretur ꝙ fortasse Rapha. dimiserat domi ꝓcurato-
rem ad recipiendam solutioné, qa respondeo, vt dixit Bart.
in l. continuus. in §. cùm ita. ff. de verb. obl. qđ creditor de-
bet ꝓbare se hoc fecisse: aliàs non imputatur debitori per
d. l. arbiter calendis, & sic elapso mense septimo, quo fieri
debebat solutio, nō constituitur pro illa quantitate in mo
ra Guai. nisi interpelletur à Raph. quod soluat: vt notabili-
ter decidit Bart. in d. l. item illa. in vers. q̄ro quid erit postea.
13 ff. de consti. pecu. ¶ †Item posito ꝙ dici posset Guai. fuisse
in culpa ex eo ꝙ non dixerat soluerem si haberem cui, non
videtur ꝙ per hoc incurrat pœnas. d. l. si quis maior. quia
cumulatio pœnarum contra regulas iuris cōmunis fit pro-
pter periurium: ita no. gl. ibi in verbo, rerum ꝓprietate. &
sequuntur doc. ibi. Sed ita est ꝙ in periurium quis non in-
cidit sine dolo. l. qui iurasse. in prin. ff. de iureiu. & not. Bal.
in l. obseruare. §. ꝓficisci. in 3. col. ff. de offic. proconsul. in
ver. sed nunqd iudex qui iurat. & Bal. in l. fi. in aliquibus le-
cturis, vt ibi refert & sequitur Pau. de Cast. ff. qui satisd. cog.
per d. l. qui iurasse. & not. doc. in c. 1. de delict. pue. & Pau. de
Cast. in d. l. qui iurasse. in princ. & est optimus text. 32. q. 2. §.
item opponitur. ¶ Pro hoc benè facit gl. in c. breui. de iure
* iur. *communiter approbata, quæ voluit quod licet diffi-
cultas quandoq; non excuset à pœna conuentionali, quæ
committitur ratione moræ, vt quando debitor esset obliga
tus ad dationem quantitatis pecuniæ sub pœna. tamen sem
b per excusat à periurio *b* cùm ꝓpter difficultatem esset do-
lus requisitus in periurio. facit quod not. in c. ex literis. de
spons. ¶ Et ideo text. in l. si quis maior p̄allegata voluit illis
pœnis illaqueari eos tm̄ qui essent etiam ferè doli capaces.
i. maiores. cùm ergo dictus Guai. non teneretur exsoluere
seu deponere & consignare: scilicet si volebat solùm conse-
qui ꝙ non incurreret moram & pœnam posito, quod de-
buisset dicere, ego paratus sum soluere, si esset hìc creditor
qui acciperet: quis diceret eum ex hac commissione fuisse
in dolo, stante absentia Raphael. cui ꝓmissum erat cum iu-
ramento soluere & numerare? certè non videtur ex hoc de
prehendi dolus, cùm quælibet iusta causa vel ét iniusta cau
sa excuset à dolo. l. igitur. §. pe. ff. de lib. causa. & no. gl in l. 1.
in fi. de abigeis. & in l. plagij. la 2. C. ad l. Faui. de plagi. ¶ Et
dicit ibi gl. ꝙ error iuris quis non sit iusta causa, excusaret
c à dolo. *c* ¶ Et p̄sertim istius iuris implicati & intricati, quan
tum ad istum casum ꝓpter intricationem iurium & autho
ritatem doct. aliàs legum, qbus ꝓximè sup. dictum est, quo
casu talis error æquiparatur probabili errori facti, vt est sin
gularis tex. in c. cùm dilectus. scđm Ant. de Bu. ibi, de con-
sue. & non p̄sumitur quem velle deierare. l. fi. C. ad l. Iul. re-
pet. ¶ Et ideo non est præsumendum quod potius Guai. vo
luisset incurrere periurium, & tot pœnas potius quàm illa

verba simplicia dicere, s si esset creditor, soluerem, cùm sciret sibi non esse creditorem, vnde secundum Ang. in d. l. plag. ij. ex solo iuramento concurrētib. aliqbus coniecturis plu
14 imitur qd factum fuisse p iuris ignorantiā. ¶ †Et hic accedit coniectura q Guainus dabat, & dat opam rei militari, & talibus quo ad exceptionē pmittitur ius ignorare. l. regula § olt. ff. de iuris & fac. igno. & ibi alij, qbus ppter rem militarem vel aliam cām pmittitur iuris ignorantia, psumuntur in dubio potius per iuris errorem fecisse, quàm per malitia .n seu dolum, vt pbat tex. no. quam ad hoc ipse ponderat Bal. in l. pen. C. de his qui sibi asscribunt in testō. ¶ Facit qđ no. glo. in Auth. de incest. nup. in prin in verbo sciens. & vbi, s. imponit pœnam pro delicto, quod non potest cōmitti sine dolo, vt pro furto vel falso: & tunc nunq dolus & lata culpa æquiparantur, vt no. Bar. in l. 1. §. non aūt. in 2. col. ff. si qs test. lib. esse ius. fue. & Sal. in l. senatus. C. de his q̄ sibi ascri. & piurium est hmōi, vt dixi sup. ¶ Ex quib. puto dicto Guai. saltem iuranti & alleganti se putasse de iure non teneri offerre, credendum esse, & eum stantibus pdictis non incidisse in pœnas, de quib. qritur vigore d. l. si quis maior. & ipsum ad illas pœnas non posse conueniri: dictum verò Ang. omnino alijs ēt rōnibus, de qbus sup. esse absoluendū per q̄ non oportet insistere, an Guai. debeat pdere illud qđ suprà lucratus est ex venditione facta Ang. nam aut non incidit in pœnā. d. l. si qs maior. & tunc res clara est: Aut incidit, & tunc teneretur ad restitutionē rei vel æstimationis, & tunc non debet attēdi quanti vendidisset Guai. Ang. iuxta l. 3. ff. ad l. fal. ¶ Alia plura copiosè deducta sunt per dominum aduocatum Ang. super quibus non insistam, pdicta ad præsens sufficere arbitratus, quæ & iuri & æquitati conuenire putaui, &c. Alex. Paduæ iura ciuilia legens.

ADDITIO.

a ¶ Ang. Ant. Negusa. tra. de pign. par. 2. tertio memb. num. 64. Alex. consil. 43. col. 2. lib 4. consil. 115. lib. 6.
b ¶ Periurio. Bertr. consil. 69. li. 1. Fran. Rip. tra. de peste. fo. 3.
c ¶ A dolo. Alex. l. si qs id quod. ff. de iurisd. om. iu. Alcia. tra. de præsum. reg. 3. præsum. 30. limita inf. eo. li. con. 103. n. 14.

## CONSILIVM XCIII.

Duplum, sup. consil. 5.

*SVMMARIVM.*

1 *Naturalis excludit substitutum sub conditione si decesserit sine liberis, fallit si testator erat in dignitate constitutus.*
2 *Doctor vel consiliarius principis habent dignitatem.*
3 *Naturalis tantum non excludit substitutum, si substitutus sit de legitimis & naturalibus descendentibus testatoris.*
4 *Naturalis legitimatus non excludit substitutum à nobili, vbi alias excluderet.*
5 *Legitimati non succedunt in feudo, nec in emphyteusi ecclesiæ.*
6 *Legitimare in præiudicium tertij, non potest quis habens potestatem à Papa vel Imperatore.*
7 *Papa non potest legitimare filium regis in præiudicium fratris.*
8 *Inferior à principe non potest dispensare sine causæ cognitione.*
9 *Substitutus post mortem testatoris habet ius in spe, & debet citari in legitimatione.*

EPITOME.

Titius solutus ex soluta filios habuit quinque, moritur mulier illa non desponsata à Titio, q̄ licet habitaret in domo & familia Titij, tamen cum alijs ignorante ipso Titio se miscebat viris, & nonnulli putabant eos vel aliquos eorū non esse filios ipsius Titij, quanquam is Titius suos diceret, & vt legitimarentur perquisiuit vt infrà. Quidam Sempronius multis præditus virtutibus comes imperialis & apostolicus factus est, & genuit filios aliquos, inter quos fuit Seius: euenit q is Sempronius sub quodam principe vicario Romanæ ecclesiæ in tpralibus pro parte sui dominij, & existente campione à maiestate impiali constituto pro alia parte sui dominij viuens in crimine læsæ maiestatis contra dictum principem prolapsus est, & crimine tali damnatus laquei pœnam luit, eius bonis confiscatis filij non participes criminis post patris calamitatem vixerūt sub ipso principe. & Seius pdictus ad legitimandum vocatus est, & eos Titij filios in loco per eundem principem tēto in parte dominij ab imperatore dependentiam habentis legitimauit apostolica & imperiali authoritate. postea Titius ab intestato moritur. Lucius frater defuncti dicit ad se hæreditatem defuncti spectare multiplici ratione. primò quia licet Sempronius authoritate apostolica & imperiali potuerit legitimare antè, & similiter eius filij & descendentes, tamē postea ppter incursum crimē læsæ maiestatis hmōi priuilegiū amisit, & similiter filij authoritate per patrē acquisita priuati intelliguntur, & amplius legitimari nō possunt: & ita legitimatio pdicta est nulla. Secundò, qa mulier alia cū alijs, vt sup. se miscuit viris, qđ facile pbabitur: & quos suos putabat Titij legitimari facere non potuit. Tertiò in instrumento seu testō patris dicti Titij & eius fratris, hæc verba scripta reperiuntur: & ita ipse pater eorū ordinauit & seruari iussit: vltra alia in eo testō disposita videlicet, & si aliquis suorum filiorū, tam natorum masculorum q̄ nasciturorū, seu posthumorū vnius seu pluriū masculorū quādoq; decederet sine liberis & decedentibus masculis, iussit, voluit & mandauit d. testator, qđ pars decedentis seu decedentium sine liberis & descendentibus masculis, pueniat & puenire debeat iure substōnis ad aliū, seu ad alios supuenientē seu superuenientes, vel ad eorum seu alicuius eorū liberos, & descendentes masculos in stirpes & non in capita, &c. Cùm igitur d. Titius nulla alia bona habeat, nisi de his q̄ sibi à patre suo relicta fuerunt: restat vt dicti asserti legitimati non possint succedere ipsi Titio defuncto ab intestato, cùm nō sint ex legitimo nati matrimonio. Modò qritur stantibus sup. dictis, an pdicti legitimati & filij asserti dicti Titij succedant ipsi Titio: an frater ipsius Titij virtute aliquorū iuriū & rationū pdictarum præferatur eis in bonis, &c. & consilium reqritur in scriptis à quouis Iurisconsul. si veritas est, & dictus frater præferatur legitimatis, vt sup. si verò de iure præferri non posset, non quæritur in scriptis consilium.

## CONSILIVM XCIIII.

HIS consideratis quæ in themate narrantur. ¶ Videretur fortasse prima cōsideratione dicendum, dictum Lucium fratrem dicti defuncti esse excludendum à dicto fideicommisso paterno: quia dictus testator, s. magister Bartholomæus dictam substitutionem fideicommissariam fecit dictis Titio & Lucio reciprocè sub conditione, si aliqs eorum decederet sine liberis & descendentibus masculis, sed ita est q dicta substitutio dicitur euanescere per existentiam filiorum naturalium tm̄, quia regula est, q filius naturalis regulariter excludit substitutum vocatum in casu, in quo institutus decedat sine liberis. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Tre. l. cùm pater. §. volo. l. Lucius. § fi. de leg. 2. no. gl. in c. in psentia. in ver. si sine liberis, de proba & in c. Raynaldus. in ver. legitimus. de test. & Ioan. And. in additi. Spe. in tit. de testa. §. 1. super vers. item quid si duobus. ¶ Secundò, quia dato q requireretur dictos descendentes esse legitimos & naturales, tamen attento q fuerunt legitimati, videtur hoc sufficere, quia nihil differre videntur a legitimis & naturalibus, vt in Auth. qui. mod. na. eff. leg. in §. liceat. & in Auth. qui. mo. natu. effi. sui. §. & qm̄ varie. §. relinqui. & in §. illud. & in §. adoptiuus. cum si. Vnde tenuit Iaco. de Aret. quem sequitur Io. An. in addi. Spe. in tit. de succes. ab inte. §. fi. q substitutio facta per illa verba si decesserit sine liberis, deficiat per tales naturales legitimatos. quam opin. plures sequuntur, & præcipuè Ant. de Butr. in c. per venerabilem. qui filij sint legit. bene facit l. imperialis. §. itaq;. & qđ ibi Bal. & Sal. C. de nup. & qđ not. Bal. in l. cùm acutissimi. & in l. eam quam. in 9. col. C. de fideic. ¶ Sed præmissis nō obstantibus contrarium puto esse de iure verius in proposito nostro, q naturalis non facit deficere conditionem dictæ substitutionis: quia testator in dicta restitutione reciproca, dum dicit, si aliquis eorum decesserit sine liberis & descendentibus masculis, intellexit de legitimis & naturalibus: non autem de naturalibus tm̄, vt patet per sequentia verba dum dicit, etsi contingeret dictum Titium, Lucium. & omnes alios eius testatoris filios masculos legitimos & natu-

naturales & poſthumos decedere, quandocunq; ſine filijs
legitimis & naturalibus maſculis ſiue poſthumis legitimis
& naturalib. & ſine nepotibus filijs & naturalibus maſculis
ex eorum vel alicuius eorum filio vel filijs legitimo, & natu
rali vel legitimis & naturalib. maſculo vel maſculis, & ſine
liberis & deſcendentibus maſculis legitimis & naturalib.
ita ꝙ oĩno deficiat linea maſculina ipſius non obſtantibus,
filia vel filiabus legitimis & naturalibus, ex filijs maſculis le
gitimis & naturalibus ipſius teſtatoris, vel aliquo ipſorum
nec earum vel alicuius earum filijs deſcendentibus legiti-
mis & naturalibus, ſed extantibus filia vel filiabus vna aut
ex pluribus legitima & naturali, vel legitimis & naturali-
bus teſtatoris, ſine poſthuma vel poſthumo ipſius teſta-
toris legitima & naturali, vel legitimis & naturalibus,
aut eius filiæ legitimæ & naturali, vel earum filiarum & na-
turalium filijs legitimis & naturalibus, tunc in eo caſu ad-
ueniente, ſ. defectu filiorũ maſculorum, & oĩm deſcenden
tium legitimorum & naturalium ſuorum maſculorũ dun-
taxat ſubſtituit tpe teſtator dictis Titio & Lucio & omnib.
alijs ipſius teſtatoris filijs maſculis legitimis & naturalib.
ſupra ſcriptis Camillam eius filiã, & quãcunq; aliam ipſius
teſtatoris filiam legitimam & naturalem, &c. Nam apparet
ꝙ teſtator p̄dictus magis dilexit quemlibet filiorum, q̃ di-
ctas filias ſuas fœminas, & tamẽ quãdo ſubſtituit filias ſuas
fœminas dictis omnib. ſuis filijs maſculis teſtatoris, voluit
eas admitti ad ſubſtitutionem, ſi dicti oẽs filij maſculi teſta
toris decederent ſine liberis & deſcendentibus legitimis
& naturalibus. & ſic dato ꝙ aliqui vel oẽs filij maſculi teſta-
toris deceſsiſſent cum deſcendentibus naturalibus tm̃, ta-
les naturales non excluſiſſent dictas filias teſtatoris à ſubſti
tutione: quia naturales tm̃ ſunt legitimi & naturales, quos
extare voluit teſtator ad hoc, vt excluderentur filiæ teſtato
ris à ſubſtitutione, multò magis dicendum eſt ex mente te-
ſtatoris fuiſſe quòd decedente Titio filio teſtatoris cum fi-
lijs naturalibus tm̃ non excludatur d. Lucius filius maſcu-
lus teſtatoris à ſubſtitutione reciprocè facta inter eos, cùm
fuerit magis dilectus d. Lucius, quàm dictæ filiæ teſtatoris
circa dictam conditionẽ ſubſtitutionis, & ſic melioris con-
ditionis eſſe debet ex præſumpta mente teſtatoris, vt arg. l.
Publius. §. 1. ff. de cond. & dem. & auth. hoc amplius. C. de fi
deicom. & per id quod no. Bar. in l. Gallus. §. etiamſi paren-
1 te. ff. de lib. & poſth. & in l. fi. ff. ad Tre. ¶† Secundò ꝓbatur
dicta verba conditionalia appoſita in dicta ſubſtitutione re
ciproca videlicet, ſi aliquis eorum deceſſerit ſine liberis, in
terpretantur de naturalib. tm̃, quando apparet ꝙ in aliqua
alia parte teſtĩ facta eſſet mentio de naturalib. tm̃, ſecundũ
Bar. in d. §. ſi quis rogatus. & Franciſcum Tigrini. in l. gene-
raliter. §. cùm autẽ. C. de inſt. & ſubſti. ſub cond. fac. arg. l. q
filiab. in princ. ff. de leg. 1. l. cùm pater. §. cùm imperfecta. ff.
de leg. 2. eadem rõne debet interpretari de legitimis & na-
turalib. quando de talibus, ſ. legitimis & naturalib. eſt fa-
cta mentio in reliqs partibus teſtĩ, ꝓut eſt in ꝓpoſito no-
ſtro, in quo teſtator nullam mentionem fecit, aut prouiſio
nem de filijs naturalib. tm̃. ¶ Tertiò ꝓbatur, qa quando te
ſtator erat in dignitate conſtitutus, tunc non videtur in di-
cta conditione ſubſtitutionis reciꝓcæ facta per verba p̄di-
cta intellexiſſe de filijs naturalib. tm̃, vt eſt caſus in d. §. ſi qs
rogatus. & idem dixit ibi Bar. ſi teſtator nõ erat in dignita-
te conſtitutus, tamen erat homo honeſtæ vitæ vel venera-
bilis obſeruationis, ita ꝙ ei eſſet verecundum, ſi ſua cogna
tio, ſiue ſua domus deueniret ad baſtardos. arg. l. 1. §. genera
liter. ff. de ven. in poſ. mit. & l. 1. §. de ven inſpi. ver. publicè.
ff. de vẽ. inſp. & in d. §. ſi qs rogatus. in verb. conditionẽ, &c.
2 ¶† Sed ita eſt ꝙ dictus teſtator erat doctor artium & medi-
cinæ, & conſequẽter in dignitate conſtitutus. c. quanto. de
magi. & no. doct. in prima conſtitutione codicis. & in l. ex
eod. ff. de teſt. mil. & in l. 1. in prin. per Bal. ff. de iuſt. & iure.
no. Bar. in l. fi. C. de iude. & in l. generaliter. §. fi. ff. de decur.
& in l. oẽs. C. de decu. li. 10. & ibi ꝓpriè ſequitur Bar. de do-
ctore in medicina, vbi dicit eum habere dignitatẽ. & idẽ eſt
in doctoribus artium, vt no. gl. l. lege Iulia. la 1. in verb. Ora-
tores. ff. ad l. Iul. de vi pu. Erat inſuper p̄fatus Conſiliarius
principis, & quàm bene æſtimatus & reputatus, & ſic ẽt iſtã
ratione poterat dici in dignitate conſtitutus, cùm pars cor
poris principis eſſe cenſeatur. l. quiſqs. C. ad l. Iul. maie. vbi
dum tex. dicit virorum illuſtrium, qui conſilijs & conſiſto-
rio noſtro interſunt, ſenatorum ẽt: nam ipſi pars corporis
noſtri ſunt, & cætera. & ẽt ſola rõne dignitatis doctoratus
doctor dicitur nobilis. l. 2. §. fi. de excu. tu. not. Bar. in l. iudi
ces. C. de dig. lib. 12. & Cyn. in l. ꝓuidendum. per illum tex.
C. de poſth. & dicit ibi Cyn. ꝙ doctor dicitur magis nobilis
3 q̃ ille qui eſt nobilis genere, vt ibi ꝑ eum. ¶† Quartò confir
matur ꝑ id quod voluit Sal. in d. l. generaliter. §. cùm autẽ.
vbi dixit ꝙ ẽt quando eſt de qualitate & conditione teſtato
ris, & an ſenſerit de legitimis & naturalibus, an verò de na-
turalibus tantum dictum eſt, quòd ſi ſubſtitutus erat filius
legitimus & naturalis teſtatoris, vt in caſu noſtro, tunc na-
turalis tm̃ non excludit ſubſtitutum venientem per fidei-
commiſſ. vt in propoſito noſtro: quia per ſubſtitutio-
nem fideicommiſſariam tractatur de ſuccedendo teſtato-
ri, non autem ei cui facta eſt ſubſtitutio. l. cohæredi. §. cùm
filiæ. ff. de vul. & pu. & l. precib. in fi. C. de impu. & alijs ſubſt.
vnde extãtibus legitimis & naturalibus, ꝓut eſt d. Lucius.
non debent admtti naturales tm̃ in bonis, & hæreditate d.
teſtatoris, per id quod habetur in Auth. licet. C. de natu. li-
be. & ita dicit conſuluiſſe dominum ſuum Richardum de
Sal. hanc vltimã rationem tamen non pono pro conſtanti,
4 magis adhęreo p̄cedentibus, quas puto tutiores. ¶† Quin-
tò, qa etiã dato ꝙ aliàs legitimatus excluderet illum q fuiſ-
ſet ſubſtitutus ꝑ hæc verba, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs
legitimis & naturalibus, tamen fallit quando eſſemus in ca
ſu, in quo ꝓpter dignitatem ſeu conditionem pſonæ teſta-
toris filius naturalis tm̃ abſq; legitimatione non feciſſet de
ficere conditionẽ fideicom. relicti ſub hac conditione, vi-
delicet, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, iuxta d. §. ſi qs ro-
gatus. qa tunc ẽt ſi talis naturalis ſit legitimatus, non exclu
dit ſubſtitutum, quẽ teſtator ſubſtituit in caſu, in quo inſti-
tutus decederet ſine filijs legitimis & naturalib. per eandẽ
rõnem. ar. d. §. ſi qs rogatus. ita expreſsim firmat Ang. in ſua
diſputatione incip. Nobilis qdam genere. pro hoc ẽt addu-
cit id qđ habetur in c. naturalis. in tit. ſi de feu. fuer. contro.
5 inter do. & agna. † vbi legitimati non ſuccedunt in feudo:
qa non eſt veroſimile nobilem concedentem feudum de ta
li prole ſenſiſſe. pro hoc adducit ꝙ emphyteuſis eccleſiæ ad
tales naturales non tranſit ꝓpter nobilitatem eccleſiæ con
cedentis, quæ taliter natos abhorret, cùm haberi non poſ-
ſint ſine peccato mortali. allegat no. per Bart. in d. §. ſi quis
rogatus. & clarius voluit Bal. in d. l. generaliter. §. cùm autẽ.
& Bal. in addi. Spe. in tit. de loca. in 10. col. in verb. emphyt.
eccleſiæ, &c. & Io. de Imol. in l. qđ dicitur. in antepe. col. ff.
de ver. obl. quib. locis volunt dicti doct. ꝙ ſicut feudum nõ
videtur conceſſum ꝓ naturalib. ẽt legitimatis, ita nec em-
phyteuſis eccleſiaſtica, qa ſunt infames. allegat no. per Azo.
in ſumma. C. ex quib. cau. infam irro. ¶ Benefaciunt not. ꝑ
Spe. in ti. de loc. §. nunc aliqua. ver. 67. & per Bar. in ſuo con
ſil. inci. Neratius. & ꝑ Io. An. & alios in d. c. in p̄ſentiã. & per
Dy. & Bal. in l. Lucius. §. fi. ff. de lega. 2. & Bal. & Ang. in l. filiũ
diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Bal. in l. paren-
tes. in fi. ff. de in ius voc. & Mod. in c. ſtatutum. el 2. de hæret.
in 6. Et cum dicta deciſione Ang. in diſputatione p̄allega-
ta, concordat ẽt Ant. de But. in c. per venerabilẽ. qui fil. ſint
leg. circa antepen. chartã, licet perfectè non referat Ang. &
ſic ſtãte dicta qualitate perſonæ teſtatoris non intelligitur
eum ſenſiſſe de talibus naturalib. ẽt legitimatis. ¶ Fortius
tenuerunt quam plurimi magnæ authoritatis viri, ꝙ etiam
in quolibet teſtatore, ẽt qui non eſſet nobilis in dignitate
naturalis legitimatus non faciat deficere d. conditionem
fideicommiſsi, ad quam perimendam requirebantur filij
legitimi & naturales, vt tenuit Bald. in l. Lucius. la vlt. ff. de
hær. inſt. & in l. ſi ita quis. §. ſi cuius. ff de lega. 2. & in l. ſi quis
poſthumos. in prin. ff. de lib. & poſth. Et conſuluit Io. Cald.
in conſil. 1. ſub tit. qui filij ſint leg. eſt de mente Bal. etiam in
l. 1. C. de don. cau. mort. & clarè etiã vult Sal. in d. §. cùm aũt.
& Pe. de Anch. in conſil. 306. inci. In Chriſti nomine, circa

primum dubium,&c.& Io.de Imol. in d. §.si qs rogatus .in fi.l.ex facto.in prin. ff.de vulg. & pup.per l.fin.C.de his qui veniam ęta.impe. ¶Et quia verba debent intelligi in dubio de legitimitate naturali,per l.Statius.§.Cornelio.ff.de iur. fis.& l.ex ea.§.insulam.ff.de ver.obl.& l.fideicommissum.ff. de cond. & demon.& l. filium diffinimus. ff.de his qui sunt sui. ¶Et quia non est verosimile superiorem voluisse derogare iuri tertij.& sic substituti.c.super eo. de off.dele.l.2.§. si quis à principe. ff.ne quid in loco pu.ad quod bene faciunt no.per Io.An.in regula sine culpa.in 2.q.prin.de regul. iur.in 6.in mercu.& per alia plura,de quibus per eos in dictis locis. ¶Et quamuis non dicam,qđ in alijs terminis q̃ in
a nostris illa sit vera,*a* vel non vera opi. ꝙ legitimatus regulariter excludat substitutum:tamen in terminis nostris benè hoc affirmo in testatore, qui erat in dignitate & conditione p̄dicta constitutus,per not.per Ang.in d. disputatione, cum alijs sup.alleg. ¶Item sextò confirmo,quia dicta legitimatio non fuit facta à Papa vel Imperatore,sed à Comite asserente se habere authoritatem à Papa & Imperatore ex priuilegio concesso patri suo,& filijs. vnde succedit illud quod dicit Anto. de But.in d. c.per venerabilem.in 21.col.in ver.
6 vnum tamen puto,&c.vbi dicit se putare,ꝙ † habens potestatem à Papa vel Imperatore, nō possit legitimare ad præiudicium alterius,ēt respectu spei,qa tales concessiones intelliguntur sine alterius p̄iudicio. c.pastoralis.de priu.& d. c.sup eo.& l.ex facto.in prin.de vulg.& pup. ¶Et ideo dicit Bal.in l.cùm filius. ff.de testa.mil. ꝙ comites sacri palatij,q habent ptātem legitimandi, legitimare non possunt in p̄iudicium legitimorū:qa ius alienū minuere non possunt,nisi tenor priuilegij expressè dictaret contrariū.arg.l.impuberi.ff.de admi.tut.cùm si. ¶Et ꝑpterea dicit Bal.in Auth.prętera. C.de nat.lib. per illum tex. quod comes non poterit legitimare bastardos extantibus legitimis:quia p̄iudicaretur legitimis in successione,nisi consentiant legitimi. facit qđ no.Bar.in Auth.item si qs.eo.tit. & Bald. in d.c.domino guerram,in prin.in pe.col.in tit.hîc finitur lex Conra.dein de incip.consue.reg.& Mod.maximè Pau.de Cast.in l.Gallus.§.& quid si tm̄.in fi.de lib.& posth.& in suo consil.21.incip.In Christi nomine,sup eo qđ primo loco,&c. ¶Per quē apparet qđ dictus comes non p̄iudicauit dicto Lucio substituto in iure fideicommissi, & respectu spei substitutionis p̄dictæ: q̃ quidem spes fideicommissi mortuo dicto testatore erat in consideratione & æstimabilis & licita:vt probat Bart.in l.is pōt.in 2. vel 3.col. ff. de acq. hær. vnde videmus ꝙ talis fideicommissarius substitutus licitè petit mortuo testatore sibi caueri pendente conditione fideicommissi per hæredem,cui facta est substitutio de conseruandis bonis fideicommissi & resti. in euentum conditionis fideicō. vt per totū titulum. ff.vt leg.vel fideicom. not. c. & C. vt in pos.leg.ferè per totum.& l.inter oēs.ff.qui satisd.cog.& ibi no. ¶Septimò cōfirmo per id quod notabiliter decidit Io.
7 de Imo.& Dom.de S.Gemi.in c.in grandi.in prin.de suppl. neg.præla.in 6.vbi fortius dicunt † qđ Papa non possit legitimare filium regis Aragonum ad p̄iudicium fratris ipsius regis:qui frater regis erat secundò genitus, & ad quem regnum de consuetudine deferebatur decedente primogenito,ēt si talis legitimatio fieret viuente rege, & de voluntate regis:qa non debet posse auferri sibi secundo genito hoc futurum ius sine cā.iuxta no.in c.quæ in ecclesiarū,de consti. & in l.fi.C.si cont.ius.& in l.rescripta.C.de preci.imp.offe. ¶Et dicunt non obstare id qđ no. Bar.in d.l.Gallus.§.& qđ si tm̄, quia illud secundū eos ꝑcedit in patrimonialibus, q̃ possunt per patrem auferri consanguineo : ideo ad tale p̄iudicium consanguinei pōt pater sine consensu consanguinei facere legitimare filium suum, secus est in his q̃ non sunt in libera ptāte ipsius,qui facit legitimare filium naturalem,vt in ꝑposito: qa bona subiecta restōni fideicommissi non erant in libera ptāte disponē.ipsius Titij.l.fi.§.sed qa. & in Auth.res quæ.C.cōia de leg.Et dicunt ēt ꝙ Papa legitimando aliquē in dubio,intelligitur legitimare sine p̄iudicio alterius,c.q̃uis.de rescri.in 6.& per hāc decisionē & rationem clarè apparet,qđ dicta legitimatio ad p̄iudicium d.

Lucij non subsistente alia iusta cā fieri non potuit,nec trahitur ad ius d.fideicom.auferendum substituto, de quo men
8 tio facta non est ¶†Et licet aliàs in principe p̄sumatur iusta cā,vt no.Iac.de Aret.& Cy.in d.l.rescripta.in 3.& 4.q.& Ia. de Bu.in l.fi.C.si cont.ius. Et Ant.de Bu.& Io.de Imo.in d. c.q̃ in ecclesiarū.& in c.cum te. de re iud.& Ant.de Bu.in c. constitutus.de relig. dom.& do. Abb.in c. cùm olim. de re iud. ¶Tamē secus est in inferiori à principe,vt inqt Bal.in l. si testm̄.C.de testa.nam in eo reqritur qđ cāæ cognitio p̄cedat quādo dispēsat,vt no.Inn.in c.veniens.de filijs presb.& Spe.in ti.de leg.§. qualiter.ver.dicūt aūt qdam. & Io. An.in c.2.de schisma.& in inferiore reqritur ꝙ sit cā ꝓbabilis, licet non ita in principe:vt no.Bald.in d.l.rescripta. in ver. 3. q̃runt doc.&c. & de natura legitimatiōis est,ꝙ interueniat cā,vt no.An.de Bu.in d.c.p venerabilē.in 3.col.& Pe.de An. in consil.229. qa hēt vim dispensationis, q̃ non dēt fieri sine
9 cā.1.q.7.§.nisi.& c.tali. ¶†Octauò comprobatur,qa si d.Titius volebat legitimari facere dictos filios suos, quo ad derogandum & perimendū fideicomm.sibi iniunctum in bonis & hæreditate d. testatoris oportebat saltē facere citare d.Luciū,de cuius p̄iudicio agebatur,aliàs non poterat d.legitimatio valere ad p̄iudiciū d.Lucij non citati.l.nam ita diuus.ff.de adop. ¶Attento ꝙ erat iam d. Titio acqsitum ius in spe licita & apꝓbata, vt prius dixi,& ita colligitur ex no. p Bar.& alios,in d.§.& qđ si tm̄.& p Cano.in d.c.p venerabilem.& est de mente Bal.in l.fi.C.quib.res iud.non nocet.& in d.l.1.in vlt. col.C.de inof.dona. & in prin. c.circa pe.col. & Io.de Imo.in c.nisi cùm pridē.§.personæ.de renun.& Pe. de Anc.in cons.209.inc. In Christi noīe. ex tenore priuilegij. ¶Accedit id qđ no. An.de Bu.in c.p venerab.dū tractat quorū citatio reqratur.vbi dicit, ꝙ si in legitimatiōe legitimās nō facit mētionē de iure alteri q̃sito, dato ꝙ legitimatio valeret illo nō citato,tamē nō valebit ad p̄iudiciū illius. Et in istis terminis semꝑ consulēdo secutus sum istā partē, q̃ apꝓbo, vt verissimā, licet in alijs terminis & multis alijs in contrariū concurrētib. in legitimatione facta à Papa de plenitudine ptātis derogādo sp̄aliter,& expressè fideicom,
b aliàs *b* cōsuluerim , excludi substitutū fideicōmiss.& ita fuerit iudicatū,& rectè in casu illo. ¶Ex qbus intrepidè cōcludo d.legitimatos nō excludere d.Luciū à iure succedēdi ex substitutione fideicom.in bonis,& hæreditate d.testatoris, à quo fuit institutus d.Luc. ¶Et ex supius dictis apparet clara respōsio ad alleg.in contrariū. nā non ob.dū dicitur ꝙ filius naturalis ēt non legitimatus excludit substitutū:qa respōdeo,ꝙ imò nō excludit,qa verba si decesserit sine liberis & descēdētib. adiecta in d.substōne reciꝓca,itelligūtur de libe.legitimis & naturalib.vt patet p sequētia verba testi.& ēt hoc mō intelligitur quādo testōr erat in dignitate cōstitutus,vt ꝓbaui in 1.2.& 3.ar.2.part. ¶Et ēt nō ob.ꝙ fuerint legitimati ꝙ nihil à legitimis & natural.differre debeant.& p cōsequēs debeāt excludere substitutū, vt pleriq; tenuerūt: qa respōdeo,ꝙ nō ꝑcedit in in testōre existēte in ea dignitate seu cōditione ī qua erat d.testōr, nec ꝑcedit in legitimatiōe facta ab inferiore vt à comite:& saltē non consentiēte, nec citato substituto & nō facta mētione de iure d. fideicō. vt hîc ꝓbaui in 5.6.7.& 8.ar.2.part.Alex.Paduæ.

ADDITIO.

a ¶Vera.sup.consil.2.
b ¶Aliàs.sup.consil.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutū tribuēs executionē instrumentis intelligitur de puris.*
2 *Exceptio procedens ex eodem fonte non censetur sublata.*
3 *Debitum annuum non potest deduci ante tempus.*
4 *Tabelliones creare ad quem spectat.*
5 *Iuramentum non supplet solennitatem probatoriam.*

CONSILIVM XCV.

IN causa & lite vertente inter spectabilem d. Fran.de Granellis agentē, & Iacobū & Petrū de Mocholarijs,& Tonollum de Dolsonibus reos conuentos. ¶Viso ꝑcessu & his q̃ multū eleganter & copiosè allegata sunt per eximium dominum Aduocatum reorum, attingam ea, quæ vide-

videbuntur mihi de iure veriora, & sufficere ad victoriam reorum. ¶ Et in primis moueor, quia negari non potest quod dictum instrumētum confessionis debiti celebratū die 14. mensis Decēbris, anni proximè præteriti, est collatum in diē, videlicet in diem festi S. Michaelis proximè futuram, vt ex inspectione instrumenti, & productionis continetur: & attento quod ab initio fuit oppositum dictā petitionem admittendam non esse, & sic fuit opposita exceptio ad impediendum processum, sequitur qd iudex debet pronunciare non esse procedendum ad vlteriora sup dicta petitione actoris agentis & petentis ante diem, & absoluere reos, eò qa actor malè agit petendo ante diem. l. 1. in fi. ff. quādo dies vsusfr. leg. ce. l. itē qa. ff. de pac. l. cedere diē. ff. de ver. sig. Inst. de exc. §. tpales. l. exceptionē. & ibi declarat Bart. & alij post eum. C. de proba. & no. Inn. in c. pastoralis. de exce. & in c. 1. de plus pet. & Bar. & alij post eum in l. eum q ita. §. q ita. el 2. ad fi. de
1 ver. obl. & in l. lecta. ff. si cer. pe. ¶ † Et licet statutum tribuat executionem instrumētis publicis, qualē de iure habēt sententiæ diffinitiuæ, tamē per hoc nō dicitur tribuere executionem instrumētis in diē, si agatur seu petatur ante diem, qa proculdubio constat, si lata esset sententia cōdemnatoria ad diem, & executio peteretur ante diē non procederet petitio, si opponeretur exceptio, imò impediretur processus & executio, qa aliàs consequeretur qs plus debito. §. plus aūt Inst. de actio. iuncto d. §. tpalis. ¶ Pro hoc etiam in specie in l. 4. §. si qs condemnatus. ff. de re iud. ¶ Per hoc patet hmōi exceptionē non intelligi reiectam à statuto, quod ēt satis patet vltra pdicta ex statuto pmittente opponi exceptionem pacti de nō petēdo. & cōstat quod ille q ex cōtractu est obligatus soluere creditori nō purè, sed ad diē, dicitur interī ante diē habere exceptionem pacti quod ante diem non petatur. Sic & ille qui conuenit se teneri vsque ad certum tempus, si post tempus conueniatur, habet exceptionem pacti de non petendo. l. eum qui ita. §. qui ita. el 1. ff. de verbor. obli. l. ob-
2 ligationum ferè. §. placet. ff. de act. & ob. & d. l. quia. ¶ † Pro hoc ēt facit, qa quando exceptio vel defensio procedit ex eo-
a dem fonte, *a* ex quo procedit petitio, nunq̄ hmōi exceptio videtur reiecta à statuto denegante exceptionē, vt p Bal. not. in Aut. præsente. C. de fideiu. & in l. ex pdijs. C. de euic. & in l. pemptorias. in verb. qro condemnatis. C. sent. rescin. non pos. cū si. ¶ Et nunq̄ intelligitur reiecta exceptio q̄ ex ipsa petitione resultat. l. veteres. in fi. ff. de itin. actuq; priua. qa actor seipsum excludit. Ro. in l. si verò. §. de viro. in 32. fallentia. ff. sol. ma. facit l. si procu. §. sed si alius. ff. quando app. sit. ¶ Posset hoc idē alijs pluribus medijs comprobari, sed non puto expedire propter eius euidentiam. ¶ Tamen circa hoc videtur quod vnum posset fortasse dominum iudicantem prima facie reddere dubitantem, qa actor non petijt executionem fieri ante tempus, sed qa ad aures suas peruenisse asserit, quod dicti rei vociferando dicunt, qd ipsi non tenentur, nec obligati sunt soluere dictas denariorū quantitates in terminis pdictis: imò petit declarari dictum instrumentum meruisse, & mereri executionem cōtra pdictos in terminis, de qbus sup. & sic videtur quod non petat executionem fieri ante
3 tēpus, sed cōferatur in tps in instrumēto contentū. ¶ † Sed respondeo, & dico hoc non obstare: qa ius de futuro saltem
b reo opponēte non pōt in iudicium deduci *b* ēt quando nata est actio, nisi quando esset debitum annuū, qa tunc ne cogatur actor singulis annis de iure suo experiri, pōt actor in iudicium deducere ius de futuro, & petere quod reus condemnetur ad dandum singulis annis id quod annuatim soluere pmisit, per l. malè agitur. C. de præscr. 30. an. l. 1. cùm ibi no. per doc. C. de fideic. no. gl. & doc. in l. nō quemadmodum. ff. de iud. & Bar. in l. 2. ad fi. C. de fideic. & per Bar. & alios in l. de pupillo. §. si in pluribus. ff. de o pe. no. nun. & in l. vbi autem. §. q sortē. ff. de ver. ob. & in l. libertis qs. §. 1. & in l. pecuniæ. ff. de ali. & ci. le. & in l. 1. C. de seu. q̄ sine cer. quanti. & p Ang. in l. cū notissimi. C. de pscri. 30. an. & tamen ex promissione annua est nata obligatio à principio & actio. l. si cùm §. stipulatus. ff. de ver. obl. l. senatus. §. fi. ff. de do. causa mortis. Præterea moueor per ea q̄ notabiliter traduntur p Bart. in l. si finita. §. cū eleganter. ff. de dam. infec. circa vlt. col. vbi quærit, an quis possit petere pronunciari sibi actionē cōm petere. & concludit quod si quis habet actionem, & certus est actionem sibi competere, & tunc potest iure dictæ actionis petere, pnunciari sibi actionē cōpetere, & istud est idem quod petere reum condemnari. l. quanq̄. C. de sent. q̄ sine cer. quant. & ex tali snīa fit executio ad id qd debetur. l. si ptor. in prin. ff. de iud. Si verò est incertus actor incertitudine tali, cuius declaratio cōmissa est declaranda arbitrio boni viri, vt qa lex dicat aliqd esse faciendū arbitrio boni viri, tunc p illū, cui est tale qd implendū arbitrio boni viri, pōt implorari officiū iudicis, vt declaretur sibi actionē competere. l. Thais. §. sororē. ff. de fideic. lib. l. Labeo. ff. de statu lib. Si verò incertitudo pēderet à facto aduersarij, tunc pōt agere producendo petitionē suā ēt incertam. l. 1. §. qd aūt. ff. quorum leg. l. si indebitū. ff. rem rat. ha. l. Iulianus. §. si qs colludente. ff. de act. emp. ¶ Modo in proposito non erat incertus actor, an sibi cōpeteret actio ex incertitudine cāta à facto aduersarij, qa facultas agēdi, q̄ cōpetere posset actori in proposito nostro cābatur à facto ipsius agentis, & à contractu p ipsum celebrato, ita qd non poterat ptendere probabiliter ignorantiam. l. quanq̄. ff. ad Vellei. c. ab excōicato. de rescr. nec ēt erat incertus actor incertitudine tali, cuius declaratio commissa esset arbitrio boni viri. vnde sumus in primo casu posito per Bar. in d. §. eleganter. in quo ipse vult quod ista sint paria, peto pnunciari mihi actionem cōpetere cōtra te, & dicere, peto te condēnari mih, & vtroq; casu oportet hoc fieri iure actionis cōpetentis. ¶ Sed ita est quod qs non pōt petere ante diē condēnari reū ad soluendū saltem, si opponatur exceptio impeditiua iudicij, qa non debet ante diē vexari & inquietari, vt d. §. tpales, cū alijs sup. allegatis. ergo nec ante diem debet qs posse petere declarari sibi actionē cōpetere: qa hęc sunt paria, vt dictū est, & pro certo eadem est ratio in vno casu q̄ est in altero: ergo idem ius esse debet. l. illud. ad l. Aquil. c. 2. de transf. prælat. ¶ Vnde videmus, quod quando qs conuenitur ante diem, & iudici constet quod obligatio est, in diē, debet condēnare reū ad soluendū ad diem, si non est opposita exceptio ab initio ad impediendū admitti petitionē actoris: Secus si sit talis exceptio opposita, vt declarat Inn in d. c. pastoralis. & Bar. in d. §. q cùm ita. sic ergo est in potestate rei puidere, ne ante diem vexetur. & sic patet qd non est in potestate actoris, posse reum inqetare ante diē. ¶ Propterea dico in casu proposito, actorē pati pœnā
c *c* duplicatarum induciarū, iuxta d. §. tpales. cū seq. plus voluit Ang. & Sal. in d. l. exceptionē. & in l. qd si in diē. in prin. ff. de pet. hær. & in l. 1. C. de condi. ex. l. & Fulg. & Lud. Ro. in d. l. lecta. quod ēt si non sit opposita exceptio per eū ad impediendum iudicium, tamen sit repellendus actor à iudicio per iudicē, & absoluendus reus ab obseruatione iudicij, quando iudici ex actis cōstat obligationē fuisse à prin. in diē, maximè per d. §. tpalis. ver. alioqn. & per alia allegata per eos, sup quib, non est opus insistere, cū fuerit oppositū petitionem, non debere admitti. ¶ Et licet dictus dominus Fran. in libello narret, quod dicti rei vociferando dixerant, se non teneri soluere in terminis pdictis, tamē hæc nō est de iure cā, pprer quam pmittatur actori agere ante diem reo opponente, licet quādo qs diffamat aliū sibi esse obligatū, possit esse iusta cā ad faciendū sibi statui terminum ad agendū, iuxta l. diffamari. cū ibi no. C. de ingenu. & manum. & in l. Titia. ff. de accu. & in l. si ea. C. qui accu. & no. in l. 1. C. vt nemo inuitus. & per Inn. in c. conquerēte, de of. ord. qa aliter non pōt esse bene consultū diffamato. Sed casus noster est diuersus, qa eueniente termino est consultum actori: qa pōt tūc executionē suā petere, quā sibi expeditā tribuit statutū in casibus ibi puisis. ¶ Præterea talem vociferationē pcessisse non pbauit actor in hoc iudicio. ¶ Alio principali fundamento ēt constat agentem obtinere non posse: qa statutū sub rubr. de instrum. execu. mandan. tribuit executionem instrumentis publicis. & verbo fertur quod alio statuto cauetur quod ad essentiam publici instrumenti reqritur, qd sit subscriptū à secundo notario, & est oppositum & deductum quod dictū assertum instrumentū non fuit scriptum ab eo q esset notarius, & qd licet diceretur subscriptū à Matthæo de Platono,

tono, tamen qđ d. Matthæus non erat tũc notarius, nec est
ꝓbatum saltē legitimè, qđ ante dictam stipulationē dictus
Matthæus fuit creatus notarius ab habente ptãtem crean-
4 di tabelliones. ¶ † Nam non seqtur, do. Fran. dixit, se creare
eum notarium, ergo potuit eum creare notariũ: qa hoc spe
ctat ad imperatorē & Papam, & ad habentes ptãtem ab eis,
& magistratus in locis & terris suæ iurisdictionis, & ad illos
qui hoc habent ex consuetudine, non ad alios, vt no. Inn. in
c. cum P. tabellio. de fide instru. & Spec. & Io. And. in tit. de
instru. edit §. restat. versic. sed qs potest. & Gui. de Cu. Bart.
& alij. in l. nec ei. §. eorũ. de adop. & per Bal. in rub. C. de fide
instr. in 2. col. ¶ Et per testes examinatos in cã nõ ꝓbatur ꝙ
dictus dom. Francis. habuerit ptãtem creandi tabelliones.
¶ Et posito qđ in dicto asserto instrumēto interuenerit iu-
ramentum dictorum reorum, tamen non per hoc habet il-
la scriptura vim publici instrumenti: nam statutũ tribuit di
ctam executionē non contractui, sed instrumento pub. vt
patet ex verbis statuti: vnde non est curandum, an contra-
ctus fuerit iuratus, vel non. plus voluit Bar. in l. si qs pro eo.
5 ff. de fideius. in 7. memb. † ꝙ quãdo ad actũ reqritur certa so
lennitas ꝓbatoria, non validetur ille actus iuramento, si nõ
interueniat illa solennitas ꝓbatoria: qa talis solennitas est
iure publico introducta, vnde non pōt pactis vel iuramen-
tis priuatorũ tolli. l. ius publicum. ff. de pac. l. nemo pōt. ff.
de leg. 1. c. si diligenti. de for. comp. ¶ Non insisto circa exce
ptionē simulationis, qa non est necessaria stantibus p̄dictis
nec etiam angustia tēporis, qa in p̄sentiarum pressus sum,
nec celeritas discessus nuncij dictorum reorum vlteriorem
moram patiuntur. Alex. Paduæ iura ciuilia legens.

ADDITIO.

a ¶ Fonte. Ro. consil. 42. Visis Alex. inf. eo. cons. 119. num. 2.
b ¶ Deduci. Contrarium quotidie practicatur in p̄torio Pa-
risiensi. Sed ille stylus debet restringi vt ꝓcedat quãdo reus
fatetur vsq; ad illum finem interrogetur, sed si negat maxi-
mè in debito conditionali, nõ debet ante tempus, nisi qua
tenus opus esset ꝓbationem perituram conseruare: dixi in
consue. Paris. §. 78.
c ¶ Pœnam. non est verum ex quo petitionē confert in tem-
pus, & sic non plus petit.

## CONSILIVM XCVI.

Duplum. supra consil. 23.

*SVMMARIVM.*

1 *Statuta punientia nubentes aliter quàm statutum sit, quod va-
leant, & contrà quòd non valeant. nu. 2.*
3 *Lex prohibens contrahi matrimoniũ cũ raptore, ꝙ non valeat.*
4 *Filia nubens inuitis parentibus non potest exhæredari, nisi nu-
bat indigno. num. 5.*
6 *Consuetudo quia mista, fortior est statuto laicorum.*

## CONSILIVM XCVII.

PRincipalis dubitatio mihi consistere videtur
circa validitatem dicti statuti disponentis, qđ
nemo contrahat matrimonium cum muliere
virgine minore 20. an. absq; consensu patris
aui, vel ꝓaui: & illis deficientibus, fratris, aliàs
qui confecerit eam habeat indotatã, nec pater, nec aliqui
eius consanguinei compellentur illam dotare, sed talis con
trafaciens eam accipiens teneatur condecenter eam dota-
re secundum sui patrimonij facultatem, & ipsius mulieris
conditionem. ¶ Et prima consideratione videretur dicen-
dum statutum valere, qa videmus qđ licet statutum laico-
rum ex toto non possit legem diuinã corrigere. c. cùm infe
rior. de ma. & obe. l. nam & magistratus. ff. de arb. tamen po
test illam distinguere, & in certis casib. immutare: patet in
c. à nobis. de decimis. & ibi no. & in l. fi. C. de fideic. & in l. si
vnus. C. de testa. iũcto c. in omni. de testi. & c. nouit. de iud.
& plenè no. in l. 1. ff. de const. prin. & in l. fi. C. si cōtra ius vel
1 vti. pub. & in c. q̃ in ecclesiarum. de const. cum si. ¶ † Secun-
dò, qa statutum non infringit matrimonium, qđ est qd spi
rituale, sed imponit pœnã contrahenti non seruata forma
p̄dicta: vnde cũ exactio illius pœnæ sit separata à matrimo-
nio, separatorũ separata debet esse rō, c. edoceri. de rescri.
c. cũ apostolica. de his q̃ fiunt à p̄la. l. miles. §. defuncto. ff. de
adul. ¶ Tertiò, qa statuētes vidētur moti sancta & honesta
rōne, s. ne virgines 20. an. ꝓpter imbecillitatē ætatis & fra-
gilitatē sexus agerēt con. ꝓpria cōmoda, ar. l. si pater. C. de
spons. & l. 2. C. ad Vellei. l. fi. §. filij aũt. C. de bo. q̃ lib. nec est
virginalis pudoris eligere sibi maritum, 32. q. 2. honorãtur.
debet ergo valere statutũ, qa est fundatũ ĩ honesta & ꝓbabi
li rōne, ar. c. erit. 4. di. nam in matrimonijs contrahēdis nõ
solũ qđ liceat, sed qđ honestũ sit considerandũ est. l. semp in
coniunctionib. in prin. ff. de rit. nu. ¶ Quartò ꝓ hoc facit id
qđ no. Inn. in c. 1. de spon. vbi voluit ꝙ quo ad substantialia
matrimonij cōsuetudo nõ possit inducere seu statuere, sed
quo ad accidentalia, vt quo ad dotē possit: ar. c. Ray. de test.
¶ Quintò videmus ꝙ de iure ciuili matrimonia debeãt esse
libera. l. Titia. in prin. ff. de verb. ob. l. 2. C. de inut. stip. & ta-
men reqritur consensus pat. vt no. 27. q. 2. sufficiat. ¶ Sextò
ꝓbatur p id qđ habetur in c. 1. & in c. sup eo. de co. spi. & 30.
q. 5. c. aliter. vbi ꝓbatur valere consuetudinē disponentē cir
ca matrimooij validitatē. ¶ Septimò p id qđ habetur in l. cũ
ita legatũ. & l. hoc mō. ff. de cond. & dem. vbi licet mulier ex
dispōne testatoris ꝓhibeatur cũ certis psonis contrahere,
non tamē videtur illa dispositio viduitatē inducere aut au-
ferre libertatē contrahēdi matrimoniũ. Sed in ꝓposito per
statutũ nõ impediuntur mulieres cũmodè posse cōtrahere
matrimoniũ, imò statutũ emanauit, vt cùm grauiore consi
lio cōtrahatur. ¶ Octauò per l. adijcimus. C. de muri. lib. 11.
vbi mulier ex patre monetario nata ꝓhibetur extraneo nu
bere. & ideo Bar. ibi ex hoc infert ꝙ si statuto cauetur, ꝙ in-
a ter hoĩes diuersarũ sectarũ *a* nõ cōtrahatur matrimoniũ, q̃
uis nõ valeat statutũ quo ad hoc vt faciat matrimoniũ irri-
tũ si cōtrahatur, attēto qđ est res spiritualis, sup qua laici nõ
possunt statuere, cũ nõ sit de iurisdict. sua, sed ecclesię, tamē
valebit quantũ ad hoc, vt cōtrafaciētes puniãtur si poterãt
honestè nubere seruata forma statuti, vt qa in qualibet se-
cta sunt tot quot cōmodè cōtrahi possunt, p id qđ habetur
in d. l. cũ ita legat. cũ l. se. ¶ Nonò p id qđ voluit gl. no. in c. cũ
secun. in ver. certoq; casu. de hęr. li. 6. q̃ voluit qđ si lex ciui-
lis contrahēti mulieri matrimoniũ certo mō imponat pœ-
nã priuatiōis lucri delati à iure ciuili eidē mulieri: erit talis
b lex seruãda quo ad d. pœnã *b* in terris nõ subiectis iurisdict.
tpali ecclesiæ. & illã gl. seqtur Ant. de Bu. ĩ d. c. 1. de spon. er-
go cũ tractemus de priuãdo mulierē dote sibi dãda, in qua
mulier dicitur p̄tendere ti. lucratiuũ. l. fi. §. si à socero. ff. q̃ in
frau. cre. seqtur qđ à statuto potuit tali lucro priuari, & tan
tò magis in casu nostro, in quo statutũ nõ videtur exclude-
re mulierē à dote in effectu, qa voluit ꝙ accipiēs eã in vxorē
teneatur eam dotare. ¶ Hanc opi. videtur amplecti Bal. in l.
c oēm. C. ad Ter. vbi dicit valere *c* statutũ puniēs contrahentē
matrim. cum filiafa. sine consensu patris: qa contrahere ma
trimoniũ cum filiafa. sine consensu patris est contra bonos
mores oĩum maxĩè prudentiũ, & inducit odiũ capitale. l. 3.
§. si emãcipatus. ff. de bon. po. cōtrata. nõ valere debet statu
tũ p̄dictũ, nõ qa vetet substantiã matrimonij: qa hoc nõ pōt
facere nisi papa, sed qa punit malos mores, & in rep. facino
ra seminãtes. & cũ d. opi. Bald. cōcord. ēt Lud. Ro. in rub. ff.
sol. ma. & voluit idē Bal. in l. 1. §. ius natural. ff. de iust. & iure.
vbi putat ꝙ si pp publicã vtilitatē fiat statutũ, ꝙ nullus acci
piat gabellinã ĩ vxorē sub certa pœna, valeat statutũ ad pœ-
nã. ar. l. si tutor. C. de interd. matr. & l. hac edictali. C. de sec.
nup. ita ēt Bal. ĩ ru. ext. de cōst. in pe. col. & in c. clerici. de iu
dicijs. ¶ † Sed p̄missis nõ obstantib. contrariã sñiam in ꝓpo
sito casu de iure veriorē puto, maxĩè ex infrascriptis: qa ad
matrim. contrahendũ p d. mulierē clarum est, qđ nullo iu-
re cōi ciuili aut canonico reqrebatur consensus fratris, qn
imò de iure canonic. nõ reqritur consensus patr. c. cũ cám.
de rescr. & in d. §. sufficiat. & no. 32. q. 2. hoc sctm̃. & in d. l. cũ
q. aliàs incip. Paulus. ff. de stat. ho. Igitur si p statutũ mulier
arctatur ad cōtrah. cũ cōsensu frat. dicitur auferri libera fa
cultas matrim. contrahēdi, vt est bon. tex. in c. cũ tale. §. re-
script. aliàs incip. si arbitrio. ff. de cōd. & dem. ¶ Et q̃uis sta-
tutũ non inualidet matrim. tamē adijciendo ꝙ maritus co
gatur illã indotatã habere: & intelligamus ꝙ in casu nostro
mulier repellatur à legato dotis sibi relict. in testō patris, se

quitur

quitur ꝙ statutum imponit pœnam tam marito q̃ mulieri:
vnde sicut non valet statutum prohibens principale. i. ma-
* trimonium contrahi, vt * omnes tenent, eò quia matrimo-
nium pertinet ad ecclesiam. c. tuam. de ord. cog. c lator. qui
filij sint leg c. 2. de dona. inter vir. & vxo. iuncto c. ecclesia S.
Mariæ. de constit. & not. doc. in c. statutum. el 1. de hæret. &
Iac. But. in l. 1. de const. prin. & Bal. in l. nemini. C. de nup. &
in l. eum qui. aliàs incipit, Paulus. ff. de sta. ho. Et Angel. in
cons. 29. incip. Titius existens. & l. 1. §. ius naturale. ita nec
valebit statutum, quatenus imponit pœnam facientib. seu
contrahentib. principale matrimonium, ꝙ non potuisset
statutum ꝓhibere contrahi: ita ꝓbatur in l. Seius & Auge-
rius. ff. ad l. fal. per quã l. multa in simili dicit Bar. & istã do-
ctrinam colligit Bal. in l. 1. C. de indi. vidui. tol. vbi dicit ꝙ si
d non valet statutum ꝓhibitorium, nec etiã *d* pœnale per d. l.
Seius & Augerius, & q̃a secundũ eum nunq̃ pœna legis po
test incipere à permissis. l. ab administratione. C. de legi. &
not. Bald. in l. oẽs populi. in 8. col. ff. de iust. & iur. & Pet. de
Anch. in repet. c. canonum statuta. de consti. in ver. adde id
qđ no. Bal. &c. ¶ Corfirmatur, quia si directè ꝓhiberi non
potest matrimonium per statutum, vt nemo agat, nec etiã
debet posse indirectè ꝓhiberi vel retardari d. c. statutum. el
1. de hæret. l si sponsus. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in
c. cùm q̃d vna. de re. iu. lib. 6. Sed si diceremus valere statu-
tum dictam pœnam imponẽs, sequeretur ꝙ per indirectũ
ꝓhiberetur libertas matrimonij contrahendi. l. 1. §. qui ho-
minem. ff. quarum rer. ac. nõ datur. l. hæres meus. §. si ff. de
cond. & demon. nam impositio pœnæ facta per statutum ci
uitatis, inducit iustum metum, vt inq̃t Bar. in l. creditor. in
fi. prin. ff. de sol. & Host. & Io. An. in c. fi. de ap. & Ang. in l. li-
ber homo. in prin. ff. de hær. inst. & Bal. in l. falsus. in vlt. col.
C. de fur. & Bal. in d. l. oẽm. in fi. C. ad Ter. cùm igitur omni
iure cautum sit qđ matrimonia debeant esse libera. c. Gem
ma. de spon. & in d. l. Titia. de ver. obl. exceptis vinculis in-
ductis à iure canonico, cui in materia matrimonij est stan-
dum. c. fi. de sec. nup. & in l. liberorum. §. notantur. ff. de his
qui no. infam. Non potest dici valere statutum p̃dictum cõ
tra ius cõe conditum à laicis seu inferioribus à Papa, cùm
illud statutum prohibet matrimonium contrahi sine con
sensu patris. & per consequẽs libertas matrimonij restrin-
gatur & auferatur stante dicta impositione pœnæ per p̃di-
cta. ¶ Benefaciunt quæ not. per gl. & doc. in d. l. 1. C. eo. tit.
& ad idem qđ no. gl. & plenius per Host. & Io. An. in d. c. fi.
de secun. nup. & per gl. & doc. in l. 1. C. eo. tit. ¶ Et ad idem
3 quod no. gl. 32. q. 5. c. de pub. q̃ voluit † ꝙ sicut non valet ꝓ-
hibitio legis ꝓhibentis mulierem raptam contrahere ma-
trimonium cum raptore, iuxta ea q̃ habentur in c. pen. de
rap. & in l. 1. C. de raptu virgi. Ita ẽt non valebit dispositio
iuris ciuilis, imponens pœnam contrahẽti matrimonium
cum raptore auferendo ipsi mulieri lucrum ab ipsa mulie-
re delatum, iuxta ea quæ habentur in Auth. de rapto. mulie
rũ. in fi. & in d. c. cùm secundum. de hæret. in 6. & Abb. in c.
1. de spons. licet Io. An. in d. c. cùm secund. voluerit in certo
casu contrarium: sed illa gl. non contradicit casui nostro, vt
inf. dicam. ¶ Et istam opin. ꝙ non valeat statutum imponẽs
pœnam contrahenti matrimonium cum filiofam. sine con
sensu patris, tenuit Io. An. in c. statutum. in nouella. & cum
eo concordat ibi Dom. de S. Gemi. multò ergo magis in ca
su nostro, in quo statutum req̃rebat consensum fratris, qui
nullo iure ciuili aut canonico req̃rebatur. ¶ Hanc etiã opi.
seq̃tur Ant. de But. in d. c. 1. de sponsa. vbi quo ad ꝓpositum
concludit, qđ non valet statutum, imponens pœnam, per
quam annullatur contractus matrimonij, si talis pœna im-
ponitur damnum infligẽdo, bene fatetur ꝙ si statutum im
poneret pœnam auferendo lucrum ab ipsa datum, tunc be
ne valeret, ita loq̃tur gl. in d. c. cùm secundum. Sed in ꝓpo-
sito nostro statutũ imponens pœnam marito, vt dotare mu
lierem teneatur de suo proprio, & infert damnum. ¶ Item
quo ad mulierem, quãtum ad casum nostrum statutum au
fert dotem, quam ipsa mulier habebat à patre, ex disposi-
tione vltimæ volũtatis paternæ. & sic posito ꝙ vera esset o-
pinio gl. in d. c. cùm secund. quo ad auferendum lucrum ab
ipsa lege delatum, tamen illud non ob. nam lex facilius suũ
denegat auxilium spãle, q̃ auferat ꝓuisionem inductam ab
ipsa lege cõi, vt no. gl. in l. assiduis. C. qui po. in pi. ha. & in l.
1. C. si aduer. ven. & do. Abb. in d. c. 1. de spons. reprehendit
opi. Io. And. ¶ Concor. ẽt Fed. de Se. consil. 275. incip. Ca-
sus talis est, statuto cauetur ꝙ filij spurij. & Iaco. But. idem
tenet in statuto pœnali, in d. l. 1. ff. de const. prin. & etiã Pet.
de Anchar. in commento. c. canonum statuta. de constit. in
26. col. in ver. ex p̃dictis patet, qualiter se habẽt leges in ma
teria ista matrimoniorũ de statu mona. &c. vbi per oĩa tran
sit cum opi. Io. An. in d. c. statutum. & illam firmat, quia ꝓut
non valet pœna conuẽtionalis libertatem matrimonij con
trahendi, impediens tanq̃ sit contra bonos mores. d. l. Ti-
tia. & in d. c. quia mo. Ita nec pœna posita à statuto, quia si
non potest fieri pactum, nec per statutum, vt no. in ru. de de
cu. lib. 10. etsi statutum super principali, id est, matrimonio
non valet, nõ debet valere super accessorio d. l. Seius & Au-
gerius. ¶ Et huic opi. videtur ẽt adhærere Bal. in l. conditio
ni. C. de cond. insti. dum allegat not. in d. c. statutum. Illam
ẽt apertè ꝓbat Ang. in l. cõsulta. C. de test. faciens mentio-
nem de decisione Ioan. And. in d. c. statutum. & cum eo ibi
transit. Ita ẽt facit Io. de Platea, in d. l. adijcimus. vbi circa il
lam q̃stionem quã ibi tangit Bart. remittit se ad not. per Io.
And. in d. c. statutum. in qua ẽt ipse Io. An. residet. in addit.
Spe. in ru. in tit. de spon. ¶ Pro ista parte ẽt in terminis con-
suluit Pe. de Anch. in cons. 21. incip. ꝓ solutione dubiorum.
4 q quæ vertitur, &c. Nam in casu suo statutum dictabat † ꝙ
filia non posset nubere absq; consensu patris & matris, sub
pœna priuationis bonorum, & successionis contingentis
in bonis patris & matris: q̃rebatur an ꝓpter hoc filia potue
rit excludi ab hęreditate & bonis patris & matris, & an con
tra dictum patrem possit agi ꝓ dote constituenda. finaliter
concludit pro filia. & statutum non ob. q̃a secundum eum
tex. in d. c. honorãtur. 32. q. 2. & alij canones, q̃ exigunt con-
sensum parentum in nuptijs filiarum, sunt de honestate, nõ
de necessitate, vt in d. c. sufficiat. cum ibi notatis. & iura ci-
uilia req̃rentia consensum patris sunt correcta de iure cano
nico, per iura q̃ sup. allegaui. & si ita est secund. qđ iura ciui
lia sunt correcta, non videtur valere statutum qđ reducit
nos ad ius ciuile, & discedit à iure canonico, quo iure ma-
gis regulãtur matrimonia, & sunt de eius foro. d. c. tuam. &
d. c. fi. de sec. nup. cum conc. allegatis. ¶ Non ob. secundum
eum, ꝙ dictum statutum debet valere, quatenus pœnã im-
ponit ex cã, q̃ honestati congruit. d. c. honorãter. iuncto d.
c. erit autẽ lex, q̃a respondet, ꝙ postq̃ per iura canonica est
concessa libera facultas filię contrahendi matrimonium si
ne consensu paterno, non videtur posse per leges & statutũ
talis libertas & ptãs metu pœnę coarctari: vnde videmus ꝙ
pœnæ legales inductę cont. secundo nubẽtes intra annum,
sunt correctæ p id qđ habetur in c. fi. de sec. nup. cum si. &
non dẽt posse per indirectum ꝓuideri, circa id quod dire-
ctò principaliter non poterat. c. veniens. de iureiu. pro hoc
ẽt allegat id qđ habetur in d. c. Gem̃a. & d. l. Titio centum.
§. 1. ff. de cond. & dem. ¶ Vnde concludit, si tale statutum in
telligatur medulliter & ad corticem ꝓut iacet, nõ valet, vel
si dicimus valere, dicit ꝙ debebit referri ad intellectum iu
ris communis, s. quando filia contraxisset cum infami vel
turpi persona, seu cum indigno contra patris voluntatem,
ita qđ ꝓpter hoc patrem vel eius famam offenderet: vnde
tunc erat iusta causa exhæredationis. l. 1. §. emancipatus. de
bo. pos. contrata. secus si cum digno contraxit: q̃a licitè fa-
cit, ideo pœnam non meretur. l. Gracchus. C. de adul. ¶ Et
sic apparet quod Pe. de Anch. vult, qđ quo ad auferendum
lucrum & commodum delatum à iure communi, non va-
let dictum statutum, vel intelligatur quando cum indigno
contraxit. ¶ Facit qđ voluit gl. no. & ibi etiam Arch. 36. q. 1.
5 c. de raptorib. vbi notatur, † ꝙ si filia nupsit inuito patre, nõ
tenetur eã dotare nisi nupsit indigno: secus si digno, ar. l. 3.
§. emancipatus, vt etiã no. Bal. in l. 1. in 4. col. ff. so. mat. & Io.
And. & Ant. de Bu. in c. accedens. de ꝓcu. & per dom. Abb.
in c. cum cãm. de adul. & ita modificatur qđ not. in d. c. hoc
sanctum. & in l. obligamur. §. lege. cum simi. ff. de act. & ob.

¶ Vnde cũ p̃supponatur dictam mulierem esse nuptã vni,
nõ ignobili & non indigno opa matris interueniẽte, & tra-
ctetur de dote sibi à patre in testõ relicta, non video ꝙ dictũ
statutum habet dictæ mulieri, & eius marito obstare. Cessat
enim in casu nostro ẽt p̃sumpta mens statuẽtium, q̃ videtur
fuisse ꝓuidere, ꝙ non nubant puellæ cũ ignominia domus
& familiæ: & cessante rõne, debet cessare dispõ legis. l. adi-
gere. §. quis. de iure patro. c. cũ cessante. de appel. & ista sine
dubio, quo ad casum nostrũ est magis* cõis opi. vt patet ex
supradictis. iõ in iudicando nõ est ab ea discedendũ, vt tra-
dit gl. vulgaris. ¶ Et per p̃dicta satis patet responsio ad alle-
gata in contrariũ: tamẽ specialius respõdeo. ¶ Et primò dũ
dicebatur ꝙ statutũ põt distinguere ius diuinum: nã verũ
est, dũmodò statuentes disponãt circa rẽ ptinentem ad suũ
forum. c. fi. de reb. eccl. non alie. & in Auth. cassa. C. de sacro
san. eccl. sed dictũ statutũ non est hmõi: qa contra matrimo
nium & eius liberã contrahendi facultatẽ nõ habẽt directè
vel indirectè ptãtem dicti statuẽtes, vt sup. ꝓbaui ergo, &c.
¶ Similiter non ob. secund. ar. dũ dicebatur ꝙ saltẽ quate-
nus statutum imponit pœnã separatã à matrimonio, debet
valere: qa separatorũ separata dẽt esse pœna: qa respondeo,
qa sicut nõ valet ꝓhibitio sup principali, ita nec dispõ super
pœna imposita illis, q cõtra principale contraherent. l. Se-
ius & Augerius. & l. nõ dubiũ. C. de legi. & d. c. Gemã. cum
alijs sup. alle. ¶ Non ob. 2. ar. dum dicitur qđ statuẽtes fue-
runt moti facta ẽt iusta rõne, vt d. c. honorãtur. & d. l. semp.
qa responsum fuit suprà referendo consiliũ Pe. de Anc. p̃te
rea ar. posset ꝓcedere, vbi statutũ fuisset conditũ circa ea q̃
ptinent ad forũ & ptãtem statuentiũ: sed hoc non est hmõi,
vt est dictũ. Ad quartũ, dum dicebatur ꝙ statutũ circa acci-
dentalia matrimonij, vt quo ad dotẽ põt disponere p not. p
Inn. in c. 1. de spon. respõdeo, ꝙ quãdo statutũ disponeret ꝙ
vxore p̃decedẽte in matrimonio sine liberis, maritus lucre
tur certã quantitatem dotis, posset dici valere statutum: qa
p hoc statutũ nõ impeditur libera facultas matrimonij cõ-
trahendi, sicut bene impeditur quãdo mulier non põt sine
cõsensu fratris nubere. d. l. cũ tale. & patet, qa videmus qđ
pactũ lucrãde dotis int. vir. & vxo. valet. l. 2. ff. de pac. dot. l. 1.
in prin. ff. de do. p̃le. & cùm sit tale pactũ, dicitur auferre li-
berã facultatẽ contrahendi, sicut nõ valet ꝓmissio pœnæ. l.
Titia. cum si. & alij post eum in d. c. de spon. vbi vide Bu. vbi
faciunt differentiã inter statuta disponẽtia de dote lucran-
da, & statuta pœnalia, de qbus q̃ritur in casu nostro. ¶ Ad 5.
arg. dum dicebatur ꝙ matrimonia de iure ciuili debẽt esse
libera. & cùm reqrebatur cõsensus fratris, de quo q̃rimus:
p̃terea ius ciuile disponebat matrimonia debere esse libe-
ra, p̃terq̃ à qbusdam, inter q̃ erat consensus patris: & qa per
hoc plurimũ auferrebatur libertas matrimonij contrahen
di: ideo fuit de iure cõi correctum, cui stare debemus, sup.
6 responsum est. ¶ † Non ob. 6. arg. de eo qđ habetur in c. sup
eo. de cog. spi. qa respõdeo, ꝙ ibi loqtur in cõsuetudine ec-
clesiæ, nos autẽ loqmur in statuto cõdito à laico. ¶ Pro hoc
bene facit ẽt qđ no. Host. & Io. An. in c. fi. de sol. & An. de Bu.
in c. q̃ in ecclesiarũ. de consti. vbi voluit qđ consuetudines q̃
sunt fauorabiles ecclesijs, valeãt, cùm vim legis habeãt: se-
cus in statutis laicorum nõ impatoris, secund. Io. An. in d. c.
licet fauorabilib. p id qđ no. in d. c. q̃ in ecclesiarũ. & in d. c.
ecclesia S. Mariæ. de const. vel secun. do. Ant. & Io. de Ligna.
& Io. de Imol. in d. c. ecclesia S. Mariæ. & do. Abb. in d. c. 1. de
spon. quãdo consuetudo est mixta laicorum & clericorum,
põt inducere q̃ spectãt ecclesię. c. cũ venissent ad forũ de eo
q mit. in pos. cã rei ser. & eodẽ mõ respondeo ad id qđ habe
tur in c. aliter. 30. q. 5. vel aliter. vt p doc. in c. qa. in d. c. aliter
nõ agitur de consue. imponente pœnã, p q̃ libertas contra-
hendi matrimonium impediatur. ¶ Non ob. qđ habetur in
l. cùm ita. & l. hoc mõ. ff. de con. & dem. qa ibi nõ dicebatur
impediri libertas matrimonij contrahẽdi: licet detur occa
sio, vt cũ aliqbus nõ contrahatur matrimoniũ, dumodo cũ
alijs contrahi possit: secus quãdo mulier arctatur ad contra
hendũ matrimonium sine cõsensu alterius, vt ꝓbatur in d.
l. cũ tale. §. exceptis. & eodẽ mõ respond. ad l. adijcimus. &
qđ ibi no. Bar. ¶ Pręterea illa est dispõ iuris ciuilis, cui in ma
trimonio non est standũ, sicut videmus in seruis, inter quos
non est matrimoniũ inspecto iure ciuili. l. cũ ancillis. C. de
incest. nu. secus inspecto iure canonico. c. 1. & ferè p totũ. de
coniug. seruor. hoc ẽt plenè ꝓbat Io. An. in c. fi. de secu. nu.
& plenè per Pe. de An. in c. canonum. in 24. col. & no. Bal. in
l. q cont. ad fi. de ince. nu & secund. primã rõnem quã dedi.
ad d. l. adijcimus. cùm ibi no. p Bar. & d. l. cùm ita legatum.
ẽt respondi ad no. p Bal. in d. l. 1. §. ius naturale. & in d. rubr.
de const. ¶ Pręterea ibi loqtur, quãdo apparebat ꝙ statutũ
emanauerat non in odiũ contractus, sed pp publicũ fauo-
rem: & sic prĩcipaliter ad fauorẽ alterius. bene facit qđ not.
Ant. de Bu. in d. c. 1. de spon. cum exce. & ad d. l. hac edictali.
¶ Non ob. id qđ not. p gl. in d. c. cùm secun. qa respondetur
qđ gl. contraria in d. c. puellis. videtur esse verior: vt dixi su.
¶ Secundò respondeo ꝙ nos non tractamus de statuto au-
ferente lucrũ delatum ab ipso statuente, vt loqtur gl. in d. c.
cùm secund. Sed loqmur in pœna infligente dãnum rerum
suarum marito. & ẽt quo ad mulierẽ tractamus, non de lu-
cro delato à statuto, sed delegato relicto à patre in testõ: i-
deo aliud esse debet in casu isto, p no. per gl. in d. l. assiduis.
¶ Non ob. id qđ no. Bal. in d. l. omnem. qa ipse loqtur in sta-
tuto disponẽte, ꝙ contrahẽs matrimoniũ cum filiofa. sine
consensu patris, incidat in pœnã. & fundat se qđ contrahe-
re matrimoniũ sine consensu patris, est contra bonos mo-
res, & inducit odiũ capitale secundũ eum. q̃ ratio nõ ita mi-
litat in nubente sine consensu fratris: qa nullo iure cautum
est de consensu fratris reqrendo: sed de consensu patris sic.
* Præterea opi. Bal. est magis* cõiter reprobata in casu illo &
* cõior* ac verior est opi. Io. An. saltẽ in casu nostro: vt supius
demonstrasse puto, & ita æquius & verius esse arbitror.

ADDITIO.

a ¶ Sectarum. idem tenet Ale. in statuto prohibente nubere
extra territorium. inf. consil. 151. num. 3. lib. 2.

b ¶ Pœnam. sequitur Ale. cons. 68. ad fin. lib. 4.

c ¶ Valere. dic quod omnia huiusmodi statuta ex iusta cã fa-
cta sint valida. adde Bal. tract. stat. ver. consensus. nu. 1. Bald.
Ias. l. 1. in fin. ff. de iustitia & iur. Io. Lup. repe. c. per vestras. §.
sed si filia. de don. inter vir. & vxorem.

d ¶ Nec etiã. idẽ Alex. in d. l. Seius & Augerius. col. 1. in rubr.
ff. sol. ma. in fi. sup. cons. 59. nu. 5. Ant. Bu. cons. 35. Anc. cons.
21. Curt. sen. consil. 27. col. 1. 2. consil. 28. col. 1. Dec. cons. 231.
in l. nuptias. de reg. iur. Ant. Cor. sing. ver. statutum. Hypp.
Mars. no. 189. sum. Syluester. vers. matrimonium. 2. q. 2. sed
errant, vt dixi super consuet. Paris. tit. 10. in rub.

EPITOME.

VErba notarij in instrumẽto de eo quod tempore instru
menti interuenire potuit, ꝓbant inter contrahentes.

## CONSILIVM XCVIII.

BReuiter puto dictos petentes in communio-
nem deduci dicta bona empta per patruum
nomine suo ꝓprio & suorum hæredum non
esse audiẽdos. ¶ Primò ratione expressæ con-
uentionis, de qua in instrumẽto p̃dicto. qa nõ
ob. allegatus defectus sigillorum, qa respondeo. † ꝙ per ver
ba notarij contenta in instrumento, p q̃ asserit, ꝙ ea oĩa, de
qbus in instrumẽto sunt sigillata sigillis dictorum contra-
hentium ad maiorẽ firmitatẽ, & robur roborata ꝓbãt sigil
lum vtriusq; partis interuenisse. & quando notarius asserit
aliqd qđ potest p̃sentialiter tunc instrumento interuenire
talis assertio ꝓbat quo ad contrahentes, ꝙ illud interuene-
rit, nisi contrarium appareat, vt no. gl. in l. 1. C. de fid. instru.
& iure hastæ fis. lib. 10. & ibi doc. no. Io. An. & Imo. in c. cũ in
iure. de off. deleg. & Iac. Bu. in l. optimã. C. de contrahen. &
com. stip. & Bar. & alij in l. sciendũ. ff. de ver. obl. & in Auth.
si qs in aliquo. C. de edẽ. cũ si. ¶ Vnde cũ ꝓbetur p verba di
1 cti instrumẽti ꝙ interuenerũt: † q̃uis nunc non extẽt seu nõ
appareãt, tamẽ cũ instrumentũ habeat ea q̃ erãt de substan
tia instrumẽti publici stabitur instrumẽto, vt no. in c. inter
dilectos, de fide instru. in gl. in verb pro ea, & alij post eum
ibi sequuntur, nisi fuisset actum inter partes, ꝙ absq; sigillis
non valeret instrument. secund. Host. Io. And. Ant. de But.
ibi. arg. l. contractus. C. de fide instru. & c. 2. de pac. & c. 1. de
trans-

transact. quod non fuit in casu proprio quantum est instru-
mento colligi potest. Ad hoc etiam facit quod no. Bald. in l.
falsus. C. de fur. in vlt. col. in verb. dubitari potest, &c. & per
hæc apparet dici non posse, ꝙ contractus nõ fuerit habitus
pro absoluto & perfecto à partibus. iuxta l. si is qui. cum ibi
not. ff. de testa. & d. l. contractus. quia, vt dixi, verba dicti in-
strumenti ꝓbant sigilla interuenisse, & qui vult dicere con-
trarium, ꝙ tunc non interuenerit, habet necesse illud pro-
bare. l. generaliter. C. de non nu. pec. l. precibus. C. de prob.
3 l. 2. ff. de prob. ¶ † Secunda ratione non debent audiri peten
tes bona conferri, cum præsupponatur ꝙ non erant socij
bonorũ dicti fratres tempore quo bona, de quibus est quę-
stio, fuerunt acquisita, quia quædam habebant diuisa, quæ-
dam non, sequitur ꝙ bona empta debent omnino remane-
re apud hæredes eius qui suo nomine emerat, vt l. si vnus ex
sociis. §. si vnus. ff. pro socio. & notat Bar. & DD. in l. Titium
& Meuium. §. altero. in fi. ff. de admi. tut. & in l. si patruus. C.
commu. vtriusque iudi. vbi Bart. clarè circa vlti. col. & Bart.
in l. 1. C. si quis alteri vel sibi. cum concordantiis. Ex quibus
concludo, vt suprà.

*S V M M A R I V M.*

1 *Testis si ex eius dicto apparet de causa inimicitiæ, repellitur.*
2 *Causam subesse sufficit, licet absit odium.*
3 *Reconciliato de recenti non creditur.*
4 *Amico inimici nec etiam sorori offensi creditur. num. 5.*

## C O N S I L I V M XCIX.

IN causa inquisitionis formatæ contra Iaco. &
Alex. de Lauerno, & Io. Benedictum, & Domi-
nicũ Paruum de Lauerno eorũ nepotes. ¶ Visa
inquisitionis copia & ꝓbationis testium rece-
ptorum in causa & aliis scripturis mihi exhibi
tis principaliter, puto discutiẽdum, an probata sit legitimè
intentio curiæ inquirentis, quæ inducit prędictos testes, vi-
delicet Barth. ab Ecclesia, & Catharinam & Cæciliam soro-
res Dominici quondã Georgij de Lauerno, & Christopho-
rum quõdam Bart. & Bunaiunctam & Borgofor. ¶ Et mihi
videtur quod non sit legitimè probata intentio curiæ. ¶ Ca
pio primum testem Bart. & iste non probat: quia iste est ini-
1 micus Iacobi de Lauerno contra quẽ deponit, † nam in suo
testificatu primo dicit, quod Iac de Lauerno ex ꝓposito la-
pidem quem habebat in manib. proiecit in ipsum testem, &
eum percussit in facie à latere dextro cum sanguinis effusio
ne, q̃ iniuria illata ipsi testi dicitur esse atrox. §. atrox. Inst. de
iniu. l. p̃tor. §. fi. ff. eo. & atrox iniuria dicitur parare inimici-
tiã grauissimam, vt inqt Bart. in l. 3. §. fi. ff. de adim. leg. & ad
hoc æquiparatur atrocẽ iniuriã & litẽ ciuilẽ oĩum bonorũ,
qa quælibet p̃dictorum parit iniuriam grauissimã. alleg. id
qđ habetur, Inst. de iniur. §. atrox. & in l. pp litem. ff. de excu.
tut. ¶ Constat aũt ꝙ testis inimicus repellitur saltẽ quando
inimicitia est capitalis, vel qõ capitalis, quãdo est causata li-
te vertẽte super oĩbus bonis, vel maiori parte bonorum, vt
no. per gl. & DD. in Auth. si dicatur. C. de testi. & in corpore
vnde sumitur. & no. Host. & Io. Ant. in c. cũ oporteat. de ac-
cu. post gl. ibi, in verb. inimicis. ergo idẽ quando inimicitia
cãta est ab atroci iniuria q̃ illi ęquiparatur. vt proximè dixi.
2 ¶ † Ad hoc, vt qs censeatur esse inimicus, sufficit cã *a* inimici
a tiæ, licet sit sine mẽtis odio, vt no. vult Inn. in c. cum te. ad fi.
de re iud. arg. 3. q. 5. c. 2. & in c. seq. & sequitur Bal. in l. pręscri
ptione. in 15. col. C. si contra ius vel vti. publ. & Salic. in l. 1. in
princi. ff. de testib. & in d. Auth. si dicatur. ¶ Facit quod not.
Inn. in c. cum P. de accu. ad. fin vbi dixit ꝙ satis est, ꝙ quis sit
suspectus de odio, vt repellatur à testimonio in cã crimina-
li. bene facit tex. in c. inquisiti eod. tit. ¶ Et ideò licet in scđa
examinatione testis p̃dictus dicat ꝙ non habet odio dictos
inqsitos, tamẽ non sufficit postq̃ subest cã inimicitiæ, vt di-
xi. ¶ Et q̃uis tpe quo iste testis secundo loco fuit examina-
tus remisisset & odium & inimicitiam, qa in secundo testifi
catu dicit, ꝙ non habuit inimicitiã cum eis, nec per hoc cre
3 ditur idoneus, † qa inimicus cum quo de recenti *b* facta est
b pax, non censetur idoneus testis, vt est tex. no. 3. q. 2. accusa-
tores. el 1. & no. Inn. in præalleg. c. cum oporteat. ¶ Ergo cũ
non apparet ꝙ ante tp̃s scđæ testificationis remisisset iniu-
riã aut pacẽ fecerit, licet ipso scđo testificatu appareret tm̃,
ꝙ non hẽat odiũ contra eos, p hoc nõ redditur testis habilis
ad testificandũ contra p̃dictos inqsitos. ¶ Et posito ꝙ cã ini
micitiæ ꝓcessisset à dicto Iac. tamen hoc non facit ꝙ inimi-
cus eius sit idoneus testis, vt no. Bal. in l. athletæ. §. dãt remis
sion. ff. de excu. tu. & per id qđ no. ibi gl. in verb. in cã quam
legem dicit ibi Bal. rarò aliter reperiri. & no. An. de Bu. in c.
veniens. el 2. de spons. nisi quando iudici posset constare ꝙ
in fraudẽ fuisset cãta inimicitia ne ille posset testificari con-
tra eum. l. 1. §. cum qs. & ibi Bar. ff. de qõ. & Io. And. in c. fi. de
test. Bart. in l. sed & si quis. §. illud. ff. si qs cau. in l. 2. §. sed si a-
gant. ff. de iud. ¶ Et sic d. Barth. tanq̃ inimicus Iaco. non est
idoneus testis. ¶ Ita nec ẽt Alex. frater dicti Iaco. patet, quia
4 videmus ꝙ † nõ solùm inimicus repellitur à testimonio, sed
amicus inimici. c. repellitur. & c. cum appareat. & in c. cum
P. de accu. l. sciendum. & ibi Bar. ff. de leg. no. Pe. Cy. & Bald.
in l. si qs testib. C. de testi. no. in l liberi. C. de inoff. test. cum
si. & eodẽ mõ inimicus fratris mei dẽt reddi suspectus con-
tra me. ¶ Præterea iste testis videtur deponere qđ Alex. de-
dit Auxilium Iaco. tenendo eum in terra per capillos, & qđ
Iac. vulnerabat eum, tamẽ si non ꝓbatur de facto principali
c ipsius Iaco. per dictum testem, nec ẽt *c* dici põt esse probatũ
* de dicto auxilio contra Alex. vt no. per Bar. in l. si is qui rem.
§. si tu Titium. in fi. ff. de fur. cuius dictum* cõiter sequuntur
DD. ¶ Secundus testis est dicta domina Catharina: ista etiã
non probat, tum quia vnus testis non plenè probat. ca. cum
à nobis. de testi. l. 2. ff. eo. ti. & tantò magis quãdo est mulier
quæ secundum quod dicebat Io. de Are. ẽt de iure ciuili nõ
potest esse testis in criminali causa, vt refert Io. And. in addi.
Spe. in tit. de teste. ver. Itẽ ꝙ est mulier. per rõnes ibi relatas
per eum: verum quia aliqui in hoc contradicunt opi. Iac. de
Are. de iure ciuili. ideo non facio in opi. sua magnum funda
mentũ. Præterea debilitatur dictum eius, eò qa inter eam &
dictos inquisitos interuenerunt causæ odij & inimicitiæ. sal
tem pręsumptiuè: patet quia ipse deponit qđ dicti inquisiti
minati fuerunt contra eam, licet non fuerit percussa, & qđ
dicti inquisiti protulerunt verba iniuriosa dicendo, putana
vacha va al bordello. & iniuriam intulerunt fratri ipsius te-
stis ingrediẽdo domum eius armati, vt offenderent Ioã. qui
5 secum erat in mensa, iux. l. lex Cor. in prin. ff. de iniu. † & in-
iuria illata fratri intelligitur etiã illata sorori quò ad repel
lendum eam à testimonio ferendo. l. lex Cor. in prin. & ibi
Bar. l. 1. 2. & 3. ff. de lib. cau. & l. cum scimus. C. de agr. & cens.
lib. 11. l. 1. aliàs. 2. & ibi Bal. C. si qua præditus po. l. 1. cum glo.
ibi Bal. C. de rap. vir. & sufficit quod præcessit vera vel præ-
sumptiua causa odij, licet sit sine mentis odio, vt suprà dixi
circa præcedentẽ testem. posito ẽt ꝙ non essent istæ cãæ ta-
les quæ inducerent inimicitiam capitalem vel grauissimã,
& sic ex toto non repellerent testem, tamen minuunt fidem
testis arbitrio iudicantis, vt not. gl. & DD. in d. c. cum opor-
teat. & gl. in l. 2. in prin. ff. de test. expressius gl. 3. q. 5. in c. ac-
cusatores. aliàs est in c. accusatorib. in gl. q̃ inci. arg. ¶ Non
probat etiam iste testis, quia dicit ꝙ Iac. percussit Ioannem
in capite duabus percussionib. ex quibus resultarunt vul-
nera, sed primus & tertius testis contradicunt, quia dicunt
ꝙ percussit Iacob. Ioannem tribus percussionibus, ex qui-
bus resultarunt quatuor vulnera, & hoc pęr not. in c. in no-
stra. de testib. ¶ Non probat etiam Cecilia secunda testis ra
tione causarum inimicitię, quas dixi circa pręcedentem te-
stẽ, præterq̃ ꝙ ista non dicit ꝙ inquisiti minati fuerunt con-
tra eam. propterea ꝓut mihi in facto pręsupponitur, ista est
ætatis 17. ann. ergo non potest esse testis in causa criminali.
in l. testimonium. ff. de testib. & saltem concurrentibus aliis
suprà proximè dictis causis quibus laborat iste testis, vide-
tur ꝙ quamuis ista Cecilia fuerit recepta in testem ex offi-
cio iudicis & ad motum iudicis, & non ad petitionem alicu
ius accusatoris, vel inuestigatoris aut querelantis non sit in
teger testis prædicta. ¶ Præterea non habet contestem ali-
quem idoneum & legitimum, vt patet ex suprà dictis & in-
frà dicendis, alij duo testes non probant, qa sunt singulares,
& non interfuerunt percussionib. seu quãdo fuit ꝑpetratũ
assertum delictũ. l. testium. C. de testib. c. licet cãm. de prob.

sunt etiam aliquę varietates inter prędictos primos tres testes, & etiam inter primam & secundã eorum examinationem. & allegatur etiam defectus probationis temporis ratione mensis, de quibus tactum est per clarissimum dominum aduocatum inquisitorum, & non puto aliter super illis insistendum. Ex quibus omnibus concludo nos esse in terminis. l. absentem. ff. de pœn. dum Iurisconsultus ibi dicit, sanctius enim est relinqui impunitum facinus nocẽtis, quàm innocentem damnare, & per consequens concludo dictos inquisitos esse absoluendos.

ADDITIO.

a ¶Causa. Hypol. Mars. sin. 178. l. 1. §. præterea. nu. 3. de quæst. Ias. l. sororem. C. de his quib. vt indig. consi. 167. col. 5. lib. 4. Alex. in lib. 4. cons. 127. nu. 19. Iudex tamen debet arbitrari. & dictum Inn. in d. c. cum Io. & Ad. vt loquitur etiam in teste ignorante non est simpliciter verum.

b ¶Recenti. Alcia. tract. præsump. reg. 2. præsum. 11.

c ¶Nec etiam. infrà lib. 4. consi. 127. nu. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Mulier cui legantur alimenta in domo hæredum tenetur ibi morari & ad operas obsequiales.*

2 *Fundans se ex tempore debet illud determinatè probare.*

3 *Qualitas requisita ad actum debet specificè probari.*

4 *Tempus ante dictum à teste censetur repetitum.*

5 *Testes singulares in vniuersali quando non sufficiunt.*

6 *Taxa si fiat alimentorum relictorum de hæreditate, non considerantur bona emphyteutica, nec proprietas, sed prouentus bonorum hæreditariorum. num. 7.*

CONSILIVM C.

Super primo casu causæ vertentis inter dominam Iacobam vxorem Vgolini de Gandolfis agentem & dominã Matthęam vxorem quondam præstantissimi Doct. d. Matthæi de Vrbino se defendentem plura dici possent, sed attingam ea tm̃ quæ magis substantialia esse putabo. ¶Et in primis præsuppono ꝙ intentio dicti magistri Antonij testatoris fuit, quod dicta domina Barth. nurus sua posset commodè habitare cum hæredibus ipsius testatoris, & debere simul cum eis viuere & alimẽta percipere: secus si hoc commodè facere non posset, quia tunc voluit, ꝙ posset habitare in domo dicti testatoris in camera in qua stabat tpe quo maritus suus viuebat, & ibi deberet habere victum & vestitum secundum possibilitatem suæ hæreditatis. ita colligitur ex verbis illius testamenti, dum in eo dicit, ꝙ reliqt dictis duabus vxorib. dictorum suorum filiorum victum & vestitum, & habitationem in domo ipsius testatoris, secundum possibilitatem suæ hęreditatis, & ita ꝙ si ambæ, aut ipsarum altera non posset habitare & commodè morari cum hęredibus suis vniuersalibus, ꝙ vnaqueq; ipsarum possit & valeat habitare in dicta domo dicti testatoris, sc. qlibet in camera sua in qua habitabat & stabat tempore quo mariti viuebant, & ibi habere debeant victum & vestitum secundum possibilitatem suæ hæreditatis.
1 ¶† Nam eò ipso quod testator vult alimenta præstari in domo habitationis hæredum apparet, ꝙ hoc adiecit fauore hæredum, nam tunc hæredibus minus grauis est alimentatio. l. Caio. §. fi. cum ibi not. per Bart. in fi. ff. de alimen. & cib. leg. & not. in l. illis. ff. de condi. & de.
a & in l. 1. C. de leg. & in consil. *a* inci. Quidam sibi filios hæredes, & isto casu debet præstare seruitia in domo legatarius secundum qualitatẽ suæ personæ, vt inquit Bar. in d. l. Caio. §. Imperator. & Bal. Ang. & Sal. in d. l. 1. C. de lega. nam vt inquit Bal. & prædicti alij in d. l. 1. debet præstare operas obsequiales in domo, & non ibi stare tanq̃ corpus mortuum. d. l. illis liberis. ibi in verbo obsequio, &c. ibi etiã videtur Paul. de Cast. & in d. l. diuortio. in prin. ff. sol. ma. ¶Et sic tale legatum habet annexam conditionem morandi cum hæredib. & si legatarius conditionem non impleuit adeò ꝙ per eum stetit, legatario tenetur. d. l. illis liberis. ¶Constat autem ex tempore quo legata per dominã Iacobam, vt hæredem dominæ Barth. petuntur ipsa non vixit nec mora est cum hæredibus, sed seorsum in camera. ¶Vnde est videndum, an sit probatum ꝙ ipsa domina Bart. cõmodè non potuerit cum hæredib. habitare, & sic quod per eam non steterit. ¶Et super hoc inuenio ex pluribus testibus octo de hoc fuisse, & omnes singulares, & consequenter non ꝓbant. c. licet causam. de proba. c. pone. de elect. ꝓut plenius infra dicam: alia ratione etiam non probant, vt infrà sigillatim deducã. ¶Et in primis attestationem Ioan. Blasij primi testis & ipse non probat, quia deponit ꝙ audiuit pluries dominam Barto. altercãtem cum Antonio, & Antonium cum ea & successiuè cum magistro Ioan. Baptista post reditum eius dicta domina Barth. semper existente in dicta camera in qua habitauerat cum marito. Nam aduertendum est, ꝙ iste testis non deponit quo anno fuerit ista altercatio, nisi quod deponit qđ fuit tempore quo dicta domina Barth. erat vidua, vnde potuit esse ꝙ ista altercatio fuit post multos & multos annos, postquam ipsa desierat viuere & morari cum dictis hæredibus, & habitauerat in dicta camera & propè tempus quo demum mortuus est Antonius & domina Nina, & sic non concludit quod de ann. 1446, à quo tempore vult dicta domina Iacoba consequi alimenta pro tempore inde secuto per annos 10. & nouẽ cœperit illa altercatio. Nam illo anno & ante etiam domina Bart. vt actor asserit, cœperat non morari cum hæredibus, vt ipsemet Iacoba fatetur in suis positionibus, & si morata fuisset cum hæredib. & vixisset cum eis, nõ potest dicere sibi alimenta ab eis non fuisse præstita, nisi ꝓbaret aliunde habuisse. l. fi. C. de alimen. pup. præstan. & ibi DD. & no. Bar. & alij in l. cum seruus. ff. de verb. obl. ¶Cùm ergo non sit probatum, ꝙ ab anno illius temporis quo ipsa cœpit seorsum habitare, seu aliquo alio limitato & certo tẽpore fuerint altercationes & discordiæ inter eam & hæredes propter quas commodè non potuerit ipsa cum eis morari & viuere, non potest obtinere, quia cum ipsa petat alimenta pro ipsis an. 20. incipiẽdo ab anno 1446. & mense Februarij, quibus temporibus non est morata cum hæredib. fundamentũ intentionis suæ est ostendere, ꝙ sine culpa sua dicto tempore non habitauit per illam l. libertis. & patet ex verbis testamenti. ¶Ergo oportet probare ꝙ toto dict. tem
2 pore non potuit commodè cum eis morari, † quia ille qui
b se fundat ex tempore, *b* debet de tempore illo probare. l. matrem. C. de prob. l. eum actum. & ibi no. ff. de neg. gest. no. in Clem. fi. de rescrip. & per Bart. plenè in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de ope. no. nun. cum si. hoc autem nõ probat iste testis qui de nullo limitato tempore deponit, ergo eius probatio tanq̃ obscura & incerta non releuat. c. in pręsentia. de prob. l. Pomponius. scribit si fundamentum. §. fi. de rei ven. l. neq; natales. C. de proba. ¶Non ꝓbat etiam iste testis alia ratione, quia dicit, ꝙ nescit an illa altercatio quam audiuit, fuerit causa ꝓpter quam dicta domina non posset habitare & morari familiater cum dictis hæredib. non concludit iste testis, & sic non probat, vt dixi. Nam non omnis altercatio debet dici causa iusta, propter quam quis non possit commodè cum alio habitare, nam vt docet experientia quæ est efficax rerum magistra. c. quam sit. de elec. in 6. non est dare quod inter plures simul commorantes aliquo tempore occurrant aliquando altercationes, & tamen simul videmus eos cohabitare & viuere. ¶Oportebat ergo probare illam fuisse probabilem causam propter quam diceręt, non
3 posse commodè simul morari, † quia qualitas requisita ad
c actum debet specificè *c* probari, l. 2. §. docere. ff. vi bo. rapt. l. 1. §. ait prætor. & ibi Bart. ff. ne quid in flumi. publi. & declarat in notabili qõ. Io. And. in c. 1. de homici. in 6. in nouella & Bal. in l. si quis non dicam rapere. in 3. vel 4. col. C. de epi.
d & cler. & dicit Bar. *d* no. in consil. incipiente commune Lucignani. super tertio dubio. quod vbi quis se fundat in culpa alicuius, siue agendo siue excipiendo, debet deduci illa culpa certa & limitata, alleg. l. prætor edixit. in prin. ff. de in iur. l. item exigit. ff. de dol. c. vt circa. de elect. in 6. ¶Iste testis non probat aliquam culpam dictorum hæredum & potuit esse, quod iustam habuit causam altercandi Antonius, seu alius qui cum dicta domina altercaretur ex facto & causa ipsius dominæ, ita ꝙ non potest dici, quod ista probatio aliquo modo sufficiat, & iste testis deponit, ꝙ credit etiam dictam dominam habitasse in dicta camera pro sua maiore

parte qđ testator non ita disposuit, sed in casu in quo commodè cum hæredib. morari non posset, & est singularis iste testis, quia dicit ꝙ se teste tm̄ præsente audiuit ista. ¶ Secundus testis est Guidatellus Euangelista, qui iisdem rationib. non probat, qui dicit ꝙ audiuit bis vel ter Antonium altercantem cum domina Bart. sed quod non recordatur q̄ verba fuerint, & nescit q̄ cā fuerit altercationis, nec à quo processerit: & quod peius est, de nullo certo & limitato tpe deponit, nō enim dicit quo anno vel tpe hæc fuerint, vnde per pdicta circa præcedentem testē apparet non probare. ¶ Præterea iste testis & ēt primus nihil dicit de discordia cum domina Nina, & tamen domina Iacoba in suis positionibus & actis solum deducit qđ domina Bart. discessit ab habitando cum hæredib. propter discordias, quas habuit cū do. Nina. ¶ Et propter hoc ēt dico quod tertius testis, sc. Petrus Bart. non probat, maximè quia de aliquo certo anno seu tempore nō deponit, & quod nescit cām propter quam recesserit ab habitando cum dictis hæredibus, & licet interrogatus à quo procederet discordia inter dictos Ant. & do. Bart. dicit se non aliter scire, nisi quod multoties ipsa domina Bart. habitante in dicta camera & volente aquā de puteo dictæ domus non poterat habere. & quod ibidē habitante fuit clausum ostium, per quod de dicta camera descendebatur in domum, & ꝙ nescit qs clausit, tamē hoc non sufficit, quia dicit quod hæc fuerunt tpe, quo iam dicta do. Bart. habitabat in dicta camera, & non dicit quo anno, & sic potuit esse prope tps quo demum decessit Ant. & dom. Nina, qui decesserunt per plures annos ante dominam Bar. & sic pauco tpe durasset cā impedimenti, qua cessante debebat dicta do. Bar. stare cum hæredib. vt infrà dicetur. & sic non concludit ista ꝓbatio de aliquo limitato & certo tpe, quo inceperit istud impedimentū. ¶ Et ēt aduertatur ꝙ iste testis non deponit, quod tpe quo dicta dom. Barth. habitabat familiariter cum hæredib. culpa & impedimentum processerit à dictis Bart. vel domi. Nina, & quod commodè non potuisset stare cum hæredibus, & sic non ꝓbat per ea q̄ dixi circa primum testē. & licet dicat, ꝙ tpe quo dicta domina Barth. habitabat in dicta camera, multoties non potuit aquam de puteo habere dictæ domus, hoc nihil facit ad rem, quia non dicit ꝙ ꝓpter culpam hæredum hoc fuerit, nec quando dicta carentia aquæ eo tempore quo iam habitabat in d. camera, fuit cā discessus ab hæredibus. & licet similiter dicat, ꝙ habitante dicta do. Barth. in dicta camera, fuerit clausum ostium per qđ de dicta camera ascendebatur in domum, & nescit per quē, certè hoc non releuat iisdē rationib. & licet quandoq; contingit claudi vnum ostium, non sequitur quin postea aperiatur aliquo petente, & dicit fuisse prædicta p̄sente dicta do. Barth. & Bartholomæo. & neminem dat contestem. ¶ Quartus testis est Guido Negotij qui fuit hæres dictæ domi. Bart. qui non probat, quia non deponit de certa & limitata culpa hæredum, & solum dicit, ꝙ vidit dictam dominam Bart. esse discordem cum An. & dom. Nina, quinimò dicit ꝙ non recordatur de cā discordiæ, nec dicit ꝙ talis aut tanta esset discordia qđ fuerit iusta cā, ꝓpter quam commodè nō posset habitare & morari cum hæredibus, & sic nō ꝓbat, vt dixi circa primum testē, nec deponit de vllo limitato tpe seu anno, & interrogatus q̄bus præsentibus dicit se teste do. Bart. domina Nina & Ant. & neminē ostendit contestē. ¶ Quintus testis est domina Elisabeth quæ similiter non probat, qa deponit de tpe quo iam habitabat domina Bartho. in dicta camera, quia dicit, ꝙ quando ipse testis venit ad habitandū in vicinia dictæ dominæ Barth. do. Barth. habitabat in d. camera. & qđ nescit q̄ fuerit cā propter quam dicta do. Barth. discessit ab habitando cum dictis hæredibus, nisi qđ postq̄ ipsa testis venit ad habitandum in vicinia, dominus An. erat in lite & discordia cum d. do. Bart. & vt plurimum ei nō loquebatur, nisi vociferando: & nolebat ꝙ acciperet aquā de puteo, & quod intraret in domum eorū, tamen non deponit quo tpe hoc inciperet fieri, seu quo tpe viderit hoc, & sic potuit esse prope tempus quo d. An. mortuus est. & non de anno 1446. nec alio ibi ꝓximo tempore, & per consequens non concludit de tempore pro quo domina Iacoba agit.

¶ Interrogata de causa scientiæ dicit, ꝙ prędicta vidit & audiuit, vt suprà testificata est, & interrogata de tempore dicit continuè, donec Bar. vixit & donec vixit Antonius, q̄ vltima verba testis intelliguntur. de tempore de quo sup. dixi à tpe quo ista testis venit ad standum in dicta vicinia, quo tpe dicit, ꝙ dicta domina Bart. iam habitabat in dicta camera, in qua habitauerat in vita mariti, aliàs testis deponeret de tpe quo ipsemet interrogatus in causa scientiæ nō deposuerat aliquid scire. ¶ † Et ꝙ tempus ante dictum intelligatur repetitum, voluit no. Bar. in l. Labeo. ff. de supel leg. & Bald. in l. de quib. in pe. col. ff. de leg. & in l. apud antiquos. C. de furt. & An. de Bu. in c. fi. in pe. col. de consue. ne testis videatur variare à prius dicto ar. c. cum tu. de testib. & sic probatio talis testis non concludit aliquo modo in tempore, & per consequens non dicitur ꝓbare de præsentia, & interrogatus quibus præsentibus, dixit se teste domi. Barth. domina Nina & An. & aliis conuicinis, & tamen nullum conuicinum habet contestem. & sic est ēt singularis. ¶ Et q̄uis Pet. tertius testis sit conuicinus, tamen non deponit, prout fecit ista mulier nec ꝓbat, vt superius ostendi. ¶ Et licet super interrogatoriis dicat ꝙ credit ꝙ dicta do. Barth. elegit habitare in d. camera, quia An. non contentabatur quod staret cum eis & ꝙ cā euitandi scandala, tamē nullam rōnem assignat quæ concernat tps, quo dicta domi. Bart. discessit ab habitando familiariter cum dictis hæredibus, vel q̄ ostendat ꝙ de anno 1466. aut 1457. aut certo & limitato tempore vel anno dict. domi. Barth. commodè non potuerit cum dictis hęredibus habitare, & sic habuerit iustam causam non habitandi cum eis, & testis deponens per verbum credo, saltē quando reddit rōnem inferentē, verum est illud quod dicit credere, sed non ꝓbat, vt plenè no. in l. testiū, maximè per Cy. C. de test. & per Bar. in l. 2. §. pe. ff. de aqua plu. arc. & habetur plenè in c. quoties. de test. & in c. literis de præsump. & Spe. in tit. de teste. §. 1. in ver. qui deponit de credulitate. deniq; iste testis solum deponit de discordia cum Anto. sed domina Iacoba solum deducit in suis positionibus & capitulis ꝙ ꝓpter discordias quas habebat Bar. cum domina Nina, discessit ipsa domina Bart. ab habitando cum dictis hæredibus. non autē dicit ꝙ discesserit ꝓpter discordias cum Antonio. ¶ Sextus testis est Hieronymus ser Nicolai qui non probat, quia deponit de auditu ab alio, & nō recordatur à quo, ergo nulla est eius ꝓbatio. d. l. testium. C. de test. c. tam literis. de test. & maxime quando nō recordatur à quo audiuerit. quo casu etiam sola fama non probaret, quamuis diceret se audiuisse à maiore parte si non recordaretur à quo, vt dicit Inn. in c. qualiter & quando. de accu. Bart. in l. si minore. §. si plurium. ff. de quæst. in versi. quæro si testis interrogatus à quibus personis audiuisti, &c. & ibi * communiter sequuntur alij & vbiq;. & licet dicat iste testis ꝙ aliquando audiuit dictum Antonium altercātem & vociferantem contra ipsam dominam Bartho. tamen non dicit ꝙ propter hoc non potuerunt commodè habitare cum hæredibus, nec dicit quo anno istud inceperit aut quo tempore fuerit: & sic de tempore necessario ad victoriam dictæ dominæ Iaco. non concludit, vt dictum est. Nam interrogatus de tempore dixit viuentibus dicta domina Bart. & dicto Anto. & licet super interrogatoriis dicat ꝙ dicta discordia continuè donec Antonius vixit, fuit inter eos, tamen non deponit de tempore initij huius discordiæ, & clarum est ꝙ non intellexit testis de omni tempore incipiendo à prima die qua Anto. cœpit viuere, cùm non possit intelligi continuè, s. à tempore quo cœpit esse discordia, debet in dubio fieri interpretatio contra producentem, vt in d. c. in præsentia. & no. Do. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. obl. & in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. ¶ Et quamuis super dictis interrogatoriis testis dicat ꝙ credit quod discordia erat tanta ꝙ non potuisset stare ad habitandum & comedendum, & tamen deponendo per verbum credulitatis, & non specificando culpam limitatam non probat, vt circa alios testes dictum fuit. ¶ Præterea iste testis dicit se credere, quòd discordia processit ex vtraque parte, sed maximè ex parte Antonij, & sic negari non potest, quin dicat vtrumque fuisse in culpa, & quan-

quando vterq; culpam cõmittit, melior est conditio rei, ne ex culpa sua actor commodũ cum alterius iactura sentiat, per l. apud Celsum. §. Marcellus. ff. de doli excep. l. 1. §. 1. ff. ne quis eum qui in ius voc. est. ¶ Præterea d. Iacoba deducit ꝙ d. Bart. discessit propter discordias quas habuit & habebat cum domina Nina, & ista testis non dicit se vnq̃ fuisse præsentem alicui discordiæ cum domina Nina. ¶ Septimus testis, s. Petrus Ant. Laurentij dicit se in effectu nihil scire. ¶ Octauus testis An. aliàs Tantus Masioli, q̃ deponere videtur plus q̃ aliquis alius, tamẽ non probat, quia licet dicat ꝙ per tempus 12. anno. quibus ipse stetit in domo prædicta dom. Bar. non poterat ascendere in salam, & coquinam, & dicat quod fuit Ant. tamen super hoc interrogatus in causa scientiæ, secundum formam interrogatorum do. Matthæę, nullã causam scientiæ per sensum corporis reddit, ꝙ dictus Ant. fuerit ille qui facit claudi, ergo non probat, vt no. in l. solam. C. de testi. & in c. cum causam inter Archiepiscopum. de testibus. & in hoc ꝙ Antonius fecerit, neminem habet contestẽ. ¶ Et dato quòd fuisset semel clausum ostium, non sequitur, ergo Ant. hoc fecit ne domina Barthó. posit ascendere horis congruis ad mensam, quia variis ex causis contingere potest ostium vno certo spacio stare clausum probabili ratione, & postea aperiri, ita quod certè dici nõ potest talem probationem concludere. & interrogatus quibus præsentibus dicit se teste domina Bart. & d. Nina & dicto Ant. & aliis de domo, & nullus de domo examinatus est qui hoc dicat, ita ꝙ iste testis videtur vnicus, præsertim in tempore. ¶ Nec
5 prædictis obst. si diceretur, † ꝙ testes singulares e sufficiunt
e ad probandum quid vniuersale, puta quem fuisse vsum iurisdictione, seu fuisse in quasi pos. iurisd. per no. per gl. & Iacob. But. in l. ob carmen. §. fi. ff. de testib. & per Innoc. in d. c. qualiter & quando. & per Spe. in tit. de inquisi. §. 1. vers. quid si vnus. & versi. seq. & Pau. de Leaz. in sua disput. incipiente, Contra instrumentum debiti opponitur, & Bal. in l. data opera. C. qui accusar. non pos. & Bald. in l. 1. C. de testa. & in l. actor. C. de prob. facit quod not. Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consu. quasi satis esse videatur, quod testes in vnum rei finẽ conueniant & concordent, vt inquit Oldra. & Bal. in l. 1. C. si vnus ex plu. ap. per l. qui. C. de pœn. cum si. quia respondeo, ꝙ ibi tractatur de probatione alicuius rei, in qua sit tempus de necessitate, tunc testes singulares nullo modo probant, etiam si velint probare aliquid in genere. ita est de mẽtę gl. ordinariæ, quam ibi ad hoc sequuntur DD. in d. l. ob carmẽ. §. fi. vbi gl. vult ꝙ licet ad probandum in genere quem posse disse sufficiant testes singulares, tamẽ secus est, vbi quis vult ꝓbare possessionem alicuius limitati temporis, quod & voluit Bar. & alij in l. Celsus. ad fi. ff. de vsuc. Ant. de But. in c. licet causam. de prob. per id quod no. gl. 3. q. 9. nihilominus, & ita etiam vult Paul. de Leaz. in disputatione sup. allega. & Io. de Imo. in c. inter pares. ff. de re iud. sed in proposito nostro tempus erat de substantia, scilicet, ꝙ ante annum 1446. tempore quo dicta Barth. decessit ab habitando cum dictis hæredibus dicta domina esset in discordia cum ea, adeò ꝙ dicta do. Barth. non posset commodè habitare cum d. hæredibus, ergo non sufficit probare per testes singulares. ¶ Secundo respondeo, ꝙ vbi tractatur de probando non vnum totum vniuersale, sed tractatur de probãdo aliquas causas, ex quibus resultat multiplicatio alicuius rei, non sufficiunt testes singulares, vnde si volo probare ꝙ aliquis sanctus frequenter fecit miracula non sufficit, si probo per vnum testẽ quod sanauit vnum claudum, & per alium testem ꝙ illuminauit vnum cæcum, & sic de singulis. not. Arch. in c. nec mirum. 26. q. 5. & originaliter fuit dictum Vincentij & aliorũ in c. venerabili. de testib. per c. licet ex quadam. eo. tit. & no. Ant. de But. in c. cum oporteat. de accus. vbi ex hoc infert, ꝙ si volo probare Titium esse hæreticum, & probatur per vnũ testem ꝙ Titius dixit, ꝙ Christus non venit in virginem, & per alium probatur ꝙ ipse dixit, ꝙ personæ Trinitatis non sint æquales, non probabunt illum esse hæreticum per prædicta. & hoc ẽt no. Sali. in l. testium. C. de testib. ¶ Pro hoc ẽt dicit Ant. de But. in d. c. cum oporteat, ꝙ si vnus testis dicit, ꝙ Titius occidit Stephanum, & alius dicit, ꝙ occidit Malegonellam, non probatur Titium esse homicidam. quia tales cãæ potius inferunt multiplicationem delicti, quam ꝙ probent vnum totum. ¶ Pro hoc ẽt dicit, ꝙ si vnus testis deponit ꝙ Titius est vsurarius, quia mutuauit An. 10. sub vsuris, alius deponit ꝙ mutuauit octo sub vsuris, nõ ꝓbabunt Titiũ esse vsurarium, & tenuit Fed de Senis consi. 64. incip. Cum proc. &c. in fi. & in consi. incip. qõ talis est, nunquid constõ, & Laurentius de Rodul. in c. consuluit. de vsur. q. 117. ¶ Sed in proposito tractabatur de probando culpabilem discordiam dominæ Ninæ, quam habebat cum dicta do. Bar. adeò quod nõ posset commodè ibi habitare, ergo licet testes singulares ꝓbarent culpam ẽt multiplicatã, non dicuntur tamen sufficienter ꝓbare. ¶ Fortius videtur ꝙ de iure verius sit, ꝙ ẽt testes, vbi tractatur de probando aliquid in genere non sufficient testes singulares, vt voluit Hosti. in Summ. de testib. §. q̃ diuersitas. versi. quid si agatur de decima. vbi etiã refert ibidem tenuisse Goffr. vbi voluit, quod ad ꝓbandum quasi possessionem iurisdictionis, vel quasi possessionẽ iuris decimandi non sufficiunt testes singulares, vt ẽt voluit gl. in d. c. nihilominus. ¶ Nam dictũ testis regulatur secundum causam seu rõnem quam assignat, vnde si nõ assignat cãm, vel assignat minus sufficietem, non probat, vt no. in c. quanto. de rescript. & in d. l. solam. cum si. & ideo ex quo testis est singularis in cã per eum alleg. in qua non habet contestem, non probabit. ¶ Item, quia rõ per quam testes singulares non probãt actum particularem, habet etiã locum in actu vniuersali. ¶ Et in hac opi. videtur etiam residere Inn. in d. c. qualiter & quando. el 2. de accu. ibi dum dicit, sed alij dicunt contra. &c. nam illa est vltima opi. recitata per Inno. & illa videtur approbata per eum, vt no. Io. Andr. in d. c. de pœn. in 6. in nouella, in c. 1. de sent. exc. in 6. & Bald. in Auth. ex testa. in prin. C. de colla. facit quod no. gl. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. & in l. si idem cum eodem. in fin. ff. de iurisdi. om. iud. & ideo qui aliter allegat Inn. in c. qualiter & quando, corruptè allega. istam opi. vt tutiorem videtur etiã approbare Inno. in d. c. licet ex quadã. & cum ea transit Spe. in tit. de teste. §. iam de interrogatoriis. ver. idem de tempore. in fi. & Rich. Malum. vt refert Bal. in d. l. ob carmen. §. fin. in lectura antiqua, quia quilibet testis est vnus solus, & vnus non probat. c. cum dilecti. & in c. bonę. de elec. l. iurisiurandi. C. de test. Ita etiã tenet Io. de Imol. in d. c. cum oporteat. ꝙ in d. l. inter pares. in 4. col. Quinimò secundum eum opinio contraria non probatur per aliquem tex. vnde non debemus recedere à regula quæ habet, quod testes singulares non probant, quantò magis in casu nostro in quo agitur de probando impedimento, ad quod non reperitur, quod sufficiẽt testes singulares, qui etiam aliis defectibus laborant. ¶ Secundò etiam quod in casu in quo do. Iac. probasset, qđ ꝑpter discordias, quas secum haberet domina Nina, & dominus Antonius non potuisset commodè morari cum hæredibus, tamen non potuisset domina Iacoba obtinere pro tempore quo do. Bar. superuixit post mortẽ dictæ do. Ninæ & Antonij. Nam domina Iacoba in suis positionibus secundo loco productis asserit ꝙ domina Bart. superuixerit post mortem dominę Ninę & Antonij per 10. an. & testes dominæ Iacobæ videnter deponere quod decesserunt de anno 1459. vt deponit quartus testis scilicet domi. Elisabeth, Petrus Bartholomæi, & Marcus Bart. & Simon Antonij. nam cum per mortem eorum cessaret impedimẽtum, cessare ẽt debebat accusatio d. Bart. in l. 1. §. dies. ff. quando appel. sit. l. ab hostib. §. sed quod si mater. & l. sed si per prætorem. §. sed cum feriæ. §. quoties. ff. ex quib. cau. mal. l. Titia. Seio. §. vsuras. cum si. ff. de leg. 2. ¶ Et pro certo valde rigorosum videtur, ꝙ hęredes dictę do. Bar. q̃ dotes suas exegit à principio, & donec vixit per tempus 20. anno. & vltra ista alimenta nõ
6 petierit, si nunc hmõi exactio hæredi concederetur, † puto ẽt verum ꝙ vbi probatum fuisset de impedimento ꝙ in dicta taxatione alimentorum non debuissent computari bona emphyteutica seu fructus talium bonorũ receptorum * ab ecclesia pro se filiis & nepotibus, cum testator voluerit præstari alimenta secundum possibilitatem suæ hæreditatis, in quo non veniunt huiusmodi bona * secundum magis com-

communes conclusiones, vt Bart. in l. itē vidēdum. §. fi. ff. de pe. hæ. & in l. qđ dicitur. ff. de ver. obl. cū concor. vt referēdo aliās dixi, & ſcripſi in d. l. quod dicitur. nec ēt aſsignari debuiſſet dictæ legatariæ de fructibus legitimę deſcendentium dicti teſtatoris, per not. in l. vxori. & in l. vlt. ff. de vſufru. leg. & in Auth. nouiſsima. C. de inoff. teſt. per Sal. in Auth. ꝙ locum. C. ſi mu. ſcđo nup. facit l. proponamus. §. quartā. ff. de
7 inoff. te. ¶† Clarum ēt eſt ꝙ in dictis alimentis p̄ſtandis dēt
f haberi ratio fructuum, *f* qui percipiuntur ex bonis hæreditatis, & non debet vendi proprietas bonorum pro dictis alimentis præſtandis. l. Imperator. & ibi no. DD. ff. ad Tre. l. q bonis ſuis. & ibi Ang. ff. de ceſsio. bon. l. ius alimentorum. in prin. ff. vbi pupil. educa. debeat. & no. Bar. in l. pe. in prin. ff. de alimen. leg. & no. Ang. in l. diuus. ff. de peti. hære. & in l. 1. C. de leg. & in Auth. niſi rogati. C. ad Treb. & Bal. in l. voluntatis. C. de fideicom. & Sal. in l. 1. eo. tit. & in l. fi. C. vbi pupil. educa. debe. ¶ Debuit enim primò deduci æs alienum. l. ſi vniuerſi. C. de lega. & l. vſufructu bonorum legato. §. de legatis. ff. ad l. Falcid. iunctis not. per Bal. in l. voluntatis. verb. quæro nunqd legatum arbitrium. & ſuper iſtis vltimis fuit plenè & copioſè allegatum in allegationibus præſtantiſsimorum Doctorum cum proceſſu trāſmiſsis. Ideo circa hoc non putaui expedire vlterius inſiſtere.

ADDITIO.

a ¶ Conſi. 211. adde infrà lib. 3. conſil. 133. num. 2.
b ¶ Tempore Bal. Sali. l. fin. C. ne ſer. ex ſuo fac. Soc. conſi. 42. colum. 3. lib. 1. conſi. 283. colum. 3. lib. 2.
c ¶ Specificè. Ale. conſi. 119. col. 2. eo. li. con. 3. nu. 7. lib. 2. Cur. ſenior conſi. 59. nu. 7. conſi. 73. col. 2. Iaſ. l. ſi extraneus, in fi. de cond. cau. da. l. non ſolum. §. ſciendum. col. 1. d. ff. de nou. op. nunc. Dec. l. fin. col. 12. C. de edic. di. Adria. c. poſt ceſsionem. col. 7. de prob. conſi. 524.
d ¶ Bar. conſi. 193.
e ¶ Singulares. ſuprà conſi. 72.
f ¶ Fructuum. in lib. 5. conſil. 72. col. 2. Bald. conſil. 30. lib. 2. Ant. Imo. Alex. l. Imperator. ad Tre. Pau. Alex. l. maritum. in fin. l. ſi maritus. ſol. mat. Lance. Dec. l. apud Iulianum. §. hæres. de leg. 1. Dec. l. diuus. de reg. iur.

*SVMMARIVM.*

1 *Immunitas data non ſubdito reuocari non poteſt, contra, nu. 7.*
2 *Priuilegium præſumitur reale, contrà quod perſonale. nu. 13.*
3 *Communitas non poteſt dare meram immunitatem.*
4 *Statutum valet vel conſuetudo quòd forenſes teneantur ad collectas pro bonis ibi ſitis.*
5 *Princeps ſupremus ſolus poteſt vti clauſula, non ob. nu. 9.*
6 *Conceſsio immunitatis propter merita, vt valeat, conſtare debet de meritis aliter quàm per confeſsionem.*
8 *Princeps vel inferior poteſt auferre dominium ob bonum publicum.*
10 *Deſcriptus ad collectas ſtatim, vt ſcit debet appellare.*
11 *Immunitas eccleſiæ non tranſit ad eius emphyteuſim.*
12 *Prouiſione manente per modum legis ſufficit generalis reuocatio quò ad exemptiones non clauſas in corpore iuris.*

CONSILIVM CI.

Viſis inſtrumentis exemptionis & contractu & literis illuſtriſsimorum principum & ſtatutis, de quibus in themate ante ſcripto mentio habita eſt. ¶ Videtur prima conſideratione dicendum dictum ſer Anton. ad collectas, & alia onera ſubeunda occaſione dicti quarteſij cogi non poſſe ex plurib. ¶ Et principaliter ſtante inſtrumento immunitatis exemptionis in latiſsima forma rectè per homines & commune Rodigij Bar. de la mella pro ſe & hæredibus & ſucceſſoribus ac bonis & rebus, vt latè in inſtrumento mihi exhibito continetur. ¶ Nam conſtat quod adunantia generalis Rodigij, id eſt, concilium generale quod dicitur repræſentare totum populum, vt not. gl. in Rub. C. quę ſit long. conſuet. c. in cauſis. ad fin. de elect. c. ſi compromiſſarius. eo. tit. lib. 6. l. municipalibus. ff. de condi. & demon. potuit dictam immunitatem Bart. & eius bonis concedere, attento quod Bart. ante non erat ciuis in loco, nec illi ſubditus. l. 1. & l. fin. C. de his qui ſpon. mu. pu. ſuſce. & not. Spec. in tit. de cenſi. §. nunc dicendum. verſi. quid ſi vniuerſitas pactum. & idem tenet do. Ant. in c. 2. de immu. ecc. ¶ Nam dicit Io. An. in d. ver. quid ſi vniuerſitas. in addi. incip. per hanc poſt Abb. &
1 Odof. † quod Mutinenſis effectus ciuis Bononienſis ſub pacto ꝙ non teneatur ad collectas vel munera ſubeunda non tenebitur ad ea. & ſubdit ꝙ Guido de Suza determinat, ꝙ ſi longiſsimo tpe fuit ſeruata conſuetudo ꝙ venientes ad habitandum in ciuitate vel diſtrictu, vt liberi & īmunes eſſent oībus oneribus & exactionibus cuiuſcunq; ſpeciei, & vigore dictæ conſuetudinis, quidam qui veniunt ad habitandū in diſtrictu dictę ciuitatis, puta in villa ſancti Ioan. fruebantur hoc priuilegio, & fecit ciuitas ſtatuta ꝙ habitatores in villa ſancti Ioan. debeant facere & conferre ad certum laborerium ꝙ ibi fiebat per cōe, non ob. aliquo priuilegio, quærebatur an illis qui vigore dictæ conſuetudinis priuilegio ciuitatis fruebantur præiudicet hoc ſtatutum. & decidit qđ non, poſtq̄ ius eis acquiſitum erat, quod eis inuitis auferri non potuit. alleg. l. ſi poſt mortem. §. fi. ff. de bono. poſ. contra tab. & ff. depo. l. fin. & c. mutare. & c. quod ſemel. de reg. iu. in 6. ¶ Ex quo infertur ꝙ d. priuilegio immunitatis non hēt obſtare reuocatio facta per illuſtriſsimos principes Nicolaum & Borſium vel alia reuocatio, quam dictum cōe Rodigij feciſſet vel facere vellet, videtur em̄ tranſiuiſſe in contractum cum cōe Rodigij acquireret illum Bart. in ciuem & propter beneficia habita & recepta ab eodem, vt in dicto immunitatis priuilegio continetur, & per conſequens immutabilis, vt l. quod ſemel. ff. de decre. ab ord. fac. & ibi not. gl. & Bar. in l. oēs populi. in 3. q. prin. ff. de iuſt. & iur. ¶ Idem tenet Bal. in l. ſi cum mihi. ff. de don. vbi per illam l. inquit ſecutus Nicolaum de Mat. ꝙ ſi ſtatuto cauetur ꝙ quicunq; venerit ad habitandum, & ſteterit ibi per certum tp̄s, ſit exemptus à collectis, & ſi ciuitas poſtea faciat ſtatutū in contrarium in præiudicium illorum qui venerunt, illi iuuantur exceptione vel actiōe de dolo, per d. l. ſi cum mihi. ¶ Et, ꝑpter hoc dicit ſe conſuluiſſe in ciuitate Senarum, ꝙ priuilegium qđ datur benemeritis quod poſſunt ibi ſecurè morari, eo quia eorum opera illud cōe recuperauerat quoddā caſtrū erit irreuocabile, qua priuilegium conceſſum quod nō pendet ex ſola authoritate concedentis, ſed ex iure alteri quæſito ꝑpter aliquod eius factum non poteſt reuocari, per illum tex. & facit ſcđm eum. l. Attilius Regulus. ff. de do. & l. ſi pater. in fin. eo. tit. vbi donatio facta ob merita non poteſt reuocari, vt no. Bal. in l. fi. C. de cond. ob cām. & idem Bal. in l. qui ſe patris. C. vnde liberi. in verſi. vti ſcitis. ¶ Et idē tenet
* Imol. Io. And. & alij canon * cōiter in c. nouit. de ind. vbi dicunt, ꝙ priuilegium conceſſum non ſubdito, vel priuilegiū aut ſtatutum quod tranſiuerit in cōtractum, reuocari non
a pōt. *a* & idem not. Arch. 11. q. 1. quicunq;. in c. licet canon. de ele. in 6. ar. l. perfectā. C. de do. quæ ſub modo. l. 2. ff. de dec. ab or. fac. & 22. q. 2. qui non enim, vt not. in c. conſtitutus. de relig. do. & no. DD. in c. in noſtra. de iniur. & Cyn. & Mod. in l. non amplius. §. 1. ff. de leg. 1. ¶ Ad idem quod not. Bald. in l. donationes quas diuus. C. de don. inter virum. vbi dixit priuilegium ciuitatis conceſſum comitatēſibus aliquo ab eis dato reuocari non poteſt, quia tranſiuit in contractum, & quilibet ēt princeps ſuum contractum tenetur ſeruare. c. 1. de natura feudi. c. 1. de prob. & ibi no. Io. An. l. digna vox. C. de leg. & Bal. in l. ex imperfecto. C. de teſt. ¶ Sed dictum priuilegium īmunitatis emanauit præcedente ſupplicatione impetrantis & offerentis ſe empturum & acquiſiturū in d. l. terra Rodigij alia bona, ergo videtur eſſe quidam contractus per epiſtolā initus, iux. l. conſenſu, de act. & obl. & l. 1. in fin. ff. de contrahen. empt. ¶ Fortificantur prædicta, quia ad hoc, vt præcedens ſpeciale priuilegium exemptionis intelligatur reuocatū, non ſufficit generaliter eſſe priuilegiis derogatum, ſed ſpecialis derogatio requiritur, vt l. 3. & ibi no. per gl. & And. de Baru. C. de ſilen. lib. 12. quam glo. cum tex. ad hoc reputat ſingularē Bal. in c. 1. in fi. quo tpe mi. in vſib. feu. & Bal. in l. non plures. C. de ſac. ſan. eccl. vbi dixit qđ per legem generalem nunquam derogatur priuilegio ſpeciali ſeu ſingulari, niſi de eo fiat mētio, vt d. l. 3. & no. Bal. in l. fi. C. ſi contra ius. & 3. conſt. verſ. ſi qua verò. per illum tex. probatur in

tur in c. cum ordinem. de rescript. facit quod not. gl. pen. de ca. mona. lib. 6. & no. Archi. 16. q. 1. reuertimini. ¶ Sed in literis derogatoriis dictorũ principum non est facta spẽlis mentio de priuilegio immunitatis prædictæ concessionis per cõe Rodigij, ergo non intelligitur esse reuocatum dato ꝙ poterit reuocari. & maximè attento ꝙ illustrissimus princeps Borsius videtur in literis suis se restringere ad reuocationem immunitatum, de quibus facta erat mentio in schedula in literis suis in clausa iuxta petitionẽ hoĩum cõis Rodigij & Lendenariæ, de qua schedula de immunitate prædicta Bar. seu ser Ant. non erat facta mentio. & sic videtur princeps se referre ad immunitates, de quibus præcesserat supplicatio & interrogatio. ar. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de inter. ac. & Inst. de inu. stip. §. præterea. & eò potissimè, quia per dictam reuocationem auferebatur ius quæsitum tertio. & sic debet strictè capi & interpretari. l. si quando. C. de inof. testa. & l. impuberi. ff. de admi. tut. c. super eo. extra, de ele. non enim præsumitur principem velle auferre alterius sibi q̃situm, vt plenè Bar. in l. ambitiosa. in 3. co. de decre. ab ord. fac. cum si. ¶ Nec debet princeps sine iusta cã auferre ius tertio quæsitum: ita dixit gl. 22. dist. in c. 1. no. Inno. & Io. And. in c. innotuit. de elec. ¶ Nec obst. etiam si diceretur ꝙ priuilegium immunitatis pdictæ fuerit personale, & sic non debuerit egredi personam dicti Bart. l. qui tali. ff. solut. mat. l. sordidorum. C. de excu. mu. li. 10. l. 1. ff. de iure immu. c. priuilegium. de re iud. lib. 6. quia respondeo ꝙ clarè constat ex verbis illius priuilegij, ꝙ illa concessio fuerit realis & nõ personalis, patet ex illis verbis videlicet, propterea ꝙ dictus Bar. & sui hæredes seu successores & pro oĩbus & singulis rebus & bonis & iuribus, quibuscunq; in posterũ sint & intelligantur perpetuò exempti, &c. & etiã ex aliis verbis sequentibus, videlicet, & ipsa bona mobilia & immobilia, iura & actiones exempta intelligãtur à prædictis. &c. & sub ditur in fine priuilegij ꝙ debebat latissimè interpretari. ¶ Nemini ergo dubium est, qđ cum etiã dicta immunitas fuerit concessa rebus, debet cum re ad quemlibet singularẽ successorem & possessorem transire. l. forma. §. quanquam. de censi. & not. in l. sordidorum. prealle. in c. cum venissent. de inst. & per gl. 25. q. 2. in summa. vbi etiam fortius dicit gl.
2 † ꝙ priuilegium in dubio præsumitur esse reale. & idẽ gl. in d. §. quanquam. & Spec. in tit. de instru. edi. §. nunc autẽ. ver.
b seq. & Io. An. in reg. priuilegium, *b* in mercurialib. arg. l. fi. ff. de const. princ. & c. cum dilecti. de dona. ¶ Et sic infertur ꝙ dicta immunitas transiuit ad eius partes dicti quartesij, præsertim cùm in instrumentis alienationum eiusdem exprimatur specialius. ¶ Sed præmissis non obstantib. contrariam sñiam veriorem puto, quia dicta immunitas à cõi Rodi
3 gij concedi non potuit eo modo quo cõcessa fuit. ¶ † Nam regula est ꝙ cõmunitates immunitatem concedere neque unt. l. vacuatis. C. de decuri. li. 11. & l. immunitates. C. de ag. & cens. lib. 11. & l. 1. C. de decur. l. 1. C. de his qui vac. à prin. & l. 1. C. de immu. ne conced. lib. 10. ¶ Fallit quando ille q̃ sub ditus non erat, seu ad munera subeunda cogi non poterat se sponte constringit ad aliqua onera ea conditione ꝙ aliquibus muneribus sit immunis, vt est casus in l. 2. ff. de iure immu. ¶ Et ideo si quis aliunde veniens ad habitandum in hanc ciuitatem se conferat, & ciuis efficiatur cum hoc ꝙ à collectis sit immunis, valet concessio immunitatis: Ita not. Bar. in preall. l. vacuatis. per d. l. 2. & ita intelliguntur aliæ authoritates quas allegaui suprà. ¶ Nec mirum cum ille efficitur ciuis huius ciuitatis, & per consequens tenetur ad munus seu onera personalia in ciuitate ista ad quæ prius non tenebatur. l. cum neq;. & l. priuilegio. C. de incol. lib. 10. & l. libertus. §. sola. ff. ad muni. vnde licet sibi concedatur immunitas à collectis, & sic à muneribus patrimonialibus q̃ imponuntur personis pro rebus, vt l. rescripto. §. fi. cum ibi no. ff. de mun. & ho. cã reipu. in alia re conueniendus est, nec satisfactum est, quia ad aliqua munera seu onera, s. personalia cogi poterit ille qui prius cogi non potuisset, & ita propriè loquitur Spec. & Io. An. in tit. de censi. in d. §. nunc videndũ. & Ant. de But. in præalleg. c. de immu. eccl. §. quando concessa est immunitas à collectis & sic à muneribus patrimonialibus, quæ imponuntur personis pro rebus, & per consequens remanebit nouus ciuis obligatus ad alia munera, sc. personalia & merè realia, iuxta distinctionem plenè traditam per Guil. in l. neminem. C. de sac. san. eccle. & per Cy. in l. voluntarie. C. de exc. tut. & per Bar. in l. 1. de mul. & in quo loco. lib. 10. & per An. de Iser. & Bal. in c. 1. quæ sint regalia. & per eum in c. non minus. de immu. eccle. & per Sali. in l. fi. C. sine cen. vel reli. ¶ Et eadem rõne posset procedere & valere concessio dictæ immunitatis generalis quãdo facta esset ad certum tps ei qui efficeretur nouus ciuis, quia elapso tpe immunitatis in concessione præfixo remaneret obligatus ille ad onera pro residuo tpis, vt sic procedat ar. de re ad tps. l. miles. §. quod dicimus. & l. in fraudem. §. pe. ff. de test. mili. ¶ Sed in proposito nostro dictæ immunitatis concessio facta fuit ei qui iam cogi poterat ad munera saltem merè patrimonialia, quę imponi possunt etiam forensib. & non sub ditis pro bonis existentibus in territorio. d. l. rescri. §. fi. & l.
1. C. de mul. & in quo loco. li. 10. ¶ † Et etiam potuisset cogi 4
ad collectas quæ imponuntur personis pro rebus, stante statuto prædicto in loco, vel stante consuetudine quod etiam forenses pro bonis ibi sitis tenerentur ad collectas. nam licet ad ea quæ personis pro rebus imponuntur de iure cõi, non teneantur forenses qui habent bona in loco. d. l. rescripto. §. fi. cum gl. & d. §. sola. & ibi Bart. tamen per statutũ põt induci, ꝙ collectæ forensibus imponi possint, vt signanter no. Bal. in l. 1. in 7. col. C. de sen. quæ pro eo qđ interest profer. ¶ Et dicit Bar. in præalleg. l. 1. in pe. col. de mul. & in quo
loco. lib. 10. ꝙ in Italia oẽs ciuitates habẽt consuetudinem c
c imponendi collectas ẽt forensibus possidentibus bona in territorio, vt pro dicto quartesio ante dictam concessionẽ immunitatis potuisset cogi dictus Bart. ad onera. ¶ Et per cõe Rodigij fuit facta sibi perpetua & generalis immunitas ab oĩbus oneribus & collectis personalibus & realibus, vel magis in latissima forma pro se & hæredibus, &c. & sic in aliquo non subueniebatur v. h. cõe Rodigij. quæ ex dicta concessione priuilegij plurimum læsa fuit, & sic non sumus in terminis d. l. 2. ff. de iure immu. quia ibi concessa fuit immunitas illi qui non poterat ad onera cogi, hîc secus. & ibi concessa fuit immunitas illi qui se ad aliqua onera obligauit, & sic non fuit generalis immunitas, hic autẽ secus. ¶ Et sic patet ꝙ hæc est eadẽ ratio prohibitionis ꝙ non potuerat concedi dicto Bart. immunitas sicut si concessa fuisset subdito & ciui, & cùm non accesserat Bar. nec accedere promisit ad habilitandum in terra Rodigij, non possumus dicere, ꝙ in illo versata sit vtilitas cõis Rodigij cuius interesse dicitur terrã liberis hominibus repleri. l. 1. ff. solu. mat. ¶ Et pro ista opi. optimè facit l. fi. C. si contra ius vel vti. publ. vbi rescripta contra publicam vtilitatem non tenent, nisi interuenerit secundus iussus principis. in Authen. vt nulli iu. §. & hoc. ver. videmus. vel nisi interuenerit clausula non obstante. l. vt l. nec damnosa. cum ibi no. per Cyn. C. de preci. impe. offe. & no. Cy. in l. fi. ad fin. C. si contra ius. ¶ † Sed solus prin- 5
ceps non autem populus vel inferior potest vti clausula nõ obstante lege, vt lege forma. C. de off. præf. præt. & in c. fi. de off. arch. & facit quod no. gl. in c. fi. de hær. in 6. & in proposito nostro ꝙ populus non possit vti clausula non obstante lege, no. Bal. in l. cunctos populos. in 1. col. C. de sum. Tri. & fide cath. circa statuta præmissa. & in l. rescripta. C. de preci. impe. off. in 2. col. & Ang. in l. nemo potest. de lega. 1. ¶ Nam ablata est potestas populo in hoc, per d. l. vacuatis. ergo aliquo modo non potest populus ad hoc manum extendere. l. 1. §. de qua re. cum ibi no. per Bar. ff. de postu. per DD. in l. 3. ff. de test. & plenè. per d. Ant. in c. cùm omnes. de const. cum cõcor. ¶ Itẽ videtur ob. l. 1. & l. fi. C. de his q̃ mu. spon. susce. quia respondeo ꝙ casus est valde dissimilis & diuersus & rõ diuersa. ibi enim ille q̃ ad aliqua munera cogi non poterat, sponte aliquod onus subiit, per quod videbatur renunciare in reliquis immunitati sibi competenti. Nam nolens in totum sibi quò ad immunitatem prẹiudicare ea lege subiit onus quod non teneretur ad alia onera, vel ꝙ teneretur ad quædam tm̃, certè valet hæc conuentio, per quam sibi conseruat ius à lege sibi pstitum. ¶ Sed iste Bartholomæus ante conces-

concessionem imunitatis nulla immunitate iuris cõis aut
priuilegio gaudebat, imò potuisset vt dixi, sicut & reliqui
ibi habitantes & onera cogi, vnde ipse quò ad imunitatem
tractat de lucro captando, cõe Rodigij de dãno euitando.
Sed in casu d. l. 1. & l.finalis.erat econtrà, quia ibi ille q cum
republica conuentionem fecit, tractabat de iure suo aliqua
liter conseruando & in totum non diminuendo, q̃ inter se
valde differunt, vt patet in l.fi. C.de acq.poss.& in l.fin.C.de
codi. ¶ Nec ob. si diceretur, ꝙ imò ex causa potest per com-
munitatem imunitas concedi, vt d.l.1.C.de decurionibus.
lib. 10. ergo propter merita beneficia recepta per cõe Rodi
gij à dicto Bart. potuit dicta immunitas concedi, scd̃m ꝙ in
instrumento continetur, qa respondeo, ꝙ ibi in d.l.1.spãli-
ter tm̃ permittitur, vt possit concedi immunitas Doctorib.
& Medicis, sed dict.Bar.non erat Doctor nec Medicus, ergo
ad eum non debet fieri extensio.l.quod verò.ff.de le.& l.ius
singulare.eo.tit.& l.1.ff.ad muni. ¶ Præterea dato ꝙ ex cau-
sa, puta ꝑpter merita, licet communitati concedere imuni-
6 tatem alicui. † dico ꝙ oportet de tablibus meritis constare
aliter quam per illam simplicem assertionem, de qua in in-
strumento, vt eleganter voluit Io. And. in addi. Spe. in Rub.
de reb. eccl. non alie. vbi dixit, ꝙ si prælatus concessit ad vi-
tam Titio redditus prædiorum ecclesiæ, & impendere in fu
turum ꝓmittebat quandiu viueret interueniente consensu
capituli, & quærebatur an valeret. & videbatur quod sic, qa
pro vtilitate eccl. in bene meritos factum fuit.16.q.5.Ioã.in
c.1.de so.& in c.1.de spon.& donatio facta ob merita præsti-
ta & pręstanda reuocari non potest. C.de don.quę sub mo-
do.l.pen.& C.de reuoc.don.l.2.& 3.& l.generaliter.in prin.
contrarium dicit ipse fuisse iudicatũ, quia licet possent præ-
lati moderatè donare iuxta seruitii meritum in c.ad hæc.in
c.relatum.de testa.tamẽ cùm ex causa aliquid permittitur,
non est occasio sumenda pro causa.c.solitę.de maio.& obe.
l.furiosi.§.1.ff.ad l.Iuli.maie.sed veram & sufficientem cau-
sam ad id, quod procedere oportet. bene facit secundum
eum. l. iubemus nulli.vltra prin.ibi sciente sibi nulla occa-
sione vel tempore ad vicissitudinem beneficij collati, &c.
C.de sac.san.eccl.absit enim secundum ipsum quod in pro-
hibitis certo casu permissis stetur verbo dicẽtis casum per-
missum subesse.l.qui testa.ff.de prob. l.cum quis decedens.
§.Titia.ff.de leg.3. ¶ Et per hoc concludit ꝙ requiritur, qđ
verè cõstet de meritis, aliàs non tenet, vt ibi latius per eum.
& id est no.Bar.in l.si fortè.per illum tex.ff.de const.pec.vbi
dicit, ꝙ si quis non potest donare, nisi pro meritis & serui-
tiis, non sufficit simplex assertio donantis.pro quo est illud
quod no.gl.& DD.in l.si dona.C.de colla.& ad idem.l.fi.C.
de exer.& quod ibi no.Bar.& Bal.in Auth.hoc ius porrectũ.
C.de sac.san.eccl.& Bar.in l.per diuersas.C.mand.& quan-
do non credatur in proposito nostro soli assertioni, no.glo.
in l.1.C.de his qui à prin.va.li.10.quam etiam sequitur Bal.
in l.illud.ad fi.C.de sac.san.eccles.deniq; si bene inspiciatur
dictum instrumentũ exemptionis, non bene constat, ꝙ ali-
quis excepto vno facit mentionem de istis & seruitiis. In fa-
ctis aũt ab vniuersitate inspicitur factum vel dictum à maio
ri parte, non autem dictum vnius.l.ꝙ maior.ff.ad muni.c.1.
de his quæ fiunt à maio.par.c.facit c.in omni. de test. & l.vl.
ff.de testa. ¶ Scđò principaliter posito ꝙ dicta immunitas
cõcedi potuerit, nonne est illi derogatum per literas excel-
si principis Nicolai, in quibus expressè fit mentio de immu
nitate Bar. & etiam per alias literas illustrissimi ducis Bor-
sij. ¶ Nec ob. ꝙ dicta concessio imunitatis trãsiuisset in pri-
uilegium subiecti seu in cõtrãctum ꝑpter benemerita, &c.
quia respondeo. ¶ Primò ꝙ illud quod dicitur de beneme-
ritis nihil releuat ad faciendum transire in contractum, per
7 ea quæ suprà proximè dixi. † respondeo etiam prædictis qđ
etiam priuilegium concessum non subdito, vel quod etiam
d trãsiuit in contractum, potest per superiorem reuocari *d* ex
causa propter publicam vtilitatem. hoc primò probatur in
l.quod semel.ff.de decre.ab or.fac, loquitur enim ibi in de-
creto, quod transiuit in contractum, vbi per gl.& clarius ibi
no.Dy.& Bar.& tamen potest reuocari ex causa publicę vti-
litatis, & ita illum tex.allegat ad hoc pręcisè Ang.in l.2.ff.de
his qui sunt sui vel alie.iur. ¶ Pro hoc etiã est tex.in c.in no-
stra.de iniur.& dam.dato.secundum intellectum.Inno vbi
superior. ea quæ in contractum transiuerunt, putà priuile-
gium vel statutum quod transiuerat in contractum, potest
ex causa ꝑpter publicam vtilitatem reuocari, quando re-
uocatio tendit in pręiudicium subditi sibiipsius reuocãtis.
& ibi hoc apertè firmat Ant.de But.q dicit ꝙ opi Bar.in d.l.
oẽs populi.tenentis ꝙ non possint reuocari statuta, quãdo
transiuerunt in contractum, vt quia statutum dicat.si qs de
alieno territorio venerit ad habitandum in ciuitate, sit im-
munis à collectis, &c.debet intelligi talis decisio in nõ sub-
dito reuocanti statutũ, sed dictum Inn.in d. c.in nostra.pro
cedit in subdito, per illum tex. & idem tenet Ant.de Bu.do.
Car.& Io.de Imo.in d. c. nouit.de iu.& in c.quæ in ecclesia-
rũ.de const.& Io.de Fa.& d.Dominicus in c.1.de const.in 6.
¶ Sed dictæ reuocationes factæ fuerunt à dictis principib.
qa semper oẽs dicti exempti subditi fuerunt, & fuerunt fa-
ctæ reuocationes ob publicã vtilitatem, id est, ob necessita
tes cõis Rodigij & aliarum cõitatum & sic ob cãm, vt in lite
ris dicti do.Nicol.continetur, & ẽt in literis supradicti prin
cipis Borsij; dum dicit, potius publico quam priuato bono
consulentes, &c.inhęrẽs autoritati Imperatoris & Iuriscon
sultorum, dicentium publicã vtilitatem priuatæ semper ꝑ-
ferendam.l.1.in fi.C.de cad.tol.Auth.res quæ.C.cõia de le.
l.pe.de princi.credi. ¶ Et alia verba superioris in qbus eius
intentio fundata est ꝓbationem dictæ cãæ faciunt, vt in cle.
literis.cum gl.de prob.& no.in c.nonnulli.in gl.pen.de re-
scri.& facit l.fi.ff.de hær.insti.& l.regula.§.sed & si quis.ff.de
iur.& facti igno. Quod superior, q aliàs id quod transiuit in
contractum, reuocare nõ potest, nihilominus cum cã illud
reuocare possit, tenet Bal.in l.don.quas diuus.C.de don.&
idem videtur ipse velle in l.fi.in prin.ff.de pœ.alleg.l.q fun-
dus.C.de omni agro deserto.lib.11.facit l.item si verberatũ.
§.1.ff.de rei vend.& l.Lucius.ff.de euic.l.venditor.§.& si con
stat.ff.cõia præd.& l.2.& quod ibi Ange.& l.bene à Zenone.
8 C.de quad.præscri. † vbi ꝑpter publicam vtilitatem permit
e titur principi auferre dominium rei priuatæ, & sic auferre *e*
ea quæ sunt de iure gentium quæ aliàs auferre non posset, vt
plenè no.in l.fi.C.si contra ius.& in l.1.ff.de const. prin.& in
d.c.quæ in eccle.per Inn.& in c.quia pleriq;.de immu. eccl.
& Bar.in procemio fforum. ¶ Et ẽt permittitur hoc inferio-
ri à principe, s. ꝙ posset cum cã auferre ius alteri quæsitum,
vt not. gl. in c.consti.in ver.à quocunq;.de reli.domi.& per
gl.25.q.2.in Summa.& Bart.in d.procemio fforum. ¶ Et idẽ
Bart.in d. l. quæcunque. in l.fi.C.de fide instru.& iure hastæ
fis.li.10.vbi dicit, ꝙ per illam l. videbatur quod illi q emerãt
à communi Perusij vendenti res bannitorum non cogan-
tur reddere bannitis ex forma capitulorũ pacis hoc dicen-
tium, tamen contrarium dicit esse verius, quia sicut Impe-
rator potest auferre ius priuatorum pp publicam vtilitatẽ,
vt proximè dixi, quinimò in principe semper præsumitur
esse cã, nisi contrarium apparet, vt not.Cy.& Bal.in l.rescri-
pta.C.de prec.impe.offe.& Iac.But.in l.fi.C.si contra ius.&
Anto.de Bu.in c.cùm inter.de renun.& in d.c.quę in eccle-
siarum.& in d.c.constitutus. & Bald. in l. si testõ.C.de testa.
facit c.in præsentia.de renun.cap.cum inter.& c.sicut.de re
iud.& quod not.gl.in l. relegati. ff.de pœn. ¶ Nec est dicen-
dum, quod superior voluerit auferre ius quęsitum d. Barth.
& aliis habentibus cãm ab eo, quinimò contra fuit de men
te dictorum principum. Nam in literis Nicolai expressa fit
mentio de immunitate Bartholomæi, & in literis præsentis
principis largior quàm esset in ipsa supplicatione & inter-
rogatione, prout etiam interdum contingit.l.1.§.stipulan-
ti.& §.si qs.ff.de ver.obl.nam in dicta reuocatione sunt ver-
ba geminata & prægnantia, vt patet ibi exemp. eorum qui
in dictis comitatibus adiuncti siue exempti appellantur &
quorumcunq; hmõi, &c.vnde verba illa geminata & dupli-
cata debent latiorem effectum inducere q̃ verba simplicia,
quia ostendunt disponentis latissimam & enixam volunta-
tem, vt est text. valde singul.in l.balista.ff.ad Trebel.& gl.in
cap.ex eo.versicu.vt omnia & singula.de elect. in 6.& gloss.
in Clem.1.in verbo, quibuscunq;.de iudi.& gl.in l.cum pœ-
na.in

na.in gl.2.ibi dum dicit quocunq; modo,&c.ff.de arbi.¶Et intentio principis fuerit auferre ius contractum tertio, patet ex verbis dictarum vltimarum literarum. Et præsertim dum dicitur in eis, ex certa scientia & de plenitudine nostrę
9 potestatis.†per quę verba colligitur principem voluisse auferre ius tertij ét quocunq; quæsitum. sicut quando apponitur clausula non obstante, quę æquipollet prędictis clausulis, vt no.in c.statutum.in gl.in verbo, literarum.de rescr. in 6.& in c.1.in gl.in verbo, nascatur.de consti.eo.lib.& not. gl.in l.fi.C.si contra ius.& plenè Io. And.in c.de exces.præl. in 6.in nouel.& in c.nonnulli.de rescrip.ita voluit dominus Anto.& Io.And.in d.c.quæ in ecclesiarũ.de consti.vbi concludunt, ꝙ nisi dubitetur an princeps voluerit auferre cum effectu ius tertij inspiciatur, an constet an vti voluerit plenitudine potestatis, puta quia dixerit non obstante leg. alleg.
10 no.per Cy.post gl.in d.l.fi.C.si contra ius vel vti. ¶†Tertiò principaliter corroborantur prædicta ex his quæ dixit Ange.in l.1.§.si quis tutor.ff.quando app.sit.vbi per illum text. dicit, ꝙ ibi erat casus in terminis & cõiter ignoratur secundum eum, ꝙ si aliquis habet immunitatem à datiis & collectis & aliis grauaminibus, & describitur in libro debẽtium soluere collectas & alia grauamina, si postea requiratur, vt soluat: non sufficit priuilegium immunitatis allegare excipiendo quod non debet soluere, ꝓpter priuilegium, imò in continenti cum scit se descriptũ, & per consequẽs se vocatũ ad collectas & onera, debeat appellare infra tps datũ ad appellandum, & sic intra decem dies. quod reputabat ibi Ang.
f fesse notandum quod nescitur practicari.& per Bar.& gl.in l.hi qui.& in l.si ascribatur. C.de app.& in l.1. C.qui ad ciui. mu.li.10.& bonus casus.in l.2.in princ.ff.de vac.mun.¶Ergo si apparet dictum Bar.vel alium de prædictis qui habuerunt causam ab eo habuisse sententiam de reuocatione dictæ immunitatis seu vocatum fuisse ad onera soluenda, & per ipsos non fuisse appellatũ, sequitur ꝙ amplius querelæ locus non est, vel ad plus vltra annum à die grauaminis audiri non habuerunt, vt l.quia grauatos.C.de cens.l.11.& per id quod not.Bal in l.forma. ff. de cens.§.si cum ego.& sic videtur concludendum Bart.ab ecclesia inuestitum & ipsum ser Ant.habentem in effectu causam ab eo licèt mediatè teneri ad collectas & onera.& dixit And.de Iser.in c.1.quæ sint re-
11 galia.super verbo.& plaustrorum & nauium, †ꝙ laicus tenens in emphyteusim rem ab ecclesia tenetur ad collectas
g & soluẽdas, ꝓpter fructus quos percipit, dato ꝙ ecclesia cogi non possit, quia secundũ eum res sumit conditionem à persona, non econtrà.l.1.C. de impo.lucra.descri.li.10.& gl.in l.fi.in fi.C.de inoff.test.& ar.in l.pecudum.ff.de vsur.& l.1.& 2.ff.de stat.ho.& l.iustissimè.ff.de ædil.edi.& ita de consuetudine solitum est seruari.vt alibi dicunt Do.Facit l.quæro, & quod ibi Bar. ff. de vsufr.leg.& l.2.ver.pu.functionum.C. de iure emphyt.& l.neq;.de impen.& l.si pendentes.§.si qui cloacarij.ff. de vsufr. de quo articulo vlterius non discutio, prędsertim quia de eo in scripturis nec in themate hęsitatur. ¶Et ex prædictis patet euidens ad allegata in contrariũ responsio, ꝙ concessio in forma prędicta non tenuit, vt plenè sum prosecutus in primo principali fundamento deducto in fauorẽ cõis Rodigij. ¶Scđò respondeo derogationibus factis dictæ immunitati. ¶Tertiò respondeo ex negligentia possessoris vocati ad onera & non appellantis, vt hæc oĩa superius sunt seriosè deducta. ¶Non obst.quod dicebatur dictam ĩmunitatem non subdito reuocari non posse, & qa videtur in contractum transiuisse, ꝓpter merita, quia dico ꝙ dicta reuocatio facta fuit per superiorem, cui dictus Bar. & reliqui erant subditi, nec est verum ꝙ facta fuerit per modum cõtractus, qa non extat quod dictus Bart.se ad aliquid obligauerit per se, vel per alium noĩe suo. nec illa narratio meritorum aliqd operatur, vt plenius sigillatim discussum est suprà circa oĩa. ¶Præterea si concessio ĩmunitatis non tenuit, frustra de reuocationis validitate tractatur. ¶Item colligitur alia responsio in negligentia in non appellando, de qua suprà dixi. & per hoc patet ꝙ nõ oportet specialius responderi ad id, quod in contrarium dicebatur, videlicet quod ad hoc, vt reuocatio priuilegij teneat, requiritur qđ de priuilegio mentio fiat, vt in l.3.C.ad Syll.cum si.nam ad hoc spãlius respondeo, primò ꝙ in literis Marchionis Nico
12 lai fit de immunitate Bartholomæi mentio. ¶†Præterea in literis præsentis Ducis fit mẽtio generaliter de oĩbus & quibuscunq; exemptis in dictis cõitatibus. vnde dico quod ad hoc, vt intelligatur derogatũ priuilegiis ĩmunitatum non clausis in corpore iuris, satis est ꝙ in lege aut in statuto vel ꝓuisione emanante per modum legis, ꝓut dictam reuocationem pro lege haberi & registrari voluit dictus princeps, sit mentio facta in genere de priuilegiis ĩmunitatum, licet singularis mentio de quolibet facta non sit, ita voluit Fede. de Se. cons.47.incip. Habita super casu prædicto collatione & declaratione conuenienti, &c.alleg.c.qa sæpe.de elec. & c.offiñ.in gl.concedentes.de hæret.in 6.& text.in Cle.1. & ibi no.in Cle.2.in fin.de sepul.concordat tex.in Clem.ex frequenti.& in Cle.cum ex eo.de sent.exc.& quod no.gl.in l.1.in ver.rescri.C.de na.lib.& in Auth.de non alie.§.& hoc autem.& in Auth.de tabelli.in verbo, participans.& qđ habetur in c.1.de exces.præl.in 6.cum ibi plenè no.per Io.An. in nouella.& no.plenè Bar.in extrauag.ad reprim.in verbo non obstante.& in l.fi.C.si contra ius.& Bal.de pace Const. in verbo, libellarium, aliàs super verbo non obstat.& Lapus maximè, & DD.& Mod.in c.1.de const.in 6.in terminis propriis.no.Pau.de Ca.in l.si mihi & tibi.§.in legatis.ff.de le.1. & Io.de Imo.in l.licitatio.§.earum.in fi.ff.de pub.sed de dictis exẽptis generaliter est facta mẽtio in dictis literis, ergo illud sufficit.¶Nec etiam ob.quod debeat intelligi facta reuocatio de illis qui in schedula nominati erant.& ꝙ indubio videatur princeps voluisse auferre ius quæsitum tertio, quia respon.ꝙ imò in ꝓposito contrarium est verum.Et opportunè deduxi suprà circa principale fundamẽtum.¶De reuocatione dictæ exemptionis ét constat ex quadam confirmatione statutorum Rodigij facta per Marchionem Nicolaum die 18.Iulij 1440.iuncto statuto per ipsum firmato sub Rubrica, ꝙ oẽs soluant collectas, &c.vbi prouisum est, quod oẽs habẽtes possessiones & bona super pollicino Rodigij teneãtur soluere collectas & grauamina & alias factiones facere, exceptis his, quibus per idem statutum vel per illustrissimum dominum Marchionem sit vel fuerit concessa immunitas & exemptio specialis, & est in confirmatione clausula derogatoria, vnde illa exceptio firmat regulam in omnib.aliis casibus.l.quæsitum.§.inde Neratius.ff.de fun. instru.leg.no.in his.ff.de leg.ergo exceptis exemptionibus à Marchione concessis derogatum est omnibus.¶Nec ob. quod statutum illud debet intelligi de exemptionib.de futuro, non de exemptionibus in præteritum concessis, cum illud verbum fuerit, positum in dicto statuto debet intelligi & accipi in statutis, vt importet futurum tm̃, vt no.glo.& DD.in c.2.de constitutionibus.in 6.& glo.& Doct.in c.1.de cler.non resi.eo.li.& gl.& Bal.in l.cum tale.§.pe.ff.de cond. & demon.& no.Bal.in l.oẽs populi.in 6.q.princ.in vers.pono, &c.ff.de iusti.& iure.& in l.cum lex.ff.de leg.& Cyn.& Bal.in l.leges.la 2.C.de legi.& cano.in c.fi.de quæst.& Moder.in l.cum in secundo testa.ff.de iniust.test.quia respondeo, ꝙ illud esset verum, vbi solum appositum fuisset illud verbum fuerit, sed in dicto statuto dicitur sit vel fuerit, ergo si statuentes voluissent intelligi de futuris exemptionibus, non erat necesse addere illud verbum sit.vnde apparet qđ voluerunt sentire etiam de immunitatibus concessis tempore dicti statuti, aliàs illa verba nihil importarent.in l.si quando.in princ.ff.de leg.1.& in c.si Papa.de priuil.in 6.bene facit quod not.Bald.in Rubrica. C. de contrah.empt.in 9.q.& quod habetur in præal.l.balista.¶Nec etiam ob.si diceretur, quod etiam in casu isto extabat concessio immunitatis facta per d.Marchionem Nico.Bart.dummodò solueret singulo anno ducatos quinq;, quia ex quo illa cõcessio
13 fuit facta per Marchionem Bart.†vnde in dubio debet intelligi personalis, & non transit ad successores.l.1.§.fi.ff.de iur. immu.& plenè no.in l.sordidorum.C.de exc.mu.li.10.¶Et ꝙ in dubio talis concessio ĩmunitatis debeat intelligi personalis, firmat gl.& Doct.in c.cum venissent.de instit.& gl. 16.q.1.in c.possessionis.Ioan.Andr.in regula, priuilegium. in mer-

in mercurialibus.& Pe.Cy.& Bal.in l.fi.ff.de conſti.princ.& Bart.in l.1.C.eo.per illum tex.& Cy.in l.hæredes.C.ad Velle.& Ray.& Bar.in l.quia tale.ff.ſol.ma.& ibi in terminis noſtris firmat hoc expreſsè Io.de Imo.& Pau.de Leaz.in ſua diſputatione incipiẽte, Papa ſcribit Epiſcopo. & pro iſta opi. videtur caſus non violando in l.forma,§.quanq̃. ff.de cen.ſecundum Io.de Imo.in d.c.cum veniſſent.idem tenet ibi Pe. de Anch. referens ita tenuiſſe Old.prout refert etiam Bart. in l.pater.ff.de ſerui. leg. & pro hoc alleg. quia priuilegium eſt reſtringendum,vt no. Io.An.in c.olim.de verb.ſign.& 3. diſt. paruulæ.in l. ſi quando.C.de inoff.teſt.etiam per Bart. in præall. l.fi. ff.de conſti.prin.Ex quibus concluditur,d.ſer Ant.non debere dicta immunitate gaudere.Nec etiam prædictis obſt.quoddam aliud priuilegium immunitatis conceſſæ filiis quondam domini Anto. mihi nuper exhibitum, quia reſpondeo,vt dixi ſupr.circa immunitatem dicti Bart.

ADDITIO.

a ¶Non poteſt.infrà libr.4.conſil.54.Paul.conſil.229.conſi. 317.lib.1.Bert.conſi.160.ponitur.col.1.lib.1.And. Tiraq.re. l.ſi vnquam.ver.don.largitus.nu.13. C.de reuoc.donat.

b ¶Priuilegium.& ibi Phi.Tra.Bal.conſi.24.conſi.375.in fin. lib.4.Ang.conſi.1.col.2.Ancha.conſil.327.Alex.l.quia tale. ff.ſol.matr.Iaſ.l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui.col.2.de leg. 1.l.ſi ſic.la grand.de verb.obli.conſi.27.lib.1.conſi.218.lib.2. Bal.l.vectig.C.de vect.in addi.Spe.in tit.de inſtru.edi.

c ¶Conſuetudinem. quam etiam teſtatur Alexã. infrà lib.2. conſi.68.nu.22.5.col.52.Dec.conſil.694.Anto.Ru.conſi.9. numer.10.Guid.Pap.dec.Delphi.297.& communis praxis huius regni.

d ¶Reuocari.in conſi.216.lib.2.conſi.16.col.pen.lib.5.Paul. conſi.200.in fi.lib.2.Alber.Brun.conſi.10.col.9.Fran.Rip. reſpon.6.col.pen.reſpon.7.col.4.ſub tit.de reſcri.Cur.iun. conſi.1.nu.24.Matth.Afflict.dec.Neap.124.

e ¶Auferre.in conſil.190.col.2.l.2.Iacobi de de ſan.Geor. tract.feud.verſi.& adhærẽ.& Feder.ad fin.Albe.Bru.conſil. 12.col.30.conſil.133.Iaſ.conſil.134.col. 8.lib.2.conſi.46.col. 4.lib.3.

f ¶An ſequitur. Dec.conſi.638.Lud.Goza.conſi.23.

g ¶Collectas.bene facit text.in l.licitatio.§.fin.de publica.l. vnica.C.qui.mo.excuſan.hi qui poſt imple.lib.10.adde Bal. conſi.31.lib.1.And.Iſer.c.vno.quæ ſint regal.col.2.in vſi.feu. Phi.Fran.c.quanquam.de cenſi.in 6.Fran.Rip.tra.de peſte. fol.99.& reſpon.22.col.5.cum ſeq. ſub tit. de præſcri.Bertr. conſil.4. Suppoſita.lib.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Conditio ſat eſt quòd habeatur aliquo momento pro impleta.*
2 *Diſpoſitio cenſetur modalis,non conditionalis.*
3 *Teſtamenti ſcientia præſumitur ex narratis.*
4 *Legatum agnoſcens ſe obligat ad onus illi annexum.*
5 *Oblatio verbalis non ſufficit in eo qui tenetur ratione reddere.*
6 *Legatarius non liberatur à modo implendo licet hæres ſit in mora.*
7 *Oblatio debet fieri congruo loco & tempore.*
8 *Confeſſio & promiſſio erronea etiam geminata condicitur.*
9 *Rationes reddere promittens renunciat remiſſioni ſibi de hoc factæ.*

## CONSILIVM CII.

VIſis & ponderatis his quæ narrantur in themate. ¶ Circa primum dubium quo quæritur, vtrum ex eo ꝙ negauit & recuſauit dictus Bart. reddere rationem dicti computi ad partem debeat carere commodo legatorum ſibi d.Bart. relictorum? ¶ Et videtur prima conſideratione dicendum quòd non, quia tempore quo prima legata aſsignata fuere dicto Barth. per tutores teſtamentarios dicti Nicolai, dict. Bartho. obtulit eiuſdem tutoribus, ſe paratum facere quitationes & alia,ad quę tenebatur virtute dicti teſtamenti,vt narratur in inſtrumento rogato de anno 1347. die 3.menſis Ianuarij. vnde cum ſteterit per dictos tutores, quominus conditio liberandi & quitandi dictum Nicolaũ, & reddendi rationem dicti computi adimpleretur, pro impleta habetur.l.1.C.de inſti.& ſubſti.ſub condict.fact.l.iur.ciuili. ff.de cond.& demonſt. ¶Et in ſpecie ꝙ ſufficiat ſtetiſſe per tutores, quominus cõditio impleatur & pro impleta habeatur, probatur in l.3.§.non ſolum.ff.de ſtat.lib. facit l. ſi ex legati
1 cauſa.iuncta l.ſeq.ff.de verb.obl. ¶†Plus dicit Bald. & Sali. in d.l.1.C. de inſtit. & ſubſtit. ꝙ ſufficit ꝙ aliquo momento conditio habeatur pro impleta, & ſic ꝙ aliquo momento ſteterit per illum cui impleri debeat conditio.arg.l.ſi quis hæredem.C.de inſtit. & ſubſt.bene facit l.ſi hæres cui fideicommiſſum.ff.ad l.Fal.& in l.cum quidam.C.de cond.inſe. vbi litera dicit,niſi ipſe oblatas pecunias,&c.& ibi no.Bart. & not.Io.de Imo.in l.ſi teſtamento.la 2. ff.de condi.& dem. ¶Et licet Pet.& Cyn.in d.l.2.in 3.q.C.de inſtit.& ſubſtit.tenuerint contrarium, eo quia vltima mora nocet. l. illud. ff. de peri.& commo.rei vend.l.fi.§.pen. ff.quorum leg.tamen contraria opin.præcedens dicitur verior per ſuprà allegata pro illa parte.& ad allegata per Cy.& Pe.poteſt reſponderi, vt not.per Bar.in l.cum quidam.ſ. ꝙ iura loquuntur,quando aliquid erat in obligatione, nos autem loquimur in eo quod erat poſitum in conditione.¶Sed præmiſsis non obſtantib.contrarium puto in caſu noſtro eſſe de iure verius,
2 & præſertim ex infraſcriptis. ¶ † Et primò præſuppono,ꝙ dicta legata intelligantur fuiſſe relicta dicto Bart. ſub modo,vt colligitur ex verbis teſtamenti.ibi, dum dicitur ei prędicta ſupraſcripta lega.& etiã alia ſuprà facta relicta & confeſſata in dictam vachctam fecit dicto Bart.cum hac conditione & onere quod ipſe Bart. teneatur, & debeat quittare & liberare hęredem ab omnibus,in quibus vſq; in pręſentẽ diem dictus teſtator eidem Bart.teneri reperiretur.item ẽt cum conditione ꝙ vltra prædicta dictus Bar.teneatur reddere & facere bonum cõputum & rõnem eius hæredis vnius hæredi cõputi tenuti ad partem Venetiis per ipſum Bar. & Marcum de Guiditionibus,pro rata contingente ipſum teſtatorem. itẽ vnius alterius computi tenuti Venetiis,&c. ¶Nam dicta verba cum hac conditione & onere non denotant propriè conditionem ſed modum. l.ea conditione.C. de reſcin.vend.& ibi not.Bal.& Sali. qui etiam pro hac allegant l.nihil.cum ibi no.per Bar.ff. de coniung.cum emanc. lib.probatur etiam in l. cum res. & ibi not.Bal.C.de don.& in l.quoniam.& ibi Bal.& Sali.C.de rerum permu. ad idem tex.in l.ſi ſocietatem mecum.in prin.& quod ibi not. ff.pro ſocio.& ibi Bart.in prin.& l.Męuia.ff.de manu.teſta & l.2.§. fin.ff.de dona. ¶Et not. Bart.l.quibus diebus.§. Termilius. circa primam col. ff.de condi.& demon.vbi dicit,ꝙ ſi teſta-
a tor legat tibi centum ea conditione, *a* vt aliquid facias, ꝙ hoc non obſtante erit modus,& non conditio.per d.l. Mæuia. & per d.l.2.§.fin.& ideo dicit,quod illa verba prolata à teſtatore cum conditione, &c. non accipiuntur propriè ꝓ conditione,cum communiter teſtatores quid ſit,ignorent. & ideo ſignificatio verborum magis inſpicitur.¶Et iõ dicit Io.And.in addi.ad Spe.in tit.de inſtru.edi.§.nunc aliqua.in pen.col.ꝙ ſi teſtator inſtituit extraneum hæredem,& poſtea multa legata reliquit, & ad illa deputat executores cum plena poteſtate,& in inſtitutione fuerit vſus his verbis,inſtituo Titium mihi hæredem vniuerſalem in omnibus bonis meis hac conditione ꝙ nõ ſuccedat nec poſsideat dicta bona,nec eorum partem poſsit habere nec recipere poſſeſsionem illorum, donec ſuprà dicta legata per dictos executores fuerint plenè ſoluta, quod dicta non faciunt conditionem,ſed denotant quoddam onus impoſitum hæredi in ꝓhibendo apprehenſionem hæreditatis ad certum tempus, allegat id quod legitur & not.in d. ca. verum. ¶ Confirmo, quia vbicunq; verba poſſunt ſe habere ad modum & condi-
b tionem,potius denotant modum, *b* vt not.Bar.in l.cum mota,iuxta principium. C. de tranſact.per l. quæro.§.inter lo-
* catorem.ff.locati.& ſequuntur* cõiter DD.in d.l.cum mota.& Cy.in l.cum quis. C.de iur.& fac.igno.verſic.nunc veniamus ad ſecundam ſpeciem. & not. Moderni in d.§.inter locatorem.& Bal.in l.& ſi poſt tres. ff.ſi quis cau.col.4.verſ. iuxta hoc quæro quod in dubio præſumatur,&c.¶Nec ob. l.à teſtatore.ff de cond.& demon. quia ibi hoc operatur natura abſoluti ablatiui,vt per Barto.ibi, & in d.§.Termilius. ¶Comprobatur etiam, quia teſtatori in dicto teſtõ con-

fessus est se teneri dict. Bar. à Norfinio pręsenti & stipulanti
florenos mille ex quadam concordia facta cum dicto Bart.
vt latius in dicto testo patet, & successiuè facta sunt legata
plura dicto Bart. & demum adiecit testator dictam clausu-
lam & prędicta suprascripta legata & oĩa alia suprà facta re-
licta & confessata dictus Baptista fecit dicto Bart. cum hac
conditione & onere videlicet, &c. Sed ita est quod sine du-
bio dicta confessio, de qua suprà, non redditur conditiona
lis sed modalis, quia confessio ipsa erat absoluta & perfecta
sic in esse producta: & de natura conditionis est, quod insit
vel adiiciatur rei producendæ, non autem in esse productę.
l. cum tale. §. 1. ff. de cond. & dem. & ita pro no. allegat istum
tex. ad hoc Bal. in d. l. & si post tres. in 6. col. & no. etiam Bal.
in d. l. cum mota. & in d. l. si societatem mecum. in lect. Flor.
& facit l. Thais. §. Stichus. ff. de fideicom. lib. ¶ Et in proposi
to no. Sal. in l. ea conditione. per illum tex. C. de rescin. ven.
vbi dicit hanc esse rationem illius l. quia illud quod erat ex-
plicandum, veniebat implendũ post actum venditionis per
fectum. ¶ Sicut ergo quò ad dictam confessionẽ, illa dispo-
sitio dicitur continere modum non conditionem, ita etiam
esse debet quò ad alia legata, quia testator confessioni & le
gatis pariter sub eadem determinatione adiecit illa verba,
scilicet cum hac conditione & onere, quia quando plura sub ea-
dem determinatione ponuntur, dẽt intelligi, vt pariformi-
ter determinentur. l. si legatarius. §. fi. ff. de leg. 4. l. iam hoc
iure. ff. de vulg. & pup. l. quis. C. de imp. & aliis subst. ¶ Scd̃ò
principaliter præsuppono cum aliquid legatur sub modo si
legatarius modum nõ adimplet, priuatur legato, & si illud
acceperat, restituere tenetur illud hæredi. l. si hæres. ff. de
cond. ob cãm. l. libertos. §. Lucius. ff. de au. & arg. leg. & not.
per Bart. in d. §. Termilius. in vlt. col. ¶ Ex his ergo sic p̃sup-
positis infertur, quod cùm do. Bar. recusauerit implere mo
dum prædictum in reddendo dictum computum ad partẽ,
vt puncto narratur, ꝙ ipse tenetur ad restitutionem p̃dicto
3 rum legatorum, quibus venit priuandus. ¶ † Nec potest prę
tendere ignorantiam testamenti dictus Bar. cùm de eo ha-
buerit scientiam, vt patet in instrumento ex quo petiit satis
factionem legatorum & obtulit se paratum facere quieta-
tionẽ, & alia quæ tenebatur vigore dicti testamenti, & illud
sufficit, vt de se patet. ¶ Et etiam patet ex no. per Bart. in l. q
Romæ. §. duo fratres. in 4. q. ff. de verb. ob. & Bal. in c. 1. §. pe.
in titu. Imper. Lotharius. in vsib. feu. & Ang. consi. 59. incip.
Quidam paterfa. habens, &c. l. 1. C. de pact. iuncta l. de his.
& l. non est ferendus. ff. de transac. ¶ Probatur etiam de sci-
entia contentorum in testõ per instrumentum acceptatio-
nis tutelæ, quo instrumento ẽt apparet, ꝙ dictum testm̃ per
uenit ad manus dicti Bart. & istud sufficit, vt in d. l. non est fe
rendus. per quam dicit ibi Bal. p̃bari ꝙ ille qui vidit testm̃,
præsumitur habuisse notitiam totius testamenti, sicut ille
qui habuit penes se acta, præsumitur omnia legisse, vt in c.
constitutus. de test. ¶ Nec potest negare Bart. se non teneri
reddere rationem illius computi tẽti ad partem, de quo in
testamento mentio facta est, quia cùm dict. Bartholomæus
agnouerit dicta legata, & obtulerit se paratum facere ea ad
quæ tenebatur vigore dicti testamenti, visus est fateri se te-
neri reddere dictam rõnem, nisi p̃bauerit se post testm̃ red-
4 didisse, † quia qui agnoscit legatum, dicitur se obligare ad
subeundum onus illi legato iniunctum. c. officij. de testam.
l. sed si non seruus. in prin. ff. ad l. Fal. l. cùm ab vno. ff. de leg.
2 no. gl. in l. Titia. cum testõ. §. qui in vita. in vers. petitione.
eo. titu. ¶ Non obstant ea quæ in contrarium allegabantur,
quia dictus Bart. obtulerat se paratum facere ea, ad quæ te-
5 nebatur virtute testamenti. † quia respondeo, ꝙ ista obliga-
tio non fuit legitima & sufficiens: quia ille qui tenetur red-
dere rationes, debet producere & offerre scripturas legen-
das in quibus continentur rõnes, & offerre reliqua in quib.
restat debitor, vt est tex. in l. cum seruus. ff. de cond. & dem.
¶ Et si dicatur debita non sunt clara, debet realiter & actua
liter offerre fideiussorem de reddendo id in quo apparebit
eum restare debitorem in calculo rõnum, vt l. seruus si hæ-
red. §. fi. de stat. libe. Et nisi dicta oblatio librorum seu scri-
pturarum & fideiussoris realiter & actualiter fiat, non dici-
tur oblatio legitimè facta, quia non sufficit verbalis obla-
tio. l. qui. 10. §. idem responsum. ff. de sol. & d. l seruus si hęre.
§. fi. no. Bar. & alij. in l. prætor. §. si quis paratus. ff. de no. ope.
nun. & l. acceptam. C. de vsuris. & in proposito nostro in eo
qui habet rationes reddere, no. Ang. & Io. de Imo. in l. si mo
ra. ff. sol. ma. & in l. 4. §. prætor. ff. de re iud. ꝙ Ang. in l. si quis
dicat. ff. de manumis. & in l. si residuum. C. de dist. pign. in l.
6 insulam. ff. de verb. obl. ¶ † Secundò respondeo, ꝙ posito ꝙ
opi. Bal. & sequacium in l. 1. C. de insti. & substi. sit vera in di-
spositione conditionali, videlicet ꝙ si semel stetit per illum,
in cuius persona debebat impleri cõditio quominus fuerit
impleta, habetur pro impleta, & non tenetur amplius ad
implendum ille, cui erat impositum onus conditionem im
plendi, tamen aliud est in eo cui est impositũ onus implen-
di modum, prout fuit in casu nostro, quia licet semel stetis-
set per illum in cuius persona debebat modus impleri, quo
minus impleretur, & quãtum ad potestatem consequendi
legatum non ob. legatario quod modus non sit impletus. l.
1. C. de his q̃ sub mõ. tamẽ hæres postea petierit impleri mo
c dum, dico quod debet imperi, ꝗa pro obseruantia talis mo
di cõpetit obligatio & actio hæredi, ad cuius vtilitatem fuit
adiectus modus. l. 2. & ibi plenè no. C. de don. q̃ sub mõ. no.
per Bar. in d. §. Termilius. ad fi. Sed ita est, quod vbi compe-
tit obligatio & actio, q̃uis ille cui dicta actio cõpetit, semel
fuerit in mora, non extinguitur dicta actio. l. qui 10. in prin.
ff. de solu. l. illud. ff. de peric. & commo. rei ven. & istud est q̃d
not. per Bar. in d. l. cum quidam. C. de con. inser. quæ rõ ces-
sat in eo quod relictum est sub conditione. l. si quis sub con
ditione. ff. si quis omis. cã test. ¶ Præterea etiam quando tra
ctatur de implemento cõditionis ad hoc, vt dicta conditio
habeatur pro impleta, oĩnò requiritur q̃d appareat, ꝙ ille
in cuius persona debebat impleri noluerit, vt in d. l. in testõ,
la 2. ff. de cond. & dem. ¶ Et non videtur ꝙ ex verbis dicti in
strumenti, in quo dicta oblatio Bartholomęi cõtinetur, ap-
pareat ꝙ hęres dicti Bar. seu tutores eius noluerint, ꝙ dicta
7 conditio impleretur. ¶ † Deniq; oblatio debet fieri cõgruis
loco & tempore. l. si soluturus. ff. de sol. l. mora. in prin. ff. de
vsu. vnde debuit Bart. præmonere tutores, vt se præmone-
rent, aliàs prouiderent circumspiciendo scripturas testato
ris ad dictam rationem pertinentes data aliquali temporis
cõmoditate eis, ar. l. q̃d dicimus. & l. ratum. ff. de sol. ¶ Nec
ob. etiam p̃dictis quia quando petiit Nicolaus à d. Bar. red-
di rationem dicti computi ad partem, intentauerit condi-
tiones ex statuto, & non actionem ex testamento, ꝗa respon
deo, quod est bene verum ꝙ ad hoc, vt Nicolaus potuisset in
illo iudicio intentato consequi declarationem priuationis
dictorum legatorum, erat opportunum intentare & addu-
cere per viam testamenti, quia per statutum non prouide-
batur circa priuationem. Sed si nunc vult Nicolaus conse-
qui, vt priuetur dictus Bar. dictis legatis, eò quia non adim-
pleuit modum seu modos oẽs copulatiuè expressos in dict.
testõ, vt tenebatur iuxta l. si hæredi plures. ff. de cond. instit.
& l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubiis. nihil repu-
gnat quominus possit hoc facere, & per ea quę facta sunt in
alio iudicio, in quo intẽtata fuit conditio ex dicto statuto,
satis erit quod appareat ꝙ Bart. recusauit computum & ra-
tionem prædictam reddere. ¶ Nec fuit necessarium ꝙ in di
cta requisitione vel petitione reddendæ rationis fieret men
tio ꝙ legata fuerant relicta dicto Bar. cum dicto onere red-
dendæ rationis, & quod nisi redderet intendebat Nicolaus
petere quod priuaretur Bart. dictis legatis, quia postquam
certus erat Barth. de dictis legatis cum dicto onere relictis,
non erat amplius de hoc certificandus. l. 1. in fin. ff. de ac. em.
l. item veniunt. §. petitum. ff. de petit. hære. vnde postea suc-
cedit dispositio legis, quæ facit morosum teneri ad pœnam
priuationis, sicut quãdo debitor est obligatus ad spẽm sub
pœna, satis est quod constituatur in mora circa spẽm præ-
standam, & si non præstat, incidat in pœnam, quia tenetur
de interitu, vel ad aliam pœnam si promissa est. in glo. l. si ex
legati cã. & l. ita stipu. ff. de verb. oblig. & l. quod te. ff. si cert.
pet. ¶ Et hæc tantò magis procedunt, cum in dicto iudicio
intentato fuit productum etiam dictum testamentũ, q̃uis
non

non esset opportunum per prædicta. ¶ Et quia hic casus & culpa commissa per dictum Barth. est sufficiens in faciendo eum incidere in pœnā priuationis, qua dignus meritò iudicari debet, ꝓpter eius infidelitatē & ingratitudinē, attētis maximis beneficiis in eum à testatore collatis, vt satis ex testō colligitur. ideo nō opus est insistere circa alias culpas & infidelitates allegatas contra dictum Bart. de quibus in themate fit mentio. ¶ Actio autem quæ competit dicto Nicol. contra dictum Barth. pro dictis legatis restituendis, est condictio ob causam seu sine causa, vt d. l. libertorum. §. Lucius. cum gl. in verbo vlti. ff. de annuis lega. & in d. l. si hæres. ff. de condi. ob causam. ¶ Et ex his solum remanet aliud dubium quo quærebatur, vtrum siue possit siue non possit priuari dictus Barth. legatis, an nihilominus possit dictus Bar. compelli ad implendas dictas cōditiones, quas propriè dixi esse modos, siue non? dicendum est ꝙ sic, vt probaui per not. per Bar. in d. l. cum quidam. iuncta l. 2. C. de his quę sub modo. Item ex eo, quia dicta oblatio facta per dominum Bart. non fuit legitimè & efficaciter facta, vt suprà probaui, & actio quæ competit ꝓ implendis conditionibus, id est, modis prædictis est actio ex testō, per d. l. 2. & no. Bart. in præalleg. §. Termilius. ad fi. ¶ Circa aliud dubium quo quæritur, vtrum ex quo non apparet dictum Nicolaum, vt hæredem prædictum, vel dictum Bart. tanq̄ tutorem occasione dictæ compositionis factæ cum dictis de Guiditionib. in aliquo tamē dictis de Guiditionib. teneri, & per eos nihil solutum esse ex dicta causa, pro d. Nicolao per præfatum Bart. competat conditio obligationis & promissionis factæ ex dicto instrumento manu dicti ser Anton. de Matthæsel. celebrato

8 de anno 1462. die 4. Nouemb. † breuiter respondeo, ꝙ si ex tenore dictæ compositionis factæ cum dictis de Guiditionibus, de qua in dicto instrumento fit mentio, nullibi appareat dictum Nicolaum, vel alium suo nomine teneri in aliquo dictis de Guiditionibus resultat conclusio, ꝙ dicta promissio & obligatio facta per Nicolaum, tanq̄ per errorem facti possit condici per condictionem indebiti, vel sine cā. l. is qui plusquam. ff. de cond. indeb. l. qui sine causa. ff. de condi. sine causa. à pari enim procedit promissio & solutio. l. fi. C. ad l. Falci. l. si patronus. ff. de don. sed ille qui oīno indebitum per errorem soluit, repetit. l. 1. & ibi plenè no. ff. de con. inde. & l. cùm quis. C. de iuris & fac. igno. ¶ Igitur idem esse debet, si per errorem promisit. præsumitur autem per errorem promisisse, vbicunq; apparet rem aliter se habere, vt si promittitur tanquam debitum, & apparet ꝙ non erat debitum, vt in proposito nostro. l. cum de indebito, in prin. cum gl. ff. de proba. l. de ætate. §. qui iusto. cum ibi not. in gl. ff. de interro. actio. l. sed si. in prin. ff. de condi. indeb. l. stipu. C. de iuris & fac. igno. & plenè no. Bart. in l. non fatetur. ff. de confes. & per DD. in c. fin. de confes. cum simil. & hoc procedit, siue dictus Nicolaus semel, siue ēt pluries confessus fuisset se debere, vt ꝓbat gl. 1. cum ibi notabiliter traditis per Bald. in l. 1. in 1. not. C. de erro. calcu. vbi ex illo text. colligitur ar. ꝙ erronea confessio etiam sæpius repetita potest reuocari.

9 ¶ Quantum verò ad aliud dubium quo quæritur, an dictus Bartholomæus propter promissionem per eum factam de saldando dicto & de sociis dictæ societatis, de Luca rationē & computos & liberos dictę societatis cum restitutione reliquorum capitalis & lucri, vt constat per instrumentum rogatum manu ser Michaelis. Io. de Tri. de anno 1465. die 23. Septemb. intelligatur renunciasse remissioni sibi Bartholomæo, & aliis tutoribus factæ per dictam Baptistam testatorem in testō ad reddendum rationem administrationis tutelæ eorum, saltem pro comprehensis in dicta eius promissione? & breuiter respondeo ꝙ sic, quia ex quo dictus Bart. habebat scientiam testamenti & compræhensorum in eo, vt suprà ostensum est, & per consequens sciebat dictum testatorem liberasse eum à reddenda dicta ratione administrationis, & nihilominus dictus Baptista promisit dicto Nicolao, & sociis saldare computa & rōnes dictæ societatis cum cōsignatione suæ partis capitalis & lucri, videtur in hac parte voluisse renunciare dictæ dispositioni testatoris. l. 4. §. fin. ff. si quis cau. l. si patronus. ff. de don. l. si quis delegauerit. ff. de nouatio. ¶ Præterea in testō reliquit ei liberationem à reddenda rōne administra. quò ad ea q̄ gereret, vt tutor vel curator, & si quando conueniretur actione tutelæ, vt tutor vel curator, haberet locum dispositio testatoris, sed in proposito nostro d. Nicolaus à dicto Bartholomæo non conuenitur, ꝑ eo quod gessit, tanq̄ tutor & curator Nicolai, sed ꝑ quo gessit tanq̄ vnus ex duobus administratorib. deputatis per certos socios ad administrandam quandam societatem plurimorum sociorum, inter quos socios erat d. Nicola. & conuenitur dominus Bar. ex sua ꝓmissione quam facit ibi, non tanq̄ curator Nicolai, sed tanq̄ administrator deputatus per oēs dictos socios ad administrandam dictam societatem. Igitur isto casu non habet locum beneficium, quod sibi tanq̄ tutori vel curatori erat concessum à testatore. pro hoc bonus tex. in l. 3. §. 1. sed ibi quidam tutor fit, non tamen tanquam tutor administret, &c. ff. iudic. solu. l. si debitor. §. 1. ff. ad Treb. facit l. si paterfam. §. si duos. & quod ibi no. ff. de adop. ex quo in promissione dictus Bar. & Marcus de Gui. fecerunt mētionem de officio administrationis eis dato, videntur tanquam administratores deputati per socios ad dictam administrationem ꝓmisisse. l. fi. ff. de instit. l. cum post §. 1. ff. de admin. tuto. l. pen. ff. si quis cau. not. in l. sciendum. §. tutor. ff. qui satisda. cogan. & per Bart. in l. 1. §. nunciatio. cum suis concordan. ff. de ope. no. nunci. ¶ Circa aliud quo quæritur, an dicto Nicolao possit obstare exceptio pręscriptionis, & breuiter respondeo ꝙ non, quia ad excludēdum cum dictis rationibus requireretur præscriptio 30. annor. l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. 30. annorum. & tm̄ tempus non est decursum à tempore mortis testatoris. ¶ Præterea obstaret mala fides ipsius Barth. qui scientiam habuit obligationis suæ, & ideo nullo tempore præscripsit etiā casu isto, etiam secundum omnes conclusiones traditas in c. fin. de præscript. & reg. possessor. lib. 6. & plenè per Doct. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsu. ¶ Insuper præscriptio non potuit incipere cursum donec Nicolaus fuit in minore ætate, & non peruenit ad ætatem perfectam. l. fina. C. in quib. cau. in integ. restitu. non est necessaria, vt l. non est incognitum. C. quibus non obiicitur longi temporis præscriptio. ¶ Nec etiam iure municipali in statutis mihi trāsmissis quicquam dispositum esse inuenio quod dicto Bartho. habebat suffragari, volenti se pręscriptionis exemptione tueri. ¶ Et ita dico & consulo, vt superius.

ADDITIO.

a ¶ Ea conditione. Ant. Bu. consi. 48. Paul. consi. 5. col. 1. lib. 1. Are. 149. col. 1. Fel. c. cum Io. col. 1. de fid. instru. Ant. Cor. in singu. versi. manumissio. Ias. Dec. l. debitori. C. de pacti. Ias. l. 3. col. 4. de leg. 1.

b ¶ Modum. bene facit l. cum ab eo. ff. de contrahen. empt. l. q̄m asseueras. C. de re. permu. gl. l. 2. ff. de in diem adiec. Pe. Cy. Bal. d. l. cum mota. Aret. consi. 149. col. 1. Cor. consi. 291. lib. 3. Dec. l. debitori. col. 2. C. de pac. dixi in consue. Parisi. §. 13. gl. 7. in fi. limita infrà consi. 119. col. 1.

c ¶ Impleri. idem in conditione quandiu legatū non est executum. l. cui fundus. in fin. & ibi Bartho. Bald. Imo. de cond. & demon. Bar. Ang. Pau. Cor. l. pen. & fin. C. de cond. inser. Pau. Soci. l. iure ciuili. de condit. & demon.

SVMMARIVM.

1 *Minor restituitur aduersus l. si quis in tantā. C. vnde vi. & n. 12.*
2 *Author rapinæ tenetur in quadruplum damni à se et sociis dati.*
3 *Vi bonorum raptorum tenetur quis etiam citra vim ablatorum, si paratus erat vim inferre.*
4 *Qualitas & æstimatio quorum iuramento probatur.*
5 *Actione iniuriarum tenetur ēt pro vi turbatiua vel expulsiua.*
6 *Socius excedens non videtur iure suo facere.*
7 *Præsumitur in delictis consulentem eum cui consuluit non fuisse facturum.*
8 *Nocturnum tempus suspectum.*
9 *Ianuam frangens causā odij, an teneatur de furto accidente.*
10 *Lex si quis in tantam, habet locum in re communi.*
11 *Priuilegia militis non habent locū in his, qui non iurant, vt olim*
13 *Dolus verus & præsumptus quomodo differant.*
14 *Error iuris notorij non excusat à vero dolo.*

15 *Pœna priuationis non habet locum, nisi vbi lex dicit.*
16 *Pœna nunquam in dubio censetur imposita ipso iure.*
17 *Pœna priuationis etiam si ipso iure imponatur, requiritur sententia declaratoria ante executionem.*
18 *Rebellio non dicitur, nisi sit principaliter conflictū supremi principis.*

## CONSILIVM CIII.

Videtur prima consideratione dicendum stantibus his, de quibus in themate dictum, comitem Nicolaum non teneri in quadruplum pro allegata violentia, qa cum ingressus fuerit castrum & arcem Spilimbergi, in quo & qua habebat partē pro indiuiso cum dictis dominis consanguineis suis, videtur quod hoc fecisse p̄sumatur pro iure suo, & sic impune. l. meritò. ff. ꝓ socio. l. 1. §. vi possidere. versi. sed q per vim. ff. de vi & vi arma. ¶ Et ꝙ non fecerit animo rapinā cōmittendi patet: quia multa pretiosa bona salua fecit, ex coniecturis enim declaratur qualis fuerit animus. l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cor. de sica. l. 1. cum gl. 2. eo. tit. c. significasti, el. 2. de homici. ¶ Secundò etiam hoc deprehendi potest ex eo, qa ipso comite existente cum dictis gentibus armorū & factis dict. clamorib. petiit, vt rocha aperiretur dicēdo ꝙ volebat ingredi, sed se velle saluas esse res & bona, & non fuit auditus, quinimò fuit ei recusatus aditus. vnde videtur ꝙ ei licuerit ēt cum per prius possidebat pro iure suo, attento ꝙ denegando ingressum comiti Nico. dicebatur sibi vis fieri, cui licuit per vim resistere & possessionem ingredi, vt probatur in l. clàm possidere. §. fi. ff. de acq. poss. iuncta l. 1. §. vim vi. & l. 3. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma. & no plenè in l. 1. maximè per Bar. & alios post eū. C. vnde vi. & no. in c. olim. de rest. spol. tertiò qa posito ꝙ ipse comes Nicol. fregisset portam arcis & eam ingressus sit, tamē de furto vel de dāno dato ab aliis teneri non debet. l. q iniuriæ. in prin. ff. de furtis. ¶ Quartò videtur excusandum p̄fatum comitem, qa est miles armatæ militiæ, q putauit hoc sibi impunè licere, nam in milite ad pœnam euitandam potius p̄sumi debet iuris error, quàm malitia, vt l. pe. C. de his q sibi asscrib. in test. bene facit quod no. DD. in l. si qs in tantam. C. vnde vi. & Ange. in l. plagij. C. ad l. Flauiam. de plagi. dum dicunt, ꝙ vbi miles rem ꝓpriam per aliū possessam ꝓpria autoritate inuasisset, excusatur à pœna illius legis, si ex p̄sumptionibus apparet quod errore introductus hoc fecerit: qa nō est illud contra ius naturale, vt patet in §. pe. Insti. vi bo. rap. & no. gl. in l. regula. in prin. ff. de iur. & fac. ign. ¶ Quintò, qa dictus comes est minor 25. an. meritò videtur ei succurrēdum saltem per medium restōnis in integrum, aduersus oēm pœnam & iacturam quā incurrere possit occasione alicuius delicti culpa cōmissi. l. 1. C. si aduersus del. facit l. aut facta. §. causa. ver.
1 pœna. ff. de pœ. †vnde dicit Bart. & alij in d. l. si quis in tantā. ꝙ quādo minor inuasit fine dolo, rem per alium possessam putans hoc sibi licere dato ꝙ incidat in pœnam. d. l. si qs in tantam, tamen petere poterit restōnem in integrum, vt no. specificè gl. in c. 1. in verbo, rigor, de dolo & contu. & ibi no. DD. sequentes distinctionem & doctrinam Bart. in præal. l. si qs in tantam. ¶ Et dicit Bal. in l. si qs in tātam. in 2. col. post Ia. de Are. quia ex quacunq; cā etiam leui putauerat minor se posse de iure inuadere rem per alium possessam, restituetur in integrum, quasi non intelligatur esse in vero dolo. facit l. igitur. §. potest. ff. de lib. cā. accedit quia aduersus dolū saltem præsumptum succurritur minori. l. 1. §. accusationē. in fi. ff. ad Turpil. l. 1. §. fi. ff. de edendo. not gl. & DD. in l. vbi. in prin. eo. tit. & not. Bart. in l. 1. §. nunciatio. in pen. col. ff. de no. oper. nun. & in l. auxilium. ff. de mino. cum sim. ¶ Sextò, qa attento quod præcesserat declaratio seu decretum Illustrissimi do. Ducis Mutinæ, cuius prædicti de Rangonibus sunt vasalli, in qua declaratione facta inter dic. de Rāgonib. inter cætera continebatur qd intra terminū 15. dierum oēs arces terræ & fortalicia dictorum de Rangonib. ponerentur in manib. comitis Guidonis, & in fine dictæ declarationis continetur, quod præfatus princeps vult illam valere, & illam solennē sniam & decretum cui nō debeat p dictos de Rangonib. contrafieri aliquo mō sub pœna indignationis suæ, & sub qualibet alia pœna q̃ per ipsum principem videtur imponēda contra facienti, & dictus do. Vincelaus & comes Vgo steterunt in dicta arce Spelimbergi, & nō assignauerunt scdm ipsam insertā declaratione, videtur ꝙ licuerit ipsi comiti Nicolao filio & hæredi d. comitis Guidonis facere dictam inuasionem & d. rapinam, p̄cipuè ꝓpter dicta verba, s. sub pœna indignationis, &c. quasi tanq̃ inobedientes circa p̄dicta videantur haberi, vt rebelles dicti principis & priuati feudo, & licitè potuerunt offendi ēt in bonis prædictis. hoc ꝓbari videtur per id quod habetur in c. 1. §. porrò. ver. sed & qui dilator. in tit. quæ fue. pri. cā bene. amit. ibi dū tex. dicit indignationem dom. non admittit. & gl. exponit, id est, feudo priuari potest, vnde dicit ibi Bal. quod illud est menti tenendum ꝓ literis apostolicis, in quib. dicitur, alioqui indignationem apostolorum se nouerint incursuros, quia talia verba intelliguntur comminari priuationem beneficiorum ecclesiasticorū. ¶ Præterea dicti do. Vincelaus & comes Vgo non obediendo dicto principi & eius decreto censentur rebelles principi, quia rebellis idem est qd nō obediens. c. sanè. el 2. de off. deleg. c. inter quatuor. de maio. & obe. c. fi. de præb. & in proposito no. Pet. de Anc. in Clem. pastoralis. de re iu. in princi. in verbo no. sed ita est quod rebellis potest impune offendi. l. 3. §. fi. ff. de fic. l. proditore. ff. de re mil. & capi, & detineri, vt serui. l. transfu. ff. de acq. rer. do. & eadem rōne possunt bona eorum capi, ita inquit Bar. in extrauaganti, q sint rebelles. in verbo, rebellando. in vers. de pœna horum rebelliū, &c. facit quod no. Bar. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. ¶ Sed præmissis non obst. dico mihi de iure videri dictum comitem Nico. teneri in quadruplum bo-
2 norum mobilium raptorum & ablatorum. ¶ †Ad qd ostendendum p̄suppono quod caporalis q hominem dolo pro violentia damno seu rapina coadunauit, tenetur in quadruplum pro damno dato, vel rapina facta à se vel ab his quos adunari fecit. l. 2. in princ. §. 1. iuncto §. si quis non. & ibi not. gl. & DD. ff. vi bon. rapt. & in l. quoniam multa. C. ad l. Iu. de vi. ¶ Et non refert, an ipse armatus coadunauerit, an eis ab alio coadunatis vtatur ad rapiendum. d. l. 2. §. dolo autē. ver. siue igitur. ¶ Et dicitur capitalis & principalis ille qui incitauit & conduxit vel coadunauit alios, vt caput. l. in hoc. ff. de ser. corru. ibi not. DD. & Bal. in l. 1. C. de ser. fug. in 5. col. ver. quæ ergo dicantur. & no. DD. in d. l. qm̄ multa. & Bal. in l. non ideo minus. C. de accu. in 8. q. ¶ Et plus dicit Inn. in c. sicut dignum, de homi. qd vbi nō posset discerni damnum datum ab vno, & damnum datum ab alio, q̃uis nullus fuisset caporalis qlibet teneretur in solidum, argu. l. si plures. ff. ar. fur. cæsa. & cum aliis ibi allegatis per eum. ¶ Hoc præsupposito dico, ꝙ si apparet comitem Nico. fecisse coadunationem prædictā aut vsum fuisse dicta coadunatione ad infrascripta, & probatum sit de ingressu in dictam arcem per vim puta frangendo, vel dirumpi faciendo portam arcis seu ingrediendo cum schalis dicto comite Vgone, cum suis famulis existente in dicta arce, & probata sit ruptura camerarum & fractura capsarum, & qd illi qui cum dicto comite Nicol. ingressi sunt, exportabant bona, satis dicitur ꝓbatum, vt dictus comes Nicola. teneatur ad quadruplum dicti damni. ¶ Nam eò ipso ꝙ probata est violentia, dicitur probatus dolus, d. l. 3. §. doli. ff. vi. bo. rap. ¶ Violentia aūt dicitur facta eò ipso ꝙ dictus comes Nicol. cum p̄dicta magna armatorum turba & clamorib. dicēdo saco saco, cette cette. & similia & fractis portis & cameris ingressus est arcē. & d. comes Vgo ibi existēs perterritus de arce aufugit. l. 3. §. si quis aūt visus. & l. vim facit. ff. de vi & vi arma. l. creditores. ff. ad l. Iuli. de vi priua. l. 1. §. qd si vi. versi. & à iusto. ff. quod vi aut clàm. ¶ Plus
3 dicit Io. An. in addi. Spec. in tit. de rapt. in §. 1. in prin. †ꝙ etiā actione vi bon. rapt. tenetur quis pro exportatione bonorum alterius palam facta, q̃uis nulla violentia interuenerit, dummodo exportātes seu rapientes essent parati vim facere si qs restitisset, qa attenditur ꝓpositum. arg. c. cū voluntate. de sen. excom. & l. q iniuriæ. in prin. ff. de fur. vbi est casus clarus, ꝙ si qs accessit domū alterius, & de domo rapuit bona nemine ibi existēte, tenetur actione vi bo. rap. si paratus erat vim facere vbi resistētem inuenisset. & no. Bart. in l. 1. ff. vi bo-

vi bono.rapt.benefacit lex 2.§.damni.verſi.ēt quis.& qđ ibi
no.eo.tit.¶ Quod aūt comes Nicolaus cum ſua turba eſſet
paratus vim facere,patet, qa erat cum trecētis equis & mi-
litibus armatis & cum totidē peditib.Nam dicit Ang.in d.l.
ſi qs ex domo.ꝙ aīus inferendæ violentiæ præſumitur ex eo
quod ad locum quis acceſsit armatus, adeo ꝙ ex hoc tene-
bitur actione vi bono.rapt.pro bonis exportatis,etiam ſi in
loco nullus erat qui reſiſteret: & ita dicit eſſe de mente Iac.
de Are.& Ray.in d.l.ſi quis ex domo.& dicit Ang.ſe ita mul-
toties practicaſſe. ¶ Pro eo facit, quia p̄ſumitur contra eos
qui incedunt armati,vt not.gl.& ibi Bald.in c.1.§.ſi quis ru-
ſticus.cum ſeq.in verb.& quem,in tit.de pace tenen.vel ſal-
tem coadūnatis hoībus facta eſt talis bonorum exportatio,
etiam ſi nemo reſiſtentiam faceret, eſt tunc locus actioni vi
bon.rap.quaſi intelligatur habuiſſe aīum ad violentiam in-
ferendam,ſi quis reſtitiſſet,& ita etiam colligitur ex no.per
Bart in d.l.1.ff.vi bo.rap.¶Et quamuis comes Vgo intelligi
tur vi expulſus de dicta arce,& ſic à poſſeſsione rei immobi
lis,vt d.l.3.§.ſi quis autē viſis.tamen nihil repugnat quo mi-
nus pro rebus mobilibus,tunc exportatis ſeu ablatis poſsit
agi actione vi bo. rapt.l.1.§.ſi fundus.ff.de vi & vi arma.& ſic
ad quadruplum. quanuis bona non perueniſſent ad ipſum
expulſorem.d.l.1.in princi.& §.illud.& §.qui autem vi.& §.ſi
fundus,cum gl.ff.de vi & vi arma.l.3.§ pertinet.& l.pen.eo.
4 tit.¶ †Et ſi dubitatur de quantitate rerum raptarum ſeu ab
latarum, & earum valore,probatur etiam per iuramentum
ſolum eorum qui damnum paſsi ſunt.l.ſi quādo.C.vnde vi.
c.ſuper eo.quod met.cau.¶ Eſt verum ꝙ iudex pro perſona
rum atq; negotij qualitate pōt quantitatem taxare, vt ibi,
& illa iura ſibi locum vendicant ēt ſi agatur actione vi bon.
rap.& ſic ad quadruplum,vt no.DD.in dict. locis. ¶ Et non
ſolum habet locum dicta probatio æſtimationis & damni
per iuramentum, quando interuenit violentia,ſed etiam ſi
ſine violentia dolus ſeu maleficium interuenerit ꝓpter dif-
ficultatem probationis,vt patet ex not.per gl.in d.c.fi.in gl.
1.& ibi dum dicit ſignanter ex maleficio,&c.& hoc ibi tenet
* Imol.& alij.& dicit Ioan.de Imo.ibi hanc eſſe * cōem opi.&
idem ſentit gl.fi.in c.dilecti.ad fi.de fo.comp.& ibi dum di-
cit per dolum,&c.& gl.Inſt.de ver.obl. §.non ſolum.in ver-
bo,probare.& ꝓbatur in l.ſemper.§.in hoc interdicto, cum
gl.& ibi no.Bar. ff. ꝙ vi aut clàm.& in l.in actionib.ff.de in li
tem iuran.& no.etiam Bar.in l.1.§.ſi ciſta,ff.depo.& in l.eos.
§.fi.ff.de fur.aduerſus nau.cau.& Spe.in ti.de fur.§.1.ver.ſed
ſi res aſsignauit.& Bal.in Rub.C.depoſiti.& in l.ſi res.C.de
or.cog.& in c.1.§.iniuria.de pace iur.fir.& in l.qui accuſare.
C.de eden.& in l.nauta. ff. naut. cau.Et Ang.in d.l.ſi quan-
conſi. 23. col. fi. li. 1. conſ. 152. col. fi. lib. 3. conſ. 68. col. 2. lib. 4.

## CONSILIVM CXVIII.

IN cauſa & lite inter Peregrinum de la caualie-
ra agentem, & magnificum equitem dominũ
Galeacium Mareſcotum defendẽtem. ¶ Viſo
proceſſu & allegationibus celeberrimi Doct.
do. Vincentij Paleoti honorandi mihi fratris.
Nec non viſis aliquibus dubitationibus peregregiè forma
tis paucis agam, quia res apud doctiſsimos agitur, & etiam
quia eleganter ſcriptum eſt, & allegatum pro parte dicti do
mini Galeacij per præfatum dominũ Vincentium eius ad-
uocatum. ¶ Omnis vis conſiſtere dicitur in eo, quod pro
pari dicitur per duos teſtes vltimò receptos in fauorem Pe
regrini. ¶ Sed profectò illis non obſtan. puto dictum Pere-
1 grinum nullo modo poſſe obtinere, maximè ex infraſcri-
ptis. ¶ † Et primò, quia ad hoc vt teſtimonium duorum te-
ſtium ſufficiat, oportet eos eſſe conteſtes, aliàs non probãt.
c. licet cauſam. de probat. c. bonæ. de elect. & l. ob carmen. §.
fin. ff. de teſti. & oportet eos eſſe conteſtes quo ad effectum,
licet non in verbis, vt not. in c. cum eccleſia. in verbo, vacil-
laſſe. in gl. de cau. poſ. & proprie. & in c. dudum. in gl. de con
uer. coniug. & no. Io. And. & alij in c. nihil obſtat. de verbor.
ſigni. & ita in multis locis dicunt legiſtæ per legem qui ſen-
tentiam. C. de pœn. cum ſimili. ¶ Sed dicti duo teſtes nec in
verbis nec in effectu ſunt concordes & conteſtes, vt proba-
bo, ergo, &c. quòd non ſint conteſtes patet: quia fatetur ꝙ
primus teſtis deponit magnificum dominum Galeacium
dixiſſe Alexãdro per hæc verba videlicet, e le venuto el nun-
tio che dice hauere raſone in quella poſſeſsione & che l'a-
ſpeta ad ella che non me la poi hauere donata, va pure, tien

tela è godela & rendeme li mei denari che io ho ſpeſo nelle
gabelle, & altre ſpeſe che ho fatto & fane tutto quello che
tu voi de eſſa: & qđ tunc dictus Alexand. dixit domino Ga-
leacio: come voleti voi che io ne faccia che raſone ne auere-
be io: & quod do. Galeacius replicando dixit, va pure & ré
deme li mei dinari che io ho ſpeſo: & fano quello che tu voi
de la tua poſſeſsione che in fina adeſſo te la renūcio, Secun-
dus verò teſtis, vt dicitur, atteſtatur quod do. Galeacius ꝓ-
tulit hæc verba coram Alexan. videlicet va e fa de la tua poſ
ſeſsione cio che tu voi che morto che tu fuſſe la non perue-
nerebe a mi, per che a le cride comparſe vna tua ſorella e
moſtrò che morto ti ditta poſſeſsione peruene a lei va pure
e fa de la tua poſſeſsiōe cio che tu voi che fina adeſſo te la re-
nūcio e ſi te la do liberalmēte pure che tu me pagi le gabel-
le & le charte ch'io te o pagato: & ipſe acceptauit. ¶ Modò ſi
diligenter ponderantur atteſtationes dictorum teſtium ap
paret euidenter de diſſonantia & diſcordia inter eos, qa in-
ſpectis verbis primi teſtis pro dicta renuncia debebāt refici
domino Galeacio expenſæ gabellarū & omnis alia impen-
ſa, quam do. Galeacius oſtenderet ſe feciſſe, vt patet ex illis
verbis videlicet: rēdeme li mei denari ch'io ho ſpeſo in le ga
belle & altre ſpeſe: & etiam ex illis verbis: va pure & rende-
2 me li mei denari che ho ſpeſo, † indefinita enim æquipollet.
vniuerſali ſaltem quò ad oīa, in quibus eſt eadem ratio. l. ſi
ſeruitus. ff. de ſerui. vrba. prædi. l. ſi plurib. in prin. & ibi Bar.
& alij. ff. de le. 2. c. ſolitę. de maio. & obe. & not. gl. in c. vt cir-
ca. de elec. lib. 6. & Dy. in Rub. de reg. iur. eo. lib. cum ſimili.
¶ Sed inſpectis verbis ſecundi teſtis pro dicta renuncia non
debebat reſtitui domi. Galeacio per Alexand. niſi expenſa
gabellæ & expenſa inſtrumentorum, vt patet in illis verbis
videlicet, pure che tu paghi le gabelle & le charte, apparet
ergo quod longa eſt differentia inter diſpoſitionem vnius
teſtis & alterius in effectu, quia ſecundus teſtis vltra expen-
ſam gabellę ſolùm deponit fuiſſe actum de vna alia expenſa
in ſpecie, ſcilicet inſtrumentorū. ¶ Primus verò vltra expen
ſam gabellarum deponit in genere fuiſſe etiā actum de aliis
expenſis, & ſic teſtimonium primi teſtis eſt aptum compre
hendere longè plura q̃ teſtimonium ſecundi. vnde quam-
cunq; impenſam feciſſet dominus Galeacius pro habenda
& acquirenda dicta poſſeſsione donata, vel pro ea acquiſita
conſeruanda, puta contra cōparentes tempore proclama-
tionum ſeu cridarum, vel pro alendo dictum Alex. vel in ſi-
milib. quæ ad præſens non eſt neceſſe probare, debuiſſet illa
reddi do. Galeacio, ſi verum fuiſſet illud quod deponit pri-
mus teſtis, quod non ita eſſet ſi ſolum fuiſſet eo modo quo
deponit ſecundus teſtis, & illa reſponſio expenſarum ſucce
debat loco precij renunciæ & loco cauſæ. l. fundi partem. ff.
3 de cōtrah. emp. l. prædia. ff. de act. emp. ¶ † Vnde ſicut quan
do vnus teſtis deponit ꝙ res fuit vēdita vel conceſſa pro de-
cem, alius teſtis dicit ꝙ fuit ꝓ quindecim, & ſic vnus de plu-
ribus deponit, qui aliàs dicuntur adeò ſingulares ꝙ non
probant, vbi agitur de probando certo actu, vt in caſu no-
ſtro, & non agitur de probando aliquo vniuerſali vel aliquo
in genere, vt no. Io. And. & alij poſt eum in c. 1. de arbi. lib. 6.
* in nouella. & ibi ſequuntur alij * cōiter. & idem not. Arc. 11.
q. 3. c. nihilominus. & not. Ange. & Mod. in l. ex facto. §. item
quæro. ff. de vulg. & pup. & Bald. in l. teſtium. in 7. col. C. de
teſt. & in l. 1. C. de teſta. & Io. de Imo. in l. inter pares. in 3. col.
ff. de re iudi. & in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. obl. & in c. cum
oporteat. de accu. & vbiq; approbatur hæc cōcluſio quò ad
caſum noſtrū, in quo varietas teſtiū inducit ſingularitatem,
vt patet ex not. in locis pręalleg ita ratione varietatis & ſin-
gularitatis non probant in caſu noſtro dicti teſtes: & iſtud
ꝓ ſe ſufficeret pro victoria do. Galeacij & habeo ꝓ hoc po-
tiſsimum fundamentū. ¶ Poteſt etiam alia ratione dici di-
ctos teſtes non ꝓbare, qm̄ probatio eorum non eſt certa, vt
eſſe debet. l. neq; natales. C. de prob. & in c. in præſentia. de
prob. ꝙ aūt dicta probatio non ſit certa patet, quia dicti te-
ſtes non ſpecificant qualitatem prædij ſeu poſſeſsionē cum
ſuis demonſtrationib. nā ad hoc vt dicatur p̄diū clarè & cer
tè demonſtrari, oportet exprimere locū, ſaltē cū duob. con
finibus & demonſtrationib. l. forma. in prin. ff. de cenſib. l.
hac conſultiſsima. C. q teſt. fac. poſ. l. ſi qs in fun. voc. in prin.
ff. de leg. 1. ſed dicti teſtes non exprimunt demonſtrationes
p̄dictas, ſed dicunt, q̄lla poſſeſsione. ¶ Bene facit quod not.
4 Io. An. & alij poſt eum in c. auditis. de præſcri. † vbi dicunt ꝑ
illum tex. de facto terminatū fuiſſe, ꝙ quidam bidellus con
duxerat à locatore equum, vt iret ad certum locum, locator
petebat equum vel eius æſtimationem, ſi non extabat, ſed
conductor dicebat non teneri, qa mortuus fuit equus natu
raliter in via, & probauit per aliquos qui ſecum equitaue-
rant, qđ equus naturaliter ſibi mortuus eſt in via, locator
dicebat bene probaſti ꝙ vnus equus tibi mortuus eſt natu-
raliter, ſed non probaſti ꝙ fuerit ille equus quem tibi loca-
ui, certè locator rectè allegabat, qa probatio rei tanq̃ incer
ta non releuabat. ¶ Præterea ex verbis primi teſtis dicentis
ꝙ Alex. reſpōdit do. Galeacio come voleti voi che io ne fac
cia, che raſone ne haurebbe io. Apparet ꝙ dictus Alex. non
aſſenſit illi renunciæ nec illam acceptabat, quaſi nollet red-
dere oēs impenſas abſq; eo, qđ domi Galeacius per inſtru-
mentum reponeret Alex. in priſtinum ſtatum, ergo per illā
renunciam non acceptam non videtur do. Galeacius à poſ-
ſeſsione cecidiſſe. l. ſi me in vacuam. ff. de acq. poſſ. & per no.
per Bar. in l. ꝙ meo. §. ſi furioſo. in fi. eo. ti. ¶ Poſtremò con-
firmari poſſent adducta per doīum aduocatum do. Galea-
cij per ea quæ traduntur per Ant. de Bu. in c in literis. de re-
ſtit ſpol. circa medium. in verſ. & ex his infertur. ꝙ exceptio
5 renunciationis. ¶ † Vbi inquit, ꝙ licet exceptio renuncia-
tionis obſtet agenti in poſſeſſorio in beneficialibus, per c.
accepta. eo. tit. tamen ſecus eſt in non beneficialibus, quia
per hoc non fundatur intentio partis aduerſæ. per not. per
Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. col. 4.
& per alia ibi allegata, per eum ſentio etiam dictos teſtes eſ-
ſe viles, abiectos & pauperes, quibus non eſt plena fides ad-
hibenda. l. 3. in prin. ff. de teſt. ¶ Ex quibus concludo atteſta
tiones dictorum duorum teſtium præfato domino Galea-
cio non obſtare. reliqua ſuppleat præſtantia dominorum
iudicare debentium, &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba quando importent modum vel conditionem.*
2 *Exceptio quæ oritur ex eodem fonte nunquam eſt ſublata.*
3 *Participium ſoluitur in verbum & relatiuum.*
4 *Notarius non poteſt conficere inſtrumentum, niſi de his quæ vi-
dit & audiuit tempore contractus.*

## CONSILIVM CXIX.

VIſo proceſſu ſuper cauſa inter ſpectabilē equi-
tem & comitē do. Ludouicum de Fedrucis de
Firmio agentem, & magiſtrum Iacob. de Ve-
xano ſe defendentē. ¶ Summa totius rei con-
ſiſtere videtur in hoc, vtrum dictū inſtrumen-
tum rogatum per ſer Nicol. de Panſachis, mereatur execu-
tionem ſcđm formam ſtatutorum, & per conſequens, an ꝓ
parte domini Ludouici fuerint adimpleta ea quæ pro parte
ſua adimplenda erant ſtantibus proteſtationibus & obla-
tionibus pannorum & expenſarum factis in ciuitate Firmia
na dicto Baptiſtæ de Crapentariis, allegans illas petias pan-
norum non eſſe illas quæ fuerunt per ipſum Baptiſtam con
ſignatæ dicto do. Ludo. & de quibus fiebat mentio in inſtru
mento rogato per d ſer Nicolaum, prout de prędictis pro-
teſtationibus & obligationib. apparet ſcriptura publica ro
gata & ſcripta manu ſer Simonis de Firmo. vnde ad rem
ipſam veniens, animaduertendū eſt, ꝙ in dicto inſtrumēto
cuius petitur executio, & in quo magiſter Iac. promiſerat
dare dicto domino Ludouico certam quantitatem olei in
ciuitate Forliuij, ſunt adiecta iſta verba poſt dictam promiſ
ſionem olei, videlicet cum hoc etiam pacto & conditione,
ꝙ præfatus do. Ludouicus conſignet prædicto Baptiſtæ, vel
per ipſum dominum Lodouicum non ſtare, quin daret &
conſignaret dicto Baptiſtæ ſeu alteri pro eo, & nomine eius
de voluntate dicti Baptiſtæ octo petias pannorum plurium
colorum ſibi iam conſignatis dicto do. Ludouico, per dict.
Baptiſtam in ciuitate Firmi, prout dictus procurator dicto
nomine ad inſtantiam dictorum domini Ludouici & Ba-
ptiſtæ dixit, aſſeruit & confeſſus fuit, ꝙ dictus do. Ludoui-

cus dictas octo petias panni habuit & recepit à dicto Bapti-
sta,&c. Item in eodem instrumento post prædicta, & quædã
alia est clausula huius tenoris, videlicet quibus conditioni-
bus adimpletis & offertis pro parte præfati domini Ludo-
uici versus dictam Baptistam voluit dictus magister Iacob.
posse conueniri in ciuitate Forliuij, Cesennæ, Arimini,&c.
& generaliter vbiq; locorum, terrarũ & fori, in quo vel qui-
bus dictam quantitatem dictus domi. Ludo. vel eius procu
ratores petierunt ab ipso magistro Iacobo se integrè & cũ
effectu soluturum. in quibus quidem locis & aliis quibus-
cunq; voluit ipse magister Iacobus posse ẽt realiter & perso
naliter conueniri, capi, cogi & compelli, carcerari & arresta
1 ri,&c. ¶ † Nam illa verba cum hoc pacto & conditione,&c.
adiecta in prima clausula supr. posita, facient conditionem
vel saltem modum. l. filius matrem. in verbo, eo pacto. & ibi
ad hoc illum text. ponderat Bal. C. de inoff. test. l. cum res. &
ibi Bal. C. de dona. l. si societatem. §. arbitrorum. cum glo. &
ibi hoc no. in prin. ff. pro socio. l. Mæuia. ff. de man. test. not.
Bar. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & dem. cir-
ca 2. col. & probatur etiam in l. q̃m. & ibi hoc no. Bald. C. de
rerum perm. in l. ea conditione. & ibi Bal. C. de rescin. ven.
& no. Io. And. in addi. Spe. in tit. de instr. edi. in §. nunc verò
áliqua. in vlt. col. & per Bart. in l. nihil. ff. de coniungen. cum
emanci. lib. ¶ Et licet in dictis locis habeatur, ꝙ dicta verba
denotant potius modum q̃ conditionem, tamen in propo-
sito nostro faciunt conditionem & non modum. quia vbi-
cunque aliquid est expressum per verba importantia de sui
natura modum & non conditionem, tamen appareat taci-
tè vel expresse partes voluisse, ꝙ primò impletur illud qđ
erat expressum per verba de sui natura importantia modũ,
ꝙ implere debens consequatur emolumentum & commo
dum sibi præstandum, tunc talia verba mutant naturam,&
non faciunt modum, sed conditionem. l. Thais ancilla. §. Sti
chus. ff. de fideicõ. lib. ita no. Bar. in l. quibus diebus. §. Ter-
milius. in ver. quid si testator expresse voluit ante impleri,
&c. & probatur in l. in conditionibus. §. 1. & l. quæsitum. §. 1.
ff. de condi. & dem. & per Imol. in l. hmõi. in prin. ff. de leg. 1.
¶ Sed ita est ꝙ dicti contrahentes voluerunt, ꝙ primò debe
rent impleri ea quæ vt sup. erant implenda in personam di-
cti Baptistæ, anteq̃ conueniretur & exigeretur dictus magi
ster Iacobus, vt patet ex d. §. clausula incipiente, quibus con
ditionibus adimpletis,&c. vt verba ipsa sonãt, colligitur ex
illis ablatiuis. s. quibus conditionib. adimpletis,&c. ¶ Quia
ablatiui important conditionem & resoluuntur ac impor-
tant, sicut si dictum fuisset: & si dictus domi. Ludoui. dictas
conditiones impleuerit, &c. tam in vltimis voluntatibus q̃
2 contractibus. l. à testatore. ff. de condi. & dem. l. ab emptio-
ne. in prin. & ibi no. Bar. ff. de pact. ¶ † Sed ita est ꝙ statutum
disponens, ꝙ instrumẽtum habeat executionem paratam,
& ꝙ contra illud nulla possit opponi exceptio, semper intel
ligitur, dummodo cõditio contractus sit adimpleta, vt latè
dicit Bal. in l. si causam, maximè versus fi. C. de exec. rei iud.
& Imo. in l. fi. in 10. col. ff. de acq. pos. & not. Bart. in l. etiam.
in 1. vel 2. co. C. de exec. rei iud. ¶ Ad idem quod no. Bal. in l.
ex prædiis. C. de eui. vbi dixit, ꝙ si statutum disponit, ꝙ con
tra instrumentum confessionatum non possit opponi ali-
qua exceptio, tamen poterit opponi exceptio rei non tra-
ditę, vel non liberè traditæ, si ista exceptio proueniat ex eo-
dem instrumento. allegat no. per Bar. in l. eum qui ita. §. qui
ita. ff. de ver. ob. ¶ Ad hoc quod no. Ant. de Bu. in c. cum Io-
annes. in princ. in gl. quæro an emptor,&c. extra, de fide in-
stru. ¶ Ad idem quod not. Bal. in Auth. præsente. C. de fide-
ius. vbi dixit, ꝙ si contra executionem instrumenti confes-
sionati nõpõt opponi ex forma statuti aliqua defensio mo-
dò fideiussor conuentus ex instrumento confessionato pe-
tit iura sibi cedi, nunquid admittatur ista defensio, arguit ꝙ
non, quia statutum dicit, ꝙ nulla admittatur defensio, ta-
men ipse concludit contrarium, quia quando defensio ve-
a nit ex eadem causa & inest, & procedit ex eodem fonte *a* seu
instrumento à quo procedit petitio, tunc semper potest
opponi, per not. per Bar. in l. peremptorias. in 4. col. C. sen.
rescin. non pos. in versi. quæro condemnatus, &c. & in l. 1. ff.
de iur. & fac. ign. & Fulg. & Paul. de Cast. in l. si duo patroni.
§. si quis iurauerit. ff. de iureiu. ¶ Ex prædictis ergo apparet
ꝙ nisi adimpleuerit do. Ludouicus dictam conditionẽ con
sistẽtem in reddẽdo dictas petias panni Baptistæ prædicto,
non poterit cum effectu in executione instrumenti petita
obtinere attento, ꝙ per modum conditionis fuit adiecta di
cta conuentio, & quod procedit ab eodẽ instrumento, cu-
ius petitur executio. Facit etiam, quia statutum prædictum
b debet intelligi de instrumento liquido, *b* vt per Bar. in l. 1. in
prin. ff. de eden. & l. proinde. §. notandum. ff. ad l. Aquil. & in
l. eleganter. in prin. ff. de cond. inde. & in l. 2. C. de sen. quę si.
cer. quanti. cum si. ¶ Nec prædictis ob. si dicatur, ꝙ do. Lu-
douicus obtulit dare Baptistæ in ciuitate Firmi octo petias
panni diuersorum colorum asserendo illas esse easmet quæ
sibi dom. Ludo. per Baptistam cõsignatæ fuerant: & de qui-
bus fiebat mentio in dicto instrumento rogato per ser Ni-
colaum de Pansachiis, quamuis Baptista tunc recusauerit
eas recipere asserens non esse suas seu illas quas consignaue
rat ipse dicto dom. Ludouico, quia ad hoc respondeo, quod
cum in instrumẽto rogato per ser Nicolaum de Pansachiis
contineatur, quod debeat dictus Ludouicus consignare d.
Baptistæ octo petias pannorum plurium colorum: sibi iam
consignatas per dictum Baptistam dicto domino Ludoui-
co, & sic non promiserat procurator domini Ludouici in d.
instrumento dare Baptistæ octo petias panni diuersorum
colorum simpliciter, sed promisit dare illas quas consigna-
uerat dictus Baptista do. Ludouico. ¶ Hoc etiam importat
3 illud participium præteriti tẽporis consignatas, † quia par-
c ticipium resoluitur in verbum & relatiuum, id est, quę con-
signatę fuerunt, vt no. *c* gl. in Cle. 1. in verbo, si dignitatibus.
de præb. & relatiuum iunctum verbo præsentis vel præteri-
ti temporis significat quantitatem demonstratiuam. l. de-
monstratio falsa. in prin. ff. de cond. & dem. & not. Bal. in l. 1.
eo. tit. ¶ Ergo ad hoc, vt dicatur dictum Ludouicum adim-
pleuisse ꝓ parte sua oportet, quod constet eum dedisse seu
obtulisse Baptistæ, nõ dico simpliciter octo petias panni di-
uersorum colorũ, sed illas quas Baptista consignauerat do-
mino Ludouico, & sic probet, ꝙ ista qualitas & demonstra-
tio adiecta in dicta promissione pannorum facta per pro-
curatorem dom. Ludo. fuerit verificata & impleta. qa quo-
ties aliquid profertur cum aliqua qualitate, debet vtrunq;
probari, scilicet adimpletum esse illud, & etiã qualitas eius.
l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flu. publi. & no. Bar. in prin. hu-
ius l. & l. non solum. §. sed vt probari. & Bal. in l. conuenticu-
lam. circa 3. col. C. de epis. & cler. & facit in l. 2. §. docere. ff. vi
bon. rap. ¶ Et ideo non sufficit ꝙ appareat ꝙ dominus Lu-
douicus simpliciter obtulit octo petias panni diuersorum
colorum, tanq̃ illas quæ sibi consignatæ fuerunt per Bapti-
stam, nisi probet quod erant illæmet cum Baptista hoc ne-
gauerit. ¶ Pro hoc adduco decisionem Ioã. An. in c. auditis.
de præscri. quem ipse sequitur Ant. de But. & alij Moderni,
vbi dicit Io. And. se aliàs practicasse. Nam quidam conduxe
rat à locatore certum equum pro certo itinere, & iste equus
naturaliter mortuus est in itinere, locator petebat emendã
equi, conductor probauit in genere equum mortuum na-
turaliter. probauit enim per illos qui secum erant, ꝙ equus
quem equitauit die tali mortuus erat naturaliter. dicebat
locator bene probasti equum vnum esse mortuum, sed non
illum quẽ tibi consignaui vel locaui, & sic bene dicebat lo-
cator, quia talis probatio ambigua non sufficit, per text. in
d. c. auditis. & alia quædam exempla ibi subiicit Io. And. Ita
in proposito spectabat ad dictum Ludo. in causa executio-
nis probare, quod illę petiæ panni quas obtulit, erant illæ q̃
fuerant consignatæ sibi per dictum Baptistã. & per hoc pa-
tet non obstare si diceretur ꝙ præsumitur, quod illę petiæ
panni quæ fuerunt oblatæ Baptistæ fuerunt illæmet q̃ fue-
runt consignatæ per Baptistam do. Ludouico, eò qa plura-
litas non præsumitur, nisi probetur, c. in præsentia. vers. ve-
rùm. & ibi Ant. de Bu. de prob. c. cùm Ioannes. de fide instr.
l. si in rem. & ibi not. Bar. ff. de rei ven. & not. Iaco. Bu. in l. o-
ptimam. C. de contrah. & cõmit. stip. & Bald. in l. neq; nata-
les. C. de prob. & in l. conuenticulam. in 5. col. C. de episc. &
cle.

cle.l.idem Pomponius.§ fi.ff.de rei ven.cum sim.qa respon.
quod vbi apparet, ꝙ istæ petiæ panni oblatæ per do. Ludo.
Baptistæ fuissent aliàs per Baptistam consignatæ dom.Lud.
quanuis Baptista nunc diceret, ꝙ illæ octo petiæ panni non
sunt illæ quæ debebant sibi consignari, qa diceret ꝙ posset
esse ꝙ pluries consignauerit dicto Lud.illas quantitates pe
tiarum panni diuersorum colorum,certè non debebat au-
diri Baptista allegans istam pluralitatem consignationum
factarum per ipsum domino Ludo.qa pluralitas consigna-
tionum non pręsumitur.sed cùm non appareat ꝙ dictę pe-
tiæ oblatæ fuerint vnquam consignatæ per Baptistam dom.
Ludouico, nō est probata intentio dicti domini Ludouici,
vt in d.c.auditis. dicit Io. An. ¶Nec ob.si diceretur,qđ in in
strumento dictæ ꝓtestationis continetur,quod dict.Ludo.
obtulit octo petias panni diuersorum colorum, de quib.fit
mentio in d. instrumento ser Nicol. de Pansachiis,quia re-
4 spondeo, † qđ notarius rogatus de dicto instrumento pro-
testationis non pōt conficere instrumentum,nisi de his q̄ vi
dit & audiuit tpe quo cōficiebatur contractus & instrumen
tū.no.Inn.in c.fraternitatis.de hær.& not.Bal.in Rub.C.de
fide instr.in 5.& 6. col.& in l.cum precib. C. de ꝓb.debet.n.
notarius conficere instrumentū de eo quod tpe contractus
vidit vel audiuit à partib.vt plenè per Io And.in addi.Spec.
in ti.de instr.edi.in 6.& 7.col. & in §.restat.in add.incip.no.
qa non sufficit.& no.per gl.in Auth. de instru.cau.& fide.in
§.si verò moriantur.in gl.quæ incipit.aliàs pro se.& Bald.in
auth. sed nouo iure.C.si cer.pe.& in d.Rub.C.de fide instr.
circa 9.co.& in l.2.de feriis.sed notarius non potuit tpe in-
strumenti vidère ꝙ essent illæ petię panni quę fuerunt con-
signatæ per Baptistam do. Ludo. quia consignatio quæ fuit
facta per Baptistam do. Ludo.non fuit facta tempore con-
fectionis instrumenti protestationis, sed longè ante,& sic
ipse ser Simon tanquam tabellio ad hoc adhibitus à parti-
bus non potuit hoc videre.vnde ēt dato qđ notario in con-
scientia sua hoc cōstaret. s.quod essent illæ petiæ panni quæ
fuerant consignatæ per Baptistam do. Ludo. tamen ex hoc
nō potuit cōficere instrumentū, vt dicit Bal.in d.l.si ex cau-
tione.in 3.q.C.de non nu.pecu. ¶Nec ēt potuit hoc audire
notarius aliter q̄ ab vna parte, patet qa Baptista cōtradixit,
non aūt consensit illā consignationē seu obligationem esse
de illis petiis pannorum q̄ ipse consignauerat dicto do.Lu-
do.debent em̄ intelligi illa verba instrumenti ꝓtestationis,
dum dicit, de qbus in dicto instrumento fit mentio,vt illud
relatiuum,de qbus referatur in genere ad petias panni,sed
non ad oēs qualitates pannorū nominatorū in instrumen-
to,vt no.per gl. & Bar. in l.Iul.de hær.inst.& in l.3.ff.de neg.
gest. & in l.domum. ff.de iniur. ¶Non ob. ꝙ magister Iaco.
conuentus in iudicio executiuo confessus fuit oīa contēta
in instrumento rogato per ser Nico. de Pansachiis esse vera,
& per ipsum magistrum Iaco.non stetisse neq; stare, quo mi
nus impleantur oīa cōtenta in dicto instrumēto, & obtulit
se per pactū contenta in d.instrumēto implere,& per ipsum
nō stare, &c. Quia respon. qđ magister Iac.dixit,ꝙ ꝑ ipsum
non stetit nec stabat, quominus adimplerētur contenta in
instrumento, & dicit verū, qa stetit & stabat per dict. Ludo.
quia non dederat petias panni dicto Baptistę quas dare de-
bebat, & ipse magister Iacob. erat paratus adimplere.,tamē
ad hoc, vt dictus Ludouicus posset actualiter eum ad solu-
tionem cogere vel cogi facere debet,pro parte sua adimple
re.l.Iul.§.offerri.de act.empt.l.ædiles ēt.§.fi.de ædi.edic.fa-
cit l.cedere diem.de ver.sig. ¶Nec habet obstare ēt si appa-
reat,ꝙ si sex petiæ pānorum ex dictis octo petiis fuissent de
illis quas consignauerat Baptista dicto Ludouico, quia ex
d quo non adimpleuit.d.Ludouicus in totum & perfectè *d* nō
dicebatur releuari per talem obligationem partis.l.tutor.
§.Lucius.ff.de vsur.l. 4. §. Cato.in fi.& l.qui viā.§.fi.& quod
ibi no.Bar.de verb.ob.& l.cum fundus.de cond. & demon.
¶Ex quibus omnibus apparet ꝙ dictum instrumentū non
meretur executionem, quia non fuit adimpletum pro par-
te dicti domini Ludouici illud quod implere tenetur, scili-
cet dare illas octo petias panni Baptistæ, quas Baptista sibi
consignauit.tunc si magister Iacob. emeret in ciuitate Fir-
mi, illam quantitatem & eam conduceret Forliuium ex-
pensis domini Ludouici,& ibi consignaret domino Ludo-
uico nō teneretur ad aliud vltra quantum est respectu olei,
vt patet ex prædictis.

ADDITIO.

a ¶Fonte.suprà consi.95.num.2.
b ¶Liquido.plenè dixi in consue.Pari.§.166.
c ¶Vt no.Ias.l.Centurio.col.16.de vul.& pup.consi.55.col.5.
consi.65.col.2.lib.3.Alex.infrà lib.2.consi.124. nu.6.
d ¶Perfectè.inf.li.5.cons.76.col.fi.Aret.cons.94.in fin.Soci.
cons.26.col.2.lib.3.Cor.consi.343.col.3.lib.1.consi.245.lib.
4.Deci.consi.452.nu.3.Matth.Affli.deci.Neap.220.nu.4.

*SVMMARIVM.*

1 *Verbum, & hæredibus, non restringit sed auget.*
2 *Alienatione prohibita per contractum, non prohibetur per testamentum.*
3 *Hospitale sine authoritate episcopi non est locus religiosus.*
4 *Ecclesia potest acquirere emphyteusim, vt vendat, non vt retineat.*
5 *Emphyteusis potest donari vel legari domino irrequisito.*

EPITOME.

Hilarius conduxetat ad liuellum perpetuum pro se suisq; filiis & hæredibus in 39. ann.ad renouandum ab illustrissimo Marchione Astensi.prout in instrumentis inuestituræ continetur, duas apothecas quarum vsumfructū per codicillos reliquit cuidam Paulo de Cultris,& Alexandro de Fontana relicto hærede vniuersali hospitali domus Dei de Mutina,quo Hilario defuncto,domino visum est dictum hospitale non potuisse in dicto liuello succedere attento tenore inuestiturarum dicti Hilarij & inuestiuit dictum Paulum & Alex. fratres ꝓut in inuestitura. Quæritur an de iure dictum hospitale tunc fuit capax dicti liuelli,& debuerit in eo dicto testatori succedere. & Alex.& Paulus, in dicto vsufructu legato.

CONSILIVM CXX.

SVper eo quod quęritur,videtur fortasse dicen-
dum non potuisse dictum liuellum transire iu-
re hæreditario in dictum hospitale,qa expresè
in inuestituris Hilarij cōtinetur,ꝙ si d.Hilarius
vendere voluerit dictas res seu ius suum primò
teneatur requirere dictum Marchionem Astensem domi-
num directum & eidem domino Marchioni teneatur ven-
dere pro minori pretio quàm alij personæ:si verò ipse domi
nus Marchio vel eius hæres emere noluerit, tunc liceat di-
cto liuellario & suis hæredibus vendere cuilibet alij perso-
næ emere volenti,præterquam vlli venerabili loco,commu
ni,collegio, vniuersitati,maiori,sed personæ habili & suffi-
cienti ad soluendum dictum liuellum & ipsam rem melio-
rando:& si aliter factum fuit,non valet ipso iure,imò per pa
ctum expressum cadat à iure suo. Et ita est ꝙ ille qui nō po-
test alienare in aliquem venerabilem locum,dicitur facere
contra prohibitionem illum instituendo sibi hæredem.l.
peto.§.fratre.& ibi not.l.codicillis.§.matre. ff. de lega.2.l.si
ita quis.§.ea lege.ff.de ver.obl.& ibi plenè per Bar.& not.in
l.pater.§.Iulia Agrippa.ff.de lega.3. ¶Sed hospitale videtur
esse venerabilis locus & pius sicut ecclesia: & propterea ita
subsunt episcopo hospitalia sicut ecclesia.8.q.2.quidam.c.
de xenodochiis.de reli. do. not. Archid.4.q.1.si ex Laicis &
Bal.in l.orphanotrophos.C.de episc.& cler.& in Auth.simi
liter.C.ad l.Falci. ¶Et quod hospitale dicatur pius & vene-
rabilis locus,dicit expresè Spec. in tit. de instrumen.edi.§.
nunc verò aliqua.versic. & scias.allegat inter cætera.§.fin.in
Auth.de ecclesia.tit.col.9. ¶Accedit etiam ꝙ de iure com-
muni nō videtur,quod in ecclesia & pari ratione nec in ho-
spitali posit fieri alienatio iuris emphyteutici, ēt quando
dominus directus recusat acquirere velle,vt no. in c.potuit
extra,de loca. in verbo,prohibetur. & no.Spec.in tit.de lo-
ca.§.nunc aliqua.versic.exhiberi. facit quod habetur in c.1.
1 de alie. feu.& quod no.in d.§.ea lege. ¶†Sed præmisis non
obstantibus, contrariam sententiam , puto de iure verio-
rem.moueor:quia dicta concesio ad liuellum perpetuum

fuit facta Hilario pro se suisq́; filiis & hæredibus. ꝓpter quæ
a verba veniunt etiam hæredes extranei. *a* Nam illa copula
& auget, vt etiam comprehendantur hæredes qui non sunt
filij. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. & ita concludit Bar. Bal.
Ange. & Imol. in l. Gallus. §. etiam si parentum. ff. de liber. &
posth. & Bal. in d. l. Gallus. §. 1. ad fi. saltem quando sumus in
concessione facta, non ab ecclesia, sed ab alio de cuius con-
cessione natura est, ꝙ tunc possit transire ẽt ad extraneos,
iuxta l. viam. C. loca. iuncto §. emphyteusis. in Auth. de non
alien. per no. per Bart. in l. iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper.
liber. & ista est conclusio vera. & no. in dictis locis. & ita etiã
concludit Io. de Imol. in d. l. quod dicitur. in 16. col. ff. de ver
bor. oblig. & in l. ex facto. la 2. in 8. col. ff. de hær. insti. & in c.
potuit. in antepe. char. de loca. & sequutus sum in d. l. quod
dicitur. ¶Nec ob. ad hoc si diceretur ꝙ copula & debet co-
pulare similia non dissimilia, argumento l. fi. §. dulcia. ff. de
vino, triti. & oleo lega. quia respondetur, ꝙ attento ꝙ pater
recipiendo talem emphyteusim pro filiis, videtur stipulari
& acquirere filiis, non tanq̃ filiis, sed tanq̃ hæredibus, vt no.
in l. si tibi. §. pactus. ff. de pac. nam videtur dicta copula posi-
ta inter dissimilia. potest etiam responderi ꝙ in d. §. cui dul-
cia. ibi illud operatur adiectiuum naturaliter positum non
autem copula, vt ibi per Bar. ¶Non ob. etiam l. Seię. §. Caio.
ff. de fun. instr. quia respondetur, ꝙ ibi qualitas adiecta vni
rei videtur repetita in alia re posita in eadem oratione pro-
pter copulam &, sed in casu nostro non fuit adiecta qualitas
alicui rei, sed fuit tm̃ expressa persona filiorum, nihil ergo
repugnat quominus hospitale, quanuis sit hæres extraneus
potuerit admitti. ¶Non ob. si diceretur, ꝙ ex forma cõuen
tionis nõ poterat alienari in aliquem venerabilẽ locum, qa
respondeo, quod verba conuentionis non loquuntur de a-
lienatione in genere, sed loquuntur de venditione precio
explicanda, vt patebit ibi dum dicit, vendere pro minori
precio, &c. iunctis sequentib. clausulis. & sic per instrumen
tum prohibetur alienatio per contractum venditionis in a-
liquem locum venerabilem, non autem alienatio in gene-
2 re, sed ita est, † ꝙ vbi prohibetur alienatio per contractum,
nõ intelligitur ꝓhibita alienatio quæ fit in vltima voluntate
iure vniuersali. l. verba gesserunt. ff. de ver. sig. l. milites. ff. de
re mil. l. decuriones. cum ibi not. ff. de decurio. l. 1. in fi. iun-
cta gl. in verbo, sui. C. non lice. habit. metro. lib. 11. & firmat
etiam clarè Io. de Imol. in l. si ita quis. §. ea. l. ff. de ver. obli. in
3 pen. col. & bene facit l. fi. ff. de prædiis curi. lib. 10. ¶ †Posset
etiam responderi ꝙ illud quod dicitur de hospitali, scilicet
ꝙ est venerabilis locus quemadmodum ecclesia, procedit
b in hospitali fundato authoritate episcpi, aliàs non, *b* per id
quod habetur in c. ad hoc, cum ibi not. per DD. de relig. do.
& per ea quę habentur in Cle. quia contingit ad fi. cum glo.
in verbo, altare. de relig. do. & ibi DD. & glo. 8. q. 2. quidam.
& Host. in Sum. de regula. §. 1. ver. quid de rusticis. & Bald. in
Auth. hoc ius porrectum. in 2. col. C. de sac. san. eccle. & in l.
si quis ad declinandam. C. de epi. & cler. circa pen. col. & Io.
de Imo. in c. officij. in antepe. char. de testamen. & Domini-
cus de sancto Geminiano in c. 2. de resti. in inte. li. 6. & Ang.
in consi. 117. inci. An canonica. vbi dicit, ꝙ ita debet intelli-
gi id quod Spec. no. in d. ver. & scias. & id quod habetur in d.
c. de xenodochiis. & sic vbi non appareat istud hospitale es-
se fundatum authoritate episcopi, non videtur esse venera-
bilis locus, quamuis ecclesia & similia loca appellentur ve-
nerabilia loca. §. illud. in Auth. de monachis. ¶Non obst. ꝙ
de iure communi non potest fieri alienatio iuris emphyteu
tici per emphyteutam in ecclesiam, quia respondeo primò,
ꝙ si istud hospitale non est fundatum authoritate episcopi,
cessat argumentum per ea quæ dixi. ¶Secundò respondeo,
ꝙ secundum quod dicit Io. And. in d. c. potuit. non reperi-
tur de iure expressum, ꝙ in ecclesiam non possit transferri
ius emphyteuticum. & text. in l. fi. C. de iure emphy. & in d.
c. potuit. dum ibi dicitur, in personas prohibitas nõ potest
alienari, intelligitur de prohibitione facta per pactum ap-
positum in contractu emphyteutico, vel per consuetudinẽ.
4 & ita etiam intelligit Imo. in d. c. potuit. ¶ †Præterea posito
quòd ecclesia non posset acquirere quantum ad retinendũ
pro se, tamen quantum ad hoc, vt in ecclesiam transferatur
ex tit. institutionis hæreditatis, & ipsa alteri idoneo vendat,
c hoc non est prohibitum: & ita de consuetudine *c* seruatur,
quod ecclesia intra annum vendat alteri, secundum Spe. in
tit. de loca. §. nunc. ver. 7. vbi ad hoc allegat. in ar. 12. q. 2. lon-
ginquitate rei. cum si. & sequitur Io. And. & DD. in d. c. po-
tuit. & ibi ponit Io. de Imol. in 17. col. super gl. in verbo, pro
hibetur. ¶ Potest etiam responderi ꝙ prohibitio quæ facta
est à iure, quò ad ecclesiam & potentiores, est quò ad aliena
tionem quæ fieret per pactum: ita loquitur text. in d. c. po-
tuit. & in d. l. fi. C. de iure emphy. & non extenditur ad alie-
nationem quæ fieret instituendo hæredẽ, per d. l. verba ges-
serunt. cum concor. suprà alle. ¶Non ob. id quod habetur
in c. 1. de grad. succes. in feu. & ideo si transiret ad ecclesiam,
nunq̃ reuerteretur ad dominum. istam rationem reddit ibi
tex. quæ ratio cessat in casu in emphyteusi concessa pro se, fi
liis, & hæredib. attento ꝙ comprehendit omnes hęredes ẽt
extraneos in ꝑpetuum, vt dixi in l. in annalib. C. de leg. l. sci-
endum. ff. de verb. signi. & si dicti liuelli vsusfructus relictus
fuit à dicto Hilario dictis Alex. & Paulo iure legati, vt in the
5 mate præsupponitur, valeret dictum legatum, † quia habẽs
rem in emphyteusim, seu ad liuellum perpetuum quod idẽ
d est, ꝙ emphyteusis in proposito nostro, *d* vt not. DD. in l. 1.
C. de iure emphy. & Bar. & alij in l. si finita. §. si de vectigalib.
ff. de dam. infect. potest ius suum legare. l. in conuentionib.
& ibi Dy. ff. de ver. sig. l. si domus. §. fi. ff. de lega. 1. firmat Spe.
in d. §. nunc aliqua. ver. 112. quem sequitur Io. An. & Paul. de
* Leaz. & alij in c. potuit. de loca. & ista est * cõis opin. in em-
phyteusi non concessa ab ecclesia, vt etiam tenet Sali. in l. fi.
C. de iure emphyt. nam legatum est donatio. l. legatum. ff.
de le. 2. ¶ Sic ergo potest tale ius donari per emphyteutam
etiam irrequisito domino, vt statim dicam. ita & legari. qđ
e autem possit donari, *e* firmat gl. Iac. Bu. Bal. & Sal. in d. l. fin.
C. de iure emph. & Bart. in l. 1. C. de fun. patr. lib. 11. & Spe. &
Io. And. in d. §. nunc aliqua. ver. 147. Iac. de Are. & Bal. in d. l.
* si domus. §. fi. de leg. 1. & ita etiam ibi tenet Io. de Imol. Ra-
pha. Cu. & Pau. de Cast. qui dicunt, quod ista est * cõis opin.
& Bal. in l. cum virum. C. de fideicom. & Io. Andr. & alij post
gl. in d. c. potuit. & Io. de Imo. in l. vsuf. ff. solut. mat. est bene
verum ꝙ Bald. in d. l. si domus. §. fin. & in d. l. 1. §. pen. ff. de su-
perficie. & in l. si patroni. in princi. ff. ad Treb. & in l. in con-
uentionibus. de ver. sig. tenuit ꝙ solum emphyteuta condu
cens à fisco, seu Republica possit legare & donare sine con-
sensu domini, & ita secundum eum loquuntur iura sup. alle
gata. ¶ Et si dictus Hilarius conduxit à camera fiscali, tunc
etiam secundũ opi. Bar. potuisset legare, vt fecit, & ẽt quan-
do non conduxisset à camera fiscali, adhuc secundum opin.
cõem verum est dicere, ꝙ talis liuellarius seu emphyteuta
potest donare sine consensu domini, quia ratio d. l. fin. non
habet locum in legato vel donatione, quæ vt plurimũ fiunt
propter merita. l. nec adiecit. ff. pro socio. quia ratio cessat
quando donaretur, vel simili titulo transferretur: sed ius
emphyteuticum potest legare vel donare irrequisito domi
no, & si dicatur, talis legatarius vel donatarius, non erit ob-
ligatus domino ad canonem soluendum, cum & nihil pro-
miserit, & sic contra eum non erit consultum domino, quia
respondetur, ꝙ succurretur domino, quia poterit agere rei
vendicatione contra donatarium, nisi soluat canonẽ, vt no.
gl. in d. l. fin. & ad alia quæ in contrarium allegari possunt, vi
delicet in hoc articulo ẽt plenè respondent DD. in locis prę
allegatis, ideo vlterius super eo non insistam, postq̃ se ita ha
bet cõis opi. à qua in iudicando non est recedendum, vt ha-
betur in locis vulgarib. ¶Fortius dico ꝙ si ita sit, vt in pun-
cto narratur, scilicet ꝙ Hilarius reliquerit solum vsumfru-
ctum Alex. & Paulo, voluit no. Bal. in l. 1. in prin. ff. quib. mo.
vsusfr. amit. ꝙ siue per legatum siue aliter emphyteuta velit
concedere vsumfructũ, possit hoc facere sine consensu do-
mini. facit quod no. Bar. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss.
in vlt. col. in versi. quæro quomodo possunt plures.

ADDITIO.

a ¶Extranei. idem sentit Alex. sup. consi. 80. nu. 12. quod pri-
ma facie videtur esse contra id quod sæpe consuluit, vt supr.
consi

consi.44.& quæ ibi dixi, sed nulla est contrarietas, quia quæ in d.con.44.adduxi, ꝓcedunt in re quę de sui natura, vel pacto non transit ad extraneos hæredes, vt feudum, emphyteusis ecclesiastica, vel quando emphyteusis aut q̄libet concessio priuati limitatur ad certas generationes vel p̄sonas, quia tunc verbum hæredib. non facit extensionem ad extraneos, quia hoc esset vel contra naturam vel contra tenorem pacti: ideo facit restrictionem, vt reqratur vtraq; qualitas. Secus quādo neq; natura, neq; tenor pacti ĩpedit trāsire ad quoscunq; hæredes, vt hic in eo q accepit ad liuellum. Idem puto, si expressè in emphyteusim ad certum tp̄s, qa tunc verbum hæredibus, cum copula aditum [nec aliter restrictum, vt infrà lib.2.cons.56.col.1.] auget. & facit ꝙ concessio non est restricta ad filios, sed ad quoscunque hæredes non aliter prohibitos transeat pro tpe suo, vel etiam perpetuò, si non est limitata ad certum tp̄s. & in dubio quoties dicitur pro se filiis & hæredibus, filij non sunt vocati, vt filij præcisè, sed in quantum præsumptiuè futuri hæredes, & sic quicunq; hæredes veniunt. & sic in dubio verbum & hæredibus non restringit, sed ampliat. quod not. adde Alex.l.Gallus.§.ēt si à parente.de lib.& posth.Sal.l.2.q.20.C.de iure emphy.

b ¶ Aliàs non idem Anch.consi.129.Paul.consi.167.lib.2.Ro.consil.476.Curt.iunior consi.20.in prin.Ias.consi.218.lib.1.Matth.Pacus in tract.de manda.aposto.par.5.fol.45.Gui.Pap.dec.Delph.187.

c ¶ Consuetudine. plene dixi in consue.Paris.§.22.q.41.§.41.num.57.cum.seq.

d ¶ Nostro. Sed in aliis differunt, vt dixi in consuetu.Paris.in Rub.des cens.

e ¶ Donari. sed nō tradi, vt scripsi in consu. Paris.§.55.in prin.. vterret Alex.hîc in fi.præsupponendo contrarium, nisi inquantum sic refert ad consuetudines quibus commissorum vigore temperatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Substitutio compendiosa continet vulgarem.*
2 *Libelli conclusio attenditur, nu.10.*
3 *Libellus debet sustineri etiam impropriando.*
4 *Vis clausulæ, petens iustitiam ministrari. nu.11.*
5 *Iudex ex officio ad commodum miserabilium personarum procedere debet.*
6 *Agens ex causa intestati, non obtinet ex causa testati, nec agens ex dominio obtinet ex quasi dominio.*
7 *Agens commodati si probat depositum, non obtinet. nu.13.*
8 *Coniunctus & vicinus præsumitur habere notitiam mortis, non testamenti.*
9 *Hæreditas patrui non adita transmittitur per ignorantiam.*
12 *Qualitas adiecta in libello, quid si probetur.*
14 *Pupillus non est miserabilis, nisi sit pauper.*

## CONSILIVM CXXI.

Viso processu causæ inter Morasum infantem ac filium & hæredem quondam Benedicti alterius quondam Morasi agētem, & magistros Iac.& Anto. de Richo bono ex altera se defendentes. ¶ Circa primum principale quęsitum. s. an stātibus narartis in libello, in quo dicitur, ꝙ Bonifacius decessit superstitib. dictis magistro Iacobo, & Ant. eius fratribus, & dict. Benedicto eius nepote ex fratre præmortuo, & ꝙ dictis magistro Iacobo & Ant. & Benedicto delata fuit ab intestato hæreditas dicti Bonifacij, & quod p̄fati Anton. Iacobus, & Benedictus scientes dictum Bonifac. mortuum & hæreditatem ipsius esse delatā eam adiuerunt, & ꝙ dicti Iaco. & Anto. dictam hæreditatem occupauerunt absq; eo ꝙ tertiam partem tangentem dicto Benedicto ei assignauerint, quare petitur dictos Iacobum & Ant. condemnari ad restituēdum dicto infanti hæreditatem & eius bona, quantum est pro tertia parte, vt latius in dicto libello cōtinetur. possit obtinere dictus infans attento quod reperitur, ꝙ hæreditas dicti Bonifacij est in causa testati, non autē intestati propter quandam substitutionem compendiosam factam per dictum Bonifacium suis hæredibus in vniuerso institutis. & euenit casus vulgaris substitutionis quod illi instituti non potuerunt esse hæredes, quo casu scd̄m* cōem opi. oı̄m

1 †comprehenditur in d. compendiosa substitutio vulgaris, vt per Gui. de Cu.Cy.& alios in l.precib. C.de impu.& aliis substi.& Bar.& oēs in l.Centurio.ff.de vul.& pup.& Bart.in l.quandiu.la vlt.de acq.hære.& in consi.57.incip. Anacelus nu.2.Canonistæ in c.Raynutius, de testamentis. ¶ Et videtur prima consideratione dicendum quod non ob. ꝙ in libello sit narratum, ꝙ hæreditas Bonifacij fuit delata ab intestato, tamen si in veritate eidem delata extitit ex testō, de
2 beat agens obtinere attēto † ꝙ conclusio libelli debeat attendi, vt no.Inn.in c.super literis, de rescri.& c.cum sit generale.de fo.comp.& Bar.in l.Aurelius.§.Sticho, per illū text. ff. de lib.leg.& l.non debet.& ibi Bald.post Bar. ff.de do.no. Bal.in l. domum.de rei vend.in l.edita.in 16.col.in rep.Paduana.C.de eden.in l.2.C.de peti.hær.cum si. ¶ Vnde cùm in conclusione non sit defectus, sed facta sit apta conclusio in petitione hæreditatis pro tertia parte, iuxta l.2.cum seq. cum ibi no.per Bar.ff.de peti.hęre. & Bar.in l.1.in prin.ff.de edendo. & in l.ex diuerso.§.1.de rei ven. & no.DD.in c.2.de libel. obla. debet obtinere. ad idem facit tex.in c.fi.de iudi. & qđ ibi eo.Ant.de Bu.in 5.no. vbi colligit ex illo tex. ꝙ narratio ꝓprietatis in libello non ampliat vires libelli, vt petitorium deductū videatur, qa libellus attenditur penès medium concludendi, vt ēt habetur in c.ex parte. b.de fo.compe.& ibi no.Ant.de But.in 5.not.cum concord.allegatis.&
3 ibi per eum.& in c.examinata.de iud. ¶ Pro hoc ēt facit † qa
a etiam sustentari a debet libellus, ēt si oporteat verba impropriare.l.si qs intentione.ff.de iud.l.1.cum ibi no.per Bar.C.de vsufru.& l.si olei, cum ibi no.per Bar.C.loca.& in l.insulam.C.de præscriptis verbis.& Bar.in l.scire debemus, ad fi. prin.& l.inter stipulantem.§.1.ff.de ver.obl. Spe.in ti.de offi. oīm iudi.§.serui. vers.in sententiæ quoq;.cum seq. ¶ Præterea, quādo libellus potest comprehendere duas vias, vnā competentem, alteram incompetentem, ad huc procederet libellus super competenti, per id quod habetur in c. ad dissoluendum.de despon.ĩpub.& no: Ant.de Bu.in d.c.examinata.iuxta medi.& dicit ibi Inn. ad fi. ꝙ quomodocunq; libellus seu petitio tolerabilis sit, admitti debet: vt etiā not. Bald.in l.2.in 4.col.C.qui accusa.non pos.& in l.2.C de formu.& in l.fi.in 5.col.C.de edic.diui Adri.tol. & l.ordinarij.penul.col.C.de rei vendi.& Bart.in l.sciant. C.de his qui ex pub.ratio.libr.10. cum si. sed huiusmodi est conclusio dictæ petitionis: qa comprehendit generaliter omne ius actoris, ergo procedere debet, & non debet restringi per specialem
4 narrationem præcedentem. ¶ †Alio fundamento videtur hoc etiam sustentari, s. propter illam clausulam generalem appositam in fine libelli, s. petens iustitiam ministrari super præmissis & quolibet præmissorum, quo casu sufficit, ꝙ secundum qualitatē eorum quę probata sunt, possit fieri sn̄ia pro actore, vt videtur velle Inn. & Bal.in c. 2.de ordi.cog.& facit quod no.Io.de Imol.in c.si cautio.versus fi.de fide instrum. ergo satis est, quod sn̄ia ex probationibus possit adaptari ad aliam partem libelli, in qua narratum est, quod rei conuenti indebite possident dictam partem hæreditatis:& hoc ēt suffragari videtur alia clausula posita in libello. s. non se astringens ad probandum non necessaria, propter quam satis est probare illam partem narratorū in libello quæ sufficiunt ad victoriā, vt no.Bar.in l.diuus.ff.de re iudi.& l.circa.ff.de procu.& Ioan.de Imo. in l.si cum nulla. ff.de re iud, ¶ Confirmatur per id qđ no.Spe.in ti.de sen.ꝓlatio.§. qualiter.vers.qd si lis. dum q̄rit quid si lis contestata est in actione depositi, & actor non ꝓbat de deposito, sed de cōmodato. ¶ Vltimò ꝓ hoc facit, qa hæc cā dicitur esse pupilli, & sic
5 miserabilis p̄sonæ.l.1.C.quādo imper.inter pu.& vid.† & iudex in officio suo pōt ad commodū miserabiliū personarū ꝓcedere, vt no.Io.And.in c.solitæ.de restit.spol. & Io.An.& Ant.de Bu.in c.ad nostram, el 2.de iureiur.ꝓbatur in l. mulierem.& ibi no.Cy.C.si manci.ita ven.ne prosti.& Bar.in l.3.in §.hoc aūt.in 4.opp.de dam.infe. & in l. si vacantia.C.de bo.vacan.li.10.& no.DD.in c.bonæ.el 1.de postu.pla. ¶ Sed præmissis non obstantib. in casu nostro, puto de iure cōtrarium esse verum, quod ꝓbatur maximè ex infrascriptis. cā intestati est contraria cāæ testati: vnde vna præsupponit aliā

cessare: quia tanquã repugnãtes adinuicem stare non pos-
sunt.l.anteq̃. C. communia de succes.& l.quandiu possunt.
6 de acq.hær.¶†Sed ita est ꝙ in libello in quo quis deduxit v-
num ius, nunq̃ videtur deduxisse aliud in contrarium, vnde.
ẽt si probauerit de iure contrario non obtinet. ¶ Hoc pro-
batur, nam videmus qđ dominium & quasi dominiũ, in per
sona vnius sunt contraria, q̃a Titium esse dominum præsup
ponit qđ dominiũ non sit apud alium, sed apud Titium tm̃.
Sed Titium esse quasi dominũ p̃supponit dominium esse a-
pud alium, vt no.in c.abbate sanè.in gl.in verb. dominij vel
quasi.de re iud.li.6.& in gl.in l.1.in verb.à nõ domino.ff.de
pub. ¶Et tum si actor in libello deduxerit se esse dm̃, post-
ea ꝓbauit se esse quasi dominũ.i.emisse à non domino bona
b fide, non b obtinebit, vt no. Bar.in l.1.ff.de act.& obl.circa 7.
col.in ver. q̃ro, quid si aliquis ꝓponat directũ, & ꝓbat de vti
li,&c.& l.si mater.§.eandẽ.ff.de exce.rei iud.& ibi no.p glo.
& p no.in l.si minor. §. si seruus.ff.de euic.& idẽ tenet An.de
But.in c.examinata, circa antepe.col. ¶ Et tñ clarum est qđ
in rei ven. q̃ datur domino dummodo sit narratum, ꝙ fun-
dus petitus ad me spectat iure dominij, satis est ꝙ in cõclu-
sione ego petam, reum condẽnari ad restituendum fundũ,
q̃uis specificè nõ petam me declarari dominum: vel satis est
ꝙ conclusione libelli petam mihĩ iustitiam fieri super dicto
fundo, vt no.Spe.in tit.de cã pos.& proprie.§.notandũ.vers.
alię sunt reales, & Bar.in l.ex diuerso.§.1.ff.de rei ven.& can.
in c.2.de libel.obl.& sic dicta conclusio p se considerata aut
apta cõprehendere ẽt restitutionẽ q̃ fieret actori ex cã quasi
dominij, & est illa eadẽ q̃ sufficit in libello, in quo esset dedu
ctum quasi dominium & publiciana, vt no. Spe.in ti.de cau.
pos.& ꝓpri.§.nunc dicendum.iuxta princi.ergo apparet, ꝙ
conclusio generalis nunq̃ referatur ad cãm contrariã & re-
pugnantem illi causæ q̃ est specialiter narrata. ¶Cùm ergo
sit specialiter deducta & narrata cã intestati, non põt dici, ꝙ
conclusio generalis intelligitur referri ad causam illi repu-
gnantem & contrariam, & non esse putandum libellantem
voluisse in eodẽ libello seipsum corrigere & contrariari.l.
nã ad ea.ff.de condit.& dem. & eo ipso ꝙ libellans narrat &
deducit cãm intestati, videtur excludere & dicere se nolle ve
nire ex causa testati tanq̃ contraria, & econtrà, vt probatur
in l.fi.cum gl.in verbo, cupiens. C.de codi. ¶Confirmatur,
quia aliàs sequeretur, ꝙ libellans & agens in suo libello pos
set deducere contraria & repugnantia & sibiipsi contraria-
ri, quod est falsum.l.1.C.de fur.l.1.C.si seruus extero.c.soli-
citudinem.de app. ¶Insuper comprobatur, quod non pos-
sit obtinere dictus agens, quia agens ex vna causa deducta
in libello vel petitione si probat de alia, non potest obtine-
re.l.habebat.in princ.ff.de institoria.not.Inn. in c.ex parte
abbatissæ.de priui.& in c.1.de litis contesta.& Bart. in l.1.in
prin.ff.de eden.bene facit l.is ad quẽ.ff.de acq.hęr.maximè
iunctis ibi no, per Mod.& præcipuè per Paul. de Ca. ibi.Nã
ibi vult ꝙ ad hoc, vt quis possit adire hæreditatẽ, debet sci-
re, ex qua cã sibi delata est hæreditas, & sic an ex testõ an ab
intestato, & si adiit tanq̃ ex testõ, cùm in veritate sibi hære-
ditas tm̃ esset delata ab intestato, non valeat aditio.vnde re-
7 fert ibi Paul.de Ca.† ꝙ si egi contra te ex cã commodati, ta-
men non probaui cõmodatum, sed depositum, nõ possum
obtinere postq̃ non egi ex cã illa, ita ẽt si egi ad hæreditatem
tanq̃ illa fuerit mihi delata ab intestato, posito ꝙ in veritate
esset mihi pro parte ex testõ delata, non possum obtinere.
¶Fortificantur prędicta, quia in libello dicitur, ꝙ dicta hę-
reditas Bonifacij fuit delata ab intestato dictis Iaco. Ant.&
Benedicto: & ꝙ ipsi scientes dictum Bonifacium esse mor-
tuum, & dictam hæreditatem esse eisdem delatam, vt suprà
eam adiuerunt.& sic est narratum, ꝙ eam adiuerunt ab in-
testato, ergo non põt dici, ꝙ Benedictus legitimè adiuerit,
q̃a donec est locus cãæ testati, cessat cã intestati, vt dixi supr.
& in ꝓposito erat & est locus cãæ intestati ꝓpter dictam sub
stitutionẽ compendiosam comprehendentem vulgarem,
vt dictum est.& si dictus Benedictus voluisset esse hæres pro
parte sua ex testõ, portio sua, si qua ei deferebatur, accreuis
set dictis Iacobo & Anto. qui sunt vocati ex testõ, & qui vo-
lunt esse hæredes ex testõ. l.qui plures. ff.de vul.& pupil.l.1.

C.quando non pet.par. ¶Plus dico, ꝙ ẽt si videretur aliquo
modo deducta cã testati in libello, vt vult dicere agens, licet
verè de iure putem, proculdubio esse impossibile sustinere,
tamen non posset adhuc agens obtinere, q̃a ad hoc, vt dici
possit dictum Benedictum fuisse hæredem pro tertia parte
ex testõ, illã adiuisse, oporteret ꝓbare ꝙ dictus Benedictus
sciuit dictum Bonifacium decessisse testatum, & quod sci-
uit quod ex causa testati sibi delata erat hæreditas, vt no.gl.
l.illud.in gl.fin.ff.si pars hæred. pe.& gl.in l.is põt.ff.de acq.
hær.per d.l.si is ad quem.& declarat Bar. ¶Sed non est pro-
batum, ꝙ Benedictus sciuerit dictum Bonifacium decessis
se testatum, & euenisse conditionem substitutionis prædi-
ctæ, ergo non est probatum, ꝙ sciuerit sibi delatam esse hæ-
8 reditatem ex testõ.†nec præsumitur coniunctus scire, quo-
modo coniunctus suus fecerit testamentum suum, vt ꝓba-
tur in l.qm̃ sororem. & ibi ponderat Bal. C.de iure delib.&
idem est de mente Bart.in d. l. is potest. ver. nunc videamus
qualiter ista scientia probatur, &c.iuncto d.ver.2.dicit gl.&
Bar.in l.qui duos.ff.de reb.dubiis.ver.quomodo dixi, vt o-
portet, &c.vbi quando tractatur de modo ꝓbandi, ꝙ hæres
sciuerit testatorem esse mortuum, dicit ꝙ sufficit ꝓbari, ꝙ
hæres erat vicinus vel cõiunctus, iuxt. l. Octaui. ff.vnde cog.
& l.si ita.in fi.ff.de fun.instru.l.de tutela. ff.de in integ.resti.
Sed quando tractatur de modo ꝓbandi, ꝙ hæres sciuerit si-
bi delatam esse hæreditatẽ ex testõ, tradit alios modos di-
uersos à p̃dictis.& nedum ꝙ dici possit esse ꝓbatum, ꝙ Be-
nedictus legitimè adiuerit ex testõ sibi esse delatã ex testõ,
imò est narratũ in libello totum oppositum, qđ sciuit eam
sibi esse delatam ab intestato, & ita illam adiuit, ergo aditio
non valuit.d.l.si is ad quem. ¶Fortius ẽt videtur, ꝙ dato ꝙ
apparere posset, qđ dictus Benedictus sciuisset sibi delatã
esse dictam hæreditatẽ ab intestato, tamen non est ꝓbatum
ꝙ ipse adiuerit, & licet sint sup hoc examinati aliq̃ testes, ta-
men de hoc nõ attestãtur, nisi magister Iaco.& Bonifacius,
& ser Mẽgus ab Armis, q̃ oẽs sunt singulares in dictis suis, vt
ex dictis eorũ clarè patet, ergo non ꝓbant. c. licet cãm.de
ꝓba.c.bonæ.de ele. ¶ Nec ob.si dicatur, ꝙ in libello aliquo
est narratum disiunctiuè. s.vel saltem ꝙ ipse Benedictus ius
adeundi d. hæreditatem transmisit ad dictum infantẽ eius
filium casu quo ipse Benedictus non adiuisset, vel de aditio
9 ne constare non posset.†q̃a respond. ꝙ si dictus Benedictus
non adiuit, nõ trãsmisit hęreditatẽ patrui sui nõ aditam, vel
ad dictũ infantẽ, q̃a ita est regulariter, vt no.in d.l. qm̃ soro-
rẽ.C.de iu.delib.& l.1.§.in nouissimo. C.de cad.tol. ¶Et nõ
põt dici, ꝙ imò transmiserit ex iure deliberandi intra annũ,
iuxta l.cum antiquiorib.C.de iure delib.q̃a oportebat pro-
bare, ꝙ dictus Benedictus quando decessit, sciebat sibi de-
latam dictam hęreditatẽ ex testõ, vt d.l.cum antiquioribus.
& declarat Bar. in d. l.qui duos.in ver.superius allegato.Itẽ
oportebat probari, ꝙ decesserit intra annum à die quo sibi
delata fuit, cùm enim dictum tp̃s anni sit fundamentum in
tentionis dicti infantis volentis contra regulam d.§.in no-
uissimo, venire ad hæreditatẽ non aditam, debuit de dicto
tp̃e probare.l.cum actum.cum ibi no.ff.de neg. gest.& l.ma
trem.C.de pro.& in cle. fi.cum ibi no.de rescr. ¶Fortius vo
luit Bal.in l.potuit.in pe.col.C.de iure deli. ꝙ si dict. infans
adiret, quatenus non appareret patrem suum, non adiuisse
asserendo se non posse ꝓbare de adi.hæreditatis facta p pa-
trem suum non valeret talis aditio, in quo tñ.s.an dic.infans,
possit adire illo modo, & sub illa condõne.s.quatenus appa
reret patrẽ suum non adiuisse, non insisto: q̃a non est neces-
se per p̃dicta, & q̃a pater eius non trãsmisit ad eum, & q̃a ex
10 isto capite testati nõ est actũ, vt sup.dixi. ¶†Ex p̃missis mul-
tiplex apparet responsio ad allegata in contrariũ, tamẽ spe-
cialius respondẽdo dico, ꝙ non ob.dum dicitur ꝙ non de-
bebat attẽdi narratio, sed cõclusio, q̃a dico qđ hoc est verũ,
sed ꝙ conclusio dẽat interpretari, ꝙ contineat cõtradictio
nẽ & repugnantiã cum aliquib.ex narratis hoc nemo dicit,
imò Bar.& alij volũt cõtrariũ, vt ꝓbaui sup.dũ allegaui not.
Bar.in d.l.1.ff.de act.& ob.cũ aliis sup.alle. Sed ita est in casu
nostro, p d.l.quãdiu põt.& declaraui sup. ¶Et eodẽ mõ re-
spon.ad id qđ habetur in c.fi.de iu.cũ conc. Nã ẽt qñ ago rei
vendi-

vendicatione deduco pro medio concludendi, qđ reus detinet indebitè & denegat mihi restituere, quemadmodum deducitur in publiciana, vt no. Spe. in ti. de cā pos. & ꝓprie. in locis sup. allegatis. cũ concor. supradictis: & tamen quando in libello narraui me esse dominũ fundi, & ꝙ Titius detinet illum, quare petij eum condemnari ad restituendum, & ꝓbo de quasi dominio seu in publiciana. ¶ Per hæc ēt responsum ad illud qđ dicitur, verba libelli impropriari posse, qa fateor, quando saltē ex larga sua ꝓpria significatione possunt illud cõportare, aliàs secus, vt not. Spec. in d. §. de serui. ver qđ si libellus, &c. patet ex no per Bar. in d. l. 1. ff. de act. & obl. vbi patet, ꝙ non debet fieri interpretatio libelli, vt contineat cõclusiuē contrarium eius, qđ narratum est. Nā tunc non esset deseruire intētioni libellantis, imò repugnare intentioni, & ita est in casu nostro, qa intentio agentis fuit habere hæreditatē ab intestato, non debemus interpretationē facere, ꝙ eā consequatur ex testō, cuius contrariũ vult libellus suus. & ista sunt repugnātia & valde diuersa. aliud est eñ conseq hæreditatē ex testō, quo casu debentur legata & alia onera iuncta in testō, aliud est, quando successio est in cā testati. Non ob. ꝙ quādo libellus cõprehendit duas vias, vnā competentē, & alterā incompetentē, ꝓcederet libellus sup competēti, qa respon. ꝙ in casu nostro non comprehendit, nisi vnā viam. s. ab intestato, qm̃ nō intelligitur comprehendere aliā sibi repugnantē & contrariam. s. ex testō: nec ēt comprehendere posset per ea q̃ superius deduxi. ¶ Non ob. illud qđ dixi de clausula, peto iustitiā ministrari super p̄-
11 missis & quolibet p̄missorũ, † quo casu sufficit, ꝙ scđm qualitatem eorum quæ ꝓbata sunt, possit ferri sñia, per no. per Inno. in c. 2. de ord. cog. qa respondeo ꝙ Inno. ibi loquitur, quando nulla specialis cā fuerat deducta & narrata in libello, sed fuerat generaliter conceptus libellus cum clausula, peto super p̄missis iustitiā ministrari, quo casu libellus ꝓcedit parte non opponente. l. fin. C. de anna. excep. & ferretur sñia secundum quod apparebit ꝓbatum, secus si fuisset oppositum, qa talis libellus generalis cum illa clausula peto iustitiā ministrari, non procederet, scđm Inno. ibi: & Spec. in tit. de libel. concep. in §. iam nunc videndum, ver. item talis iustitia, &c. cum ver. seq. & no. Bal. in prælle. l. edita. 14. col. & Ang. in l. 1. in prin. circa prin. pe. col. ff. de eden. & in d. l. fi. C. de an. excep. & in l. 2. §. circa. ff. de doli exce. & istud est etiam qđ in effectu dicit Bald. & alij DD. in prælle. c. 2. ¶ Vnde in casu nostro, quia in dicto libello erant omnia clarè specificata. s. quia actor agebat ex eo, quia dicebat se esse hæredem pro tertia parte ab intestato Bonifacij mediante persona dicti Benedicti, ideo admissus fuit dictus lidellus. sed vbi non fuisset specificata causa attento ꝙ fuit oppositum de generalitate, nō fuit admissus libellus, prout de iure admitti non debet, vt dictum fuit: & præsumitur ꝙ iudex fecisset illud quod de iure facere debebat. l. 2. C. de off. ciui. iud. c. in præsentia. de renun. ¶ Præterea vt dicunt DD. in c. 2. & præsertim in d. c. abbate. in princ. vlt. chartæ dicta clausula, peto iustitiam & cætera, non refertur ad ea quæ non sunt
c narrata, sed in libello non est narratum ꝙ actor sit hęres ex testō, sed solum est narratum quòd hæres est ab intestato, & quòd ab intestato est delata sibi hæreditas, per quod videtur renunciare causæ testati ratione contrarietatis, vt ꝓbatur in d. l. fi. cum gl. in verbo, cupientes. C. de codi. ergo non potest dici, ꝙ illa clausula referatur ad causam testati. ¶ Et quod dicta clausula non referatur ad causam testati repugnantem illi causæ specificatæ. Deciditur etiam manifestè
12 per ea quæ eleganter not. Bal. in l. 2. C. de prob. vbi dixit, † ꝙ licet quando accusatus quis est, quod percussit cum sanguinis effusione: & postea simpliciter probatur de percussione & nō de illa qualitate, s. cum sanguinis effusione, debeat accusatus absolui, vt ibi late per eum post antiquos, tamen dicit ꝙ secus esset vbi procederetur per viam inquisitionis, si in inquisitione est adiecta clausula consueta, super quibus omnibus & singulis, &c. quia condemnaretur de simplici percussione probata. ¶ Quod vltimum dicit esse verum, nisi qualitas adiecta & non probata remaneret factum simplex à naturali esse. Exemplũ ponit si in inquisitione dicatur ꝙ commisit tale delictum de nocte, & probatur de delicto commisso de die, qualitas enim noctis aduersatur qualitati diei, vnde impossibile est, ꝙ idem actus momentaneus sit factus de nocte & de die, & idem in diuersitate loci, vnde tunc non potest sequi condemnatio, qa ipse idē libellus inquisitionis esset sibi contrarius pp incompassibilitatem, ita dicit ibi Bal. & idem no. Bal. in d. l. edita. in repe. Perusina. in 22. col. in ver. sed quid si statutum dicit, ꝙ ꝓ homicidio, &c. ¶ Et per hoc non obst. id quod not. Io. de Imo. in d. c. si cautio. in pe. col. qa ibi illa clausula referebatur ad id qđ narratum erat, s. ad cām depositi, vt ipse dicit: sed in casu nostro non est facta narratio de cā testati, sed de cā illi contraria, s. de cā intestati. præterea Io. de Imo. in d. c. si cautio, loquitur quando adiecta fuit alia clausula, q̃ non est adiecta in p̄senti libello, s. quando in fine libelli fuit dictum. & p̄dicta narrata ꝓponit omni meliori modo quo fieri potest, subiungēs postea illam clausulam, petens in p̄dictis & quolibet p̄dictorum iustitiam ministrari. nam magna est virtus illius primę clausulę, s. & p̄dicta petit omni meliori modo, &c. vt no. An. de But. in d. c. examinata. circa medium. de iusti. & iu. c. literæ. de dilatio. & Bal. in l. vinum. in 7. co. ff. si cer. pet. & Io. de Imo. in l. nemo potest. in 4. col. de leg. 1. & Pau. de Ca. in consil. 345. ¶ Nec ob. illa alia clausula. s. non astringēs se ad probandum non necessaria, qa respondeo, ꝙ est necessariũ probare cām ex qua delata est hæreditas sibi, qa nisi apparet qđ hæres sciuerit, ex qua cā erat sibi delata hęreditas: & ꝙ ex illa cā adiuerit, non potest obtinere tanq̃ hæres, vt not. in d. l. is potest. & dixi sup. cùm ergo deduxerit cām ex qua sibi delata erat hæreditas, scilicet ab intestato, & eam deducendo videatur negasse causam testati & illam exclusisse. d. l. fin. C. de codi. & l. 2. C. de furt. sequtur ꝙ necessarium fuit talē cām ꝓbare, & per consequens quò ad hoc nil operatur illa clausula nō astringēs, &c. sed operari posset quo ad ea q̃ non essent necesse ꝓbari, vt loquuntur allegata in contrariũ. imò plus videtur ꝙ nō solũ fuerit necesse ꝓbari cām, ex qua delata erat hęreditas, sed ēt fuerit necesse eā narrare in petitione, saltē q̃tum ad hoc, qa si nō narrasset, non potuisset petente & opponente reo cogi hoc exprimere, vt firmat Spe. in ti. de actore. §. 1. ver. itē qui se dicit hæredē. & sequtur ibi Bal. ad fi. idē tenet Host. Io. And. & Ant. de But. in c. 2. de libel. obla. & Guil. de Suza in l. edita. C. de eden. & Ni. de Mat. & Bal. in l. 2. in 2. col. de succe. edi. referentes ita ēt tenere Mar. de Fano. per d. l. 2. de succ. edic. & per l. legitimam. ff. de pet. hære. & per l. fi. C. de codicil. & Bal. in l. si is ad quem. ff. de acq. hæ. & ita procedit quod not. Bart. in l. si defensor. §. illud. per illum tex. ff. de inter. act. vnde qa reus videbat expressam in libello causam, ex qua dicebat actor sibi fuisse delatam hęreditatem, s. ex causa intestati, non oportuit instare quod ex-
13 primeretur. ¶ † Nec ob. id quod no. Spe. in tit. de sent. prola. §. qualiter. versi. sed quid si lis contestata est super actione depositi, & actor non probat de deposito, sed de commodato, an debeat obtinere? primò arguit ꝙ sic, vltimò arguit cõtrarium, per d. c. abbate sanè. §. sed ad hoc. Et sic videtur tenere quod non possit obtinere actor, q̃ vltima opi. in dubio intelligitur approbata. l. bona fides. & ibi Bart. ff. depositi. l. si idē cum eodē. §. fi. ff. de iurisd. om. iud. & ibi no. gl. in l. qui filium. §. Sabini. ff. ad Treb. & p Bal. in l. si mater. C. ne de statu defun. per illum tex. & no. Bal. in Auth. ex testō. C. de col. hoc expressè firmat Ant. de Bu. in d. c. examinata. in pe. col. & Io. de Imo. ibi referētes ita ēt tenere Io. And. in addi. Spe. in tit. de acc. & pet. §. sequitur. super verbo in hoc quoq;. nisi quando reus confitetur se esse omninò debitorem ex commodato, vt ibi per eum. & ita ēt tenet Paul. de Ca. in l. si is ad quem. de acq. hær. vt superius retuli. ¶ Item non obst. quod pro miserabilibus personis iudex potest ex officio supplere illud, quod pars petere non potest, vt probatur in l. ita demum. iuncta gl. 1. C. de procur. & ex notatis per gl. in l. filius fa. §. veterani. in verbo, prætermissum. ff. de proc. & in l. non solum. §. quanq̃. & ibi Bart. not. ff. de iniur. sed pars non posset ratione contrarietatis, vt d. l. 1. C. de furt. & dictum fuit suprà, pro hoc quia subrogatum sapit naturam eius, in cu-
14 ius locum subrogatur, vt in iuribus vulgarib. ¶ † Secundò

respõdeo, ꝙ pupillus vel orphanus tunc enumeratur inter miserabiles ꝑsonas qñ est pauper, & non aliter: ita notabiliter decidit do. Car. Florẽtinus, & Io. de Imo. in c. significantibus. de off. deleg. sicut in vidua per id quod legitur & not. in d. c. significantib. & licet ipsi non dicãt. hoc voluit in terminis Spe. in tit. de instr. edi. §. nunc verò aliqua. ver. & scias. el 2. & ideo absolutè viduæ & pupilli non enumerantur inter miserabiles personas, vt patet in Rub. quando imper. inter pupi. & vi. vel miserabiles, &c. nã dictio, vel, ponitur inter diuersa. l. hæc verba ille. ff. de ver. sig. sed non apparet deductum & ꝓbatum de paupertate infantis prædicti, ergo cessat argumẽtum. ¶ Tertiò respondeo, & ista responsio est sufficiens ad oĩa argumenta adducta in contrariũ, quod hîc est alius defectus, non suppletus à iudice nec ab actore. s. ꝙ oporteat ꝓbari, ꝙ Benedictus sciuerit sibi fuisse delatã hæreditatem Bonifacij ex testamẽto, & sic quod sciuerit testm̃ esse conditum, & quod sciuerat in persona sua euenisse conditionem substitutionis, & quod ex eo capite adiuerit hæreditatem, vt suprà probaui. & per hoc non expedit aggredi aliam dubitationẽ, s. an in dicta substitutione comprehendatur tm̃ Iacobus & Antonius fratres Bonifacij, an verò ẽt comprehendatur Benedictus filius fratris, vt eodem tempore concurrere potuerit cum patruis. Alex.

ADDITIO.

a ¶ Sustentari. Alexan. l. si cum nulla. de re iudi. l. 1. de officio assesso. Bellamer. Deci. 73. Si cessionarius. Socin. l. quoties. ff. de rebus dub. Cor. consil. 288. colum. 3. lib. 3. consil. 8. libro 1. Ias. l. sed & si possessori. §. item si iurauero. de iureiur. consi. 112. in fin. lib. 4. Curt. iunior l. si quis intentione. nu. 5. ff. de iudi.

b ¶ Non. Bellamer. d. Deci. 733. Pet. de Ferra. in l. 1. in act. rea. versi. iure dominij vel. q. col. 8.

c ¶ Narrata. Soc. consi. 39. consi. 199. consi. 255. li. 2. Cor. consi. 46. col. 2. consi. 201. lib. 3. Mari. Soc. c. 2. nu. 87. cum seq. de l. i. obl. Alex. consi. 110. col. 1. lib. 5. adde deci. Tholos. 233.

EPITOME.

Etiam impuberi tutore carenti, potest dari curator ad litem. h. d.

## CONSILIVM CXXII.

Videtur prima facie dicendum, curatorem ad litem dictæ puellæ constitui non posse, qa hoc reperitur specialiter prouisum tm̃ in casu, in quo tutor pupilli vellet litem mouere pupillo, vel econtrà, vt l. 1. & per totum. C. de in litem dan. tut. l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tute. Instit. de autho. tut. §. fin. ergo in contrarium est ius cõe. l. ius singulare. & l. quod verò. ff. de leg. c. constitutus. de regu. lib. 6. cum si. & pro hoc videtur text. ff. de autho. tut. l. curatorem. in fin. vbi
1 text. vult, † quod licet impuberi possit dari curator. tamen ea quæ iuris solennitatem desiderant, non poterit impubes cum authoritate curatoris expedire, sed opus est, quod ad illa expedienda constituatur tutor, cum cuius authoritate expediantur. vnde Bart. in l. curator. ff. de tut. & cur. da. ab his. declarãdo d. l. curatorem, dixit ꝙ ipse arbitratur, quod oĩs actus pro quo pupillus obligaretur vel alienaret, vt est adire hæreditatem, per quam aditionem obligaretur. l. more. ff. de acq. hære. l. apud Iul. §. fi. ff. ex quibus cau. in pos. eatur. sit actus desiderans illam iuris solennitatem. Ex quo infert Bar. in d. l. curæ. quod talis curator non possit esse in iudicio, nisi quando datur ad lites, quas habiturus est tutor cum pupillo suo, vel pupillus cum tutore suo, vt d. §. pupillus. poterit ergo scdm̃ Bar. solum talis curator administrare & seruare bona, & recolligere fructus & similia quę sunt facti, non autem quæ iuris sunt: & sic videtur esse decisum in specie ꝑ Bar. ꝙ talis curator nõ possit esse in iudicio. ¶ Tertiò, pro hoc bene facit l. cùm in vna. in §. tutor. scdm̃ magis *cõm intellectum. ff. de appel. & quod no. per gl. & DD. in l. potuit. C. de iure delib. & in l. cum quidam. C. de admi. tut. vbi patet, quod curator datus pupillo tutore carenti non potest adire hæreditatem delatam pupillo, & sic non potest quasi contrahere d. l. apud Iulianum. in fi. ergo non debet esse in iudicio, in quibus quasi contrahitur. l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de inter. actio. l. 4. §. idem scribit de peculio.
2 ¶ † Quartò, vbi potest habere locum remediũ ordinarium, cessat extraordinarium. l. in cãæ. la 2. in prin. ff. de mino. l. in prouinciali. §. 1. de oper. no. nunc. l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infec. ergo non põt etiã inuito pupillo dari tutor iure ordinario. l. illud. cum l. seq. ff. de tut. & cur. da. ab his. l. 2. ff. de tute. ergo cessare debet extraord. ꝓuisio in curatore dando. l. oĩmodo. ff. de tut. & cur. da. ab his. in ver. quia cura. nõ potest dari, nisi petenti & consentienti. l. mutus. §. is qui. ff. de procu. & in d. §. si pupillus. ver. & sciendum. sed impubes annorum nouem caret consensu. l. pupi. ff. de acq. hær. l. diem proferre. §. oĩa. ff. de arb. l. 1. C. de fal. mo. ergo, &c. ¶ Sed præmissis non obst. puto contrariam sñiam de iure probabiliorem ex infrascriptis, & primò per l. curatorẽ. & quod
3 ibi per glo. & l. curator. ff. de tut. & cur. da. ab his. † quæ iura indistinctè permittunt impuberi curatorem dari posse, & hoc verum ẽt si tutore careat, vt ibi in gl. & idem voluit glo. Insti. de cura. §. pe. in ver. curatoris. ¶ Secundò pro hoc tex. in l. curatorem. de autho. tut. hoc ibi in specie decidit Bart. volens tamẽ curatorem facere posse in iudicio, & extra oĩa quæ possunt fieri per tutorem, sed ea quæ deberent per pupillum tutore autore expediri, illa fieri nòn possunt per talem curatorem, hoc est, quod voluit ille tex. scdm̃ ꝙ Bar. ibidem ponit in aditione hæreditatis, in qua non sufficit solus tutor sine pupillo. l. potuit. C. de iure delib. l. pup. ff. de acq. hære. ita exemplificat gl. in d. l. curatorem. sed ita est ꝙ solus curator sine pupillo iudicium suscipere põt, vt l. 1. §. sufficit. & ibi gl. & DD. ff. de admi. tut. l. 3. C. de proc. no. per Inno. in c. accedens. in fi. de proc. ergo Bar. in terminis decidit quæstionem nostram in d. l. curatorem. iuncta declaratione prędicta. hoc ẽt est de mente gl. in d. l. curatorem, de autho. tu. dum intelligit illam l. in curatore dato ad litem, & procedit illa lex, siue pupillus habeat tutorem siue non, vt ibi no. ergo si nõ habet tutorem, intelligetur de necessitate ad litem, quam cum alio habiturus sit. ¶ Tertiò, pro hoc est glos. in l. qui habet. §. fi. in ver. talem. ff. de tute. vbi gl. iuncto tex. prę supponit dari posse curatorem ad litem extante causa, tam inter pupillum & tutorem, q̃ inter pupillum & alium. idem sentit ibi gl. sequens. idem fuit de mente glo. in l. ait prætor. §. permittitur. in ver. petendos. ff. de mino. referendo gl. ad tex. prout ipsamet gl. referre videtur. & ab opin. gl. in iudicando minimè recedendum est, vt no. Iac. But. in l. 1. in fi. C. qui pro sua iurisd. l. 1. in prima oppositione. C. de act. & obl. & Bal. in l. 1. ff. de vulga. & pup. & in l. fi. C. de pœna iudi. cum simi. ¶ Quartò, pro hoc allego text. in l. 1. in §. si procurator impuberi. ff. de eo qui pro tut. cum decisione Bal. ibi dicentis illum tex. esse valde menti tenendum, & ad ea quæ no. in d. l. cura. & in d. l. curatorẽ. nam dicit Bal. non esse dubiũ, qđ ad lites impubes potest habere curatorem, vt d. l. qui habet. sed ad negotia & contractus erat dubium: & hoc dicit Bart. & dicit quod hoc non est alibi. & sic vult ibi Bal. quod ad iudicia & contractus potest dari curator impuberi, & sic contra id quod sentit Bar. in l. curator. ff. de tu. & cur. da. ab his. ¶ Quintò probatur ratione insolubili, vt mihi videtur, nam negari non potest, ꝙ pupillo litem habituro cum tutore, potest dari curator, vt in iurib. suprà alleg. ergo patet, quod cũ esset in iudicio, non est de illis actibus requirentibus iuris solẽnitatem, sequeretur quod pupillo litem habituro cum tutore suo non posset dari curator ad litem, sed ad alium actum specialem, seu ad aliam litem esset dãdus tutor, q dari debet ad illos actus speciales, qui dictam iuris solẽnitatem desiderant. d. l. cùm in vna. §. tutor. nisi ad aditionem hæreditatis, qa est de actibus requirentibus illam iuris solennitatem, de qua loquitur tex. in d. l. curatorẽ. & ibi non datur impuberi tutor. ¶ Nec illud obstat si diceretur esse verum, quando impubes haberet curatorem, & non tutorem: nam tũc dari põt tutor ad adeundã hæreditatẽ, dico idẽ iuris esse in pupillo habente tutorẽ ẽt generalẽ, quia si cum eo expedire non potest hæreditatis aditionẽ, vt qa tutor prætendit hæreditatẽ illam ad se pertinere, nã dabitur alius tutor specialis ad illum actum aditionis hæreditatis, vt est text. scdm̃ vltimam lecturam gl. in l. fi. C. de in lit. dan. tut. ergo eodem modo

modo ſi aſſumemus iudicia ꝓ pupillo litigante cum tutore
eſſet de actibus requirẽtibus dictam iuris ſolennitatẽ: cum
tutor qui ſit litem habiturus cum pupillo, non ſit idoneus,
præſumenda defenſione in eadem lite debuiſſet dari alius
curator. bene facit l. impuberi. ff. de tut. & cur. da. ab his. &
ꝙ not. Bar. in l. ſi hæreditas. & in l. ſi nemo. ff. de teſt. tut. & in
d. l. cùm in vna. §. tutor. in fi. & Bal. in l. certarum. ff. de teſta.
mil. ergo patet quod ſuſcipere iudicium non eſt de his, quæ
curatori impuberi interdicuntur. ¶ Sextò, hoc in terminis
4 decidit Bald. in c. 1. de mil. vaſal. qui contu. eſt. in pe. col. †vbi
apertè affirmat ad lites quas habiturus eſt cum creditorib.
impuberis ipſi maiori infanti dari poſſe curatorem, licet ẽt
ſi infans eſſet, dubium eſt, de quo ibi diſputat Bald. & idem
ſentit Spe. in tit. de curatore. §. vt autem. circa prin. ¶ Septi-
mò ꝓ hoc eſt tex. Inſti. de cura. §. 1. ibi dum dicit: curator eñ
& ad certam litem dari poteſt. & in l. vniuerſis. C. qui dari
tu. poſ. & in l. ſi ad ſpecies. cum ibi not. ff. rem pup. ſal. fore.
accedit glo. in l. fin. §. ſin autem. in ſecundo. iuncto tex. C. de
bo. quæ lib. in ver. hæreditatem. quam Bal. dicit ibi eſſe ele-
gantem ad hoc, videlicet ꝙ dari poteſt curator ſingulariter
ad vnam litem, & ad vnam rem ſingulariter. & loquitur tex.
ille cum glo. in quocunq; maiore infante. facit l. necnon. &
in l. ſeq. ff. de tut. & cura. da. ab his. ¶ Octauò pro hoc vide-
tur tex. in c. fin. de iud. in 6. vbi minori quatuordecim annis
non habenti tut. ſi ſibi lis inferatur, vel ipſe aliis litem mo-
uerit, datur indiſtinctè curator ad litem, non habita diſtin-
ctione, an ſit lis cum tutore vel cum alio. hoc ibi etiam ex-
preſsè decidunt Archi. & Io. Andr. in nouella. vbi quærunt,
5 †quid ſi pupillus habeat cauſam cum tutore: & reſpondent
quod ſiue pupillus agat contra tutorem, ſiue conueniatur
ab eo, dabitur pupillo curator à iudice, ſed pupillo tantùm
petente. allegant d. l. qui habet. §. ſi pupillus. & §. denique. ſi
verò pupillus agat contra alium, cogitur pupillus obligare
curatorem & nominare illum vel illum, & ſibi dabitur cura
tor ad litem. d. l. qui habet. §. item Caſsius. & ibi not. & iſto
caſu parificatur puberi cui inuito datur curator ad litem.
Inſti. de cura. §. inuiti. & l. 1. C. qui pe. tu. & ita reſident Arc.
& Io. And. in præall. c. fi. & cum eis tranſeunt ibi* cõiter ſcri-
* bentes. ¶ Nec ob. ſi diceretur quod tex. in d. c. fi. loquitur in
ſpecialibus, quia reſpondeo, ꝙ non per hoc ſequitur quod
ſit ſibi indultum hoc ſpecialiter in ſpecialibus, vt ex prædi-
ctis clarè liquet. ¶ Ad allegata in cõtrarium reſpondeo, pri-
mò non obſtat ꝙ ſit ſpeciale, quando pupillus ſit litem habi
turus cum tutore, ergo in contrarium eſt ius cõe, nam vtro
bique eſt eadem ratio, vt ex pluribus ꝓbatum exiſtit. ¶ Se-
cundò non ob. d. l. curatorem. de autho. tut. quia reſponſio
patet ex his quæ ſuprà dixi in 2. & 5. ar. huius vlt. partis, quia
ille tex. in fi. intelligitur de his quæ expediri nõ poſſunt per
tuto. ſine pupillo, vt eſt in aditione hæreditatis, ſed aſſum-
ptio iudicij poteſt per ſolum tutorẽ vel curatorem aſſumi,
vel loquitur ille tex. in curatore ſimpliciter aut generaliter
dato, ſecus ſi ad certam litem, quia hoc fieri poteſt, & in iu-
dicio talis curator adeſſe poterit, vt ibi in gl. & probãt iura,
rationes & authoritates ſupr. allegatæ, & eodem modo re-
ſpondeo ad no. per Bar. in d. l. curator. aliàs enim aut Bar. eſ
ſet ſibi contrarius inſpectis his quæ ipſe no. in l. curatorem.
aut malè locutus eſſet Bar. in d. l. curator. & contra rationes
& authoritates ſuperius allegatas. ¶ Tertiò non obſt. l. cùm
in vna. §. tutor. de appel. quia reſpondeo, vt dixi in 2. ar. vlti-
mæ part. ſ. quod ibi in actu qui requirit iuris ſolennitatẽ. i.
qui nõ põt expediri per illum adminiſtratorem. ¶ Quartò
non ob. ꝙ ceſſare debet extraordinarium remedium, quia
negatur ꝙ dare curatorẽ impuberi tutore carenti ſit reme-
dium extraordinarium, adeò quod ceſſare debeat vbi põt
dari tutor, vt ꝓbatur in d. l. curator. cum glo. in d. l. curator.
& in præal. l. cum in vna. §. tutor. de app. cum ſi. ¶ Vltimò nõ
ob. quod curator niſi conſentienti non detur, & pupillus ca
ret conſenſu, &c. quia reſpondeo, ꝙ ſoli infanti prohibetur
iudex dare curatorem, ſed pupillo qui exceſsit infantiã dari
poteſt ſi impubes petat, ideo cogitur petẽdo & eligere. d. l.
q habet. §. itẽ Caſsius. & ibi Hoſt. in d. c. fi. ex qb. firma datur
cõcluſio ꝙ dicto impuberi curator ad lites cõſtitui poterit.

*SVMMARIVM.*

1 *Vocatio per verbum filios, eſt ſpecialis, per verbum liberos, generalis.*
2 *Maior natu attẽditur tempore mortis vel extantis conditionis.*
3 *Sententia lata cum inſtituto, nocet ſubſtituto.*
4 *Scriptura teſtamenti ſine data non valet etiam inter liberos.*
5 *Teſtes niſi viderint ſcribi non probant ſcripturam eſſe alicuius.*
6 *Venire poteſt quilibet contra factum ſuum nullum.*
7 *Sententia eſt nulla ſi ſe refert ad probationes actorum in quibus nihil eſt probatum.*
8 *Approbari vnum poteſt ſine alio in capitulis ſeparatis.*
9 *Verbum, diuidantur, an trahatur ad inſtitutionem.*
10 *Clauſula codicillaris operatur etiam ſuperuenientibus liberis, de quibus in genere fuit cogitatum.*
11 *Impenſæ cedunt ſolo, nec compenſantur cum fructibus ab eo qui erat dominus.*

## CONSILIVM CXXIII.

DIſcuſsis hæſitationibus de quibus in themate.
¶ Videtur prima conſideratione dicendũ Ber
tonum volentẽ virtute vltimæ voluntatis Bar-
tholomæi admitti ad villam Sardoni eſſe de
iure dicto Ioanni præferendum, hoc enim ſa-
tis apertè conſtare videtur, ex verbis vltimæ voluntatis Bar
tholomæi diſponentis, ꝙ dictã villam Sardoni haberet Am
broſius, & ordine ſucceſsiuo, & ſic mortuo Ambroſio intel
ligãtur vocati reliqui. l. Gallus. §. quidam rectè. cum ibi no.
per gl. & DD. ff. de lib. & poſth. per id quod legitur & nota-
tur in l. codicillis. §. inſtituto. & in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2.
a & l. fi. C. de verb. ſign. ¶ Cum ergo a mortuo Ambroſio ma-
ior filius fuerit Bertonus etiam ante mortem Ambroſij, er-
go Bertonus eſt ille qui intelligitur vocatus, & cùm dictus
Bartholomæus teſtator vocari voluerit filium maiorẽ Am-
broſij & quemcunq; maiorem natu inter liberos ſuos, vide
tur voluiſſe præferri Bertonum filium Ambroſij omnibus
1 nepotibus Ambroſij, † quia vocatio facta per nomen filio-
rum dicitur ſpecialis, facta verò per nomen liberorum dici
tur generalis, vt l. Titius. in prin. cum ibi no. per glo. & DD.
ff. de libe. & poſthu. l. quod ſi nepotes. ff. de teſta. tut. meritò
vocatus per nomen ſpeciei, debet præferri aliis vocatis ſub
nomine generis. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. cum ibi not.
per Bart. & alios. ff. de leg. 2. ¶ Hoc etiam arguit præſumpta
mens teſtantis ex ordine charitatis & affectionis præalle. §.
quidam rectè. cum ibi no. ¶ Hoc etiã comprobant illa ver-
ba maior natu, quia quædam verba important proprietatẽ
in ipſa origine naſcendi. c. Ioſeph. de verb. ſigni. & legitur &
not. 7. q. 1. quàm periculoſum. ſed ita eſt quod mortuo Am-
broſio inter eius liberos nullus reptus eſt maior natu ipſo
2 Bertono, ergo ipſe præferẽdus eſt. ¶ †Nec videtur dici poſ-
ſe, quod Philippus ius ſuum primogenituræ tranſmiſerit in
Ioannem ad effectum conſequendi hoc particulare legatũ
ſeu fideicommiſſum. ¶ Tum quia verba teſtamenti repu-
gnant, quia innuunt ꝙ attendi debeat, quis ſit maior natu
mortuo Ambroſio, vt maximè colligitur ex illa clauſula te-
ſtamenti in qua dicitur, & ſi ambo deceſſerint antequam di
ctus Ambroſius, & poſt eum maior natu ex liberis maſculis
ex legitimo matrimonio procreandis totum habeat, quic-
quid ſuprà dictum, &c. nam qualitas iuncto verbo debet in
telligi ſcdm tempus verbi. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de
noxal. l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Treb. l. 2. ff. de auro &
arg. leg. ¶ Sed iſta qualitas maior natu iungetur verbo, ha-
beat, ergo tpe quo liberi Ambroſij habere debent dict. bo-
na debet attendi quis ſit maior natu, conſtat aũt ꝙ illud tps
eſt poſt mortem Ambroſij, vt patet ex illis verbis poſt eum,
&c. ¶ Tum etiam, quia de iure tale ius primogenituræ vbi
agitur de ſucceſsione bonorum hæreditatis alicuius nõ vi-
detur, ꝙ tranſmittatur ad poſteros primogeniti, vt ꝓbari vi
detur, in Auth. de hær. ab inte. §. ex his. iuncto §. eo. tit. & in l.
fi. C. de leg. tu. iuncta l. antep. ff. de tut. vbi licet differatur le
gitima tutela ſicut legitima hæreditas, & p cõſequẽs nepos
aſſumat locũ patris, tñ iſtud eſt verũ, ſi nepos eſſet maior 25.
ſin aũt minor, nõ aſſumeret locũ patris. ita hic vbi requireba-
tur quẽ eſſe primogenitũ & maiorẽ natu nepos vel ꝓnepos.

i.Ioan.non assumet locum patris. ¶ Sic ét videmus qđ nun-
quam de nepote iudicatur, ꝓut de filio, qñ filius vocabatur
cú aliqua qualitate, q̃ non erat in nepote. l.fi.C. de nat.lib.
ita no.Bar.ff.de verb.sig.in l.liberorum.& Ant.de Bu.in c.1.
de baptismo.& per Bal.in d.l.qsquis.C.ad l.Iul. maiest.& in
rep.l.in suis.ff.de lib.& posth.ad fin. ¶ Bene facit l.non solú.
§.si puellæ. ff. de ritu nup. quanuis ergo Philip.vt primoge-
nitus esset vocatus,tamen q̃a illa eadẽ qualitas primogeni-
turæ q̃ erat in Philippo,nó est, nec esse potest in Ioanne,me
ritò non subintrabit Ioan.locum Philippi, propterea iura
oia quę dicunt, ꝙ filius subintrat gradum patris, loquuntur
quádo tractatur quod nepos excludat patruum pro parte,
tamen non à toto,vt in Auth. cessante. C. de leg.hær.& Inst.
de hær.quę ab intest.§.cùm filius.in c.1.de gradi.succ.in feu.
cum sim. ¶ Sed in casu nostro,si Ioannes subintraret locum
Philippi,excluderet in totum patruum à dicta villa. ¶ Bene
faciunt quod no.DD.in variis locis in vulgata q̃ōne de rege
Roberto & rege Vngariæ,& maximè illud qđ decidit Bald.
in l.3.C.de suis & leg.& Cy.& Bal.in l.si viua matre.per illú
tex.C.de bo.quę lib.& Bal.in l.tutela.§.1.de leg.tut.in ante-
pe.col.dum facit differentiam, an nepos præferatur primo
genito ex dispositione testatoris, an ex dispositione statuti,
quam differentiam videtur ét amplecti Io.And.in add.Spe.
in tit.de feu.in Rub.& no.Moder.in c. grandi.de suppl.ne-
gli.præla. in 6. ¶ Nec videtur posse impugnari illam volun-
tatem Bar.maximè stantibus sniis & arbitraméto cum ipso
vel eius curatore latis: quia dato ét ꝙ dictum testm̃ Bar.nó
valeret aut non probaretur,tamen postq̃ ad instantiam cu-
ratoris dicti Ambrosij est pronunciatum dictam scripturã
testi esse veram & legitimam, & vltimam voluntatem dicti
Bart.& illam esse probatam, tam per scripturam q̃ per alias
probationes, & dictum Ambrosium esse hæredem ex dicto
testó, non posset nunc dictus Ambrosius, si viueret quò ad
excludendos aliquos petentes aliquid ab eo virtute dicti
testi allegare dictã sníam,vel snías fuisse iniustas & iniquas,
tex.est in l.si seruus plurium.§.1.ff.de leg.1.& non reperitur
alibi secundum Dy.& alios ibi.& no.gl.in l.stipulatio ista.§.
1.& ibi ét DD.ff.de verb.obl.sicut ergo non posset Ambro-
sius impugnare dictas snías, ita nec debet posse dictus Ioan
nes eius hęres.l.cùm à matre.C.de rei ven.l.si creditoribus.
C.de seruo pig. da. ma. cum vulgaribus.Pro hoc facit quod
not.Inno.in c.in nostra.in gl.magna.de proc.& Ant.de Bu.
in c.causam.el 2.qui fil. sint leg.dum volunt, ꝙ sententia la-
ta contra Titiũ cum Seio super testó vel aliquo instrumen-
to, facit ius contra dictum Titium,volentem agere contra
alios, ex illo testó vel instrumento super quo fuit exclusus
per sníam latã cum alio.l.posthumus.§.quis ex his.ff.de in-
off.testa.ergo dicta snía lata cum dicto Ambrosio debet sibi
& pariter hæredi suo.s.Io.nocere quò ad quemcunq; alium
3 super validitate vel inualiditate dicti testamenti. ¶ †Bene
facit illud qđ dicimus, videlicet qđ ad sníam, q̃ fertur cum
hærede primo loco instituto non est necesse vocari substitu
tum,si nondum casus substitutionis euenit, & sententia la-
ta cum hærede primo loco instituto habet effectum, ét ac si
lata esset cum substituto,vt no.Bart.& alij in l.in diem. ff.de
aqua plu.arc.per l.1.§.pen.ff.de ven.inspi.d.l.filiusfa.§.diui.
in fi.& ibi not.Ang.& Io.de Imo.ff.de leg.1.pro quo ét text.
in l.si patroni.§.fi.secundum vnam lect.ff.ad Treb.& bonus
text.in l.ex contractu.ff.de re iud.& Io.de Imol.l.decem.ff.
de verb.obl.ergo sufficit,alias snías super cã testi fuisse latas
cum hæredibus primo loco vocatis,ad hoc vt effectum sor-
tiantur ét quò ad substitutos. ¶ Alia ratione ét nó videtur,
quod Io. possit petere & cósequi totam villam vel castrum
Sardoni ex testó Ambrosij,quia illud testamentum videtur
nullum,cùm in eo non fuerint instituti, vel exhæredati oẽs
nepotes ex dicto Philippo,qui nepotes viuo Ambrosio per
morté Philip.cœperunt tenere primũ locũ,ergo testm̃ red-
ditum est nullum,vt l.posthumorum.ff.de iniu.rup.& irri.
testa.l.Gallus.§.nunc de lege,ff.de lib.& posthu. ¶ Sed præ-
missis non obstantibus contrariam sníam de iure probabi-
liorem esse puto, videlicet dictum Io.ex testó Ambrosij ad-
mittendum esse ex substitutione facta Philippo, quia cùm
decesserit Philippus viuẽte testatore.i.Ambrosio,habet lo-
cum substitutio vulgaris ex eo capite, quia Philip.non po-
tuit esse hæres.l.ab oibus.§.cum quidam.ff.de leg.1.l.vnica.
§.in 1.& §.pro 2.C.de cad.tol.l.cum proponas.C.de hær.in-
4 sti.†Nec etiam obstat vltima voluntas Bar.quia non fuit va-
lida ét inter liberos, nec legitimè ꝓlata, quia scriptura illa
caret indictione, anno, mense & die: & sic non probat, vt in
Auth.quod sine.in verbo, tp̃s. C. de test.& ibi DD.maximè
Bal.Ang.& Sal.& no.Ang.in corpore vnde illa aut.sumitur
& illa aut. est vltimũ ius disponens & tractans de tali mate-
ria,vt patet in corpore, vnde in eo casu non est attendenda
dispó.l.fi.C.fa.ercis.nec aut.ibi positæ,nec.l.hac consultissi
ma.sed solum tex.in d.Auth. quod siue.quæ loquitur in ca-
su nostro,& est vltima prouisio. ¶ Et sic nó habet obstare si
diceretur, ꝙ imò attento qđ testes deposuerunt, ꝙ ille Bar.
protestatus fuit illam esse suam vltimam voluntatem,& sic
ex quo probatur per indicia,quod illa scriptura erat sua vl-
tima voluntas, sufficere debeat,per d.l.fi.cum gl.sup.fa.er-
cis.q̃a respondeo, quod illa lex fi.quatenus loquitur in vlti-
ma voluntate,de qua apparebat scriptura, fuit postea deter
minata & limitata per aut. positam super d.l.fin. videlicet
quod illa scriptura siue fuerit facta manu patris, siue manu
cuiuscunq;, debet habere subscriptionem patris,vel filiorú
inter quos facta est,vt patet in §.& qđ sæpe. in Auth.de triẽ.
& semis. quam quidem subscriptioné non habet dicta scri-
ptura.postea fuit inductum per aut.de test.imperfe.§.1.vn-
de sumpta est aut.quod siue. ꝙ si tota scriptura est manu te-
statoris, non requiritur alia subscriptio, dummodo conti-
neat tp̃s & alia, de quibus ibi. ¶ Vnde cùm dicta scriptura
neq; habet diem seu tp̃s,non potest sustineri,quia non vide
tur esse sufficienter probatum per testes, ꝙ illa scriptura fu-
5 erit manu Bar.prędicti. ¶ †Quia in casibus in quib.requiri-
tur ꝓbari per testes,quod scriptura fuerit scripta manu ali-
cuius,vt requiritur in casu nostro,vt no.gl.in d.auth.de te-
sta.imperfe.§.fin.in verbo,diuisione.Et doc.maximè Bal.in
b d.aut. ꝙ siue.tunc est necesse quod tales testes deponant, se
fuisse præsentes ibi quando ille scripsit,& vidisse *b* illum scri
bere,vt in Auth.de inst.cau.& fi.§.si quis igitur.& clarè dicit
hoc Iac.But.in Auth.& si contractus. versus fi.C.de fide in-
stru.& Bar.in l.scripturas.C.qui pot.in pig.ha.& Bal.in aut.
sed nouo iure.circa 1.col.C.si cer.pet.& Ant.de But.in c.2.
circa 3.col de fide instru.& DD. maximè Moder.in l.ex hac
scriptura.ff.de don.& in l.admonẽdi.ff.de iureiu.sed testes
non deponunt hm̃oi,sed solum deponunt ꝙ cognoscebant
illam esse scripturam manu Bar.ex aliis scripturis suis,vt in
puncto continetur,ergo non ꝓbant. ¶ Nec ad hoc obstat si
diceretur, ꝙ imò non est necesse, ꝙ testes ꝓbantes illam fu-
isse scriptam manu Bart.deponant se vidisse eum illam scri-
bere,cùm in tali vltima voluntate non sint necessarij testes,
vt not.per gl.& DD.in Aut.de test.imperfec.§.1.& per DD.
in d.Aut.qđ siue.q̃a respondeo, ꝙ non sunt necessarij testes.
sc.q̃ sunt testes ad illum actum, tanq̃ ad vltimam voluntaté,
nam non est necesse, ꝙ testator coram eis dixerit illud esse
suum testamentum,vel quod nominauerit coram eis hære-
dem,& similia quæ requiruntur in testis, in quibus oportet
testes adesse,vt l.hac consultissima.in prin.& l.iubemus.C.
de testa.l.hæredes palàm.in prin.ff.de testa. ¶ Sed bene o-
portet testes adesse qui viderunt ipsum scribere illam scri-
pturam,vt sciant deponere illam esse scripturã,quam vide-
runt testatoré scribere, si negetur eam esse scriptam manu
testatoris,vt per gl.in d.Aut.de test.imperf.§.fi.in verbo,di-
uisione.iunctis no.per Bar.in d.l.scripturas.cum concor.su
prà allega.nec prædictis obstat si diceretur, ꝙ nos sumus in
testó nuncupatiuo,quia testator coram duob.testib. dixit,
illam esse suam vltimam voluntatem,sed text.in auth. quod
siue.loquitur tm̃ in testó in scriptura, scđm opi.gl.& multo
rum,q̃a respódeo,qđ ex eò ꝙ testator simpliciter dixerit il-
lam esse suam vltimam voluntaté, non deprehenditur illud
non esse testm̃ in scriptis, vt patet in d.l.hac consultissima.
in prin.ibi dum tñ testibus p̃sentib.testór suum testm̃ dixe-
rit esse,&c. ¶ Posset & alia róne infringi dicta vltima volun-
tas si teneremus opi.Sal.in d.l.hac cósultissima.§.ex imper-
fecto.

fecto.& in d. Auth.ꝙ ſiue.vbi voluit,ꝙ ſi pater ſcripſit ſuum
teſtm̃,in quo filios inſtituit hæredes & legata reliq̄t,& teſtm̃
in capſa repoſuit, & nõ fecit legi,ꝙ tale teſtm̃ dicitur imper
fectum nedum rõne ſolennitatis, ſed ẽt rõne voluntatis , &
ꝓpterea non valeat ẽt inter liberos , tñ q̄a Sal.hẽt contradi-
c ctores,c ideo in hoc non facio fundamentũ. ¶Non ob.ſnĩæ
latæ in fauorẽ dicti teſtĩ,q̄a reſpon. ꝙ ſi dictæ ſnĩæ à iudicib.
latę ſunt nullæ,vt inf.ꝓbabo,potuiſſet dictus Ambroſius,&
conſequẽter põt Io. eius hæres allegare nullitatẽ dictæ ſnĩæ
ẽt pro eo latę,quia regulariter permittitur cuicunq; venire
contra actum iudicialẽ nullum,ẽt de conſenſu ſuo geſtũ.l.
6 2.cum ibi no.C.ſi aduer.rem iud.¶†Et regulariter põt quis
venire contra contractũ ẽt à ſeipſo geſtum,ſi actus ille ipſo
iure eſt nullus.l.quemadmodũ.C.de agri.& cen.li.11.l.iube
mus.§.ſanè.C.de ſac.ſan.eccl.c.ſi quis pſbyterorum.de re-
bus eccl.non alie.no.Inſt.qui.mo.alie.licet.poſt prin.& no.
gl.& DD.maximè Bal.in l.1.in gl.magna.C.de lib.cã.& not.
DD.in l.poſt mortem.ff.de don.& no.in c.noſti.de ele.& in
c.diuerſis fallaciis.de cler.coniug.¶Nec ob.l.ſi ſeruus plu-
rium.§.1.ff.de leg.1.quia ibi ſnĩa fuit iniqua, non autem fuit
nulla. ¶Quod aũt dictæ ſnĩæ fuerint nullæ ꝓbatur:primò,
ꝙ prima ſnĩa lata die quarta Auguſti fuerit nulla , patet,q̄a
in ea pronunciatur teſtm̃ Bar.& ipſam ſcripturã teſtamenti
eſſe verum & veram , legitimum & legitimam teſtm̃ & vlti-
mam voluntatem d. Bart. eſſe probatum & probatam, tam
per ſcripturam ipſius teſtĩ ſcriptam manu ipſius Bart. q̄ per
alias probationes & legitimas cõiecturas & indicia,de qui-
bus apparet in proceſſu ſuperinde confecto,&c.& conſtat
ꝙ in veritate ipſa ſcriptura teſtĩ producta non probat , quia
hoc non habet diem,ac ẽt conſtat ꝙ teſtes non ꝓbant illam
vltimam voluntatem,nec illam eſſe ſcriptam manu d. Bart.
7 videlicet ſup.¶†Ergo incidimus in illã difficultatẽ qua quę
ritur,ſi iudex in ſententia dixit:quia per A. & B. teſtes ꝓba-
tum eſt Titium debere,vt apparet in actis , ideo condemno
d an ſnĩa valeat d ſi ex actis apparet teſtes non probare,in qua
Inn.variauit in c.q̃m contra.de proba.ad fi. & in c.cùm Ber
toldus,in gl.in verbo,conceſſimus. de re iudi.& per Bart.&
Bal.& alios in l. 1. C.de erro. calc.& Bal.in l.2.C.de re iud.&
in l.prolatam.in 1.col.C.de ſen.& Ant.de But.in c.excõica-
to.de reſcri.& Io.de Imo.in l.diuus. ff.de re iudi.& do. Abb.
in c.inter cæteras.de re iud.& in aliis locis ſtatim allegãdis.
* ¶Tamẽ quò ad ꝓpoſitum noſtrum vera &*magis cõis con
cluſio eſſe videtur, ꝙ ſi iudex expreſſe habeat relationẽ ad
acta,& ex actis ad q̄ habetur relatio,apparet de errore iudi-
cis in ſnĩa , talis ſnĩa ſit nulla : q̄a ſicut error expreſſus in ſnĩa
reddit eam ipſo iure nullam. l. ſi expreſſim. ff.de app.l.2.C.
quando ꝓuoca.non eſt.c.1.de re iud. ita ẽt debet reddi nul-
la ſi error deprehendatur ex actis,ad q̄ iudex in ſnĩa expreſ-
sè relationem habuit,q̄a perinde eſt,ac ſi error eſſet expreſ-
ſus in ſnĩa.ar.l.ait prætor.§.1.ff.de re iud.& l.pen. C.de ſen.q̄
ſine certa quanti.& l.inſtitutio talis.ff.de condi.inſtit.& ita
expreſsè firmat Bar.in d.l.1.C.de erro.cal. cum quo ibi tran
ſit Raph.Fulg.& ita tenet Ant. de Bu.in d.c.ab excõicato.in
2.char.de reſcri.& Ant.de But.& do.Abb.in d.c.q̃m contra.
& ibi ſentit Hoſt.de prob.& Ioan.de Imo.in l.ex diuerſo.§.ſi
iudicio.ff.ſol.mat.& in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 10.col.
ff.de verb.obli.& Io. de Imol & Romanus in l.ſi is ad quem.
ff.de acq.hær.¶Et Io. de Imol.in c.in præſentia. de renunc.
vbi declarat & ſaluat verba Ant. de But. ibi per iſtam diſtin-
ctionem.ſ.aut expreſsè ſe retulit ad acta,& tunc non valeat,
per tex.in d.c.cum Bertoldus. de re iud.ibi hoc tenet Inno.
aut ſe retulit expreſsè ad acta,& tunc ſecus : quia iudex for-
taſſe ex alio fuit motus , quod non apparet in actis.& ita et-
iam tenet do.Abb.in c.inter cæteras.de re iud.& eſt de men
te dominorum de Rota,concluſione 365.incip.Item dubi-
tatur vtrum auditor, &c. Ergo bene apparet dictam primã
ſententiam eſſe nullam,propter expreſſionem erroris,quo
caſu etiam non poteſt dici , quod potuerit validari per ali-
quem conſenſum aut approbationem per eum, adeò quod
valeat in vim ſententiæ , nec etiam alio modo.nec tunc ha-
bet locum id quod habetur in l. 2.C.communia vtriuſque
iudi.propter dictum errorem, vt ſingulariter not. Bald.in l.
error.in vlt. col.C.de iuris & fac.igno. & in l.1.C.de iuridic.
om.iud.¶Idem dico de ſecunda declaratione facta die pri-
mo menſis Septemb. in qua iudex in effectu declarat, ꝙ il-
lud teſtm̃ & eius ſcriptura habeat vim & robur publici teſta
menti, & ſecundum firmitatem, tenorem , modum & for-
mã primæ ſententiæ,&c.cùm iſta ſententia referat ſe ad pri-
mam,error qui erat in prima,cẽſetur eſſe in iſta, & redditur
nulla. l. 1.poſt prin.ff.quæ ſen.ſine appel.reſcin.& no.Bar.in
d.l.1.C.de erro.cal.cum concor.ſuprà alleg. ¶Non ob.etiã
arbitramentum emologatum à partib.cuius occaſione Am
broſius poſtea longo tp̄e poſſedit,q̄a aduertendum eſt,qđ
in dicto arbitramento ſcđm ꝙ relatum eſt,in puncto nõ di-
citur ꝙ arbiter vel arbitrator pronunciauerit illi ſcripturæ
teſtamenti eſſe fidem adhibendã , & talem eſſe legitimè ap-
probatam,ſed ſolum qđ pronunciauit d. Ambroſ.eſſe & in-
telligi debere hæredẽ vtilẽ dicti quondã Bar.ex teſtõ & ſcri
ptura teſtamenti,facta per dict.quondam Bar.& dominam
Margaritam debere habere ꝓ ſua legitima libras mille, &c.
& arbitrator ſatis diſceſſit à verbis dictæ aſſertæ ſcripturę te
ſtamenti,in qua Bart. inſtituerat hæredẽ vtilem do. Marga-
ritam & oẽs eius filios: vnde licet Ambroſius approbauerit
laudũ,& per cõſequens approbauerit ſe debere eſſe hęredẽ
vtilem ex teſtõ Bar.tamẽ quò ad alia contẽta in dicta aſſerta
ſcriptura teſtamenti, puta quò ad capitulũ ſubſtõnis factæ
in villa Sardoni non approbauit teſtm̃,nec ẽt in arbitramen
8 to aliquid de hoc dictũ eſt. ¶†Vnde non ſeq̄tur, approbaui
vnum capitulum, ergo ex tali approbatione videor appro-
baſſe omnia contenta in teſtõ inualido, attento ꝙ capitulũ
de quo in laudo.ſ ꝙ Amb.ſit hæres vtilis,eſt quid ſeparatũ à
capitulo ſubſtõnis,hoc ꝓbatur in c.Ray.& in c.Raynaldus.
de teſt.& in l.Publia.§.fi.ff.depoſi.& no.Bar.in l.Aurelius.§.
idem quæſiit.ff.de libe.leg.& Cy.& alij in l.1.C.de confeſ.&
in l.2.C.de don. ante nup. & no.in l.ſi quidem.C.de exce.&
Bal.in l.1.de eden.& in l.ſi quidẽ.C.de tranſac.in l.cum mu-
lier.ff.ſol.ma.& no.Cano.maximè Ant.de Bu.& Io.de Imo.
melius in c.bonæ.el 2.de poſt. præl. & in c. ex parte decani.
de reſcr.& Arc. in c. 1.de confeſ.in Spe.in tit depoſi.§.fi.ver.
pen.item ſnĩa non probat,niſi quantum ex ea de neceſſita-
te infertur. l. pe.cum ibi no. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.
2.C.de ord.cog.l.1.cum ibi no.C.de ord.cog.no.Bar.in l.Iu
lianus verum debitorẽ.4.col.ff.de cond.inde.¶Sed licet ex
ſnĩa arbitratoris dicatur Ambroſium eſſe hæredem vtilem
ex teſtõ Bartho. non infertur de neceſſitate ex tali declara-
tione,ꝙ poſt mortem Ambro. debeant vocari ſubſtituti ſe-
cundum diſpõnem factam in aſſerto teſtõ Bart. ¶Præterea
pſumitur ꝙ dictus Bar. mortuo Ambroſio patre ſuo ſe im-
miſcuit in bonis & hæreditate Ambroſij, & nedũ in d.l.villa
Sardoni,ſed ẽt in cæteris bonis,ergo videtur eſſe hæres Am
broſij,iuxta l. ꝓ hære. & l.gerit,cum materia.ff.de acq.hær.
¶Et per conſequens videtur approbaſſe voluntatẽ Ambro
ſij in actu teſtãdi,& adeò ꝙ nedum ea ratione repellitur Ber
tonus à villa Sardoni ꝓ ea parte , pro qua fuit Bertonus hæ-
res Ambroſij,per l.cùm à matre. C.de rei ven.& l.ſi tibi ho-
mo.§.ſi fundus.ff.de leg.1.¶Sed etiam fortaſſe videtur,ꝙ re
pellatur in totum Bertonus, quia Ambroſius teſtator putaſ
ſe videtur , qđ illa verba Sardoni,eſſent iuris proprij ipſius
Ambroſij , & ꝙ eum potuerit relinquere Philippo ac eius
filio primogenito Philippi vt fecit. hoc innuunt verba teſta
menti Ambroſij in inſtitutione facta de Philippo, iuncto c.
ſubſtitutionis factæ eidem Philippo & inueſtitura facta di-
cto Ambro.quo caſu quando teſtator putabat rem quæ per
tinebat ad vnum ex hęredibus ſuis,pertinere ad ipſum teſta
torem , & eam iure ſuo poſſe relinquere ei cui in teſtamẽto
reliquit , tamen ille hæres, ad quem relicta pertinẽt , totum
relictum tenetur adimplere , etiam ſi ipſe non ſit hæres,niſi
pro parte,vt eſt tex.no.in l.fideicommiſſa.la 1.§.ſeruum pe-
cu. ff.de fideic. libe. & not.Bart.& alij in d.l.ſi tibi homo.§.ſi
fundus. hoc tamen vltimum non pono pro cõſtanti, ſed re-
linquo iuuandum aut non iuuandum,ſecundum quod vi-
debitur conſciæ & diligentiæ eorum,qui ex coniecturis &
ꝓbationibus facti in veritate notionem melius habebunt,
q̄ ego habeam. ¶Nec prædictis obſtat quod opponebatur

contra testamentũ Ambrosij, qđ non valebat ratione prę-teritionis nepotum ex Philippo filio pmortuo, qa respon-deo, ꝙ imò intelliguntur instituti fuisse, vt patet in pe.c. te stamenti.inci.itē volo, ꝙ oĩa mea bona immobilia & mobi lia, ibi, dũ dicit æqualiter diuidantur inter ipsos filios me-
9 os, seu eorum liberos, &c. † nam verbum diuidantur tanꝗ verbum cõe ad vniuersitatem bonorum, refertur ad insti-
c tutionem c ipsorum liberorum. vt l. quoties. cum glo. C. fa mi. ercis. & ibi expresse Bal. & etiam Sal. tamen faciunt no. in l. his verbis. in prin. ff. de hære. insti. & quod habetur in l. diuus. cum simi. ff. de testa. mili. ¶ Et illa disiunctiua opera tur, vt secundum ordinem charitatis intelligantur primò vocati & instituti filij Ambrosij, & vno vel pluribus decedē te, vel decedentibus, nepotes ex eo vel eis intelligantur vo cati ad partem & locum patris sui. l. cùm pater. §. pe. de leg.
2 & no. Do. in l. Gallus. §. quidam rectè. iuncta l. cùm auus. ff. de condi. & demon. ¶ Vel etiam dato ꝙ essent pteriti, & ꝙ dicta institutio seu substitutio, facta in re certa, non con seruaretur hodie, per Aut. ex causa. C. de lib. præte. de quo p Doct. ibi & in corpore. & in l. ex facto. ff. de hære. insti. &
10 in l. filio pterito. ff. de iniust. test. † tamen clausula codicilla ris adiecta per illa verba, si non valet, vel valebit, &c. opera tur, vt succedentes ab intestato, teneãt ea quæ relicta sunt non obstante vitio pteritionis secundum veram & * com-
* munem opi. vt l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideico. liber. & l. si patroni. §. si. secundũ vnam lect. & traditur in lo cis vulgaribus. ¶ Et hoc verum est, ēt si in testamento præ-terijt liberos, quos tunc non habebat, seu ignorabat se ha-biturũ liberos, maximè cùm in genere cogitauerit dictus Ambrosius de dictis nepotib. ex filio, qa de eis fecit mētio nē, tam in institutione facta Philippo, quàm in generali in stitutione: & quod Philippus cogitauerit, patet per illud verbũ futuri tpis, videlicet si non valet, neq; valebit, &c. me ritò cùm in genere cogitauerit, clausula codicillaris debet effectum sortiri. l. si quis, cùm nullum. §. 1. & l. ab intesta. ff. de iur. codi. facit l. qui iure militari. ff. de test. mili. ¶ Et ista
e positũ in donatione põt derogari legib.insinuationẽ e requirentibus:vt firmat Io.And.in add.Spe.in d.§.porrò.super ver.item no.& alij quos plenè refert & seqtur Io.de Im. in d.c.cùm contingat.in 17.membro.& ita consului isto anno apud ciuitatem Senarum, cum qbusdam excellentissimis viris,qui etiam consuluerunt, tales solennitates intelliguntur esse inductæ in fauorem donãtium,vt ꝓbatur maximè ex no.per Bar.in l.cunctos populos.in 6.qu.C.de sum.trin. fuerunt indictæ illæ solennitates, ne donantes deciperentur:ergo per suum iuramentũ potest derogari illis ꝓhibitionibus factis in eorũ fauorẽ,vt patet in d.c.cùm

12 contingat.& in d.auth.sacramenta. ¶†Pro hoc ẽt bene facit,quia statutũ simpliciter loquens,nõ debet intelligi de

f donatione iurata,f vt ꝓbat Ioan.de Imo.in d.ca.cùm contingat.in 3.membro.in ver. nunc pro declaratione materiæ,an per statutum possit ꝓhibere,&c.quia statutũ debet interpretari secundũ ius cõe.l.2.C. de noxal. c. cùm dilectus.de consu.sed de iure cõi semper potentius cooperatur actus iuratus, quàm non iuratus. l. cùm pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.& in l.2.§.cùm lex.C.de rei vxor.& in l. pactum.C.de collat.iunct.d.§.cùm contingat.& d.c. quãuis. ¶Confirmo per no.per glo.sing.in c.cùm non deceat. de elect.in 6.in gl.fin.per quam dicit Ang.in l.1.§.quæ honorandæ.ff.quarũ rerum actio non datur.  licet Papa vel Imperator casset consuetudines vel statuta,non intelligitur cassare statuta à iuramento confirmata. & seqtur hoc Lapus,Abb.& Io.And.in nouell.d.c.cùm non deceat. pro quo allegant c.1.de consti.in 6.& in c.cum aliquibus.de rescri.eo.li.& c.qa sæpè.de elect.in 6.& idem no.Io. Andr.in c.1.de filijs presby.in 6.in nouel.& Ioan.de Imo.in c.dilecto.de præb.& in Cle.dudũ.de sepul. & dom. Abb. in d.c. 1.de his,quæ fiunt à maio.par.cap.& decisi.dict.glos.bene ꝓbatur per tex.in c.constitutus. de rescript.& per no. per Imo.in c.inter.de renun.& no.Cy.& Sali.in l.fi.C. si cõtra ius vel vtil.publ. ¶Quò ad vltimum videlicet circa statutũ de gabella soluenda non puto insistendum,tum qa hîc nõ fuit cessio iurium rerum immobilium,nisi quatenus ꝓ rata capere poterat supplementum legitimæ, vt dictum est in primo dubio,tum etiam,quia statutum mihi transmissum non inualidat ipso iure contractũ,si non est soluta gabella.quò fit, posito, esset soluenda gabella, solui posset quandocunq;,& contractus firmus manebit : ita dicit Bart.& Sal.in l.vniuersa.per illum tex.cum ibi no.de preç. Impe.offe.præterea supplementum legitimę poterat eligi per Semproniũ in certis rebus immobilib. mediocribus, arbitrio boni viri:vt not.Iac.de Bel.in Auth. de testi. & ea, quæ parit.in prin.in 3.q.per tex.in §.quamobrem.in eo.ti.

13 ¶†Nam cùm filius in legitima dicatur creditor,potest eli-

g gere g legitimã in ea re,quæ sibi videbitur,vt ꝓbat Iac. de Are.& Cy.in Auth.res quæ.in fin.C.commu. de leg. & in l. Marcell.§.res quæ.& ibi Io.de Imo.in l.fi.ad Trebel.& Bal. in l.filium.in 14.col.quod hîc facere potest,dummodò mediocrem eligat,vt ibi per eum.& do.Bal.post Iac.But. in l. 1.C.fami.ercis.& tenet hoc Old.in cons.107.inci. cùm ius municipale.& fatetur Bart.in d.§.res quæ.quod in qua re debeat deduci legitima,est in arbitrio iudicis.ar.l. nõ amplius.cum l.seq.de leg.1.& l.2.C. quando & quibus quarta pars debetur.lib.10.& ita not.Bar.in l.suus quoq;.in fi. in prin.ff.de hær.inst.& hoc tenet Io.And.in c. Ray.de testa. ¶Ergo cùm in d.patrimonio extarent res mobiles & immobiles,non potest dici, d.donatio & renunciatio iuris petendi supplemẽtum legitimæ,dicatur præcisè in aliqua parte respicere immobilia. ¶Hoc ꝓbatur l.si sic.§.si quis i-

h ta.cum his,quæ ibi no.Bar.b in fi.ff.de leg.1.vbi dicit sic de

14 facto consuluisse, si minor habebat aliquam actionẽ cõtra aliquem ad fundum vel ad centum alternatiuè, & cessit actionem suam sine decreto p̃toris,ꝓut de iure requirebatur in alienatione immobilium,vel in cessione actionũ cõpetentium ad res immobiles,vtrùm in casu prædicto dicta cessio erit nulla,quasi videatur cessisse actionem competẽtem ad fundũ,& sic ad rem immobilem, & cùm debitor habeat electionem soluere cẽtum vel fundum, si eligat fundum,tunc ꝓpter declarationem factam ex futuro euẽtu erit nulla,quia illud quod fuit electum,videtur à principio fuisse in cessione deductum:ita etiam tenet ibi Ange. ergo,cùm non apparet, filia arbitrio boni viri fuisset electura magis res mobiles quàm immobiles,non potest dici cessionem esse nullã,eò,quia non est soluta gabella de cessione aut donatione iurium rerum immobilium.

ADDITIO.

a ¶Immobile. imò,vt per d.And.Tiraq.in cons.Pi&a.titu des retraictz.§.1.gl.7.

b ¶L.sciendum.col.67.adde.Fab.de Monte san.Saui.tra.de emp.& ven.q.5.prin.col.28.& q.8.prin.q.5.Ias.l.pacta nouissima.col.2.C.de pact.c.1.col.2.in vsib.feu.consi.55.lib. 1.Pantha.rep.l.2.col.24.C.de rescin.vend.Dec.l.de alimentis.nu.9.C.de transf.in Ru.C.qui admi.c. quoniam contra falsam.co.49.de ꝓb.consi.43.col.3.Imo.consi.98.cum se. Gui.Pap.consi.23.col.5.Cur.senior.consi.43.col.3.Corn. consi.71.lib.3.latius consi.109.eo.li.Alex.infrà consi.103. colu.2.lib.2.consi.vide co.1.lib.5.

c ¶Sciens.Deci.consi.583.

d ¶Imò suprà consi.13.nu.20.

e ¶Insinuationem.suprà consi.4.nu.10.

f ¶Iurata.suprà consi.27.num.8.

g ¶Eligere.dic vt notaui.infrà lib.4.ad consi.134.

h ¶Bart. cum quo transit ibi Alex.& expresè Ias.

CONSILIVM CXXVI.

Lege.suprà eodem consi.85.quod hîc duplabatur.

CONSILIVM CXXVII.

Vide.infrà lib.4.consi.15.vbi habetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Supplementum legitimæ per statutum prohibita potest peti in bonis alibi sitis.*

2 *Statutũ disponens de successione,nullo modo extenditur extra locum,secus si disponat de solennitate actus.*

3 *Statutum excludens fœminas vel alios ob primogenitum odiosum est.*

4 *Tutoris datio an extendatur ad aliud territorium.*

5 *Supplementum legitimæ quaudiu peti potest.*

6 *Appellatione filiorum non veniunt nepotes in contractibus.*

7 *Emphyteusis recepta pro se & filijs non transit ad legitimatos, sed bene transit ad filiam in re certa institutam.nu.8.*

CONSILIVM CXXVIII.

Onsideratis verbis instrumenti concessionis factæ ab eccle. dicto Pio pro se & suis filijs & hæredibus masculis & fœminis, & etiam testamenti dicti Pij,& verbis statuti ciuitatis Imolæ sub rubr. filia sit contenta relictis sibi in testamento,& sub rubr. de successionibus ab intestato. ¶Super primo dubio,quo quæritur,an dicta domina Andræa,& domina Francisca petere possint supplementum legitimæ in bonis dicti Pij,saltem positis extra ciuitatem, & districtum dictæ ciuitatis Imolæ,vt in locis non subditis statutis dictæ ciuitatis. ¶In quo prætermissis non necessa-

1 rijs argumentis ad partes† dico, saltem quo ad bona existentia in locis non suppositis dictis statuto ciuitatis,puto supplementum legitimæ peti posse ꝓ rata dictorum bo-

a norum, a quia de iure communi pater,si dat aut relinquat aliquid filio vel filiæ minus legitima,licet iubeat ipsum vel ipsam esse tacitam & contentam,& quod plus petere non possit,tamen petere potest supplementum vsq; ad integrã legitimam,vt in §.cæterum.in auth.vt cùm de app.cogn.& l.omnimodò.C.de inof.testa.& in l.si non mortis.in prin. ff.eod.ti.& omnis prouisio testatoris in contrarium facta non tenet,vt no.Bar.in l.1.C.de his,quæ pœnæ noïe. ¶Nec obstant

obstant statuta prædicta excludentia fœminas dotatas, qa
respondeo, ꝙ illa statuta non porrigunt effectum suum ad
bona, quæ sunt extra territoriũ: ita dicit Bart. in l. cunctos
populos. C. de sum. trin. in ver. 6. videndũ est, an statuta vel
consuetudines porrigant effectũ suum extra territorium,
&c. qa scđm eũ talia statuta sunt odiosa, & iniqtatẽ sapiunt.
l. maximũ vitium. C. de lib. præte. & l. inter filios. C. fam. er
cis. & ibi Bal. ¶ Et tales dispõnes odiosę non sortiuntur ef-
fectum in locis, in qb. non seruantur statuta disponentis, ꝑ
l. ex ea. ff. de postulan. & in c. si sententia. §. 1. de sen. exc. in 6.
¶ Et idem in effectu tenet ẽt Bal. in l. 2. in 5. col. quæ sit lon.
consue. & plenius in d. l. cunctos populos. in 16. col. vbi di-
cit, ꝙ licet sibi videatur dicendum, quòd dictum statutum
non sit odiosum principaliter, sed mixtũ ex fauore mascu-
lorum, & odio fœminarum, imò principaliter fauorabile.
l. q exceptionẽ. in prin. ff. de cõd. inde. tamen bene fatetur,
quod non extenditur ad bona, q̃ sunt extra territoriũ sta-
tuentium, & sic ad bona posita in locis nõ suppositis statu-
tis, quia contraria dispositio iuris cõis, q̃ in hoc seruatur in
dictis locis non suppositis statuto, impeditius accrescendi
in illis; quibus ex forma statuti accrescunt alia bona suppo
sita statuto excludẽti fœminas, per legem mulieri & Titio.
ff. de condi. & dem. ¶ Et cum Bar. & Bal. in hoc videtur sim
pliciter transire Pe. de Anc in c. canonum statu. de cõsti. 11.
q in ver. qd in successione, an filius possit excludi per statu
tũ, &c. Bar. ẽt in l. certũ. in prin. C. vnde leg. & in l. 2. C. q ad
libe. pue. & l. si defunctus. & l. fi. in prin. C. de suis & legit. &
in l. leg. C. de leg. hęr. fatetur dictum statutũ esse odiosum,
per d. l. maximũ. ¶ Et, ꝓ hac opi, ꝙ non comprehendãt bo-
na alibi posita, ẽt põt deduci decisio Iac. de Rauen. Gui. &
2 Cy. in d. l. cunctos. inquantũ concludunt, † ꝙ si consuetu-
do est in Anglia, ꝙ primogenitus succedat in omnibus bo
nis, in Italia verò est, ꝙ succedant omnes æqualiter: & qui-
dam habens bona in Italia, & in Anglia decedat, succedat
primogenitus in omnib. bonis Angliæ. in bonis verò Itali
cis succedent oẽs æqualiter, qa semper inspicienda est con
b suetudo loci, *b* vbi res sitæ sunt. arg. l. pupillo. ff. de tu. & cu.
datis ab his. & l. Titium. §. tutor. ff. de admi. tut. l. certa for-
ma. C. de iur. fisc. lib. 10. ¶ Hoc expressius videtur velle Bar.
in d. l. cunctos. in 7. q. in ver. sed potest dubitari de tali quæ
stione, consuetudo est in Anglia, &c. vbi quantũ ad ꝓposi-
tũ nostrum, si ille, de cuius successione agitur, esset suppo-
situs statuentibus, vt in casu nostro erat dictus Pius. tenet
Bar. cùm ꝓximè d. opi. Ia. de Are. Gui. & Cy. & subdit Bar.
ꝙ siue dicamus dictũ statutum esse odiosum ꝑsonis ab eo
exclusis, & non trahitur ad bona alibi sita, per dict. l. ex ea.
¶ Siue dicamus dictũ statutum esse permissiuũ, & tollere
obstaculũ, ne sequentes filij impediant primogenitum, &
adhuc dicendũ est, ꝙ non trahitur ad bona alibi sita per ea,
q̃ no. ipsemet Bar. in eadem 7. q. in ver: interdum verò repe
riuntur statuta ꝑmissiua tollentia obstaculum qualitatis
personæ, &c. & in ver. sed insurgit fortè dubium, &c. in qb.
locis conclusit, ꝙ statutum habilitans aliquem ad testan-
dũ vel ad capiendũ hæreditatẽ, quam aliàs capere non po-
terat, non trahetur ad bona alibi sita, ꝑ d. l. pupillo. & l. non
solum. §. qui in testõ. cũ ibi no. ff. de excu. tut. & l. cùm vnus.
§. his, qui. ff. de bon. auth. iud. pos. & per c. per venerabilẽ.
qui filij sint legi. & sequitur Pet. de Anc. in d. c. canonum. in
12. q. princ. ¶ Ergo in proposito, cùm statutum positũ sub
rubr. ꝙ filia sit contenta relicto sibi in testamento, &c. tol-
lat obstaculum, ne filia, cui aliquid in testamento relictum
sit, ĩpediat fratres vel nepotes, vel alios successores, seu hæ
reditas eis relicta ratione alicuius supplemẽti legitimæ, ꝙ
petere vellet dicta filia, non debet tale statutum extendi ad
bona alibi sita, nã & dici põt dictum statutũ habilitare te-
statorẽ ad disponẽdum, & inexpugnabiliter relinquendũ
hæreditatẽ suam, & bona fratribus dictarũ filiarum, dum-
modò filiab. aliqd relinquat: & ita ẽt habilitat illos fratres
ad succedendũ irreuocabiliter ex testõ, dũmodò testator
aliquid relinquat filię. ¶ Facit quod habetur in lege, siue §.
ex duob. cum ibi no. per Bar. in vlt. notabili. ff. de iur. patr.
¶ Licet aliud esset, quando statutũ disponeret solũ sup so-
lennitate testamenti, vt quia disponeret, ꝙ valeat testamẽ-
tum coram tribus testibus, quia tunc hæres institutus in
tali testamento bene consequi posset bona hæreditaria ali
bi posita extra locum suppositum statuto, per l. si non spe-
ciali. l. omniũ. & l. fi. C. de test. & per alia plura ad hoc alle-
gata per Guil. Cy. & Iac. But. in d. l. cunctos populos. quos
ibi sequitur Bar. circà princ. dictæ 7. qu. & Io. And. in addi.
Spec. de instr. edi. §. compendiosè. in versic. ꝙ si de consue-
* tudine & alij post Bar. magis * communiter in d. l. cunctos.
& Petr. de Anc. in d. c. canonum. in 12. q. prin. ¶ Bene facit.
l. in hac. & quod ibi no. Bal. C. de dona. & aliquid per Bald.
in auth. defuncto. ad tex. & Pet. de Anch. in consi. 155. inci.
visis & subtiliter inspectis, &c. ¶ Sed dicta statuta concer-
nunt aliud quàm testamenti solennitatem, nam dato et-
iam, quòd peti possit supplementum, non sequitur, quòd
testamentum non sit solenne, vt in dict. l. omnimodò. & in
§. cæterum. ¶ Et rationem diuersitatis inter casum, quan-
do statutum solum disposuit super solennitate & casum,
quando prouidet super ipsa dispositione, vel permissione,
vel habilitatione inexpugnabiliter ad relinquendũ bona
sua, ponit clarè Bar. in d. l. 7. q. 1. in d. l. cũctos populos. ver.
ad contraria respondeo. quæ ratio ostendit, in casu nostro
non debere attendi illud, quod dicitur in statuto disponẽ-
te solum super solennitate. ¶ Ad idem facit quod no. Spec.
in tit. de sen. §. qualiter. ver. pone quidam Flandricasis, &c.
& Bal. in l. si arrogator. ff. de adop. in antepe. col. in versi. &
facit ad plures quæstiones; quas notaui, &c. ¶ In hanc etiã
partem videtur esse decisio Lapi allegatione 91. incipien.
in nomine domini casus est talis, quidam Nicolaus, &c. v-
bi concludit, ꝙ statutum & consuetudo Angliæ, disponẽs,
quòd pater non possit priuare filiam certa parte hæredita
tis, nec possit relinquere fratrem suum hæredem, non ex-
tendit effectum suum extra territorium Anglicum, adeò,
ꝙ in alijs bonis quàm Angliæ non seruabitur. probat per l.
fin. ff. de iurisd. om. iud. & per l. 1. C. de suspect. tuto. cum i-
bi not. per Guil. & Cy. & per ca. vt animarum. cum ibi not.
de consti. in 6. ¶ Pro hoc etiam adducit, ꝙ virtus & poten-
tia causæ efficientis inspicienda est, vt possit operari in pas
sum, & in suscipientem materiam, nec põt causa finita ꝓ-
ducere effectum infinitũ, sed sicut limitatur potentia cau-
sæ, sic effectus debet etiã limitari. l. si arrogator. ff. de adop.
l. iurisperitos. §. cùm oriundus. ff. de excu. tut. & d. l. pupil-
lo. cum si. sed potentia & authoritas consuetudinis Angliæ
non se extendit vltra proprios terminos. l. diuinorum. C.
de decu. libr. 10. ergo nec eius effectus vltrà procedere po-
test. ¶ Nec prædictæ conclusioni ob. id, quod not. Sal. in d.
l. cunctos populos. iuxta antep. colum. vbi dicit se putare,
quòd si ciuis Anglicus habebat bona in Anglia, vbi erat cõ
suetudo, quòd primogenitus masc. succederet in totũ, &
ẽt habebat in Italia, vbi talis consuetudo nõ vigebat, & de-
cessit relictis pluribus filijs, ꝙ si in Italia domicilium non
habebat, quòd primogenitus succederet, nedum in bonis
Angliæ, sed etiam in bonis Italiæ, & similiter si retento di-
cto themate esset statutum in Anglia, quòd extantib. ma-
sculis filiæ fœminæ non succedant, sed masculi, quòd fœmi
næ excludentur, nedum in bonis Angliæ, sed ẽt in bonis I-
taliæ. & sic tenet cõtra Bar. & sequaces, de qb. dixi suprà, qa
dico ꝙ Sal. non videtur moueri cõcludentib. rationibus.
¶ Et primò non ob. inquantũ primò allegat, ꝙ cõsuetudo
Italiæ in casu ꝑdicto non ligat forensem, qa ad hoc respon.
ꝙ volentes excludere primogenitũ vel masculũ à bonis I-
talicis non se fundãt in consuetudine Italiæ, sed in iure cõ-
muni, quod ligat oẽs. l. 4. C. de leg. c. 1. de consti. nisi statu-
tum loci contrariũ disponat. l. de qbus. de legi. l. omnes po
puli. de iusti. & iure. & in casu illo non obstat statutum vel
consuetudo Angliæ, quia cùm loquatur in personam, non
extenditur ad bona alibi sita. d. l. de pupillo. cum simi. ¶ Se
cundò allegabat Sali. quia sicut ex testamento facto in An-
glia succedet in omnibus bonis ille, qui esset vniuersaliter
institutus, ita ab intestato succedat primogenitus in oĩb
ex tacita voluntate defuncti, quæ colligitur ex eo, quia do-
micilium non mutauit, & sic in consuetudine sui originis
persti-

perstitit, quã approbare dicitur, & ea vti velle videtur. ar. l. vel vniuersorũ. ff. de pig. act. & de ædil. edi. l. quod si nolit. §. qui mancipia. Sed ad hoc respon. ꝙ quãdo est institutus vniuersalis hæres, ideò succederet in oĩbus bonis, quia institutus tunc se non fundaret in statuto vel consuetudine locali, sed in iure cõi, quod vbiq; seruari debet, quando statutũ non contradicit l. 2. C. de leg. vt ꝓximè dixi, sed quãdo non est conditũ testamentũ, tunc primogenitus volens succedere in oĩb. bonis, oportet ꝙ se fundet in statuto vel consuetudine Angliæ contra ius cõe, meritò non operatur ad bona alibi sita: vt est ꝓbatum, ꝓut tenent magis cõiter Doct. ¶ Et licet videatur defunctus decedens ab intestato tacitè velle seruari illam consuetudinem, tamen non sequitur, ꝙ vellet eam seruari aliter quàm se habeat, s. in bonis Angliæ. ¶ Tertiò adducit Sal. ꝙ ciuitas potest afficere sub ditum suum, etiam respectu rerum in alio territorio positarum. vt patet in collecta, quia potest imponi ciui etiam pro bonis, quæ in alieno territorio possidet, l. rescripto. §. fi. l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mun. & hon. & no. super Rub. C. de mun. patrimo. lib. 10. & imponitur collecta personæ pro rebus, vt no. in d. l. rescripto. §. fin. & l. placet. C. de sac. san. eccl. ideò personam dicitur afficere, non res, quia de rebus alieni territorij principaliter non potest disponens disponere. d. l. cùm vnus. §. pen. ¶ Sed ad hoc respondeti potest, & primò, ꝙ hoc, quod dicit Sal. s. ꝙ collecta posset imponi ciui, etiam pro bonis, quæ in alieno territorio possidet, non est ita expeditũ, imò contrarium tenẽt nonnulli, vt Gui. vt refert Bar. in l. 1. C. de mul. & in quo loco. lib. 10. in 5. co. ver. item quæro, aliquis est hîc ciuis, & alibi habet possessiones, &c. per d. l. cùm vnus. & l. 1. ff. de iuris. om. iud. ¶ Secundò respon. posito, ꝙ ciuitas possit afficere subditum suum, ẽt quo ad bona alibi posita, tamen illud posset ꝓcedere, quando expressè statuentes hoc dicerent. ar. l. fi. de decr. ab ordi. fac. & l. mercatores. l. non solũ. C. de cõmer. & merc. & ita loquuntur allegata per Sal. sed vbi statutum simpliciter loqueretur, vt in proposito, tunc non concernit id, qđ est extra territoriũ. ca. vt animarũ. de consti. in 6. ¶ Et hanc distinctionem ẽt facit Bar. post antiquos. in d. l. cunctos populos. in 7. q. in prin. illius q. iunctis positis per eũ in eadem q. in ver. item quæro, quid si statuto hoc non caueatur expressè, &c. & hoc ẽt quantum ad ꝓpositum nostrũ, sequitur ibi Bal. in vltima charta. in verb. viso, an forensis intra territorium. &c. & Bal. ibi in rep. magna illius l. in 30. col. in ver. de secundo membro. Et idem ibi Sali. & Io. An. in add. Spec. in tit. de compe. iud. §. 1. in addi. magna. & Bal. in rep. l. neganda. in 7. & 8. col. C. de accu. & expressè Bal. in l. fi. in 2. q. prin. ff. de iur. om. iud. & in l. 2. C. de renun. & Pet. de An. in rep. c. postulasti. in 5. qu. de fo. comp. lib. 6. ¶ Adducebat Salic. quòd hæreditas non concernit locum, sed est successio in vniuersum ius defuncti. l. hæreditas. ff. de reg. iur. ergo fœmininum genus, vel fœminæ, quæ excluderentur à statuto, excludentur à successione vniuersali. sequitur ergo, ꝙ tales personæ tanquam affectæ excluduntur, & interdictæ esse intelliguntur in quolibet alio loco particulari, vt in simili dicitur in eo, cui iudex bonis interdixit. ff. de testam. l. is, cui. ff. de verb. ob. Sed ad hoc respondeo, quòd verum est, ꝙ hæreditas ipsa tanquam quid incorporale. l. 1. ff. de rer. diui. non concernit locum, sed per hoc non sequitur, quòd propter diuersitatem patrimoniorum subiectorum diuersis legibus seu statutis, & sic habentium diuersas qualitates non debet fieri diuisio dictorum patrimoniorum diuersimodè inter hæredes secundum diuersitatem dispositionis legum seu statutorũ, quibus subijciuntur, sicut videmus, ꝙ pupillus arrogatus ꝓpter diuersitatem patrimoniorum, quę habet, potest in vno decedere intestatus, & in alio testatus. l. si arrogator. cum glo. & ibi Doct. ff. de adop. & ita in milite. vt l. 1. & 2. de test. mi. ¶ Nec ob. illud, quod dicitur de prodigo, quia sibi interdictio illa fit de iure commu. & ius cõe vbiq; extendit suum vigorem: vt inqt Bal. in d. l. cunctos populos. circa ante pe. col. in d. ver. viso, an forensis intra territoriũ, &c. nos verò loquimur in dispositione statuti, quòd non ligat nec operatur extra territorium. ¶ Vel secundum Bar. in d. l. cũctos populos. in 6. q. illa interdictio bonorum est fauorabilis, ne bona eius pereant, ideò extendit effectum suum, vbicunq; sint bona. l. Iulia. ff. de cur. fur. & d. l. is, cui bonis.
3 † sed statutum excludens fœminas, est odiosum, vt dictum est, meritò non extenditur ad bona alibi sita. d. l. ex ea. cùm ibi non. & d. c. si sententia. ¶ Et similiter statutum volens,
c ꝙ primogenitus succedat in totum, dicitur odiosum. c vt expressè dicit Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. in 11. vel 12. col. in ver. 3. quæro, quæ sint illa, quæ faciunt mentionem legis, &c. est de mente Bar. in d. l. cunctos populos. ad
4 fi. 7. qu. ¶ † Vltimam rationem adducebat Sali. per simile, nam tutor simpliciter datus ab vno iudice dicetur habere
d administrationem, etiam patrimonij positi extra d territorium illius iudicis. alleg. text. ff. de excu. tut. in l. propter litem. §. licet. & ff. de reb. eo. l. magis puto. §. illud. licet in cõtrarium not. glo. ff. de excu. tut. l. non solum. §. qui testamẽto. & malè, vt ibi per Dy. & Ia. de Are. & per Cy. in l. 3. C. qui pe. tuto. sed ad illud potest responderi, quòd illa gl. loquitur in actu nõ odioso principaliter, sed statutum nostrum est odiosum, vt est dictum, ideò non extenditur ad bona alibi sita, per no. in d. l. ex ea. ¶ Vel ibi non tractatur de habilitando aliquem, qui non esset habilis de iure cõi, sed in casu nostro per dictum statutum sub rubrica, ꝙ filia sit contenta, &c. habilitatur pater ad testandum inexpugnabiliter, & aliter q̃ si esset habilis de iure communi, quicquid relinquat sibi pater in testamento, & talis habilitatio seu remotio obstaculi non trahitur ad loca, ad quæ non extenditur potestas statuendi vel habilitandi, vt in d. c. per venerabilem. & no. Bar. in l. cunctos populos. in 7. q. in versic. sed insurgit fortè dubium, &c. cum concor. allegatis. ¶ Item & tertiò respon. ꝙ vbi pupillo habenti patrimoniũ in duobus locis, s. in loco originis, & in alio datur tutor, simpliciter est verum, ꝙ tutor iste intelligitur datus administrationi bonorũ vtriusq; loci, non solum loci originis, & hoc quãdo de alio administratore non erat ꝓuisum administrationi bonorum illius alterius loci, sed si illic esset ꝓuisum, tũc si iudex loci originis daret tutorem, non extenderetur ad bona illius alterius territorij, ita procedit illa l. de pupillo. facit l. si tamen. ff. de testa. tu. cum ibi no. ergo cùm in ꝓposito in bonis alibi sitis, quàm in locis suppositis statuentibus esset iam per ius cõe ꝓuisum, qđ & quantum habere possent filiæ in dictis bonis, non debet ad illa bona extẽdi ꝓuisio statuti postea facta: est igitur sequẽda opi. aliorũ. &
* no. Sal. tanquã magis cõis, vt habetur in locis vulgaribus. ¶ Nec ꝓdictę conclusioni ob. si diceretur, ꝙ per lapsum quinquennij à tẽpore aditæ hæreditatis testatoris tollitur facultas petẽdi supplementum legitimæ, sicut tollitur facultas intentãdi querelam. per l. si quis filium. in fi. & ibi no. Bar. C. de inoffi. test. & in l. 2. C. in quib. cau. in integr. rest. non est neces. sicut. n. hoc est ibi inductum in querela inofficiosi testamẽti, q̃ datur filijs exhæredatis, ita debet intelligi inductũ in petitione supplemẽti legitimæ, q̃ cõpetit filijs, q̃bus aliquid relictũ est, sed minus legitima, qa talis petitio est subrogata loco querelæ inofficiosi testamenti. l. omnimodo. C. de inof. test. vnde tẽpus ꝓfixum vni remedio extẽditur ad aliud remedium loco illius subrogatum. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. ¶ † Quia ad hoc respondetur, primò, ꝙ dictũ qnquennium. de quo loquitur text. in d. l. si qs filium. non incipit currere, nisi à die aditæ hæreditatis: vt ibi & intelligitur de vera aditione, q̃ requiritur ad confirmationem exhæredationis. l. filium. §. sed cùm exhæredatio. ff. de leg. ꝑt. adeò, ꝙ sola existentia suitatis nõ sufficeret ꝓ aditione: vt no. Bal. Ang. & Imo. in l. si filius, q patri. ff. de vulg. & pup. vnde oportet primò apparere, ꝙ illa hæreditas fuerit legitimè & verè adita ꝓ dictũ Iac. q tẽpore conditi testamenti, & fortè ẽt tpe mortis testatoris erat pupillus, vnde sine authoritate tutoris non potuit hæreditatẽ adire. l. potuit. de iur. delib. l. pupillus. ff de acq. hær. bene faciunt no. per Bar. in l. gerit. in fi. eo. ti. ¶ Et si nõ fuit adita tẽpore pupillaris ętatis, requiritur, quòd postea fuit adita per ipsum adultum cum authoritate curatoris, si illã habe-

habebat.l.cùm quidam.C.de admi.tu.& si illum non habebat,potuit p se adire.l.si curatorē habens.C.de in integ. resti.min.& no.gl.& Doc.in l.impuberib.ff.de acq.hær. ¶Et non sufficeret talis aditio vel imixtio facta,nisi appareat ipsum adultū habuisse scientiā testamēti, & sic sciuerit delatā esse sibi hæreditatē ex testō,quia aliàs non diceretur aditio legitimè facta.l.si is,ad quem.ff.de acq.hæ.& plenè no. in l.is potest.eod.tit.¶Pręterea posito,ꝙ lapsum esset qnquennium à tēpore aditæ hæreditatis,tamen secundum magis* cōem opi. licet querela inofficiosi testamenti tollatur lapsu qnquennij,tamen hoc nō reperitur in petitione supplemēti legitimæ,qa siue ꝑ petitione supplemēti legitimæ detur cōdictio ex l.vt no.gl.in l.oīmodo.in ver.exigere.C. de inof.te.& ibi Ray.& no.Bal.in l.si qs in suo.eo.tit.& Sal. in l.sancimus.in prin.e.ti.& cōdictio ex l. non tollitur qnquennio,sed 30.an.e iuxta l.2.C.de consti.pec.Inst.de ppe. & temp.act.§.1.ar.l.sicut.& l.oēs.C.de pscri.30.ann. vel posito,ꝙ daretur petitio hæreditatis.vt tenet Bald.in d.l.si qs in suo.& in l.non est.C.famil.ercis.& in rep.l.pater filium. ff.de inof.test.in ver.qro ergo,&c.post Odof.in d.l.omnimodo.& constat petitionem hęreditatis non tolli qnquēnio.l.hæreditas.C.de pet.hæredi.¶Et istam partem tenet Bal.& Sal.in d.l.si quis filium.in fi.quia ille text.venit exceptiuè ad transmisionē querelæ,non ad transmisionē petitionis supplemēti,& sic ponitur ibi exceptio ab eo,qđ dictū erat in casus positione,& ibi patet ex verbis literæ,& ita intelligit Od.Bal.& Sal.ibi.¶Et respondēt ad rationem Bar.inquantum Bar.dicit, ꝙ petitio supplemēti legitimæ est subrogata loco querelæ inoffi.testa.meritò debet habere eandē naturā,quia nō est verū,ꝙ sit subrogata loco querelæ,imò est inducta in odiū querelæ,& ad submouendam querelā,meritò nō sapit eandē naturā,sed contrariā, vt d. l.oīmodo.nec dēt tolli eadē tpis pscriptione,qa petitio supplemēti est fauorabilis,cùm per eā conseruetur, non autē rescindatur testamentū,sed querela est odiosa, cùm per eā rescindatur testm̄.facit lex vel negare.ff.quēad.test.ap.& qđ no.in l.Gal.§.eius.ff.de li.& posth.& ad hoc possunt adduci aliæ rōnes,de qb.per Doc.in l.si qs filium.& maximè per Sal.ibi,q super hoc scribit,q̄ cā breuitatis omitto,cùm de facili copia lecturæ habeatur.¶Idē tenet Pa.de Cast.in d.l.si qs filium.secutus Bal.qa querela est alterius naturæ, cùm sit pparatio ad ius qrendum,sed petitio supplementi legitimę est ius acqsitum.Et Flo.ibi ēt hoc tenet,dicēs hāc *esse cōmunem opi.Moder.istā op.etiam cōfirmat Bal.in auth.presby.la 1.C.de epi.& cle.& ibi subtiliter ponderat tex.d.l.si qs filiū.in fi.in ver.pōst aditā hæreditatē,&c.per q̄ verba ostendit Bal.tex.d.l.si qs filium.in fi.loqui in querela.ita etiam firmat ipsemet Bald.in rep.l.pater filium.ff.de inoffi.te.in 11.colu.aliàs 9.in ver.visis oppositionibus,&c. ¶Idem firmat Ang.in l.Papinianus.§.si cōditioni.ff.de inof.test.vbi refert se ita pluries obtinuisse & consuluisse vnà cum pluribus alijs doct.Perusinis,& dat aliam responsionem ad l.si quis filium,quā dicit esse suā nouā respōsionē, s.ꝙ ibi loquatur in hærede eius,q poterat agere ad supplementū legitimę.vnde talis hęres bene excludetur,si defunctus tacuit per qnquenniū,ꝙ non petit supplemētum,sed ipse filius,cui cōpetit ius agendi,ad supplementum agere potuit ppetuò,quasi quando filius tacuit per qnquenniū, & moritur,videatur remittere supplemētū,& ideò ius pētendi non trāsmittitur ad hæredes,sed donec ipse viuit,nō videtur repudiare,nisi excludatur tpe ordinato in pręscriptionib.actionū psonaliū:& iste est casus noster, licet aliæ respōsiones datæ ad d.l.si qs filiū,mihi magis placeāt. ¶Et respondet ēt ad rōnem allegatā per Bar.de subrogato, qđ non est vera,qa nō seqtur, ꝙ subrogatū debeat esse eiusdē naturæ,cuius erat primū.l.ꝙ debitori.ff.de do.cau.mor.& l.itē illa.§.1.de cōst.pec.& ꝙ non sit eiusdē naturæ,patet secundū eum,qa quoquō agnoscēs iudiciū defuncti,intelligitur renūciare querelæ.vt in d.§.si conditionis.sed nō iuri petēdi supplemētum,nisi expresè renunciet.l.si quādo. §.illud.& §.generaliter.C.de inof.test.& plenius p eū.in d. §.si conditioni.& istā op.firmat ēt pcisè Ang.in aut.de tri. & semis.in prin.3.col.¶Nec ēt ad hoc ob.l.fi.C.de inof.do. cum ibi no.vbi ratione inofficiosæ donationis, quando agitur,vel quia nihil habeat filius,vel non habeat integram legitimā,tollitur illud ius agēdi qnquennio, qa respondet Sal.in d.l.si quis filium.ꝙ illa querela inofficiosæ donationis est diuersa ab ista petitione supplementi legitimæ, de qua tractamus,qa per querelā inofficiosæ donationis filius auocat legitimā,vel eius supplementū in bonis,q̄ exiuerunt patrimoniū & hæreditatē patris, sed petitio supplemēti legitimæ,de qua tractamus,datur non contra extraneū,sed cōtra hæredē,& in bonis,q̄ sunt in hæreditate,& p consequens condictione ex l.vel actione ex testō,& sic casus non sunt similes.aliter ēt respondet ad illā l.fi.Ang.in d.§.si conditioni.vt ibi per eū.¶Vel pōt responderi,ꝙ illud,quod ponitur in d.l.fi.in querela inof.donationis esset exorbitans à regulis iuris cōis,q̄ habent, ꝙ remedia & actiones personales inducta vel inductę à iure ciuili sunt perpetua,& non tolluntur regulariter tam breui tempore d.l.2.C.de consti.pec.cum si.meritò non debet extēdi ad casum,quando filius institutus in re certa agit aduersus hęredem ad supplementum legitimæ.l.ius singulare.l.quod verò.ff.de legi.& l.si verò.§.de viro.sol.mat.cum materia. ¶Et istam partem,quòd non tollatur quinquennio, apꝓbat consulendo Pau.de Cast.consi.109.libr.1.incip.dubia, de quibus q̄ritur,&c.vbi dicit,hanc esse magis* cōmunem opi.antiquorum & modernorum Doct.¶Nunc capio secundum dubium,quo quæritur,an domus concessa in emphyteusim ab ecclesia dicto Pio recipienti pro se & suis filijs & hæredibus masculis ac fœminis transeant ad dictum nepotem d.Pij minus legitimè natum ex Iacobo filio legitimo & naturali dicti Pij mortui viuente dicto Pio eius patre,attento quòd iste Iacobus nepos fuit ad supplicationē dicti Pij legitimatus post concesionem prędictam factam in emphyteusim dicto Pio,in quo respondeo, ꝙ nō transit ad dictum Iacobum,vt dicitur legitimatum.¶Moueor pri
6 mò,† ꝙ in contractibus appellatione filiorū non veniunt nepotes recipientium in emphyteusim,vt concludit Bar. in l.libellorum.ff.de ver.obl.in 6.col.in ver.quæro quid si filiorum appellatio profertur à contrahentibus,&c.ar.l. veteribus.ff.de pac.& Petr.de An.in Cle.1.de baptismo.& An.de But.in c.quibusdam.de pœn.¶Et propriè in concesione in emphyteusim firmat hoc latè Sal.in l.2.in 21.q. C.de iure emphy.per c.1.§.cùm verò Conradus.in tit.qui feudum da.pos.& per §.emphyteusim.in auth.de non alie. & l.ꝙ si nepotes.ff.de test.tu.l.quicquid astringendæ.ff.de ver.ob.& per alia plura ibi allegata per eum,ita ibi ēt in cōtractu emphyteutico firmat Io.de Imo.in l.quod dicitur. ff.de ver.obl.in antepe.col.in ver.& ex prædictis etiam patet,quid si emphyteusis ecclesiæ datur alicui pro se & filijs suis,&c.bene faciunt no.per Arc.17.q.4.si quis suadente. & per Bald.in repe.l.in suis.in vlt.colu.de lib.& posth.¶Et illa verba posita in concesione emphyteusis ecclesiasticæ dicentia pro se,filijs & hęredibus masculis & fœminis,&c. requirunt vtrunq;,f s.ꝙ sit filius & hæres,non enim sufficit,ꝙ sit hæres,nisi sit filius secundum* cōem opin.per d.§. emphyteusim.& firmat Bart.in l.vt iureiur.§.si liberi.de ope.lib.& Bal.in l.1.in 2.col.C.de iure emphy.& Io.de Imo. in d.l.quod dicitur.de verb.obl.in 8.& 9.colu.& in l.ex facto.ff.de hær.insti.& in c.potuit.de loca.in antepe.char.in ver.7.tangit,&c.& Rapha.Cu.in l.Gallus.§.& si parente. ff.de lib.& posth.& Paul.de Castr.in l.si mihi & Titio.ff.de verb.obl.& in l.si filiusfam.§.cùm quid.ff.de leg.1.& in l.ex facto.§.fi.ff.ad Treb.& facit ratio d.l.veteribus.& ita sum solitus tenere legendo.l.quod dicitur.¶Cùm ergo dictus Iacobus non sit filius dicti Pij, dato ꝙ sit hæres, non comprehenditur in dicta receptione in emphyteosim.¶†Alia
7 etiam ratione apparet eum non includi in dicta confessione emphyteusis,quia non sunt legitimè nati,quamuis sint legitimati,non admittuntur ad emphyteusim ecclesiasticam,vt notabiliter decidit Bald in l.generaliter.§.cùm autē.C.de insti.& substi.sub cond.fac.mouetur, quia in feudis non includuntur bastardi.c.naturales.in tit.si de feud.

fue.contr.inter domi.& agna.& ratio est secundum eum, quia feudum est beneficium & honor.vnde dicit idem esse in emphyteusi ecclesiastica, qa apud ecclesiam bastardi sunt infames, allegat no.per Azo.in sum.C.ex quibus cau. infa.irrog.vnde ecclesia concedens in emphyteusim non intelligitur sentire de filijs reprobatis ipsius recipientis. ar.l.Lucius.§.pen.ff.de leg.2. etiamsi sint legitimati, quia non sunt legitimè nati, secũdum Bal.qui alleg.no.in c.nouit de cle.& sic concludit Bal.quòd bastardi legitimati nõ admittuntur in emphyteusim ecclesiasticam. ¶Et bastardus & naturalis idem est, vt no.glo.in Rub.ff.de concu.& no.Bar.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Treb.ad fin. & Io.de Im.ibi vlt.col.dicit ad hoc illam gl. esse singularem, & illam sequitur.& idem sentit gl.iuncto tex.in l.fi.in ver. aperimus.C.de natu.lib.& glo.in l. quoties idem sermo. ff.de re iu.& no.Bar.in l.acutissimi.C.de fideicom. ¶Bal. etiam in add.Spec.in titu.de loc.in 10. colum.in ver. emphyteusis ecclesiæ.&c. etiam tenet, quòd emphyteusis ecclesiæ non transeat ad filios legitimatos.& ita tenet Io. de Im.in l.quod dicitur.ff.de ver.obl.circa antepe. col. ¶Et casum nostrum in terminis decidit Pe.de An.in con.427. circa primum quæsitum,&c.vbi concludi, ꝙ si in cõtractu facta est concessio in emphyteusim alicui stipulanti & recipienti pro se & filijs suis,& hæredibus, quòd non transit talis concessio ad legitimatum à principe vel Papa, eò, qa dicta stipulatio & conuentio pręcedens derogare intelligitur priuilegio apostolico,& iuris ordinationi. c.ex multiplici.de deci.& ar.l.si cùm dotem.in prin.ff.so.ma. & l.1. §.si conueniat.ff.deposi.& ibi ẽt vult, ꝙ per illa verba non cõprehenditur nepos, maximè legitimatus, sed filius legitimus & naturalis, vnde in casu illo concludit filiã admitti & excludi nepotem legitimatũ: & idem consuluit ipse in consi.241.inci.ex tenore priuilegij,&c. ita ergo in proposito nostro admittuntur dictæ duæ filiæ Pij. ¶Bene faciunt no.per Spe.in tit.de loc.§.nunc aliqua.ver.67.& per Bart. in d.l.ex facto.§.si quis rogatus.& in suo consil.incip.Manutius.& Ioan.An.& alij plenius in c.in præsentia.de proba.& Bal.in auth.si quas rui.C.de sacr.san.eccle. & l.filiũ. ff.de his, qui sunt sui vel alie.iur.& ibi etiã Ang. & Bal.in l. Lucius.§.fi.ff.de le.2.& Bal.in l.parentes.in fin.ff.de in ius vo.& Ang.in sua dispu.inci.nobilis quidam genere,&c.& in d.l.generaliter.§.cùm autem.& Do.de san.Gem.in c.statutum.el.2.in fi.prin.de hær.in 6.vbi concludit, quòd quãdo quis recipit ab ecclesia rem in emphyteusim pro se & filijs, non comprehenduntur naturales, quia non est verosimile ecclesiam ꝓpter dignitatem suam de talibus filijs cogitasse, cùm non possint haberi sine peccato mortali. arg.d.l.ex facto.§.si quis rogatus.attento, ꝙ omnis concubinatus est prohibitus de iure canonico & diuino.32.qu. 4.nemo.& c.meretrices.per quam rõnem dicit Im.in d.l. quod dicitur, ꝙ non veniunt legitimati, cùm sit eadem rõ in his. ¶Bene facit quod no.Bal.& Sal.in l.fi.C.de his, qui ve.æta.vbi per illũ tex.dicunt, ꝙ si quis recipit rem in emphyteusim pro se & filijs suis legitimis, non intelligitur recipere pro legitimatis, quia non sunt naturaliter legitimati.

8 ¶Nec prædictis obst.† ꝙ dictæ filiæ Pij sint hæredes institutæ in re certa tantùm,& nõ vniuersaliter, nec in quota hæreditatis qa dico, ꝙ dicta concessio emphyteusis ecclesiasticæ factæ pro se & suis filijs & hæredibus masculis & fœminis transit ad filias ẽt in re certa g tantùm institutas, vt p plura concludit & no. Bar.in l.iurisiu.§.si liberi.de ope.li.ar.c.1.in prin.de succes.feu.& in l.si cùm dotem.§.si patri.ff.so.ma.& per alia ibi al.per eũ. & idẽ tenuit Spe. in ti.de test.§.in primis.& ver.fi.& consuluit Bar.in consi.inci.dominus Amatus & in consi.inci.quæstio ista hẽt duo dubia.& tenuit Bal.in l.1.q.49.ff.de re.diu.& An.Mod.in l.qdã.§.nihil.ff.de edẽ.& in l.si tibi.10.§.si pactus.ff.de pac. & Io.de Im.in l.ex facto ꝓponebatur.ff.de hær.instit.& in c.potuit.in ver.7.tangit,& c.de loc.& Pau.de Ca.in l.quoties.C.de hær.insti.& in l.Gal.§.ẽtsi parente de li.& post. licet sc̃dm eos aliud dici posset in emphyteusi concessa à priuato, q̃ de sui natura transitoria est ad quoscunq; hæredes.bene facit d.l.iurisiu.§.si liberi.iũcta l. cùm patronus. §.cùm libertus.de op.lib. ¶Et non põt dici, ꝙ isto casu testator potuerit in dictũ Iac.nepotem legitimatum,& hæredẽ vniuersalem transferre dictũ ius emphyteuticum,& consequenter auferre dictis filiabus, quia attento, ꝙ d.Ia. non est de personis & hæredibus, de qbus facta fuit cõcessio p̃dicta, vt suprà ꝓbaui, non potuit tit. institutionis vniuersalis in eũ transferri, vt declarat Spe.in ti.de loc.§.nũc aliqua.ver.113.& bene faciũt no.per Bar.in l.si patronum. in prin.ff.ad Treb.& in l.si domus.§.fin.ff.de le.1.cum suis conco. ¶Et etiã non videtur voluisse auferre dictis filiab. illud quod petere possent tanq̃ filiæ ex cõtractu paterno, nisi de illo specialiter fuerit facta mentio, vt ꝓbatur p Bar. in d.suo consi.inci.ista quæstio habet duo dubia, &c. & in d.l.vt iurisiurandi.§.si liberi.& Bald.in l.si adulta.C.de hære.act.& ibi Sali.& Pet.de An.in consil.306.inci. in Christi nomine.in themate supràscripto sunt tria, &c. ¶Imò sc̃dm Bar.in dictis locis.& Bal.in d.l.si adulta.& Pe.de An. in consi.ꝓximè alleg.& Ang.in l.videndũ.§.fi.ff.de pet.hære.& Bal.& Ang.in l.apud Iul.§.si quid alicui.ff.de leg.1.& Sali.in l.fi.in 4.colu.C.de iur. emphy.non potuisset pater facere, si hoc voluisset.facit c.1.in prin.de succe.feu.& quę not.Bal.in c.imperialem.in prin.de prohib.feud.alie.per Fed.cum simi.& posito, quòd vni tantùm ex filijs vel filiabus comprehensis in inuestitura potuisset relinquere in præiudicium aliorum, vt aliqui tenuerunt, tamen alijs q non sunt de personis cõprehensis in concessione emphyteutica, cùm non posset relinquere in præiudicium personarum comprehensarum secundũ Sal.in d.l.fin.C.de iur. emphy.ar.l.peto.§.prædium.& §.fratre.de le.2.& ita concludo nullo modo dictum Iacobum ex prædicta concessione ius aliquod habere in dicta emphyteusi.

## ADDITIO.

a ¶Bonorum, id est, si extra dictionem statuti sit tertia pars bonorum, poterit super illis peti supplementũ tertiæ partis legitimæ, si tamen desit,& non plus, etiãsi plus deficiat de legitima. Plura hîc occurrũt, de quibus remitto ad ea, quæ scripsi super consuetu. Pari.§.121.

b ¶Loci.suprà consi.16.nu.1.

c ¶Odiosum.prout dixi in consue.Pari.§.8.gl.3.q.vlt.

d ¶Extra.dicendum de tutore, vt scripsi in consuetu. Parisi.§.99.

e ¶30.annis.idem suprà consi.108.nu.2.& infrà lib.3.consi. 8.col.fi.Andr.Tiraq. in repe.l. si vnquam.ver.reuertatur. nu.315.C.de reuo.dona.& vltra allegatos per eum Bald. consi.20.lib.2.Cal.consi.17.sub tit.de test.Gui.Pap.consi. 202.cum seq.& deci.delphi.82.Cor.consi.265.lib.3.Stepha.Bertran.consi.140.ex themate.col.1.lib.1.consi.246. viso casu.co.1.lib.2.& omnes quotquot legi, excepto solo Bald.de Vbal.in tracta.de substitut.colu.25.quem reperi sentientem cum Bar.& malè in hoc.

f ¶Vtrumq;.suprà consi.44.

g ¶In re certa.idem Alex.infrà lib.3.consi.8.nu.2.sed diligenter aduerte, hæc decisio duos casus respicit, primus quando sunt alij filij & hæredes, cum quibus hæc filia vult æqualiter concurrere,& tunc hęc decisio hoc primo casu, vel simpliciter intellecta est falsa, nec Barto.illam tenet in d.§.si liberi.quia ibi non loquitur de hac q. sed de alio casu, videlicet quando emphyteusis est recepta pro se suisq; filijs legitimis, masculis & fœminis, non adiecto verbo, & hæredib.quod patet ad literam, quia Bart. ibi præferatur de certo suo consi.in d.q. vbi est omissum verbũ hæredib. & illud refert de verbo ad verbũ, quod inci.quęstio ista habet duo dubia.& est in ordine consi.183.quod quantum ad secundum dubiũ truncatim repetitur inter consi.Bar. consi.55.inci.dominus Amatus. vt patet per libros,& sic Alex.hîc & vbiq; pperam pro se aduocat d.cons.Bart.qui loqtur longè in diuersis terminis.concludimus ergo, ꝙ filia in re certa instituta, nõ venit ad hmõi emphyteusim, ẽt ecclesiasticam, qa non est ꝓpriè hæres.& ita tenet Alex. in lect.suis, vt in l.qdam.§.nihil interest.co.2.ff.de edẽ.& sentit suprà cons.44.nu.2.idẽ Bal.in l.liberti libertæq;.co.6. C.de

C.de ope.lib.& in consi.455.primò considerandum.lib.3. Sal.l.2.q.20.in fi.C.de iure emphyt.Ang.in l.Gall.§.etiãsi. & ibi Ale.col.pe.de li.& post.Fran.Rip.respon.26.colu.4. sub ti.de rescri.Secundus casus,quando non supersunt alij filij habiles ad hanc emphyteusim,quo casu propriè loquitur Alex.hîc.Et tunc dico,quòd filius vel filia in re certa institutis respectu domini directi censetur hæres, quod est indubitatum,quando ab initio,hoc est, tempore mortis testatoris non erat,nisi ille institutus in re certa.sed idẽ puto,si postea contingat decedere alios filios,postquã fuerunt hæredes sup̃stite sola filia in re certa instituta. Et moueor non per rationes Alex.quæ non sunt ad propositum, vt dixi,sed per ea,quæ plenè dixi super consue.Parisi.§.121. Præsertim,quia illa limitatio institutionis ad rem certã nõ est facta in detrimentum posteritatis, sed certorum filiorum fauore duntaxat,qui nunc cessat.

*SVMMARIVM.*

1 *Res in dubio præsumitur allodialis libera,& non feudalis.*

2 *Mandatum speciale requiritur ad transigendum.*

3 *Curator debet promittere,quòd sine vlla dilatione subibit defensionem adulti,aliàs non tenet datio curatoris.*

4 *Notarius non potest per alium notarium redigere in formam, nisi se subscribat,& attestetur se legasse.*

## CONSILIVM CXXIX.

Ponderatis his, quæ in præscripto themate narrantur,& perspectis instrumentis, de quibus in eo habetur mentio,nec non visa petitione producta nomine monasterij sancti Petri ciuitatis Mutinæ,contra dictos dominos Rangonos.¶Breuiter sentio ex dictis instrumentis nõ esse probatam intentionem dicti monasterij, & consequenter dictos Rangonos esse absoluendos per regulam,q actore non pbante,&c.¶Quòd aũt non sit pbata intentio ipsius monasterij agentis ad ista bona,tanq feudalia, & ad ipsum monasterium deuoluta propter alienationẽ factam dictis Rangonibus,vt dicitur per dictos comites,Carolum & Nicolaum de Buschetis irrequisito ipso monasterio,ad quod dicitur dicta bona spectasse iure directi dominij, & nunc consolidatum esse vtile dominiũ cum directo vigore dictę
1 alienationis sic ostenditur. ¶Nam præmitto,† q res non
a præsumitur feudalis,sed allodialis *a* seu libera,nisi pbetur verè vel præsumptiuè,vt no.Io.An.& alij post eum in c.nimis.de iureiu.& in c.fin.in ver.respondere.de iu.probatur in c.2.& ibi no.Doct.in tit.si de feud.fue.contro.inter do. & agna.& in c.1.iuncta gloss.2. in titu. de controuer.inter mascu.& fœm.de beneficio.& not.Ioan.An.in addi.Spe.in tit.de feu.in §.quoniam.super versic.21.in addi.incip.cessante.& Bald.in l.libertas.in princ.ff.de stat.hom.¶Et probatur ratione,quia quando res feudalis dicitur quandam seruitutem debere.vt not.glo.in l.si cuius.§.si vsusfructus in verbo,oportet.ff.de vsufruct.& no.Bal.in c.1.circa vlti. col.in prin.de contr.inuest.& quælibet res præsumitur libera,nisi de seruitute probetur.l.altius.C.de seru.l.fi.ff.e. ti.habent ergo Rangones præsumptionem pro se,s.q ista res non sit feudalis,etiam eandem præsumptionem habẽt pro se authores sui.¶Preterea monasterium contra dictos nobiles non probauit de aliquo suo dominio quo ad res petitas,ergo obtinere non potest,etiamsi nil probarẽt rei conuenti.l.fi.C.de rei ven.l.loci corpus.§.cõpetit.ff.si serui.ven. Nec obstant instrumenta in contrarium producta p parte monasterij,nam primò non obstat instrumentum transactionis celebratæ de ann.1448.die 2.Iulij. inter agentes p dicto monasterio ex parte vna, & generosum virum, dominũ Albertum de Buschetis legũ Doctorẽ, quia præfati authores dictorum de Rang. in ea non interuenerunt, nec præfatus dominus Albertus,q̃uis esset eorũ frater,potuit eis piudicare.l.1.& l.fi.C.quibus res iud.non nocet.p-
2 sertim†cùm ad transigendum requiratur speciale mandatum.l.transactionis placitũ.C.de transact.l.mandato generalis.ff.de pc.¶Nec ẽt obstat instrumentum ratificationis d.transactionis factæ vt dicitur per p̃fatos comites, Carolũ Nicolaũ de Buschetis,quorũ noĩe fuerat dicta trãsactio per dictum dominũ Albertum,qa respondeo, q cùm trãsactio dicatur alienatio.l.1.C.si aduer.transf.cum gl. non solum.C.de præd.min.& l.nulli.cum ibi no.per gl.l. & Doct. ff.de tran.& ideo in tali transactione requiruntur solennitates,quæ requiruntur in alienationibus,vt traditur in locis præallegatis.¶Et præsupponitur,quòd ex dispositione & statuto loci erat prouisum, quòd omnes contractus, & omnis obligatio non teneat,si curator non sit adhibitus q consentiat,& sic vltra decretum iudicis requirebatur authoritas curatoris,sed ita est, quòd in d. ratificatione non interuenit authoritas curatoris saltem legitimè constituti,ergo non valet.¶Quòd autẽ dictus dominus Celaus nõ fuerit curator legitimè constitutus,qui tanquam curator dictorum comitum suam authoritatem interposuit dictæ
ratificationi patet,† quia non solùm debuit cauere rem a- 3
dulti saluam fore,sed vltra omnia alia,ad quæ obseruare tenetur curator,debet specialiter promittere,quòd sine vlla dilatione defensionem pro adulto subibit, & si non ita specialiter promittat,vitiatur datio curatoris,vt est tex.in l.f. §.omnem.C.de admi.tut.¶Et ideo dicit Barto.in l.legitimos.in prin.ff.de legi.tut.in ver.quintũ quod requiritur,
&c.quod vidit per hoc multas tutelas cessari, *b* quia tuto- b
res specialiter non promiserant dictam defensionem subire.& tamen Bar.vltra hoc requirit, quòd promittat & iuret vtilia facere, & inutilia prætermittere,vt in auth. vt hi, qui obl.§.fi.& dicta iura loquuntur pariter in tutoribus & curatoribus. ¶Prædicta etiam confirmat Barto. in l.prætor.in princ.ff.de oper.nou.nuncia.vbi dicit,quòd nõ sufficit tutorem iurare,vtilia facere, &c. nisi specialiter promittat subire defensionem,per d.§.omnem.vbi requiritur hoc esse expressum sic mente & in genere, quando tutor generaliter promittit vtilia facere,&c. tamen non dicitur esse specialiter verbis expressum,vt requirit text. in d.§.omnem.l.nominis & rei.§.verbum ex legibus.ff.de ver.sign. & l.fi.cum glo.& cum Bart.in d.l.prætor. transeunt etiam Mode.& Bart.& Ange.in d.§.omnem.post antiquos ibi. & Ange.in d.§.fin.in Authen.vt hi,qui ob. ¶Nec ob.quod dicit Bal.in d.c.legitimos.& in d.§.omnem.quòd non putat esse necessarium,quòd apponatur formaliter illa verba posita in text.d.§.omnem.sed sufficiant æquipollentia verba, eo,quia iura considerant effectum,non autẽ formam verborum.l.quoniam indignam.C.de test.quia respondeo,q posito,q Bal.bene diceret,tamen dictũ suum non haberet obstare,qa ex verbis Bal.non infertur,q sufficiant illa verba,s.q promisit vtilia facere, & inutilia prætermittere, qa tex.in d.§ oẽm. requirit quod speciali ver.promittet,q ipsi sine mora defensionem minoris subibunt, vnde p illa verba pmitto vtilia facere,&c.nõ est formaliter & specialiter promissum defendere sine mora, posito, q diceretur hoc esse generaliter seu sub generalitate pmissum, & ideo non sufficit.sed si per alia verba,quàm per ea,q̃ sunt posita in §. oẽm.promittatur spãliter in effectu defenso satis est,& ita fuit intentio Bald.in dictis locis.& ita legendo d.l.prætor. sum solitus dicere & declarare ea.¶Prædictam conclusionẽ ẽt clarè approbat Bald.in add.Spe.in titu.de tu.in vlt. col.ver.tutor tenetur,&c.vbi dicit,q tutor tenetur subire defensionem sine vlla cunctatione,seu mora.d.§.oẽm.d.§. defensionẽ.tamen scdm eum licet non dixit tutor illa verba formalia,s.sine illa cunctatione sufficit pmisio defensionis,quia tacitè seu simpliciter intelligitur sine vlla mora.vnde scdm eũ Spe.nõ posuit in forma vlla cunctatione, sed promissio defensionis explicita bene est de forma, & eius omissio vitiat per dictũ.§. oẽm. ita inqt Bal. in d.add. ¶Cùm igitur dictus curator nullã defensionem pmiserit subire,sequitur quòd non fuit legitimè constitutus.¶Insuper responderi potest ad dictũ instrumentũ transactionis,& cõsequẽter d.ratificationis se referens ad instrumẽtũ trãsactionis,q de dicta transactione non constat legitimè,qa assertum instrumentũ pductum est sumptũ p quendã Io q asserit se sumpsisse ex protocollis ser Vrbani,qui vt dicitur,fuit de dicto instrumẽto trãsactionis rogatus,vt d. ser Vrban.se subscripsit.hoc aũt de iure cõi fieri nõ potuit,

nisi impeditus fuisset dictus ser Vrbanus in d. formam publicam & authenticam instrumentum per se redigere per id, quod habetur in auth. de tabellio. ferè per totam illam constitutionem. iuncta l. 1. & ibi no. Barto. ff. de offi. consu lis. not. Barto. in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. & ibi etiam Petr. de Ancha. ¶ Et idem tenet etiam ibi Ange. & Paul. de
4 Castr. qui etiam voluit, † quòd quando not. rogatus de aliquo actu est impeditus instrumentum redigere in publicam formam, ita demum per alium notariũ redigere possit in publicam formam, si ipse notarius rogatus se postea subscribat, & in subscriptione fidem faciat de impedimento, & ita secundum Ang. intellige tex. in §. his. cum gloss. in ver. ministrantium. in Authen. de instru. cau. & fide. & per hoc etiam Ang. alleg. not. per Bald. in l. diuus. §. item senatus. ff. de fals. & not. Bald. in l. 1. §. ne autem. C. de cadu. tollen. & in Rubr. C. de fide instrum. in 12. colum. in ver. sed tamen hic dubitatur. & Ange. in authen. de tabel. in princip. benefaciunt no. per Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de instrum. edi. §. instrumentum ergo super ver. item & apponitur. & Anto. de Butr. in cap. inter dilectos. de fide instru. & quod no. in cap. cùm Pe. eod. titu. ¶ Et expresse firmat hoc Ioan. de Imo. in cap. fin. de offi. delc. & ibi etiam do. Cardi. de Zaba. dicunt, quòd quando notarius, qui fuit rogatus de instrumento, facit scribere per alium, & postea se subscribit, valeat instrumentum, tamen ipsi requirunt, quòd notarius subscribens dicat se diligenter examinasse scripturam, & eam inuenisse concordare cum suis originalibus, imò etiam intelligunt, quòd notarius subscribens faciat in subscriptione mentionem, quod impeditus alteri scribendum commisit. sed de dicta examinatione & concordantia scripturarum, aut impedimento non fit mẽtio, si aũt statutũ aliud disponat, vel non, nihil dico, quia non constat. ¶ Non ob. etiam quòd postea comes Nicolaus de ann. 1466. die decima aprilis fuerit inuestitus iure feudi à dicto monasterio de omnibus bonis comprehensis in d. instrumento transactionis, in quibus comprehendebantur terræ, de quibus est quæstio, & tempore dictarum inuestiturarum dicti comes Nicolaus & Carolus erant facti maiores annor. 25. quia respondeo, quòd tempore dictarum inuestiturarum, & cuiuslibet earum iam erat per dictos comites Carolum & Nicolaum facta alienatio dictarum terrarum in dictos de Rangonibus, & per consequens factum eorum non potuit præiudicare dictis de Rangonibus, in quos iam fecerant alienationem dictarum terrarum. l. si partem. §. 1. ff. quemad. serui. amit. l. si superatus. in prin. ff. de pig. & l. si mater. §. fi. ff. de excep. rei iud. cum simil. ex quibus omnibus concludo dictos dominos de Rangonibus fore absoluendos à petitis, &c.

ADDITIO.

a ¶ Allodiales. text. in §. 1. si de feud. defunct. conten. sit. vbi Bal. & omnes. Andr. de Iser. c. 1. de controu. inter mascu. & fœm. Iac. in tract. feu. ver. de cast. Rub. modo col. 3. Cur. senior. consil. 75. columna 1. Deci. consilio 467. cum sequ. consilio 498. columna prima, consilio 588. numero 8. Ias. l. si prius. columna 12. ff. de oper. nou. nuncia. consilio 60. columna 2. consil. 102. Alber. Bru. consilio 1. colu. 1. consi. 82. cum sequ. Alcia. tract. de præsump. Reg. 2. præsumpt. 3. Quam præsumptionem limita, vt per Alexand. infrà lib. 5. consi. 15. Iaso. consil. 235. in fi. lib. 2. dixi in consue. Parisi. §. 46. quæst. 1.

b ¶ Cassari. & malè, quia licet hoc requiratur ex parte iudicis, non tamen ex parte tutorum vel curatorum, quin legitimam habeant potestatem, ex quo petitum iuramentum præstiterunt, vt plenè dixi in consue. Parisi. §. 99. & ita obseruamus.

EPITOME.

Nicolaus filius Ioannis Peregrini, cognoscens transgresiones, iniurias & ingratitudines, & errores per eum commissos contra dictũ Ioannem Peregrinum, patrem suum humiliter petijt veniam & pacem, & sibi indulgeri à patre, qui eidem pepercit & indulsit, & exinde conuenerunt adinuicem, quòd si ipse Nicolaus vllo vnquam tempore aliquas ingratitudinis causas aut iniurias graues vel atroces, secundum iuris formam in dictum patrem committeret, quòd tunc pater posșit eum exhæredare, & omnibus bonis suis priuare, cui Ioan. Peregrino ad tollendam Nicolao omnem materiam delinquendi in patrem credetur & credi debeat de omnibus singulis ingratitudinibus & causis earum de iniurijs, quas suo sacramento dictus Io. Peregrinus firmabit & dicet sibi in futurum & præteritum per dictum eius filium fuisse illatas, & in eum commissas. volens stare de prædictis omnibus & singulis iuramento decisiuo dicti sui patris, qui pater in testamento suo exprimens nonnullas causas & iniurias, de quibus latius in d. testamento commissas in ipsum per Nicolaum filium, & ita suo iuramento decisiuo iurauit & affirmauit prædicta vera fuisse & esse absente dicto Nico. nec citato, quibus stantibus, ¶ Quæritur quid iuris, an pater eo modo poterit dictum Nicolaum exhæredare absque alia probatione causarum, decidit Alex. quòd sic.

CONSILIVM CXXX.

Difficultas huius negotij consistere videtur, vt sentio in hoc solum, quoniam Ioannes Peregrinus, cuius dicto cum sacramento debebat credi de causis ingratitudiuis ex conuentione ipsarum partium iurauit Nicolao absente & non citato, attento, quòd probationes debent fieri parte presente vel citata. l. si quando. C. de test. in l. iudices. per Bald. de fid. inst. ¶ Et ad hoc posset adduci quod not. Bald. in l. Theopompus. ff. de dote præleg. & in l. si quis arbitra-
1 tu. de verbor. oblig. vbi concludit, † quòd vbi aliquis habet exprimere arbitrium suum de eo, quod ipse percepit, illud debet fieri parte presente, per iura per eum alleg. ¶ Ta
a men his a non obstantibus puto contrarium de iure verius. ¶ Et primò assumo illam regulam iuris, quòd qui potest aliquo inuito aliquid facere, multò fortius illud potest eo ignorante, vt in regula iuris, qui potest de regu. iur. ff. in extraiudicialibus videtur indistinctè procedere in l. 4. §. illud videamus. de fideicom. lib. ¶ Et ideò concludit
2 Ludo. Rom. in consilio 210. incip. quo ad primum. † quòd si res emphyteutica ceciderit in commissum, & sic reuersa sit ad monasterium, quod licitum est Abbati concedere eandem in emphyteusim, alteri non vocato primo emphyteuta, & sic concesio tenet, quia eo inuito potuisset, & quia secundum eum in actu extraiudiciali non est necessaria præsentia illius, qui vocatus est, & præsens actui contradicere non potuisset per text. in l. si eum seruum. in §. si quis seruum. ff. de fideicomm. lib. & in l. recusare. in princi. ff. ad Trebel. ¶ Sed modò istam declarationem potuisset facere ipse Ioan. Peregrinus, inuito Nico. nec ei potuisset contradicere & impedire, ergo apparet necessariò, quòd eius præsentia pœnitentiæ non fuit necessaria. ¶ Secundò hoc con
3 firmatur, † quia declaratio animi potest fieri etiam parte absente. vt l. Pomponius. ff. de nego. gest. & in l. pro hærede. in princip. & l. 1. de acquir. hæred. & in l. si auis. C. de iure. delib. & ideò cùm ipse Nicolaus voluisset stare simplici dicto & voluntati suæ cum iuramento in declaratione suæ voluntatis, non erat necessaria præsentia ipsius Nicolai. ¶ Tertiò prædicta confirmantur ex his, quæ notant domini de Rota in decisionibus suis, decisione 257. in ordin. no-
4 uissim. vbi concludunt, † quòd in delatione iuramenti, de quo in c. super eo. extra. quod met. cau. & in l. si quando. C.
b vnde vi. pars aduersa non est citanda, b quia non potest facere pars, quin iuramentum sibi deferatur. ¶ Et istud etiam satis confirmatur ex no. per do. Anto. in capitulo, veniens. el. 1. in secunda columna de testibus. etiam ex mente Bartol. in dicta lege, Theopompus. post medium. in
5 versiculo, quòd quando aliquis. vbi concludunt, † quòd licet testis debet iurare altera parte. leg. præsente. tamen quando est talis testis, cuius dicto necessariò dẽt stari, non est necessaria præsentia alterius partis. & ita limitat Anto. de But.

de But. ibi not. in c. 2. extra de test. Et ideò cùm iste esset talis, cuius dicto cum iuramento debebat stari, non videtur, quod fuerit necessaria alia psentia Nicolai, & partis aduersæ. ¶ Nec prædictis obst. quod not. Bar. in d. l. Theopompus. & in d. l. si quis arbitratu. quoniam loquitur in casu, quo p sentia partis potuisset trahere eum ab opinione sua: in casu verò nostro secus, quia erat tale factum, quod concernebat personam eius, & dicto eius in hoc statu stari debebat. ¶ Præterea, vt per prædicta patet, Bar. minus rectè locutus fuit, & ideo Guil. de Cu. in l. episcopale. C. de epis. aud. & Cy. quem refert Bal. in l. fi. de contrahen. emp. & dominus Anto. Im. & Abb. in c. qntauallis. de iureiu. & ibi ēt Host. & d. Card. in c. exposita. de arbit. & Bal. in l. si quis ex consensu. de epis. aud. & in l. 2. de ædil. act. tenent contra Bart. & istud idem seqtur Sal. in l. si societatem. §. arbiter. pro soc. & Bald. in d. l. si quando. videlicet aliquis habet arbitrari super aliquo actu, & non sup lite. ¶ Et similiter Raph. & Pau. de Cast. in d. l. si quis arbitratu. nam vt dixi, qs inter absentes potest voluntatem suam declarare. l. 1. in fi. cum l. seq. si mensor fals. mo. dixe. & in l. si qs mihi bona. §. iussum. de acqui. hær. & faciunt ea q supra dixi, & sic istæ decisiones faciunt, p ista parte, quod non fuerit necessaria præsentia Nico.

6 ¶ † Nec ēt prædictis obstat, si diceretur, quod imò pars debebat esse præsens, qa potuisset reuocare illam promissionē de stando iuramento suo, iuxta no. per Bar. in l. fi. ff. de præto. stip. quoniā respondeo, quod illud quod dicit ibi Bar. reprobatur per Ang & Im. ibi per Bal. referendo Bar. in l. iusiurādum, quod ex conuentione. in prin. ff. de iureiu. & p Mod. in §. actionū. Insti. de act. per iura & fundamenta, sup quib.

* vlterius non insisto, quia ista videtur * cōis opi. ¶ Præterea ex quo reuocatio aliter non est facta de dictis Bart. non est curandū, qui concludit, quod talis reuocatio valeat, licet post ea possit peti reductio ad arbitrium boni viri, &c.

## ADDITIO.

a ¶ Tamen his. puto Alex. malè consuluisse, nisi appareat saltem de veteribus ingratitudinibus, quas pater non remisit simpliciter, sed sub conditione d. pacis, quod potuit.

b ¶ Citāda. falsum est, cùm sit actus iudicialis, idē in similib.

## EPITOME.

Filia exclusa per statutum nō desinit esse sua, quatenus instituitur vel vocatur per testamentum. h. d.

## CONSILIVM CXXXI.

Transmissum est ad me nuper consilium, aliàs per me redditum, in quo inter cætera concludo dominam Gabrielam à Baptista de Ferrarijs patre suo substitutam Nicolao filio testatoris pupillariter potuisse trāsmittere ex potentia suitatis hæreditatem pupilli non aditā, per id, quod habetur in l. sed si plures. §. quos possum. cum ibi nota. per Bar. & alios. ff. de vul. & pu. cum concor. alle. in cons. ¶ Modò sentio in contrarium allegari, quod dicta decisio posset militare, quando d. Gabriela non desijsset esse sua, sed dicta Gabriela desijt esse sua, ppter statutum loci disponens, quod ipsa filia excludatur propter existentiam masculorum, & tempore mortis testatoris extabat masculus, ergo non erat sua. ad hoc allegatur decisio Barto. in l. 1. §. sciendum. ff. de suis & leg. & Bal. in l. maximum vitium. ad fin. C. de lib.

a præte. ¶ Quibus non ob. adhuc teneo *a* in casu nostro verā esse conclusionem, quod nō desierit domina Gabriela in casu nostro esse sua, quod ostenditur sic: principale & totale fundamentū Doc. tenentiū contrarium est, quia filia exclusa p statutum, iudicatur perinde, ac si esset exhęredata, & sic nō esset suus hæres. d. §. sciendū. & l. sed si plures. §. si ex asse. & ibi no. Doct. maximè Ang. Pe. & Bar. de vulg. & pup. & in l. in suis. ff. de li. & posth. & tradunt Doc. maximè Imo. in l. aliàs. nam dubitari. ff. de hęr. insti. vbi reprehendit Ange. ibi aliter loquētem: sed in pposito nostro statutum prædictū, licet illud inde transmissum non sit, tamen vt in literis inde exhibitis continetur, vult quod filia debeat dotē habere extātibus masculis. ¶ Quæ quidē dos succedit loco legitimæ. l. quoniā nouella. C. de inof. test. & ibi no. & Sal. in 2. nota. & C. cōia de leg. l. 2. & Doct. maximè Imo. in l. Titia centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demon. in pe. col. ¶ Nec Bar. quantum ad hoc contrarium dicit in d. §. Titio genero. qa solum loquitur Bar. ibi quo ad hoc, videlicet vtrum statutū posset minuere, vel in totum tollere legitimam, & quo ad

1 hoc reprehendit illos, qui tenebant quod non, modò sic † clarū est, quod ille qui consequitur legitimam, vel aliquid loco legitimæ aliter quàm significat voluntas patris, de cuius hæreditate agitur, non dicitur exhæredatus. l. Papi. §. si qs mortis. & ibi quo ad statutū pdictum ponderat Ang. ff. de inof. test. & l. oimodo. & l. cùm qritur. C. de inof. test. & sic loquitur de eo, qui habeat ab intestato talē dotem, seu legitimā, non oportet distinguere, an habeat titulo instōnis, vel alio modo, quia ab intestato non datur titulus institutionis, vnde si statutum vult, quod filia habeat legitimā, seu dotem, filia ab intestato non habetur pro exhæredata, sicut de iure cōi condito testamento fit distinctio inter iura codicis, & iura nouissima, quia iure codicis non requirebatur, quòd haberet titulo institutionis, sed hodie sic. d. l. omnimodo. in fi. & §. aliud. in auth. vt cùm de appel. cog. sed si statutum velet, quod filia esset cōtenta de dote absq; alia institutione, tūc non censetur exhæredata, postq statutum non exigit titulū institutionis, sicut ēt iure codicis. d. l. omnimodo. ¶ Cōfirmantur prædicta, quia exhæredata filia pro mortua habetur, non mirū, si desinit esse sua. l. 1. §. si pater. el 1. ff. de cōiun. cum eman. lib. tamen illud habet locū, quando mala mente & odio est facta exhæredatio, aliàs non. sed cùm statutū vellet, filiam debere legitimè dotari, apparet, quod statuētes non pp odiū excluserunt filias, sicut videmus, quod quādo institueretur filia in legitima, seu in aliquo, non diceretur odio exclusa, aut exhæredata. in auth. vt cùm de ap. co. §. cæterum. ¶ Ad prædicta ēt bene faciunt. quæ not. Bal. in l. a-

2 pud hostes. in pe. col. C. de suis & legi. dū † dixit, quod filius institutus in re certa, vel veniens ad supplementū legitimę dicitur esse suus, vel quādo est exhæredatus, & per querelam est rescissum testamentū dicitur qs suus, quis non fuerit cōtinuatum dominium de patre in talem filium. l. Pap. §. si ex cā. ff. de inof. test. ¶ Postremò confirmo, quia illud qd dicit Bar. in d. §. sciendum. & Bal. in l. maximū vitium. per rōnes suas, pcedit, quādo qritur, an filia successionis causa ab intestato, à qua exclusa est, desinat esse sua, vel esse in cā succedendi contra testamentū, quia si est exclusa contra testm

* competit bo. pos. contra tab. scdm magis * cōes opi. & conclusiones Doc. in l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inof. testa. & l. 1. §. 1. & l. illud. ff. de contra tab. & per not. per Barto. & alios. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 5. in fi. ver. & hęc faciunt ad q. ff. de liber. & posth. & in l. fi. ff. ad Ter. cum suis concor. ne aliàs contingeret, quod filia exclusa ab intestato, & sic præter mentē patris esset deterioris conditionis, quàm filia solenniter præterita & exclusa ex testamento contra l. maximum vitium. circa medium. C. de lib. præte. ¶ Vnde propter hoc bene diximus, quòd statutum excludens filiā ex testamento, etiam intelligitur excludere eam venire cō

b tra *b* testamentum, sed si filia veniret ex testamento, tūc statutū excludens filiam ab intestato, vel contra testamentū, & sic faciens eam desinere esse suam in dictis casibus, non dicitur eam excludere, aut exhæredatam facere cōdito te-

3 stō, in quo non sit pterita vel exhęredata, † quia statutū correctoriū non debet extendi aut corrigere, nisi prout in eo specialiter exprimitur. l. pcipimus. in fi. in ver. specialiter. C. de app. vnde Pet. de An. in l. tres fratres. ff. de pact. dicit, quod statutū disponens de successione filiorū ab intestato nō extenditur ad casum conditi testamenti per rōnem l. quicquid astringendæ. de ver. obli. & d. l. præcipimus. ¶ Et etiā Ang. & Imo. in §. & quid si tantùm. volunt, quod quādo statutū loquitur ab intestato, non habebit locum cōdito testamēto, quando cōdito testō res non reducitur ad cām intestati. non. n. inducitur hoc casu, quod dispositio statuti non subiaceat prouisioni testatoris, quia statutum prædictum emanauit, vt prouideret in casu, in quo non militat, nec militare posset prouisio testatoris. l. fina. C. de pact. conuen. sed non extat prouisio expressa testatoris, & valida, tunc neq; mens, neque verba statuti refragantur, ideo casus omissus

remanet in dispositione iuris cõis.l.cõmodissimè.ff. de li.
& posth.l.si extraneus.ff.de cond.ob cau.& satis est, quòd
pater in testamento dictam filiam potuisset eam sibi facere
suum hæredem contra ius,& non fecerit, si eam non insti-
tuerit. Nam ad hoc vt pater filio impuberi posset quem fa-
cere suum hæredem, sufficit, ꝙ ille, quem testator vult face
re suum & necessarium hæredem impuberi potuerit eum
facere sibi testator suum & necessarium, vt habetur in d. §.
quos possunt.quem ad hoc ponderat ibi per not. Bart. Ex
præmissis itaque concludo dictam dominam Gabrielam
transmisisse, vt suprà.

ADDITIO.

a ¶Teneo, Ias.consi.105.col.fi.consi.171.col.7.lib.4.
b ¶Contra.vt infrà lib.2.consi.47.num.9.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum in vsu non receptum non ligat, & decem annis etiã citra scientiam superioris præscribitur. nu.2.*
3 *Consuetudo excusat à falso.*
4 *Legem tollit non vsus implicans contrarium actum.*
5 *Edere fisco contra se quis non tenetur in causa criminali.*
6 *Participes criminis non sunt idonei testes.*

CONSILIVM CXXXII.

VIsa facti narratione. ¶Super primo dubio q̃-
ritur, an dictus mercator posit nunc à pœna
se tueri, si dictum decretum nunquam fuisset
seruatum, imò fuit seruatum contrarium, qa
mercatores post prædictum decretum eodẽ
modo laborantibus & ministris satisfecerunt soluẽdo de
panno & alijs rebus, sicut ante decretũ faciebant, & ita tpe
decreti citra transiuit tẽpus 10.annorũ, & vltrà, in quo il-
lud non fuerit seruatũ, vt §. q̃uis. sub tali consuetudine, &
non obseruantia decreti nullæ fuerint latę sententiæ in cõ
tradictorio iudicio latæ, in quo dubio videtur fortasse cõ-
sideratione dicendũ, ꝙ nõ possit à pœna se tueri, quia per
non vsum, seu per desuetudinẽ non tollitur lex seu statutũ.
vt in l.fi.C.de iure do.impetran.vbi in prin. dicit vetustissi
mã obseruantiam, q̃ vsitata non est à tpe, cuius non extat
memoria, corrigemus ergo si imperator illam correxit, ad
huc vires habebat, & sic per desuetudinẽ vel non vsum sub
lata non erat, qa si sublata fuisset, nõ potuisset amplius tol
li.l.nam si sub cõditione.ver. rũpendo.ff. de iniu.rup.test.
c.ad audientiam.de rescri.in prin.& ita inducebat d.l. Cy.
ibi. ¶Bene facit quod habetur 12.d.c.2.cum simil. nec solũ
tẽpus est modus tollendi vel inducendi obligationes.l.ob
ligationum ferè.§.placet.ff.de act.& ob.cum ibi no. ¶Sed
istis non obstantibus in proposito nostro contrariũ de iu-
1 re verum esse puto, maximè ex infrascrip. ¶†Primò, quia
quãdo lex vel statutum non est more vtentiũ approbatum
nec receptum, faciens contra id, ꝙ disponit lex vel statutũ,
non dicitur transgressor talis l.vel stat.ideò nõ venit vt trãs
a gressor puniendus, gl.*a* optima.& no.in c.1.in gl.2.de treu.
* & pace.& ipsam ibi seqtur Gof.Im.& magis* communiter
alij & Host.in summa illius tit.de treu.& pace.& Bar.consi.
144.iudex cõmunis,&c.& in l.fin.§.sed cùm antiquitus. C.
de cura.furi. ¶Et saltem hoc procedit, quando contra sta-
tutum tale in pceptum fuisset præscriptum, nam non indu
cit mortale peccatum, quia licet tunc primi nõ obediẽtes
tali statuto pceptorio peccauerunt mortaliter p id, quod
no.& leg.in c.2.de maio.& obe.& 11.q.3.qui resistit, tamen
contra ipsum põt pscribi, & cùm erit præscriptũ, non pec-
cauerunt, vt ibi.ita concludit Io.Ca.in d.c.1.de treu.& pa-
ce.p Io.An.& alios in rub.de cõsue.ad fi.& ita ẽt est de men
te Io.An.in d.c.1.dũ se remittit ad no.in d.rub. ¶Et seqtur
hoc An.de Bu.in c.1.quem ẽt seqtur Io.Cald.vbi dicunt nõ
obstare id, qđ dicitur, quando peccant, q veniunt cõtra sta
tutũ pceptorium, & per consequens, ꝙ p diuturnitatẽ tpis
non minuitur pctũm, quia verũ est ante pscriptionẽ & de-
rogationẽ statuti, & sic quo ad primas conuentiones. Sed
illi, q sublato statuto per pscriptionem facerent contra ea,
q̃ in statuto continebãtur, nõ peccant. & ita tenet do. Car.
Flor.in d.c.1. ¶Nec ẽt obst. ꝙ solum tps non est modus tol
lendæ obligationis, qa hoc casu dicunt præfati Doctores,
ꝙ solũ est tẽpus, sed non obseruantia subditorum, cum la-
psu temporis. ¶Et subdunt isti, ꝙ isto casu sufficit tps decẽ
annorum, quando à principio lex vel statutũ non fuit mo-
ribus vtentiũ approbatum, per id quod habetur.& not.in
c.fi.de consue.li.6.in gl.in ver. consuetudo. hoc vltimum,
s. ꝙ sufficiat tempus 10.ann.saltem pcedit de iure ciuili, &
sic in alijs terris imperij, per no.in d.l.de quibus.ff.de legi.
* & alij magis* cõiter tenent sufficere tps decem annorũ de
iure ciuili ad inducendum consuetudinem contra legem
per d.l.diuturna.eo.tit.l.fideicom.§.Aristo.ff.de acq.hær.
& no.glo.in Rub.C.quæ sit longa consu.& ibi Bald.& not.
Pet.& Cy.& alij in l.2.C.eo.tit.dicit Imo.in c.fi.de consu.
hanc esse cõem opi.de iure ciuili, licet de iure Canonico a-
liud sit per not.per glo.in d.c.fi.de consue.in 6. ¶Et licet d.
Abb.in d.c.1.de treu.& pace.dicat, quòd quando consue-
tudo inducitur ignoranter super iure, videtur, ꝙ requiri-
tur maius tempus decem annorum, per id quod legitur.&
not.in c.fi.de consue.tamen istud quod ipse dicit, non pce
dit de iure ciuili, seruando in terris imperij, quia ipsemet
do.Abb.in d.c.fi.de consue.approbat dictam differentiam
inter ius ciuile, & ius canonicum, in tpe inducẽdæ consue-
2 tudinis. ¶†Nec est dicendũ, ꝙ quando consuetudo est cõ-
tra legẽ vel statutum, reqratur scientia superioris, qa tunc
absq; scientia superioris hoc semp potest, vt not.Abb.in d.
c.1.de treu.& pace.per id quod habetur in d.c. fin. de con-
sue.in antiquis.ergo in terris Imperij sufficit dicta consue
tudo longi temporis casui nostro. Etiam seruata illa opi-
nione, quam refert Io.An.in c.1.de treu.& pace.ibi dicit, ꝙ
secundum quosdam, si quæritur, an si lex vel præceptum le
gis non fuerit morib.vtentiũ recepta, debet distingui, an
est constitutio pœnalis, quæ statuit pœnam iuxta not. per
glo.in c.in pœnis.de re iud.in 6. & in c.2.de hære.eod.lib.
cum simil. ¶Ergo cùm dictum decretum fuerit editum su
per eo, quòd per se nullum inducebat peccatum, quia mer
cator nihil illegitimè faciebat, si laborantibus & operanti
bus satisfaciebat de panno ex conuentione inter eos ita
firmata, spontè pãnum æstimatum pro pretio recipiebãt.
l.pretij.C.de rei vend.l.2.§.1.si cer.pe.facit l.1.§. si conuen.
ff.depo. ¶Et etiã attento, ꝙ sumus in terris imperij, & non
est pœna imposita ipso iure, seqtur, ꝙ post lapsum tẽporis
decem annorum non fuit seruatum, quia ita satisfactũ fue
rit in panno, sicut prius, non deberent puniri illi, qui post
d.decẽ annos pannũ dederunt.confirmantur pdicta p ea,
q̃ no.Bal.in auth.omnes peregrini.C.cõia de succes.vbi in
qt, pone ꝙ fuit facta q̃dam contra statutũ reformatio, quæ
non fuit more vtentium approbata, statutum pualet, quia
non dicitur interruptum, quod semp viguit. alleg. no. per
Arch.4.dist.c.fi.& ita etiam dicit Pe.de Anch.in repet.c.ca
nonum statuta.de consti.in ver.q̃ro vltrà.& verb.facta fuit
quædam, &c. ¶Ad prædicta etiam bene facit, quod not.in
c.sanè.de tempo.ord.& Bal.in l. de quibus.de leg.in penu.
char.in ver.viso de causis. vbi dicit, ꝙ in his, quæ non sunt
de se mala.consuetudo liberat à pœna. ¶Et plenè dicit Ho
sti.Ioan.And.& Ant.de But.in c.2.de fide inst.† quòd con-
3 suetudo excusat notarios, & alios scribentes à pœna falsi,
b *b* vt si est de more, quòd contractus scribãtur & sigillentur
nomine prælatorum per suos ad hoc deputatos, quamuis
ipsi prælati de hoc nihil sciant, vt etiã in effectu voluit Bal.
in c.1.de cogni.feu.& in l.vnica.C.de confes.versi.modò se
quitur alia quæstio, &c. ¶†Non ob. ꝙ per non vsum nõ tol
4 latur lex vel statutũ, qa illud pcedit, quando nihil fieret cõ
tra legem, vt qa casus non accideret, sed quando casu acci-
c dit, & sit contra l.vel statutũ, tunc per talem non vsum sta-
tuti habentẽ annexum & implicitum actum contrariũ of-
ficientium bene derogatur statuto.c.Ioannes.cum ibi no.
per Io.And.de Cleri.coniug.& in l.2. in verb. inusitato. &
ibi ponderat Bald.in princ.C.de consti.pecu.& not. plenè
Cy.in l.2.C.quæ sit lon.consu.in versic.expediti sumus.de
1.q.prin.& Iac.de Bel.in auth.de hære.& fal.in prin.& Bar.
in procem.ff.§.non antea.& do.maximè Bald. in l. de qui-
bus.ff.de leg. ¶Et requiritur, ꝙ talis contrarius vsus fuerit
in contradictorio iudicio obtentus.& in d.l. de quibus. in

ver. in

ver.in omnibus.& ibi no.Bar.& omnes.& idem not. in d.l.
* 2.C.quæ sit lon.consu.& sequuntur * cõiter alij & cano.in
c.fi.de consue.ad alia alleg. in contrarium fuit responsum
suprà.¶ Capio secundũ principale dubium,in quo quæri-
tur,an dicti mercatores cogi possint edere liberos suos,
qbus scriptum est, quid & quantum dederint operarijs &
ministris suis ad fundandam intentionem fisci.¶ Et vide-
tur prima facie dicendum, ꝙ sic, quia licet regulariter non
teneatur reus edere actori ad fundandam intentionem a-
ctoris.ex l.qui accusare.& l.fi.C.de eden.& ibi plenè no.c.
1.de proba.tamen fallit in fisco agente,cui reus etiã ad fun
dandam intentionem edere teneretur.l.3. secũdum istam
5 lectu.ff.de eden. ¶ † Contrarium in casu proposito puto
de iure esse verius,ad quod ostendendum præsuppono, ꝙ
ista est causa criminalis, quia & forma decenti pœna venit
applicanda fisco, cuius media pars datur accusatori : hoc
habetur, & no.Imo.in c.qualiter & quando.el 2.in princi.
de accusat.cum concor.iunctis not.per Barto. in dict. leg.
deferre.cum l.sequ.& l.eius,qui delatorem. ff. de iure fisc.
& l.1.C.de ven.rerum.lib.10.¶ Sed in causis criminalibus
non tenetur reus edere fisco contra se arma de domo sua.
l.de minore.§.tormenta.ff.de quæstion.& probatur in l.2.
§.diuus Adrianus.ff.de iure fisci.cum glo.in ver. agatur. v-
* bi secundum * communem intellectum,quem ibi post gl.
approbat Rayn.& Ang.fit ibi differentia inter casum ciui-
lem & criminalem, quia in ciuili reus debet edere iura &
instrumenta fisco agenti contra eum, sed in criminalibus
non:& ita accipiuntur illa verba ibi,dum text.dicit non sic
de capitali causa,&c.ita etiam accipiuntur in leg.fina.cum
gloss.magn.ff.de fer.& ibi Docto.maximè Bald.in l.fi. qui
dicit,quòd ita communiter intelligitur lex illa, prout fa-
cit gloss.ibi,s.in qualibet causa criminali.pro intellectu be
ne facit d.l.de min.§.tormenta.& dict.l.1. & l. interrogari.
C.de quæst.¶ Ad idem,quia in causa criminali non reperi
tur derogatum regu.iur.communis dicentibus, quòd re-
us non tenetur edere aduersario ad intentionem fundan
dam.¶ Item videtur intelligere Barto.in d.§.diuus Adria-
nus.dum alle.d.l.de minor.quæ facit differentiam inter ci
uilia & criminalia. & hoc etiam expressè sequitur Abb. in
dict.c.1.de probat.dum dicit,quòd illud quod habetur in
l.3.ff.de eden.quòd reus edere debet fisco ad fundandum
se,habet locum in causa ciuili, non in causa criminali ali-
qua ex his,quæ traduntur per Doct.in d.c.1.de proba. po-
tuissent in contrarium adduci pro editione facienda, ta-
men quia si bene inspiciantur, nullo modo obstant: puto
6 tamen superfluum hic recensere.¶ † Venio ad tertium du-
bium,quo quæritur, an dicta causa, dato, quòd decretum
ligaret,& ad pœnam arctaret mercatores, an erunt fide di
gni & idonei testes dicti operarij, qui testificarentur fuisse
eis satisfactum de panno.& dico quòd non,quia sunt par-
d ticipes criminis. *d* quia decretum punit,tam ipsos opera-
rios recipiendo pannum, quàm mercatores dantes pan-
num, sed socius criminis non est fide dignus testis contra
socium criminum.l.si filium.cum gl.& ibi Doct. C.de lib.
cau.ponitur in c.1.de testamen.in 6.l quoniam liberi. & i-
bi not.Doct.maximè Bald.C.de test.& c.veniens.el 1.& ca.
personas.de testibus.& no.Spe.in tit.de test.§.1.versi. item
qui est socius criminis.cum versicul.sequ. bene facit l. qui
accusare.& quod ibi doc.ff.de accusatio. & cap. 1. de con-
fess.& l.fin.cum ibi nota.maximè per Cy.& Sal.C.de accu-
sationibus. Alexand.

ADDITIO.

a ¶ Gl.suprà cons.6.nu.2.infrà li.3.cõsi.39.Io.Gers. in tract.
de re.mora.col.4.Ia.l.si filius.col.4.de li.& posthu. consil.
182.col.5.lib.1.Cæp consi.13.inter consi.criminalia,vbi lò-
quitur in hoc eodem casu,de quo hîc per Alex. adde Aret.
consi.11.col.pen.Henri.Boi.tract.Sino.par.3.art.2.nu. 60.
b ¶ Falsi.infrà lib.3.consi.39.
c ¶ Non vsum.dixi in consue.Parisi.§.1.gl.4.nu. 12.
d ¶ Criminis.infrà lib.3.consilio 89.Are consilio 82.nume.
1.Ias.consi.22.lib.1.vide tamen Ias.consi.103.lib.4.Ale. in-
frà li.2.consi. 69.ad fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Habilitas testis tempore iuramenti attenditur.*
2 *Dicta testis debent concordari saltem ad euitandũ periurium.*
3 *Possedisse præsumitur, qui semel possedit, quousq; allegat.*
4 *Testimonium credulitatis iuncta ratione probat.*
5 *Confinia duo probant identitatem.*
6 *Concessio refert an incipiat à fundo, an à mensura.*
7 *Testis in vno periurus non probat in alijs.*
8 *Testes consanguinei, & affines suspecti.*
9 *Spoliatus dicitur non admissus.*

## CONSILIVM CXXXIII.

VIso processu causæ inter Marcum Gualchinũ
accusantem,& Baldasarem quondã Andreæ
Galesoni accusatum,in qua latę sunt duæ sen
tentiæ,prima in fauorem dicti accusantis,se-
cunda in fauorem dicti accusati.¶ Vidẽdum
est principaliter de tribus.¶ Primò vtrum pro parte accu-
santis sit melius probatum de possessione sua habito respe
ctu ad tempus spoliationis. ¶ Secũdò vtrum sit probatum
de spoliatione.¶ Tertiò vtrum sit probatum de valore pe-
tiæ terræ,de qua in accusatione,adeò quòd possit locus es
se condemnationi in duplo ex terminis rei,secundum for
mam statuti positi sub rubr. de pœna inferentis alicui viò-
lentiam,&c.prout in accusatione deducitur.¶ Circa pri-
mum,an sit melius ꝓbatum de possessione prò parte Mar-
ci,habito respectu ad tempus in accusatione contentum.
Et dico ꝙ sic, nam primò per quatuor testes. in principali
causa huius accusationis producto,s.pro parte dicti accu-
satoris videtur hoc probatum per Franciscum Guil. agri-
mensoris Iac.Gascini fratrem accusati Gas. Ioan. Longi &
Bald.de Schlauinis,nam dictus agrimensor deponit, ꝙ vi-
dit dictum Marcum tenere & possidere dictam petiam ter
ræ in accusatione contentam : & bonam causam scientiæ
reddit vel repetit bonam rationem,videlicet quia vidit, &
quod etiam ita dici audiuit à vicinis : & alias rationes etiã
adducit.Sed prima est valde sufficiens,quia dicit ꝙ vidit eã
tenere.secundus ẽt testis deponens de retentione dicitur
ꝓbare possessionem allegatam,ab eo, qui testem induxe-
rit per no.per Bart.& alios Docto.in l.stipulatio ista.§. hæc
quoq;.de ver.obl.not.Inno.in c. cùm olim. el 2.in glo.ma-
gna.ad finem.de priuileg.in c.cùm causam.quæ.l.inter ar-
chiepiscopum.de test.& sentit gloss.7.q.prima pontifices.
& in c.literas.de restitu.spo.Et Bald.in l. data opera. in 19.
col.C.qui accusare.& in l.1.ad finem.C.de condictione ex
lege.& Anto. de But. in cap. cùm ad sedem.de restitu.spo-
lia.in ver.ad quintum,&c. ¶ Non ob. si dicatur,quòd testi
periuro non creditur.cap.testimonium.de testibus.Et di-
ctus agrimensor videtur periurus,quia tempore quo fuit
receptus in testem,etiam vigore electionis de eo factæ,re-
tulit dictam petiam terræ in accusatione contentam esse,
20.tornaturarum,& 85.tabularum,& trium pedum.& po
stea in alia sequenti relatione per eum facta, aliter retulit,
præcipuè die decimo Augusti,vbi videtur referre inuenis-
se petiam terræ,de qua in dicta sua relatione esse tornatu-
rarum triginta,& vnius tabulæ,& nouem pedum, quia re-
spondeo,quòd per hoc non est,quin fides adhibenda sit at
1 testationi factæ per dictum testem, † quia habilitas testis
a consideratur tempore *a* quo testis cum iuramento recipi
tur ad testimonium.l.tertia.§.duæ causæ.cum glo. in versi.
non eandem fidem.ff.de Carb. edi.& in l.ad testium.§.cõ-
ditionem.ff.de test.cum ibi not.& in l.prima.C.de test.sed
dictus testis fuit cum iuramento receptus ad dictum testi-
moniũ,anteꝗ faceret dictam vltimam relationẽ factam die
decima Aug.ergo non põt dici, ꝙ tẽpore quo deposuit, vt
testis esset periurus.¶ Præterea non videtur, ꝙ cum verita
te possit dici de aliquo periurio dicti agrimensoris,qa pri
ma relatio facta est de petia terræ contenta in accusatione
& confinia sunt ab vna parte, via,ab alia Petrus Bondini.ab
alia Franciscus Venturæ. vltima relatio facta fuit diuerso
tempore,& in ea continetur,quod dum mensurasset vigo-
re cõmissionis sibi factæ per Marcũ Pentis de eundo ad mẽ
surandũ vnam possessionem positã in villa sancti Blasij iu-

xta viam ab vno latere, Michaelem, Franciscum Venturæ, Petrum Bondini,& Ray.de Banghaiono.& alios suos con fines,inuenit d.possessionem esse tornaturarum triginta, & vnius tabulæ,& nouem pedū. vnde videtur, ꝙ iste agrimensor in hac vltima mensuratione mensurauerit, patet, quia vltra confines,si quos habet in accusatione, & in oib. capitulis accusatorijs dixit,& alia sua latera, seu alios suos confines.¶Idem apparet ét ex ꝓcessu,quia pro parte dicti Baldasaris allegabatur & dicebatur in prima mensuratione fuisse omissam vnam petiam terrę partim viniatę,quam retulit esse tornaturarum nouem,& tabularum trium,pedum 6.& hoc apparet in accusatione sub die 30.Iulij,vnde cōputata illa petia terræ secundo loco mensurata in accusatione contenta apparet,quòd summæ dictæ terræ ascendunt ad summam positā in vltima relatione,cùm sic in secunda mēsuratione mēsurauit aliud quàm in prima, & sic non est cōtrarietas vel repugnantia,aut periurium. ¶Pro
2 hoc facit,† quia verba vnius & eiusdem debent reduci ad concordiā,saltem vt euitetur periurium,vt no.Iac.Bu.in l. optimā.C.de contra.& cōmit.stip.in l.cùm de ætate.ff.de ꝓb.& Bar.in l.1.in prin.ff.de oper.no.nun.& in l.Labeo.ff. de sup.le.& Ant.de But.& do.Abb.in c.cùm tu.de test.& Imo.in l.inter stipu.§.1.ff.de verb.ob.¶Et hoc satis est,quia non quærimus de credendo agrimensori, rōne varietatis dictarū relationū: sed in eo, in quo testificatus est vt testis, an dicatur,quòd idem testis fuisset periurus.nou.n.quærimus de reducendo relationes agrimensoris ad concordiā ad fi.vt ꝓbent id,quod in relatione vna vel altera continetur.¶Quinimò videntur plus velle Doct.ꝙ quando nō est manifesta contrarietas,possit dictum vnius & eiusdem testis reduci ad concord.vt ꝓbet,vt patet ex no.per Bald.in l.data opera.C.qui accu.in 18.col.in ver.sed hîc quæro, actor facit.ad quod bene facit quod no.Cy.in l. in exercendis.C.de fid.instr.& Bal.in l.scripturæ.eo.ti.secus si manifesta esset contrarietas,per id,quod habetur in l.eos. cum ibi not.p Bar.ff.de fal.& per id quod no.per glo.& Doct.in c.in nostra.de test.& vt patet ex ꝓximè dictis ex dicta relatione,vel rationibus contrarietas manifesta non est,nec ét non manifesta.& sic dico,ꝙ dicta prima relatio valet, & ei standum est quo ad qualitatem & mensuram petiæ terræ in accusatione contentę,& sic non potest dici,ꝙ non est cōtenta in dicta petia terræ 20.tornaturarū,primo loco mensurata,quæ verba relationis iunctis verbis accusationis manifestè ostendunt contrarium, dum in accusatione ponitur area,vt inclusa in dicta petia terræ, & relatio refert se ad accusationem specificam, etiam terræ, in qua est area, ad hoc facit, quod dicam infrà circa probationem instrumenti.¶Nec obst.si diceret, quòd iste testis non deponit, quod Marcus non possedit tempore allegatæ spoliationis, sed dicit quòd possedit vsque ad tempus, quo fuit extractum lignum inter Marcum & Baldasarem, quod quidem videtur fuisse ante tempus dictæ assertæ spoliationis, nam videtur fuisse de ann.1470.quando Marcus instituit contra dict. Baldasa. aliam accusationem pro damno dato in dicta petia terræ,vt constat ex actis.& eodem modo videntur dicere alij testes dicti Marci examinati in prima instātia.sed ad hoc respondeo,ꝙ cùm iste testis dicat,quòd iam sunt octo anni,& vltra,ꝙ vidit d.Marcū tenere & possidere,satis est,ꝙ iste testis deponat de aliquo pūcto vel tpe possessionis Marci,qa ꝓsumitur Marcū postea possedisse, saltē
3 b vbi non apparebat,lapsum esse tēpus decennij,† quia qui
* semel possedit,præsumitur perseuerasse *b* in possessione,vsquequo allegat se possedisse,cùm retineat animo.ita* communiter concluditur in l.siue possidetis.C.de prob.& in l. non ignorabat.C.ad exhiben.& no.Arch.2.q.prima.pontifices.& in ꝓposito nostro no.Spe.& Io.An.in tit. de pet. & poss.§.1.ver.si.not.etiam Host.Ioan.An.& alij in l.cùm ad sedem. de restit.spolia.& domini de Rota sua conclusione incipiente,item si probetur aliquem tenuisse.& Bal.in l. si minorem.C.de in integ.rest.& Bald.& Sali.in l.non ignorabat.post Cyn.C.ad exhib.& in l.indicia.C.de rei ven. ad fin.¶Facit ad hoc,quod not.gloss.in l.1.C.de seru.fug.hoc enim præsumitur,cùm voluntatis mutatio non probetur, l.eum.ff.de prob.l.fideicom.§.si rem.ff.de leg.2.l.cùm hic status.§.1.ff.de dona.inter vir.& vxo.c.maiores.& quæ ibi nota.in vers.perdurare.de baptismo.& de animo alicuius statur dicto eius.c.significasti.el primo.de homi.& c. si verò.de sent.excom.c.in præsentiarum.de test.in §.aliæ.Inst. de actio.cùm possessio retineatur animo.l.licet. C. de acqui.poss.l.3.§.in admittenda.ff.de acqui.poss.præsumitur, quòd d.Marcus animo ꝑseuerauerit retinere dictam possessionem vsque ad tempus spoliationis. ¶Nec obstat, si diceretur, ꝙ Marcus non allegauit se possedisse tempore spoliationis,& in hoc reperio factum fuisse maximū fundamentum in quodam consilio reddito in secunda instantia,cuius copia est mihi transmissa:sed cum supportatione mihi videtur illud fundamentum nullo modo posse subsistere,quia ex contentis in ista accusatione apparet, quòd Marcus declarauit animum suum, & sic se possedisse tempore spoliationis.& dicunt præfati Doct.fortius & specialiter d.de Rota in d.alle.& Salic.in l.non ignorabat.& Anto.de But.in d.c.cùm ad sedem.ꝙ ētsi non allegaret se possedisse eo tempore:tamen si probatur ꝙ semel possedit,ꝓsumitur in dubio,ꝙ etiam postea possederit,nisi contrarium probetur,per rationem superius allegatam, s.ꝙ non ꝓsumitur mutatio animi voluntatis, nisi probetur. ¶Nec etiam ad hoc ob.si dicatur,quòd dictus Marcus in capitulis suis primis productis in causa principali capitulauit,ꝙ à tēpore,quo emit dictam petiam terræ ipse Marcus possedit,maximè vsque ad tempus,& vltrà,quo cœpta fuit lis inter ipsum Marc.ex vna,& dictum Baldas.ex alia coram milite & officiali damnorum datorum,&c.Et sic asserendo se possedisse vsq; ad tempus dictæ litis motæ coram domino milite,quod fuit ante tempus allegatæ spoliationis, videtur negare se possedisse postea.l.Imperatores.ff. de post.l. sta.li.§. Stich.de leg.2.l.cùm prætor.in prin.ff.de iu.& hæc est vna ex rationibus redditis in præfato consi. quia ad illā faciliter respondetur,vt mihi videtur,s.ꝙ in d.c.nō dicitur simpliciter,ꝙ Marcus possederat vsq; ad illud tempus. sed dicitur maximè,& cum dictione,& vltrà,quæ implicant & ampliant.l.1.§.1.l.maximè.ff.de col. bon. l.illud. cum gl.ff. ad leg.Aqui.l.si vltra.C.de fideiuss.l. cùm vltra. C. de non num.pec.l.vltra.la 3.de testa. & illa verba prolata à Marco debent interpretari in eius fauorem, & postea secundum interpretationem,de qua in causa l.si quis intentione ambigua.ff.de iur.¶Præterea illud, quod quis deducit in capitulis non videtur affirmare,adeò, ꝙ ex capitulis dicatur resultare probatio contra eum,vt not.Io.An.in c.fi.de iureiur.in 6.in nouell.& Anto.de But.in c.quoniam. de ꝓb. in no.in 1.col.& in c.ex parte.de cōfes.in 6. secundus testis est Iac.Gazoni.& iste probat de poss.Marci, quia deponit, ꝙ ipse & d. Baldasar frater eius respondebat d. Marco de fructibus dictæ petiæ terræ, per quod probatur possessio. l.Titio.ff.de sol.l.2.& vtrobiq; not.Bar.C.de agri. & censi. lib.11.l.qui vsuras.§.ꝙ per colonum.& ibi no.ff.de acq.pos. Nec ob.si diceretur,ꝙ iste testis non declarat, quando responderetur de fructibus,quia dico,ꝙ imò declarat, dum sup interrogatorijs eiusdem capituli deponit, ꝙ partē fructuum dicti Marci ad domum suam consignabat,vt etiam videtur affirmare d.Baldas.in suis positionib. dicta die 18. Iulij productis.¶Nec ob.si diceretur,ꝙ d. Iac. Fagoni testis deponit super c.3.de pos. Marci per verbum creditur, ergo non probat.c.literis.& c.tertio loco.de præsum.qare
4 spondeo,† ꝙ testis deponens per verbū credo, assignando tamen rōnem credulitatis concludētis per sensum corporis ꝓbat.vt not.Cy.& alij in l.testium.C.de test.& Io.An.in addi.Spe.de teste.§.1.ver. item, ꝙ deposuit de credulitate. & Anto.de But.in c.quoties.de test.& Bal.in l.siue possid. C.de prob.vnde dicit Bal.in l.2.§.quòd obseruari.in secunda col.C.de iur.cal.quòd licet testis postea per verbū,credere suo,dicat id,quod prius per veritatem affirmauerat, probat talis per id,quod no.ibi glo.& idem dicit Bald.in l. solum.in 8.q.C.de te.& in l.conuenticulam.in 6.col.C.de epi.& cle.cum si. ¶Præterea ipsemet testis refert etiam se ad alia

ad alia testificata, per se in alia causa & in attestatione prima probat de possessione Marci clarè. ergo perinde est, ac si in hoc iudicio deposuisset. l. si ita scripsero. ff. de cond. & dem. l. asse toto. ff. de hær. inst. l. qui ex lib. §. testō. de bo. pos. scđm tab. not. Bar. in l. eos. ff. ad l. Cor. de fal. & Bal. in l. gesta. C. de re iud. & per eundem in l. iureiu. & in l. fi. de test. & Pe. de Ancha. in Cle. 1. de testib. & Ant. de Bu. in c. cùm in tua. de test. ¶ Nec ad hoc obstat si diceretur, ꝙ illa petia terræ de cuius possessione deposuit prima vice dictus testis, erat aliter confinata in capitulis, ad quæ testis se refert, q̃ sit confinata in ista actione petia terræ, de qua est qō, & non est ꝓbatum de identitate corporum. l. Pomponius scribit si frumentum. §. fi. ff. de rei vend. l. 1. & ibi no. Bart. C. si vnus ex plurib. appel. & no. Bart. in l. demonstratio falsa. in fin. ff. de cond. & dem.
5 Io. And. in c. auditis. de rest. in integ. † quia respondeo ꝙ attento ꝙ in loco seu villa in duobus confinibus saltem concordat petia terræ contenta in ista accusatione, & petia terræ, contenta in primis dictis capitulis, hoc sufficit ad ꝓbandum identitatem corporum, nisi allegans contrarium illud ꝓbauit, vt decidit Bar. in d. l. demonstratio falsa. in princ. in 7. q. & in l. 1. in fin. ff. de dot. præla. per illum tex. & per l. hac consultissima. cum ibi no. C. qui test. fac. pos. no. Ang. in l. si in noīe. in qbusdam lectu. & ibi Pau. de Ca. ēt eum refert. C. de testa. nam concordant confinia viæ & confinia Francisci Venturæ. ¶ Vnde dicit Bar. in d. l. demonstratio falsa, in fine prin. ꝙ illa ꝓbatio identitatis corporum requiritur, quando noīa sunt penitus separata. accedit qđ ipsemet testis dicit ꝙ in illa cā damnorum datoru ipse deposuit super possessione eiusdem petiæ terræ, de qua in præsenti accusatione. insuper ad abundantē cautelam in hac instantia est ꝓbatum per plures testes de identitate corporis: & sic oīnō cessat illa difficultas, vt patet ex his q̃ deponit Ant. Peregrini. & Petr. Bernardini. & Mich. Venturæ. tertius est ēt testis dicti Marci Gaspar. Io. Longi, q clarè & apertè deponit de possessione d. Mar. vsq; in tps dictæ litis primò motæ coram officiali damnorū datorum. ¶ Nec ob. ꝙ non deponit de possessione tpe spoliationis, qa ad hoc respondeo, ꝓut plenè puto respondisse circa depositionem primi testis. & ēt ipse testis refert aliàs de dicta possessione pdictæ petiæ terræ deposuisse in dicta cā damnorū datorum, ad quam attestationē se refert, & illa est ꝓducta, in qua plenè & sufficienter probat de possessione Marci. & dicta relatio sufficit, vt dixi circa primum testem. ¶ Quartus testis est Baldasar de Salmis, qui deponit, ꝙ Marcus prædictus fecit construi domum in petia terræ, contenta in accusatione ista. anni sunt iam septem, vel circa, tanq̃ in sua petia terræ. ad hoc facit l. 2. ibi tanq̃ dominum gessisset. & ibi Bar. C. de acq. pos. & in d. l. Titia. ff. de solut. ¶ In hac verò instantia sunt alij plures testes examinati pro parte dicti Marc. probantes ꝙ tpe contento in capitulo viderunt d. Marc. pluries accedere ad d. terram. nam probatur possessio ēt per ire, agere, vt inquit Bal. in l. indicia. ad fi. C. de rei ven. per not. in d. l. stipulatio ista. §. hoc quoq;. Item refert se iste testis ad alia testificata, per se in causa damnorum datorum. & ibi apertè probat de possessione Marci. ¶ Item probat alius testis. s. Petrus Morantij, qui deponit ꝙ vidit d. Marcum ante tps accusationis laborari facere, & fossata fieri facere in dicta petia terræ, & domū super ipsa construi facere. & licet non recordaretur de tpe, tamen probatum est per alios testes constructionis dictę domus, vt per d. Baldasarem de Silaninis, qui dicit, ꝙ iam sunt anni 7. vel circa. & idē deponit Bart. Lanconis vnus testis Marci receptus in hac instantia, de possessione Marci, ēt probat Mich. Venturæ, de eo tamen non facio magnum fundamentum, quia non videtur deponere pro aliqua partium, quia examinatus pro parte accusati, videtur deponere de possessione Baldas. & sic quia neutra parte est integer testis, per ea quæ habentur in l. eos. & ibi Bar. ff. de fal. quod no. DD. in c. cùm in tua. & in c. cùm cām q̃ inter archiepisc. de test. & Pe. de Anc. in cle. testamenti. §. test. de testi. cum suis concor. de possessione d. Mar. etiam inde probant Dominicus, Iacob. Sauini & Barth. Ganichioli, & sic videtur Marc. habere nouē testes ꝓ se deponētes de possessione in ista cā accusatiōis. ¶ Nunc addo ēt decimum testē, s. Franciscum Venturæ examinatū inter easdē personas, super eadē possessione in accusatione damnorum datorū, & illa ꝓbatio facta in illa cā ad ꝓbandū possessionē ꝓdest in ista. in l. pses. C. ad l. Faui. de plag. & no. Bar. in l. 2. §. illo. vi bo. rap. & ꝓbatur in l. locum. §. si qs tabulas. & ibi no. Bar. ff. de tab. exhib. cum si. ¶ Comprobatur ēt per instrumenta emptionis factæ per d. Marcum, q emit dictam petiam terræ à d. Balda. & fratrib. tunc posidentibus & constituentibus se posidere noīe dicti emptoris, & sic in eum cōtulerunt possessionem oēm, iuxta l. qđ meo. in prin. cum ibi no. ff. de acq. pos. & in c. cùm venissent. de resti. spo. ꝙ aūt posiderent d. fratres affirmāt in possessionib. suis, & testes sui, & vtriusq; partis deponunt, & ꝓ illa petia terrę, de qua in accusatione patet maximè ex depositione d. Ant. Magni, & Pet. Boldrini, & Michaelis Venturæ. ¶ Nec dicatur de instrumento continente vnam petiā terræ tornaturarū 21. &c. iuxta confines specificatos cum aliis qbusdā petiis terræ ibi positis, & d. venditio est facta pro pretio librarū 5. pro qualibet tornatura. & d. petia terræ de qua in accusationē, videtur esse tornaturarum 30. ꝓut apparet in dicta vltima relatione agrimensoris, qa respondeo, ꝙ imò petia terrę de qua in d. instrumento & in dicta accusatione, non est vltra numerum tornaturarū 21. patet in prima relatione, nec ob-
6 stat vltima relatio, qa ad eam fuit responsum sup. ¶ † Præterea ēt dato ꝙ d. petia terræ habēs confines, dę qbus in instrumēto esset tornaturarū 30. tñ intelligitur esse vēdita d. Mar. inter dictos fines instrumenti attēto, ꝙ contrahētes inceperunt à corpore dicendo vnā petiā terrę 21. tornaturarum, & nō à mēsura, vnde nunc venit totū dato, ꝙ pretium veniret supplendum ad cōputum pro qualibet tornatura: ita est de mente Doc, vt in terminis nostris clarè decidit Sal. in l. 2. C. de contrah. empt. per l. q fundū. §. qui agrum. ff. de contrah. emp. & dicitur ita esse de mēte Io. An. in add. in tit. de emp. & ven. §. sciendū. ad fin. & ibi ēt Spe. hoc ēt clarè firmat Pau. de Cast. in l. si seruum. §. 1. ff. de act. emp. & sic mensuratio ad rem istā nihil facit, quò ad corpus ipsius petię terrę conspe. vt ad Marcū. ¶ Pro parte verò d. Bald. accusati nō extat plenè ꝓbatum. Nam ꝓ parte sua est examinatus d. Mich. Venturæ, qui postea contrarium deposuit ad petitionē d. Marci examinatus, & sic non est integer testis, vt dixi sup. ꝓ eo etiā deponit Ioā. Balmi. & And. de Ligna. & Perinus magistri in cā principali, tamē attestatio dictorum An. de Lig. & Perini magistri infringitur iurganter ex eo, qa An. de Lig. deponit ꝙ tm sunt anni 35. quibus And. d. Baldas. & postea eius filij habitant domum, q̃ est super dicta possessione, seu quæ est descripta in accusatione. ¶ Et tamen est ꝓbatum ꝙ illa fuit constructa, nondum sunt anni 9. vel 10. vt patet ex depositione, maximè Matthæi vltimi testis d. Balda. & ex depositione Balda. de Salaninis & Barth. Sanchioli testiū receptorum
7 pro parte d. Marci. † vnde testis q in vno est periurus, nō pro
* bat in aliis. d. c. testium. & est* cōis opi. Iuno. & aliorum in c. fraternitatis, de hæreticis, & in l. si ex falsis. C. de transact. & Spec. in tit. de instr. edi. §. instrumentū. in ver. Item qd si aliquid de suo. & Old. in cons. suo 38. incip. Ad primā. & Arch. in 9. dist. c. si ad sacras. aliàs est c. scripturas. & Bal. in l. fi. in 4. oppo. C. de edic. diui. & in l. 2. C. de fideicom. lib. & in Rub. de controuersia inuestituræ. & Bal. & Ang. in l. 1. §. simpliciter. de verb. obl. ¶ Et eodem vitio laborat Iac. Pasarni & Lu. alius testis dicti accusati: & similiter dictus Perinus Magni nō probat, quia aliàs examinatus in dicta causa damni dati ad instantiam d. Marci deposuit de possessione dicti Marci, de qua in præsenti causa videtur attestari, dum dicit, ꝙ videbat dictum Marc. versari in dicta petia terræ, & sic apparet, qđ ēt in causa principali melius ꝓbauit de possessione dicti Marci. ¶ Produxit insuper dictus Baldasa. accusatus nonnullos testes in causa appellationis, ex quorum testimonio etiam nullo modo non releuatur. Nam hæres Pasarmi licet deponat, ꝙ Baldas. post mortem patris possederit, non deponit quo tēpore incepit posidere, & videtur præsumendum esse, ꝙ potius possederit noīe Marci, quam noīe proprio pp constōnem, de qua in instrumēto vēditionis factæ per eum Marco. & sic ne videatur delinquere. l. meritò. ff. ꝓ

ſocio.ꝙ ita fuerit depoſitum à parte Ia.Galſam fratris dicti
accuſati, dum dicit, ꝙ ipſe teſtis, & dictus Baldaſar reſpon-
debant de fructibus dicto Marco. ¶Alius teſtis productus
per dictum accuſatorem eſt Michael Petri Cераroni qui ni
hil probat:qa dicit ſe ignorare,an ſit illa petia terræ, de qua
in accuſatione ſit mentio, & ignorat confines excepto vno,
ſci.via,& ſic ratione incertitudinis non probant.l.forma.in
prin.ff.de cenſibus.l.hac conſultiſsima.in prin. C.qui teſta.
fa.poſ.iuncto c.in præſentia.de prob. ¶Et eo morbo labo-
rat Rubeus quondam Iac.de Fiſchio,alius teſtis dicti accu-
ſati. ſ. An. quondam Nicolai, & nõ probat:quia dicit,quod
vterq; poſsidebat. ſ. Marc.Baldaſ.& quod Marc.ſuper eam
conſtruxit dictam domum. Et propterea neſcit cuius noĩe
Baldaſ.poſsideret. ¶Bartholi.Sancti alius teſtis dicti accu-
ſati, dato ꝙ aliquid deponat in fauorem dicti accuſati, ta-
8 men affinis eſt dicti accuſati,†& affines ſunt ſuſpecti,quem
admodum & conſanguinei.3.q.9.abſente.e.l.2.& ea.cã.q.
5.in c.ſimiliter.not.DD.in c. cùm oporteat.de accu. & Spe.
in tit.de teſt.§.1.ver.generaliter, aliàs eſt in verbo,ſed quid ſi
teſtis. ¶Et conſtat ꝙ teſtimonium conſanguinei non eſt in
tegrum,per not.in l.ea matris.ff.de prob.& no.Bar.in l.ad-
monendi. in ver. venio ad tertium. ff.de iureiur.poſt medi-
um.& in l.qui teſtõ.§.illo.ad fin.§.de teſtamen.& An. de Bu.
in c.fi.de iureiur. Et dato ẽt ꝙ Maximus quondam Matthęi
vltimus teſtis videatur deponere de poſſeſsione dicti Balda
ſaris,tamen ẽt ipſe cum dicto Bar.ferè & cum dicto Ioan.&
aliis non poſſunt adęquari,aut præferri maiori numero te-
ſtium & probationibus dicti accuſantis,de quibus dixi ſup.
quæ præferuntur.c.in noſtra.de teſt.c.licet cã̄m.de probat.
l.ob carmen.§.fin.ff.de teſt. ¶Et præcipuè,qa veroſimiliter
deponunt teſtes dicti accuſantis, ſtante dicto ti. emptionis
factæ per dictum Marcum à dicto Baldaſare & fratrib.per
9 id quod habetur in d.c.licet cã̄m. ¶†Nunc videndum eſt de
ſecundo dubio, ſ. an ſit ſufficienter probatum de ſpoliatio-
ne. ¶Et concludo quod ſic,qa hoc colligitur ex reſponſio-
ne facta per d.Baldaſ.dicto accuſatori. Nam confitetur, ꝙ
cùm ipſe accuſatus eſſet in area dictæ poſſeſsionis poſita &
confinata, ꝓut in d. accuſatione vidit d. Marcum venire ad
illam ad ęſtimandum letamen in dicta area exiſtens,& dixit
dicto Marco iniuriam,& cùm ei reſpondiſſet Franciſcus de
Lauretis,qui venerat cum dicto Marco,tunc dictus accuſa-
tus dicto Marco dixit,& cum ſociis ſtati largo c'hio non vo-
glio che voi intrati. Et tunc d.Marc.cum d.Franciſco receſ
ſerunt,& reuerſi ſunt ad ciuitatem Hoſtię. ¶Cùm ergo non
fuerit admiſſus dictus Marcus,ergo per Baldaſarem dicitur
ſpoliaſſe ſua poſſeſsione.l.clàm poſsidere.§.fi.cum l. ſeq.ff.
de acq.poſſ.& in l.1.§.ſiue autem.ff.de vi & vi ar. & not.in l.ſi
quis in tantam.in gl.magna. C. vnde vi. vbi Bal.in 4.col.di-
cit, ꝙ in tali non admiſſo, vendicant ſibi locum ſtatuta lo-
quentia de expulſis. bene facit l.vim facit. ff.de vi & vi ar.&
quod notanter dixit Inno.& Io.And.in c.ſuborta.de re iud.
vnde ſibi eundem locum vendicare debet ſtatutum,ſub Ru
bri.de pœna inferentis vim in alienis rebus poſſeſsis poſſeſ
ſione ſua poſſeſſorem priuatis.& licet dicat accuſatus,ꝙ nõ
erat armatus aliquo genere armorum, hoc nihil ad rem, qa
non requiruntur arma.l.3.in princ.cum ibi not.ff.de vi & vi
arma. ¶Quinimò plus probatum eſt,quod habeat arma,vt
probat ſer Fran.de Lonzeritis,& ſer Io.And.qui etiam pror
bant ſpoliationem, & d. Baldaſarem non admiſiſſe d. Mar-
cum,volẽtem ingredi poſſeſsionem, & licet teſtes neſciant
confines dictæ petiæ terræ, tamen attento ꝙ accuſatus re-
ſpondẽdo accuſationi dicit,ꝙ cum d. Marco tempore quo
ipſe accuſatus protulit dicta verba, de quibus in ſua reſpon
ſione erat ſer Franciſcus, qui iuerat ad æſtimãdum dictum
letamen, & dicti duo teſtes qui fuerunt examinati in hac in
ſtantia deponunt,ſe ſemel tm̃ fuiſſe cum dicto Marco ad æ-
ſtimadum dictum letamen ad dictam petiam terræ, de qua
eſt quæſtio. bene facit id quod habetur in c.cum Io.cum ſi.
de fide inſtru. ¶Nec ob.ſi dicatur,ꝙ dicta reſpon.debet ac-
ceptari prout eſt,id eſt, cum ſuis concor. vel qualitatibus.l.
Publia,§.fin.ff.depo.l.etiam.§.fi.de mino.& quod not.in l.ſi
quid etiam.C.de exceptio.& l.2.C.de donat.ante nup.cum
ſimi.& quod in d.reſponſione non dicitur, quod prohibuit
dictum Marcum, ne accederet ad dictam poſſeſsionem in
accuſatione contentam,ſed ſolum dixit,ſtati largo ch'io nõ
voglio che voi intrati. Reſpon. ſi Marcus vult acceptare illã
partem confeſsionis Baldaſ.in qua dixit, ꝙ ipſe Baldaſ.exi-
ſtens in area poſita & confinata, prout in accuſatione conti
netur,videns dominũ Marcum ad illam venire ad æſtiman-
dum dictum letamẽ,in dicta area exiſtens dixit d.Marco,vt
ſuprà, &c. & dum reſpon.ſer Franciſcus qui erat cum dicto
Marc.& ꝙ Baldaſ.reſpondit,dicto ſer Frãciſco & ſociis ſtati
la adietro che non voglio che intrati, & velit dictus Marcus
non acceptare dictam partem videtur petiam ꝑdictam,in
qua eſt dicta area in accuſatione contenta, dicere eſſe ſuam.
Sed ſi velit quo ad illam partẽ ꝓbare, ꝙ dicta poſſeſsio erat
dicti Marci, ſeu ꝙ poſsidebatur ab ipſo Marco, põt hoc fa-
cere.l.Aurelius.§.idem quæſiuit.& ibi no.Bar.ff.de li.leg.&
no.DD.in c.cùm veniſſent. de inſti.& in c.bonæ.el 2.de po-
ſtu.p̃la. Sed Marcus ꝓbauit ꝙ dictam rem poſsidebant,er-
go,&c.vt ſuprà fuit oſtenſum. ¶Nec dicatur ꝙ d.Baldaſ.nõ
intellexit prohibere ingreſſum poſſeſsionis in accuſatione
contentę,quia huius contrarium manifeſtè apparet ex ver-
bis ſuæ reſponſionis,dum dicit, ꝙ d.Bald.erat in area in ac-
cuſatione contenta,& quò ad letamen,ad quod æſtimandũ
vidit venire d. Marcum ad illam poſſeſsionem ſeu aream,&
poſtea dixit etiã d.Franc.& ſocios, &c.& ſic letamen erat in
area in accuſatione contenta, & vidit Marcum ad illam ve-
nire,& prohibuit ne veniret ad æſtimandum letamen in ſua
poſſeſsione,non poſſunt intelligi ꝙ de alia poſſeſsione & a-
rea, niſi in accuſatione contenta. Præterea vltra confeſsio-
nem d.Baldaſ.extat probatio per dictos duos teſtes, ſaltem
iuncta prima & ſecunda examinatione eorum:nec dicatur,
ꝙ illa probatio facta contra dictum Baldaſ. dicatur eſſe in-
hibitio & non ſpoliatio, per d. l. vim facit.qa hoc non vide-
tur bene dictum aliquo modo, & contra d.l.1.§.interdum.
de vi & vi ar.& d.l.poſsidere.§.fi.cum l.ſeq.& ibi no.in d.l.ſi
quis in tantam. ¶Non ob.d.l.vim facit.ff.de vi & vi ar.quia
reſpondeo, ꝙ ibi non inhibebat poſſeſsionem ingredi, ſeu
non peccauit in non admittendo poſſeſſorem ad ingredi-
endum fundum, ſed priorem exiſtentem in fundum impe-
diebat colere fundum: ſecus quando eum venire ad fundũ
non admittat, quia tunc priuat eum poſſeſsione. ita loqui-
tur tex.& gl.in d.§.qui ad nundinas.& in d.§.ſiue aũt. ¶Non
ob.ſi dicatur quod d. Mar. tunc quando fuit ſibi inhibitum
per Baldaſ. ne ingrederetur fundum, non fuit ꝓtãtus quod
haberet aĩum defendendi poſſeſsionem, qa reſpondeo, ꝙ
eò ipſo quod apparet quod accedebat ad ipſum fundum &
Baldaſ.q erat in fundo inhibuit ne ingrederetur: & ita non
eſt ingreſſus, imò inde diſceſsit, ſatis apparet de ſpoliatio-
ne,vt in d.§.qui ad nundinas.& in d.§.ſiue autẽ,nec alia pro-
teſtatio requiritur: quia actus & effectus ipſe declarat,ac ſi
diceremus. Præterea dicẽdum eſt, ꝙ in his quæ pendent ab
aĩo,ſtandum eſt aſſertioni ſuæ, vt l.rem non nouam.& not.
ibi Bal. C.de iud.& no.in d.§.aliæ.& in d.c.fi.de cenſi.& dixi
ſuprà, nec curo an poſtea Balda.ſe correxerit,vel non,vt l.q
ea mente.ff.de fur.l.pe.ff.vi bo.rap. ¶Venio ad tertium,an
ſit probatum de æſtimatione & valore dictæ petiæ terræ? &
reſpondeo ꝙ ſic, qa accuſatus reſpondẽdo poſitionib.com
petenter de valore librarum 100. duo ẽt teſtes ſunt,vt Fran
ciſcus Agrimenſor & Gaſpar,q deponunt de valore librarũ
190. & licet ſe non referant ad vltimum valorem.tamẽ Cy.
in l.vnica.in 6.q.C.de rei vxo.ac.dixit, ꝙ ſi probatum eſt de
valore vnius tp̄is per teſtes, qui vult allegare mutationem
valoris,habet ꝓbare ſaltem,quando non eſt interuallũ diu-
turni tp̄is inter vnum tp̄s & aliud. & idem eſt de mente Bal.
in l.1.C.de ſen.quæ pro eo qđ intereſt.in vltima col.in verb.
Quæro nunquid per inſtrumenta,&c. Tempus aũt diutur-
num vel longum dicitur decennium l.fidei.§.Ariſt.ff.qui &
à qui.no.in l.2.ff.ſi ager vect.vel emph.peta.& in l.ſi filiusfa.
C.de pet.hæ.& in l.cùm de in rem ver.ff.de vſur.& in l.1.§.ꝙ
ait.ff.de ſuperfi.cum ſi. ¶Et conſtat tm̃ longum tp̄is ſpaciũ
in caſu noſtro non fluxiſſe, vt ex accuſatione apparet, alius
eſt etiam teſtis examinatus in prima inſtantia.ſ.Mich.Ven-
turæ

turæ qui deponit de æstimatione librarum centum quinquaginta, sed in hoc cõmendarem, ꝙ iudex ex suo officio se intromitteret de æstimatione, ad cuius officium pertinet. l.si quid ex Pamphilia.§.fi.de leg.2.l.semper hoc interdicto. ff.quod vi aut clàm.vnde dicit Bar.in d.l.si quid ex Pamphilia, ꝙ quando non est probatum in iudicio de valore rei, iudex debet ex officio suo æstimare.& no.DD.in l.5.C.de sen. quæ pro eo quod interest profer. ex quibus concludo dict. secundam sñiam non esse iustam, sed retractandam & corrigendam modo & forma quæ colligitur ex prædictis.

ADDITIO.

a ¶Tempore.suprà consi.5.num.9.

b ¶Perseuerasse.Cyn.l.pe.C.de præscri.long.temp. Bal.Inst. de vsu. in princ.col.1.Pau.consi.51.lib.2.Ant.Cors.sin.verb. possessio.Alcia.de præsum.reg.2.præsum. 22.add. mat.no. 117. idem Alex.l.si ex argentariis.§.fin.de eden. Alex.Cor.l. 2.C.de test, Aret. consi.120.

*SVMMARIVM.*

1 *Dictum illud est specialiter, quod à generalitate verborum est abstractum.*

2 *Testamentum secundum derogans generaliter quibuscunque derogatoriis primi testamenti, valet.*

4 *Reuocatio generalis sufficit, quando non præcedit nisi vnum testamentum.*

5 *Verba quæcunq; sufficiunt per quæ constet de animo prioris testamenti reuocandi.*

6 *Speciale & indiuiduum differunt inter se.*

7 *Clausula non obstante, quando princeps ex certa scientia facit, non requiritur.*

8 *Testator præsumitur memor prioris testamenti & contentorum nisi post decennium.*

9 *Iudex sequi tenetur communem opinionem.*

CONSILIVM CXXXIIII.

PRæuiso themate antè posito, super quo qđ iuris sit in consulendo petitur.¶Videtur primò dicendũ testm̃ vltimum, in quo Thomas testatoris frater hæres vniuersalis institutus est, nõ potuisse p̃cedẽs testm̃ quouis modo tollere, cùm in primo testõ reperiatur apposita illa clausula spãlis derogatoria, ꝙ si contingeret testm̃ aliud reperiri à d.testatore factum vel fiendum, in quo seriosè & specificè non reperiatur scriptum, hoc videlicet, ꝙ ipse testõr eligit & eligat Caiũ in suum cõmissarium, ex nunc dicit & voluit illud tale testm̃ esse nullum & inane:& illud dictum pręcedens testm̃ cæteris p̃ualere voluit, & cùm in scđo dicto testõ non reperiatur scripta dict.electio Caij cõmissarij, nec est spãlis mentio facta in scđo de p̃missa clausula derogatoria apposita in primo, ergo videtur dicendũ primum testm̃ non esse sublatum, vt ff. de le. 3. si qs in principio testi, vbi testator spãliter dixit prioris voluntatis se pœnituisse & voluisse, ꝙ legatarius plura legata accipiat, ex quo textu sic subtiliter ponderato videtur expressum, ꝙ requirantur duo copulatiuè, vt secundũ tollat primum, videlicet qđ spãliter dicat, quod prioris voluntatis pœnituit, & ꝙ vult ꝙ legatarius plura legata accipiat, & sic ꝙ specificè dicat cõtrarium eius quod primò dixerat, ¶Scđò pro hoc deducitur authoritas gl.in l.si mihi & tibi.§.in leg.in verbo, non valebit. ff. de leg.1.q̃ dicit ꝙ nõ licet pœnitere, nihilominus põt pœnitere si exprimat qualitatẽ illius primi testamenti in scđo testõ, secus si non exprimat qualitatẽ illius de quo q̃ritur, nec fuerit facta mẽtio d. primi testamenti clausulæ derogatoriæ in eo appositæ: obstabit ergo primũ, & ad huc iurib.subsistere dicitur. ¶Tertiò, per hoc adducitur tex.in Auth. de testamentis imperfectis.§.si quidẽ.ibi, hoc ipsum expressum significante sub pręsentia testiũ: qa & si fecit quandã talem voluntatem, non tamen vlterius eã vult facere. pondero verbum expressum significante, ꝙ vbi in testõ scđo requiritur mentionẽ haberi de primo, talis mentio debet esse expressa & spãlis faciendo

1 mentionẽ in scđo testõ de qualitate primi testi. ¶†Quartò

a probatur, qa illud dicitur spãliter *a* dictũ, qđ est à generalitate verborũ abstractum.ff.de iniur.l.Itẽ apud.§.hoc dictũ. ff.de lega.3.l.vxorem.§.felicissimo.& l.1.§.dixit aliquis.& §. vnde quæritur.ff.de publicia.& l.seruus vrbanus.§. fin.ff.de leg.3.c.qui ad agendum.de proc. in 6. & sic est ꝙ in secundo testõ clausula derogatoria non dicitur spãliter facta, quia non est à generalitate verborum abstracta, vt legẽti patere põt, ergo primum validum remaneret.d.l.si mihi & tibi.§.fi. & l.si ita scriptum.de leg.1. ¶Quintò confirmantur p̃dicta, qa per ꝓtestationem factam in primo testõ declarauit testator aĩum & voluntatem suam defecisse in scđo testõ, in quo non esset Caius electus commissarius. l.at si qs.§.pleriq;.ff. de rel.& sum.fu.l.qui in alie.§.fi.ff.de acq.hær.c.cum agnatus.de elec. ¶Et qđ requiratur spãlis reuocatio primi testi derogatorij sequentis tenuit Dyn.in c.qđ semel placuit.de reg.iu.in 6.& Cy.in disput.sua quæ incip. Quæstio talis est, p̃cessit dispõ sequentibus derogatoria. & idem Archi.13.q. 2.vlt.voluntas.& Spec.in tit.de instru.edi. §. compendiosè. Sed quid si in primo ẽt sequitur gl. in d. l.si mihi.facit tex.in c.ex literis.de dol.& contu.c.ex parte.el 1. de off.deleg.cum si.& tenet Bar.in l.oẽs populi.in q. prin. in ver. circa secundum, quando præcedens statutum est derogatorium. ¶Et potissimè vera sunt ista attento, ꝙ modicum interuallũ pręsumitur interuenisse inter primum & scđm testm̃, videlicet duorum dierum. Ex quo p̃sumendum est testõrem secundi testi, non fuisse oblatum de clausula derogatoria in primo testõ apposita, cùm in facto ꝓprio non p̃sumatur ignorantia, nisi quando diuturnitas intercesserit. c.ab excõicato.de rescr.l.quanq̃.ff.ad Velle.iuncta l.peregrè.in prin.ff.de acq. pos.& no.Dy.in c.p̃sumitur.de reg.iu.in 6.& Bar.in l.si quis delegauerit.ff.de noua.& Bald.in l.1.in 16.col.C.de confes. cum si. ¶Et pro hoc facit tex.in d.l.si qs.in prin.test.ver.sciens, &c.q.d.ꝙ si ignorans fuisset testõr de his q̃ in primo testõ disposuit, non est necessaria spãlis reuocatio prioris voluntatis.& in hac sñia videtur præcisè residere Bart. & Sali.

2 in l.sancimus.C.de test. ¶†Sed p̃missis non obstan.puto indubitanter contrarium esse verũ, videlicet primum testm̃

b per scđm esse sublatũ.*b*¶Primò, qa stat regula ꝙ voluntas vltima defuncti dẽat seruari, & nõ prima.qa ambulatoria est. l.cùm hic status.ff.de don.inter vi.ext.de cele.mis.c.cũ Marthæ 13.q.2.vltima voluntas.¶Scđò, qa posito ꝙ sit verũ necessariã esse spãlẽ mentionẽ & reuocationẽ prioris testi, & eius qualitatis fieri p iura in cõtrariũ adducta, q̃q̃ Ia.de Bel, in Auth.de test.imperfec. co.8.& Ia.de Are.& And.de Pisis. in d.l.si qs.in prin.de test.& Cyn.in l.sanci. C. de testa.& Io. And. in nouel.& post eum Io. de Fan.& Moder.& Do.de S. Ge.in c.1.de const.in 6.tenuerunt contrariũ, moti per text. principaliter, cui sine diuinatione respõderi nõ põt, in l.diuus.§.1.ff.de iure cod.plurib.modis respondendo ad tex.in d.l.si qs.in prin.& maximè vbi testõr sibi legẽ non ĩposuerat disponẽdo circa solẽnitatẽ aliq̃ remittẽdã iuris ciuilis. hãc opi. ẽt sequitur Flor. in Auth. hoc inter lib.de test.qm̃ cùm talis subtilitas testandi à iure cõi inducta sit publici iuris. l. test.C.de test.l. 3. ff.eo.ti. ergo tali solennitati à testatore nõ potuit derogari.l.ius publicum.ff.de pac. & d. l.testãdi.sed ibi in d.l. si qs.tm̃ modo testõr disponebat voluntatẽ suam circa adẽptionẽ legatorũ ꝙ est sibi p̃missum, vt ibi facta spãli mẽtione de priori volũtate derogatoria testãtis. ¶Sed supposito tñ (vt dixi supr.) ꝙ spãlis reqrat reuocatio in scđo testõ de prioris volũtate, & de clausulis derogatoriis ĩ ea positis, dicitur ꝙ hoc interuenit, vt patet, dũ dicit testõr in scđo testõ, cessans & reuocãs oẽ aliud testm̃ hic retro à se cõditũ manu cuiuslibet notarij scriptũ, ẽt si in eo descripta apparẽrẽt aliq̃ verba derogatoria cuiuscunq; continẽtiæ, & ẽt appareat p aliud testm̃ cõditũ ipsum testõrẽ expedire aliqua alia seu aliqd aliud addere poni seu specificari, scribi, dici vel fieri in p̃senti suo vl.testõ, quorũ oĩum verborũ derogatoriũ & cuiuslibet alterius prioris vl. voluntatis, siue reminiscatur ipse testõr, siue nõ, apparuit se oĩno pęnitere. ¶Ecce ergo ꝙ p̃dicta verba spãlẽ mentionẽ & reuocationẽ testi, & clausulę derogatoriæ ꝓbant per tex.in l. Tit.ff.de li.& posth.in prin. vbi licet exhæredatio fieri noĩatim dẽret, vt l. 1.ff.eo.ti.Inst. de exhæ.li.in prin. tñ noĩatim facta dicatur si qs, ita dixerit exhęredo filios meos, ac si locutus fuerit p ĩdiuiduũ, s.dicẽdo exhęr. filiũ meũ Titiũ, secus aũt si p verbũ gñale comprehendens

hendens nedum filios, sed nepotes vlteriores, non dicetur
facta nominatim exhæredatio, vt no. in d. l. Titius. in princ.
¶ Ad idem l. noīatim. de leg. 3. & l. noīatim. de cond. & dem.
& l. certum. ff. si cert. pet. ¶ Et ita tenuit Bart. in d. l. si quis. in
princ. test. in vers. quæro quid si testōr dicat. & in ver. seq. &
in ver. venio ad scđm testm̃, &c. & in consi. 207. incipi. Qui-
dam fecit testm̃, &c. & Ang. & Pau. de Ca. in d. l. si mihi & ti-
bi. §. in legatis. vbi vult sufficere, quod in scđo testō dicatur
cassans omne aliud testm̃ quod fecisset, ēt si ibi essent verba
derogatoria sub quacunque conceptione, &c. licet non fiat
singularis mentio verborum derogatoriorum. ¶ Imò for-
tius fuit de mente glo. ibi de mente Dy. ibi & d. c. qđ semel.
quod sufficiat in dicto testō reuocare primum testm̃ simpli
citer absq; eo, ꝙ fiat mentio specialis de verbis derogato-
riis positis in primo. ¶ Et pro ista parte ēt in terminis con-
suluit Fed. de Sen. in consil. suis consil. alij habent consi. 47.
& incip. consil. Habita super casu p̄dicto collatione conue-
nienti, pręcipuè cùm dominus Ioan. de sancto Miniato, &c.
vbi concludit, quod sufficit si in secundo testō dicatur, cas-
sans omnem aliam voluntatem istius vltimæ voluntatis de-
rogatoriā, non obstantib. quibuscunq; verbis derogatoriis
in ea positis, ēt si de ipsis verbis in hanc secunda vltima vo-
luntate esset fienda mentio specialis ex forma primi testa-
menti, &c. allegat pro hoc no. in Cle. 1. de deposito. ad fi. vbi
bonus text. cum gl. ¶ Aliàs dicit ipse sequeretur absurdum,
nam cùm testator semper non recordetur de verbis dero-
gatoriis positis in primo testō, si diceremus ꝙ per oīa spālis
expressa mētio debet fieri de spālibus verbis derogatoriis.
per hoc tolleretur ptās reuocandi primam voluntatem, qđ
nefas est sentire, quia nō potuit sibi legem imponere, à qua
ei recedere non liceat, d. l. si quis. in princ. test. ¶ Et pro hoc
secundum eum, qa idem dicimus in Papa & principe. Cùm
enim secundum priuilegium non tollat primum, vt legitur
& not. in c. veniens. de præscri. & plenè in c. de rescri. nisi de
primo fiat mentio in secundo, vt in dictis locis habetur: & si
diceremus, ꝙ multum spālis derogatio priuilegiorum an-
tecedentiū requireretur, iam per hoc auferetur Papæ ptās
tollendi derogatoria, quod est iniquum. quomodo ergo di
cemus, quod sufficit generalis derogatio posita in lege vel
in canone, vel in alio priuilegio ad derogandū spālibus pri-
uilegiis, quantumcunq; habentibus speciales clausulas de-
rogatorias, vt patet de ele. c. quia sæpe. in 6. & in c. vt offici-
um. §. concedentes. de hæret. eo. li. & in c. alma. ad fi. de sent.
excom. in 6. & in Cle. 1. & 2. de sepul. in quibus apparet non
esse necessariam derogatoriam singularem. ¶ Ad prædicto
rum confirmationem secundò adducitur, ꝙ in quæstione
nostra illud idem concludit Bal. C. de leg. in l. humanum. in
3 pen. col. vbi firmat, † ꝙ si testator dixit In primo testamento
quod volebat illud testm̃ valere, & non aliquod aliud quod
postea conderet, nisi in secundo testō esset de verbo ad ver-
bum descriptum Aue Maria, & postea est pœnitētia ductus,
& facit secundum testm̃, cum dicit se pœnitere de primo te
stamento, tamen ibi de primis verbis non facit mentionē,
nec ponit Aue Maria, in secundo: & dicit quod secundū tm̃
valet, quia secundum eum aliàs sequeretur absurdum illud,
ꝙ si dictorū verborū non recordaretur, non posset mutare
testm̃, quod non est dicendum. Idem dixit, ꝙ si testator di-
xisset in secundo testamēto, non obstante aliquo testamen-
to manu alicuius notarij, quanq̃ non dixerit non obstante
tali testamento, quia non requiruntur verba oīa specialia,
dummodo constet de mente, allegat Ioā. And. ita tenere in
c. 1. de constitu. in 6. in nouel. de cuius dicto habui superius
mentionem. ¶ Secus dicit Bal. si essent verba omninò gene
ralia & confusa, puta quia notarius dicat: & hoc testm̃ vale-
re voluit aliquo non obstante, quia non sufficeret ꝙ text. in
d. l. si quis. in prin. requirat verba specialia, non autem indi-
uidua. vnde sufficit, ꝙ in spē alternatiua ad vltima deroget,
puta dicēdo non obstante aliquo testamento, quia ista ver-
ba non possunt adaptari, nisi ad vnum testm̃, videlicet ad il-
lud quod immediatè procedit, cùm si alia testamenta præ-
cessérant. nulla essent per aliud testm̃ subsequens. ideo cùm
illa verba ad vnum testamentum referantur, habent locum
verborum singularium nedum specialium, vt in l. ... & meli-
us in l. 2. ff. de lib. & posth. bene facit not. tex. in l. ... optio. ibi
ad vnum, &c. ff. de adop. leg. ¶ Et idem in effectu multū cla-
rè tenuit ipse Bal. & Ang. in Authen. hoc inter liberos. C. de
test. & idem firmat Ang. in l. omnes. per illum tex. quem di-
cunt meliorem de corpore iur. C. de præscr. 30. ann. dicen-
tes, ꝙ si testator in primo testamento apponit clausulā de-
rogatoriam sequentis testamenti, & in sequēti testamento
dixit non obstante aliquo testamento per me facto, etiam si
de eo deberet fieri specialis, &c. Nam perinde est, ac si in se-
cundo testamento posuisset expressè, & nominatim teno-
rem primi testamenti, ita dicunt esse casum, ibi tanq̃ si per l.
specialiter, &c. & ibi gl. & ita dicunt sæpius vidisse de facto.
sed ita est quod testator prædictus in quæstione nostra in se
cundo testamento verba prædicta posuit, vt in themate pa-
tet, ergo idem iuris esset dicendum. imò fortius dicit Bart.
4 in d. l. si quis. in prin. testamenti. † ꝙ quando pręcessit vnum
testamentum tm̃, prout in casu nostro, ꝓut in themate prę-
supponitur, ꝙ tunc sufficit generalis reuocatio prioris testa
menti, etiam non facta mentione de clausulis derogatoriis,
quia cùm non possint referri verba testatoris in secundo te
stamento, nisi ad illud testamentum vnicum quod præces-
sit, talia verba habent vim specialium, vt l. 2. ff. de lib. & post.
hu. bene facit l. fundus qui locatus. ff. de fun. instru. ¶ Acce-
dat vltra prædicta ꝙ Ang. in hac eadem quæstione facti con
suluit cons. 365. incip. Quædam domina Vanna. vbi conclu
dit, ꝙ si testator in primo testamento dicat, ꝙ si ipsum con-
tingeret in futurum aliud testamentum facere, quod illud
non facit voluntariè, sed coactè & tremore ductus, quòd ex
nunc dicitur illud secundum testamentum nolle valere ali-
quo modo, nisi in secundo testamento, de verbo ad verbum
fieret specialis mentio primi testamenti, vel nisi in secundo
testamento scripta reperiantur hæc verba, Confitemini do
mino quoniam bonus, &c. postea testator intra triennium
fecit secundum testm̃, in quo alium hæredem instituit, cas-
sans omne aliud testm̃ per eum hactenus factum, & dicens,
ꝙ si in aliquo testamento prius per eum facto manu cuius-
dam notarij reperiretur aliquod verbum derogatorium,
propter quod non valeret ab eo recedere, voluit omnia bo
na peruenire in hunc hæredem, in secundo testamento de-
scriptum, & quod certè licet in secundo testamēto non sint
aliter descripta illa, de quib. in primo testamento facta fuit
mentio, tamen satis intelligitur primo testamento deroga-
tum, & secundum valere, & dicit consideranda esse verba d.
l. si quis. in princ. quæ sunt videlicet ꝙ testator specialiter di
cat, se prioris voluntatis pœnituisse. & ꝙ quis illud dicitur
spāliter ꝓferre, quando per verba specifica vel etiā non spe-
cifica, sed etiam per relationem ad aliud, vel per expressio-
nem alicuius qualitatis, vel circumstantiarū possumus red-
di certi, quod voluerit enuncians, vt l. stipulationum quæ-
dam. ff. de ver. obl. & l. nominatim. suprà allegata. ¶ Pro hoc
adducit gl. singularem, quam nullus allegat secūdum eum
in Auth. de non alien. in §. nequaq̃. aliàs est in §. si verò in te-
stamento. in ver. firmet. collat. 1. ¶ Pro hoc adducit d. l. om-
nes. C. de præscri. 30. an. ad idem adducit Clem. appellanti.
cum ibi no. de appel. vbi dicitur, quis sigillatim & nomina-
tim exprimere causas grauaminis. licet non verborum. pro
lationem: sed per sensum vel per relationem ad aliud expri
mantur. & ipsemet Ang. hoc dicit in l. vbi autem. §. illud du
bitationem. de verb obli. Bal. in mino. C. de his, qui. vt indi.
& l. eos. §. si autem. C. de appella. & in l. edita. in 19. col. C. de
eden. & in l. prætor. in prin. ff. de oper. noui nun. ¶ Pro hoc
etiam secundum eum faciunt omnes gl. dicentes, ꝙ vbi Im
perator contra legem scribit, etiam eo casu quo in lege erat
expressum, non valere rescriptum in contrarium impetra-
tum, sufficiat dicere non obstante lege aliqua, nec de dero-
gatione vel reuocatione spāli illius legis est necesse facere
mentionem, licet tutius sit etiam de lege specialem facere
mentionem. allegat gl. ita tenentem in l. 1. in verbo, rescrip.
C. de nat. lib. & in Auth. de non alienan. in §. ad hoc autem.
& tabellionem. in verbo, participans. col. 2. & ambæ dictæ
gl. fundant se per d. l. si quis. in prin. testamenti. & sic intelli-
gunt

guntillam l. ēt si non sint verba ꝓnunciatione specifica, licet tutior sit singularis expresio. & ita loqtur gl. in Aut. de test. imperfe. & vbi tractaretur de graui ꝑiudicio tertij reqreretur singularis expresio: & ita intelligit glos. in l. cās. de transa. quā ad hoc reputat notandā. ¶ Et ideo videmus ꝙ in actib. in qbus de graui ꝑiudicio tractatur, non sub verborū compēdio, sed signāter dēt de spāli mandato constare, vt in matrimonio. c. fi. de ꝓc. in 6. & qđ no. c. in ti. in c. ad agendū. in cle. non pōt. de ꝓcu. facit l. illud. §. illo. cum seq. ff. de min. ¶ Vnde cùm in ꝓposito non agatur de aliquo ꝑiudicio: sed solius testatoris, dicit Ang. abundè cōstare de volūtate contraria primi testi, ꝙ dict. scđm testm̄ in quo ipse testōr oī testō qđ fecisset derogauit, in quo esset apposita clausula aliqua derogatoria, qa scđm eum non pōt fieri ad aliud testm̄ relatio, quā ad illud, ex quo nullum aliud condidit, habens clausulā derogatoriā. ¶ Et ita dicit se intelligere qđ no. Bar. in d. l. si qs. in prin. & Io. An. in d. c. nouella. in fi. vbi deciden do dicit, ꝙ per qcunq; verba ēt generalia constare posit de mente testantis, ꝙ priori testō derogare voluerit, primum testm̄ tollitur: & sic intellexit Io. An. ibi d. l. si qs. in pri. quod reputat Ang. valde no. ¶ Et huic snīæ dicit Ang. se accedere tanq̄ æquiori & veriori, cùm per eam obseruentur deficientium voluntates. ¶ Et bene facit ad confirmationē pdictorum qđ no. Bart. & Bal. in l. 2. in fi. ff. si qs in ius vo. non ierit.
5 vbi dicit, † ꝙ spālis renūciatio priuilegij dicitur, si qs renunciat oī priuilegio fori sibi competēti, & ista sufficit, non aūt reqritur renunciatio singularis, puta renuncio priuilegio mihi, vt scholari competenti ꝑ Aut. habita. & hoc per id qđ legitur & no. in l. fi. C. ꝙ cum eo. nā differunt aliquid spāliter fieri, & aliquid singulariter fieri. ¶ Ad qđ faciunt not. ꝑ gl. & DD. in l. sed & si qs. ff. si qs cau. & ibi plenè per Bal. facientē differentiā inter spāle & indiuiduum, vbi apparet ꝙ qs dicitur spāliter obligatus ad casus fortuitos, si dixit, suscipio in me periculū casuum fortuitorum, licet casus fortuitos non enumeret. & idē Bar. & Do. in l. filiusfa. ff. de do. inter vir. & in l. si qs mihi bona. §. nullam. ff. de acq. hæ. & in simili qđ no. Bar. & DD. in l. fi. C. si contra ius vel vti. pu. Bart. in extraua. ad repri. in verbo, non obst. per d. An. & Do. in c. q̄ in ecclesiarum. de constit. & in c. nonnulli. de rescrip. cum conc. not. per Bal. in l. edita. in 18. col. in ver. mō videamus. per quod intelligitur, &c. C. de eden. cum si. in qbus oībus locis manifestè per diuersa exēpla traditur, ꝙ vbi reqritur aliquid specialiter, non oportet illud singulariter, vel per indiuiduum fieri. ¶ Vnde in ꝓposito, si diceremus necessariū fuisse testōri pdictam reuocationē dicti primi testi inserere in scđo testō, & istud vlti. testm̄ ꝓualere vult, non obstante ꝙ in primo testō disponit hoc vltimum nolle valere, nisi in eo Caium elegisset in commissarium. & certè hæc non dicitur spālis clausula derogatoria, sed singularis & indiuidua, contra l. si qs. in princ. vbi spāliter, &c. d. l. 3. ¶ Et ex pdictis patet veram & * cōem esse snīam, quod dictum primum testm̄ sit per scđm oīnò sublatum. ¶ Non ob. in contrarium adducta ad q̄ & maximè ad d. l. si quis. in prin. responderi posset. ¶ Et primò tenendo opin. Iac. de Bel. Iac. de Are. An. de Pisis. Io. An. & aliorum de quibus supr. feci mentionem tenentium, ꝙ ēt si in tali scđo testamento nulla fuit facta spālis mentio & reuocatio primi testi & eius qualitatis, tamen fuit primū sublatum, maximè per d. l. diuus. §. licet. de iure cod. & respondebatur ad l. si qs. in prin. & d. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ꝙ illa iura loquebantur circa adēptionem legatorum, q̄ ademptio merè consistit in voluntate testōris, nos non loquimur, quando ꝓ sua dispōne in effectu derogabat solennitati testandi quę de iure publico, & ideo eam tollere non poterat. ar. l. testandi. cum si. ff. de test. & dixi sup. respondeo ad d. l. si qs. in prin. ¶ Tenendo op. aliorum, ꝙ reqratur spālis reuocatio testi & clausulæ derogatoriæ, quia dico, ꝙ illa duo q̄ copulatiuè videtur reqrere ille tex. videlicet ꝙ testōr spāliter dicat prioris voluntatis se pœnituisse, & ꝙ vult ꝙ legatarius plura legata accipiat, & sic spāliter contrarium dicat eius ꝙ in primo dixerat, fuerunt hic obseruata per testatorē nostrum in hoc scđo testō, nam spāliter apparet eū pœnituisse prioris voluntatis, cùm expresè cassauit & irritauit oē aliud testm̄ pcedens. ¶ Item pōt responderi, quia ibi ideo necesse erat dicere, ꝙ legatario bis diceretur, qa tm̄ ibi testōr dixit se pœnituisse prioris voluntatis in qua dicebat, si cui bis legauero, semel dēri volo, nec legatarium plura legata accipere. nā nihil habuisset legatarius, & sic nec semel cū testōr dixerit se pœnituisse prioris volūtatis: ꝑ cōsequēs īferebatur ꝙ cū legata semel nō deberētur, si nō semel, ergo nec bis dēri poterāt. l. 1. §. si stipulāti. de ver. ob. l. cū furti. ff. de in lit. iur. l. idē ꝓferre. §. si plures. ff. de arbi. & hoc no. qa est nouū & subtile: & hoc vlti. testm̄ voluit cæteris testamentis à se cōditis ꝓualere. Itē spāliter dixit contrariū ꝙ in primo testō iposuerat dicens aliud testm̄ ꝑ se conditū esse nullum, nisi in eo seriosè & specificè reperiatur legisse Caiū cōmissariū, sed cū in scđo testō spāliter dixerint, qđ ēt si appareret ꝑ aliud testm̄ conditū per ipsum dēre aliqd specificari in hoc vltimo testō illorū oīum verborū cuiuscunq; prioris & voluntatis dicit se pœnituisse velle, & scđm testm̄ cæteris ꝓualere, certè per ista verba dicitur spāliter pœnituisse, & cōtrarium dixisse eius qđ primò dixerat. & ꝓbatur in l. Titius. in prin. ff. de lib. & posth. cū aliis iurib. & rōnibus sup. alle. ¶ Et nedum spāliter dicitur facta mētio contentorum in d. testō primo, sed ēt indiuidualiter ad ipsum testm̄ primum & immediatè pcedens referātur dicta verba, nec ad aliud referri possent, vt colligitur ex themate, & ꝓbatur per d. l. 2. de li. & posth. & ita ēt soluit & respondet Bar. in d. l. si qs. in prin. qui fuit autor dictæ inductionis ad illum tex. licet Sal. in d. l. sancimus. videatur illā tanq̄ nouā inductionē approbare nulla facta mētione Bar. ¶ Et ad pdictorum confirmationē bene facit, qa licet tex. in d. l. si qs. in prin. dicat, ꝙ reqratur testōrem in scđo testō specificè dicere contrarium eius qđ in primo testō dixerat, tamen satis est, qđ testōr specificè in scđo testō contrarium dicat, vel ęqpollens faciat, ꝓut in casu nostro factum est, & negari non pōt, vt patet ex verbis derogationis & reuocationis appositæ in scđo testō, cum satis sit dispōni legis satisfieri per æquipollens, vt est gl. no. l. hac consultissima, in verbo, iudicio. C. q test. fa. pos. & no. Bal. in l. 1. ff. de lib. & posth. & no. Ia. But. & Bal. in Aut. si oēs. C. vt se ab hæreditate absti. cum si. & ita ēt intelligitur gl. in d. l. si mihi & tibi. §. in legatis. & l. pe. & pariter respondetur ad tex. in §. & si qdem. in Auth. de test. imperfe. 8. colla. qa ille tex. ēt intelligitur eo modo quo loqtur d. l. si qs. in prin. videlicet qđ expresè fiat reuocatio prioris testi, & qđ dicat illud se velle mutare, vt ibi no. in gl. q̄ omnia hic expresè facta sunt, vt in themate euidenter apparet, & supius est discursum. ¶ Quin imò in casu d. §. & si quidem. est spāle fauore liberorum in testō primo condito inter liberos, & ideo dicit gl. no. in d. §. ēt quidem. quam ibi sequitur Ang. ꝙ si in scđo testamento essent instituti liberi, sicut in primo & non extranei, ꝙ talis derogatio specialis testamenti non esset necessaria. quod ēt tenuit Bal. & Sali. in Auth. hoc inter liberos. C. de test. ¶ Omitto respondere ad quartum & quintum ar. in contrariū, qa non oportet ex quo sup. apertè demonstratum est spālē, imò singularem factam fuisse reuocationem prioris testi. & oīum contentorum in eo, & factus fuit actus directo protestationi positæ in primo testō. Ex quo sequitur, quod prima ꝓtestatio tollitur in c. cùm M. Ferrar. & ibi per DD. de consti. & ꝓbatur in d. l. si qs. in prin. ¶ Vltimò non obstat quod dicebatur secundum Sal. in casu nostro esse oīnò opportunum specificari & mentionem fieri de clausula derogatoria apposita in primo testamento, attento quod intercesit inter primum testamentum, & secundū 20. dierum interuallum, & non plus, ex qua vicinitate actuum pręsumi debet testatorem non fuisse oblitum de dicta clausula derogatoria, apposita in primo testamento, & hoc maximè per tex. in l. si quis. in prin. testamēti. ibi sciens, &c. quia respondeo, ꝙ posito pro constanti hoc in casu testatorem non præsumi fuisse oblitum de dicta clausula derogatoria. primò ꝙ satisfactum fuit legi per testatorem in secundo testamēto, in quo specificè, & ēt per indiuiduum reuocauit primum testm̄, & oīa in eo contenta illa noīatim derogando, & satis opportunè ante. dictum est. ¶ Imò puto fortius dici posse, ꝙ aliquo casu de iure indiuidua & singularis reuocatio prioris testamenti

menti & contentorũ in eo non sit necessaria in eo testatore. quia lex præsumeret memorem esse testatorem contentorum in primo testamento. ¶ Et hoc fuit expresſè de mente Bal. in Auth. hoc inter liberos. C. de testa. ibi dum allegat c. ab excommunicato. de rescri. & de mente Io. And. in c. 1. de concess. præb. in 6. in nouel. ¶ Probatur authoritate gl. in l. fi. C. si contra ius vel vtil. publi. & gl. in c. porrecta. in fine. de confir. vti. vel inuti. Et in c. ex parte. de offic. deleg. in 6. pro hoc gl. & ibi Bal. in l. res. C. de app. in princ. & gl. in c. ad hæc. in fi. gl. magna de rescrip. in 6. & in Cle. & si principalis. eo. tit. & Bal. in prælud. feud. & c. naturalis. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. & in l. fi. C. sen. rescindi non posse. cum ibi no. per do. & l. pluribus. ff. de acceptilationib. †qui volue-
7 runt, quod quando princeps ex certa scientia contra aliquam legem vel priuilegium disponat, tunc non requiritur clau-
c sula non obstante, *c* secus si non ex certa scientia, confirmatur per tex. hoc bene probantem in l. sicut certi. C. de testa. mili. vbi miles sciens se filium habere, si alium instituat extraneum, videtur expresſè exhæredare filium suum: secus si ignorabat filium habere. ad idem l. idem Vlpianus. §. fi. & quod ibi not. DD. ff. de admi. tut. vbi tutor absoluetur à tutela ex mente Imperatoris, si Imperator sciens eum esse tutorem dat ei licentiam transferendi aliò domicilium, secus si ignorans Imperator hoc fecisset. ¶ Nec obstat tex. in d. l. si quis. in prin. ibi sciens, &c. quia dico quod tantò fortius illud requiratur in ignorante, per iura & per rationes allegatas. ¶ Et quod hæc opi. Sal. non sit vera, vltra prædicta probatur, nam vult ipse quod in testatore sciente requiratur singularis & indi-
8 uidua reuocatio, non autẽ sit necessaria in ignorante, †nam dico, quod in facto proprio præsumitur semper testatorem habere scientiam prioris testamenti & contentorum in eo. c. ab excõicato. de rescri. l. quanquam. ad Velleia. nisi factum proprium esset de longinquo vel diuturno tempore, vt legitur & not. in l. si id quod. in prin. & in l. sed ideo. §. si fortè. & ibi Bart. & DD. ff. de acq. poss. & in l. furtum. §. 1. vbi not. ff. de vsuris. & gl. & DD. maximè Bald. in l. 1. C. de seruis fug. & est gl. in l. licet. C. de acq. pos. quod diuturnum & longinquum tẽpus interpretatur per decennium, vt l. fideic. §. Arist. de acq. pos. & no. in l. fi. si ag. emp. pet. & in l. 1. C. vbi cã status. & in l. 1. §. quod autem. de superficie. & glo. d. l. licet. in fi. C. de acq. pos. quæ hoc expresſè dicit in proposito. sed post dictum longum tempus, ex quo præsumitur esse immemor contentorum in primo testamẽto, dico quod nulla requiritur tunc clausula derogatoria, neq; generalis neq; specialis, quia secundum testamentum conditũ post decennium à die facti primi testamenti, sine aliqua reuocatione prioris testamenti, in quo etiam est clausula derogatoria, tollit ipsum primum. ita valde no. dixit Bal. in l. sancimus. per illum tex. C. de test. ¶ Ergo sequitur necessariò quod dicta doctrina tradita per Salic. inter testatorem ignorantem & scientem non procedit. & ita Ang. in dicto suo consil. hoc expresse vult, quia in casu suo lapsum erat tempus triennij tm̃, & ad hoc non integrũ, quo tempore præsumitur testatorem habere memoriam facti præcedentis, s. eorum quæ disponit in primo testamento, cùm obliuio inducatur tm̃ per decennium, vt dixi suprà proximè, & tamen Ange. dixit, quod non requiritur singularis derogatio per superius dicta. ideo testator in secundo testamento prædicto hanc ambiguitatem remouit, dum dixit, siue prioris voluntatis reminisceretur, siue non, quod volebat primum testamentum cum clausulis derogatoriis in eo appositis esse sublatum, vt patet in themate. ¶ Et pro hoc quia præsumitur, quod ipse testator in secundo testamento mortis cogitatione turbatus, non semper habet in memoria oĩa quæ etiam ipse de proximo egerat in condẽdo primum testamentum, in l. hac consultissima. ibi, at cum humana, &c. quod ibi no. ipse Sal. C. qui testa. fac. pos. & in §. illud. in Authen. de trien. & semis. colla. 3. ita quod est bona ratio dicere, quod semper testator in secundo testamẽto præsumatur habere memoriam eorum quæ gessit in primo. ¶ Et ex prædictis patet euidenter, quomodo ista noua opi. d. Barth. de Salic. contra oĩum opin. vt sæpe fuit sui moris facere, vt daret materiam subtilius inuestigandi scholaribus, non põt quo
9 modo sustineri. †& ideo tenetur iudex sequi cõem opi. non autem singularem opi. vnius Doct. sequi debet, vt not. Io. And. in c. 1. de consti. & Io. de Imol. in c. cupientes. de ele. lib. 6. & no. Bar. & Bal. in l. fin. C. de pœn. iu. qui male. & Bal. in c. 1. §. iudices. de pace iura. fir. imò præsumitur per imperitiam iudicare qui inhæret singulari & peregrinæ opi. vnius Doct. relicta communi opi. l. 1. ibi sanè, &c. & ibi not. Bal. ff. de off. quæst. ex quibus concludo absq; dubio dictum testamentum per secundum esse sublatum in totum.

ADDITIO.

a ¶ Spãliter. inf. li. 7. consi. 163. n. 2. Dec. l. actio. co. 1. C. de trãs.
b ¶ Sublatum. infrà lib. 4. consi. 7.
c ¶ Non obstante. imò requiritur si. d. l. habet derogatoriam, vt per Bal. c. 1. per quos fiat inuesti. in fi. prin. in vsib. feu. Oldra. consi. 326. cum seq. Ias. Alcia. l. causas. C. de transact.

*SVMMARIVM.*

1 *Suum an liceat furtiuè recuperare.*
2 *Domestica furta non puniuntur.*
3 *Occasiones quæ excludant furtum vel rapinam.*
4 *Statutum de fure seruo, non habet locum in fœmina.*
5 *Masculinum non concipit fœmininum in materia differenti.*

CONSILIVM CXXXV.

Circa primum dubium dicitur pro parte domini Beneuenutæ non commisisse aliquod delictum accipiendo dictos *a* ducatos dicti Francisci, eo absente & ignorante, quia in processu probatum est, ipsam pecuniam fuisse & esse acceptam pro sua mercede, quia ipsa stetit per 12. ann. pro pedissequa d. Franc. & ei non soluerat, & sæpius petiit ab ipso, vt ei solueret, quia maritus suus non videbat eam libenter, quia non dederat dotem, & plus, ẽt cognouerat ipse Franc. eam carnaliter, ita, vt ex eo prægnans facta fuerat, nec vnq̃ dedit nisi verba. ¶ Et ideo videbatur eam potuisse subtrahere à dicto pecunias prædictas, ex quo aliter debitum suum consequi non poterat, credens id sibi licere. & sic dicitur in sacra pagina de Iudæis, quando aufugerunt de bucca Pharaonis, abstraxerunt propria authoritate vasa argentea. Et theologi dicunt, vt referunt aduocati d. Beneuenutæ, quod nõ commiserunt furtum nec peccatum, quia laborauerũt per multa tempora seruierãtq; ipsi Pharaoni, & pro sua mercede potuerunt sua authoritate eo modo sibi satis facere. Itẽ, ad hoc optimè 23. q. 2. dominus noster. & quod idem dicit
1 Arch. qui eleganter vult, †quod vnicuiq; qui non potest habere rem suam, licitum est bellum indicere, pro recuperandare
b sua & etiam furtiuè, per illum tex. & ita tenet Inno. *b* in cap. olim. de resti. spol. el 1. quem sequitur dominus Ant. de Bu. & Flo. in l. itaq;. ff. ad l. Aq. ¶ Imò plus dicit Inn. in d. c. olim. vbi non possum recuperare rem meam, possum æquiualentem furtiuè accipere, per d. c. Dominus noster. & hoc sequitur ibi d. An. & Flo. in d. l. itaque. qui dicit hoc esse mirabile. imò plus videtur dicere, quod si mors sequeretur, ex quo nõ intendit ad hoc, non efficietur irregularis. ¶ Et hoc debet intelligi, & si posset habere copiam iudicis vel superioris, vt propria authoritate rem suam vel æquiualentem accipere liceat, dummodo ex tali furto nec malum nec scandalum valeat generari, vel propter vxorem, vel propter familiarẽ, vel quæcunq;, quia tunc deberet rem in pristinum statum restituere, & ita tenuit Paul. de Cast. in consil. suo 399. lib. 1. in princi. & hoc consilium vidi sæpissime dari à Theologis. ¶ Et ideo videtur ex quo d. B. erat creditrix d. Fran. pro dote sua, siue pro mercede 12. an. item propter stuprũ cõmissum per Fran. ex quo ipsa grauida effecta est, ex quo solo de iure tenebatur ipsam dotare, iuxta c. 1. cum ibi no. extr. de adulter. & ea maritata non potuerit habere debitum suum à d. Fran. sæpius interpellato, qui solum dabat verba, videtur, quod furtiuè potuerit dictas pecunias accipere, & postquã cognouit scandalum oriri posse, quia d. Franc. inculpabat etiam Zachariam eius maritum, qui non erat in culpa, restitui dictam pecuniam videtur quod non deliquit. quia vsa est consilio. l. seu. Inn pap. ergo non videtur fuisse delictum, saltem punibile, quia quod fit lege permittente, pœnam non meretur. l. Gracchus. C. de adult. ac etiam quis non debet legis

legis autoritate decipi. ¶ Et licet p̄dicta vera esse videantur, tñ in casu nostro credo, ꝙ ipsa Beneue. deliquerit: nam non est dubiũ ꝙ in ciuitate Brixię q̃ est ciuitas insignis, in qua habetur copia p̄toris & iudicum & peritissimorum virorum, iux c.statutum.cum ibi no. de rescr. lib. 6. potuisset ipsa Beneue. ius suum conseq & ꝓbare de iurib. suis. ¶ Nec ei obstare poterat aliqua violẽtia. l. non verisimile. in pri. ff. qđ met. cau. & ideo debebat p̄torem vel alium iudicẽ adire, nec ius sibi ꝓpria autoritate dicere, qa illud est regulariter ꝓhibitum, vt l. extat. vbi est casus notabilis ꝓ q̃stione nostra. ff. qđ me. cau. in l. pe. & fi. ff. ad l. Iul. de vi pri. vbi ẽt videtur casus, de hoc facit l. si quis in tantam. C. vnde vi. & Insti. vi bo. rap. §. 1. cum si. ¶ Item reperimus certos casus in q̄bus licet propria autoritate ius sibi dicere, q̃ no. in Spec. de aduo. §. 1. ver. qui vult, ꝓpria autoritate. & per gl. & DD. in l. extat. per Bal. in c. 1. §. 1. in prin. de pace iu. fir. sed iste casus non connumeratur inter istos, ergo, &c. ar. gl. not. Inst. de actio. §. actionũ. ¶ Imò videtur ꝙ contrarium sit verius. per not. per Inno. & DD. in c. vt prǽteritæ. & in c. querelam. ext. de ele. in qui. habetur ꝙ non est licitum sibi ius dicere propria autoritate. ¶ Pro hoc allego gl. ordin. 1. dist. c. ius naturale. quæ vult, ꝙ tunc demum potest qs ius dicere propria autoritate, quando alio modo non potest quis ius suum consequi per iudicem. 24. q. 2. c. 1. & l. ait prætor. §. si creditore. ff. de his quæ in frau. cre. ¶ Nec videtur obstare id quod dicitur de iudicib. qa intelligitur, quando non potest haberi copia iudicis per p̄dicta. nec obst. quod singulariter not. Inn. in d. c. olim. el 1. qa licet illud dictum sit periculosum, videlicet, ꝙ ꝓpria autoritate potest qs rem ẽt æquiualentem furtiuè accipere, tamen ipse intelligit, vbi non possit haberi copia iudicis vel superioris, dummodò non possit generari scandalũ, nec vnq̃ tale consilium dare vellẽ. ¶ Tamen posito ꝙ sit verũ, in casu nostro, pōt facere in contrarium. qa dicta Beneuenuta potuit cogitare, ꝙ ex dicta subtractione oriretur scandalum si cut ortum est, qa d. Fran. inculpabat Zachariam eius maritum: & potuisset ẽt alius de familia faciliter inculpari, & ideò non fuit licitum dictam pecuniam subtrahere, maximè cũm fractura cophani ex quo fracto de necessitate debuisset aliquẽ inculpare & scandalum facere. ¶ Et ideo concludo, ꝙ illa subtractio continet in se delictum. qđ sentit Inn. in d. c. olim. vbi ẽt in casu quo ꝓpria autoritate licitum est accipere, vbi scãdalum non generetur, appellat furtũ, dum dicit, dummodò ex tali furto nec malum nec scandalũ oriatur. & ꝓbatur in d. l. extat. qđ me. cã. & in l. pe. & fi. ff. ad l. Iu. de vi priua. vbi d. l. pe. eleganter dicit, ꝙ nec verecundiæ nec dignitati nec pietati conuenit quicq̃ non iure facere, hoc ẽt passum ex culpa: ideo non faciendum nec tolerandum. ar. l.
2 exẽplo. C. de ꝓb. cum si. ¶ † Circa scd'm, an tale delictum aliqua pœna puniri dẽat, & videtur ꝙ non: qa d. Be. erat dome
le, quod illud sit verũ quo ad ea, super quibus deposuit post men-
dacium, tamen ipsemet Bald. in l. fi. in quarta oppositione. C. de
edi. diui, Adri. improbat illam distinctionem, & dicit ꝙ non re-
fert ter ea, quæ deposuit post: quia totum, tanquam indiuisibile,
venit, & ita refert ibi Oldr. & istud etiã est de mente Sal. in d. l.
si ex falsis, ad fi. C. de transa. Nam post, quam periurus est, te-
stimonium eius redditur imperfectum. c. testimonium, de te-
stibus. facit text. iij. q. ix. pura. & Innoc. not. in c. fraternitatis,
de hære. & per Bart. in l. Quintus, in prin. ff. de auro, & argen. le.
Archidia. xc. distinct. in c. si ad sacros, & Spec. in titu. de test. §. j.
ver. si item, quod aliquid de suo, & Ang. in l. j. §. si quis simplici-
ter, ff. de ver. obli. & licet deponat per verbum, credit: tamen nõ
per hoc euitat periurium, vt no. Spe. in tit. de Depositionibus. §.
sexto quæro, & Bald. & Sal. in l. de tutela, C. de in integr. restit.
mino. & Mod. in c. j. de confes. in vj. Nam quod quis dicit se cre-
dere, illud scire debebat. l. ij. §. quod obseruari, & not. Bart. in
prin. C. de iuramen. calum. ¶ Nec dicatur, quod dictum instru-
8 mentum nõ fuit productũ in termino: † quia instrumenta pos-
sunt produci vsque ad conclusum in causa, id est vsque ad termi-
num probationum ca. cum dilectus, cum ibi not. in fi. de fide in-
strumen. quod fuit productum ad reprobandum dictum testis,
de quo etiam non potuit esse instructus, nisi post publicatum te-
stimonium Deodati, ita, quòd terminus ad probandum non po-
tuit trahi ad id, super quo productum est instrumentum, videli-
cet ad reprobandum dictum Deodati, de quo non poterat ha-
beri noticiã c. pastoralis, de exceptio. ¶ Vnde dicimus, quòd ter-
minus ad reprobandum dicta testium ei, qui vult reprobare,
debet esse separatus à termino ad probandum: quia pars non
potest habere nota dicta testium, quæ vult reprobare. ita probat
in cap. licet causam, in verb. post hoc, de proba. & ibi ponderat
9 Anto. de Butr. ¶ † Item non probat: quia deponit ad se exone-
randum, ergo non est testis idoneus. l. omnibus, C. de testibus.
l. nullus. ff. de testibus & in specie not. Bart. in l. deferre, vers.
idem decreuerunt, ff. de iur. fisci. & Anto. de But. in c. cum à no-
bis, de testibus. ¶ Nam, si deponeret vera esse illa requisita, de
quibus dixi supra, certe Ioseph esset obligatus, & non posset con
ueniri Deodatus finito suo officio institoriæ. l. fi. ff. de instito,
* secundum verum & magis communem * intellectum, quem po
nunt doctores in. l. procurator, qui pro euictione. ff. de procura-
toribus, & maximè Bald. & Ang. ibi post antiquos, & Ioan. de
Imo. in l. eandem, in princ. ff. de duo. reis. ¶ Non habent etiam
obstare dicta aliorum testium productorum pro parte Nicolai:
quia non deponunt, quòd, quando Nicolaus mutuauit Deoda-
to dicto-

to dictos triginta florenos, necessariũ esset ipsi mẽsi accipere di-
ctam pecuniam mutuo, & ꝙ Nico. sciret dictã quantitatem, &
quòd sciret d. Deodatum esse ibi institorem alterius, & sic ꝙ ha-
buerit seu habere potuerit animũ obligandi præponentem, vt re
quirebatᵗ per ea, quæ dixi supra. ¶ Itẽ Iacobus primus testis non
concludit in dicto suo. ¶ Nam licet dicat, quod Deodatus, dum
gubernabat banchum, acciperet pecunias mutuo, quòd potest
esse, qđ accipiebat dictas pecunias mutuo pro se, non pro ban-
cho. ¶ Item pósito quòd deponerent ibi testes, quòd Deodatus
acciperet pecunias mutuo pro necessitate banchi, sciente etiam
& patiente di. Ioseph, quod tamen verè non probant concluden
ter, saltem testes concordes & contestes, vt requiritᵗ: tamen dico,
ꝙ adhuc tales testes non releuarent Nico. quia si Deodatus erat
præpositus à Ioseph vniuersali negotiationi dictæ mensæ, vt di-
cit Nico. non mirandũ est, si Ioseph patiebatᵗ Deodatum pro ne-
cessitatibus banchi accipere pecunias mutuo: quia etiam illud vi
debatur concessum & permissum Deodato in consequentiã vni
uersalis negotiationis sibi cõmissæ. d. l. j. §. non autem, & l. fi. ff.
de exer. ¶ Vnde illa patientia Ioseph potuit interuenire absque
eo, qđ dr̃, quod specificè mandasset, vt pecuniam mutuo recipe-
ret. l. non hoc. C. vnde cogn. c. in præsentia. de prob. ¶ Nã si vide
retᵗ Ioseph specialiter cõmisisse Deodato, ꝙ pecunias mutuo re-
ciperet, fatendum esset, ꝙ satis esset, qđ appareret Deodatum di-
ctas pecunias accepisse mutuo, dum tñ fuisset expressa causa ꝙ
pro bancho, ad quod erat per alium præpositum, accipiebat. l. j.
ver. quid mutuam, & ibi no. Bart. ff. de exer. vt not. doc. in. c. qđ
quibusdã, de fideius. & probatᵗ in d. l. si pupilli. §. j. in ver. vt credi
torẽ &c. & hoc no. Bar. circa mediũ, absque eo ꝙ tunc fuisset ne-
cesse accipere. d. pecuniã mutuo probãdo dũmodò nõ appare-
ret, ꝙ mutuãs cõtraxisset cũ eo tanq̃ cũ institore alterius per d. l.
si pupilli. §. j. in ver. vt creditore &c. & ibi Bar. & d. l. ei qui, & ibi
Cy. & in hoc sine dubio differunt dicti testes: quia, hoc probãt.
¶ Prætereà potuit esse, ꝙ dictus Ioseph patiebatur d. Deodatum
aliquando accipere pecuniam mutuo, s. qñ sciebat tunc esse illud
necessarium mensæ suæ aliqua necessitate, se extendebat in con
sequentiam potestatis institoris, & sic dicti testes non probant,
cum de necessitate non concludũt, prout requiritur, vt in præal-
leg. c. in præsentia, & maximè qñ non est probatũ, ꝙ tẽpore mu
tui Florenorũ xxx. necessariũ esset ipsi mensæ tale mutuum, pro
ut requirebatᵗ, prout iam ostensum est, & sic probant meæ ratio-
nes. Patet, ꝙ alij duo testes, videlicet Ant. & Nannes nõ probẽt:
quia non deponunt ea, quæ proximè dixi esse necessaria. ¶ Alijs
insuper fundamentis ius dicti conuenti posset foueri: sed post-
quam hæc satis sunt, his contentus exemplo Iuliani iurisconsulti
in. l. ita vulneratus, ad finem ff. ad l. Aquil. & l. si quis obrepserit.
ff. de fal. ¶ Superest ad allegata in contrariũ respondere. Nam nõ
obstat, ꝙ probatum sit mutuum, & Deodatum esse institorem:
quia adhuc oportet probare alia quinque copulatiuè, quæ pro-
bata non sunt de quibus sigillatim est dictum supra. ¶ Non ob-
stat, ꝙ Ioseph rñdendo positionibus videatᵗ fateri dedisse d. Deo
dato potestatẽ exercendi banchum, quemadmodum ipse facere
possit per quæ verba vr̃ concessisse generaliter cum libera, cuius
vigore possunt expediri ea, quæ requirũt speciale mandatũ, &c.
10 ¶ † Quia respondeo & præsuppono, ꝙ rñsiones factæ positio-
nibus, semper debent interpretari taliter, ꝙ rñdens non incidat
in contrarietatem. vt decidit Pe. Cy. ac Bald. in l. cum falsa, C. de
iur. & fac. igno. nam prima dicta seu responsa debent trahi ad vl-
tima, & vltima ad prima, vt euitetur contrarietas secundũ Iac. ibi
& dicit esse no. dignum, & idẽ not. Bal. in l. j. in prin. in lec. anti-
qua, ff. ne quis eum, qui in ius vo. vi exi. & ibi etiam no. Paulus
de Cast. Firmat tex. in c. cum tu, de testi. in prima constitu. C. §.
quibus, & quod not. Bart. in l. scripturæ, C. de fide instru. ¶ Sed
Ioseph respondendo primis positionibus negat, quòd Deodatus
erat institor, sed famulus. ¶ Et respondendo quintæ positioni di
cit, quòd non poterat obligare res alienas. & respondendo septi
mę & octauę positioni, dicit, quòd Deodatus mutuabat de pecu
nia Ioseph. ¶ Ex quibus omnib. euidenter apparet, quòd Ioseph
non intendebat fateri, quod Deodato dederit potestatẽ & con-
sensum ad accipiendum pecunias mutuo ab alijs: & secundũ eũ
debet interpretari alia rñsio ipsius Ioseph facta quartæ positio-
ni, dum dicit, ꝙ credit dedisse licentiã, quòd Deodatus vt famu-
lus possit exercere banchum, quemadmodum ipse fecerat: alias
11 esset sibi cõtrarius per prædicta. ¶ † Scđò rñdeo qđ dixit Pe. de
Ancha. & Io. de Imo. ibi, & Inno. in c. pe. de fideiusſ. ꝙ duo sunt
casus. ¶ Primus, qñ cõmittitur aliqua negotiatio procuranda, vt
qñ cõmittitur alicui custodia villæ, & vt percipiat fructus, & cu-
stodiat iuxta. l. si cum villico, ff. de insti. ¶ Secundus casus est, qñ
cõmittitur aliqua negotiatio quæstuaria, hoc est, ex qua percipi
tur quæstus seu lucrũ, prout in proposito nostro, vel quãdo quis
præponeretur ad pannos emendos, & vendendos. primo casu fit
distinctio, an sibi sit concessa gñalis, cum libera, vel nõ l. procura
tor totorũ, cum ibi no. iũcta. l. procurator, cui libera, & l. manda
to generali. ff. de procu. & l. mãdato gñali, ff. de mino. ¶ Scđò ca
su fit distinctio, an habeat specialiter in mandatis de accipiendo
pecuniã mutuo pro tali negotiatione, & tunc sufficit, ꝙ tanq̃ in-
stitor dicat se accipere pecuniã mutuo pro dicta negotiatione. d.
l. j. in ver. quid si mutuũ, de exercito. an verò hoc non habeat spe
cialiter in mandatis, & requiruntᵗ illa omnia copulatiuè, de qui-
bus s̃. ¶ Nõ obstãt ea, quæ deponunt testes: quia superius est re-
sponsum. per quæ apparet non obstare id, qđ no. Bald. in rub. C.
de consti. pec. in iij. col. quia respondeo aut quis erat discipulus,
& sciente & patiente magistro cœpit in apotheca negotiari tanq̃
institor, & videtᵗ magister eum cõstituere institorẽ: tñ non sequi
tur, qđ Deodatus fuerit præpositus institor à Ioseph quo ad vni-
uersalem administrationem, & qđ ex scientia & patientia dicti
Ioseph videatᵗ specialiter concessa potestas recipiendi pecuniam
mutuo, attento qđ ipse Ioseph patientiã præstitisset, eò quia ve-
niebat in consequentiã priorũ. ¶ Non ob. quod procurator di-
cti Ioseph in prima scriptura exceptionũ producta ꝯ libellũ fatea
tur, ꝙ Deodatus fuerit propositus per Ioseph ad pecunias sub fœ
nore mutuandas, ergo videtur præpositus tacite ad accipiendũ
pecunias, ex quibus fœnerari possit per l. cuicunque. §. nõ tñ. ff.
de inst. quia rñdeo, ꝙ dictus procurator dicti Ioseph fatetur, ꝙ
Deodatus fuerit præpositus non ad mutuandas pecunias simpli
citer: sed ad mutuandas pecunias sibi per Ioseph consignatas, er-
go nõ potuit mandatũ excedere. d. l. cuicũque. §. sed cũ fullo, &
§. nõ tñ. ver. sed neque ff. de inst. l. diligenter, ff. manda. præterea
qđ videretᵗ præpositus tacitè ad recipiendũ mutuo, tñ ad hoc, vt
ex tali mutuo instituentes obligarentᵗ, requirebantᵗ plura, de qui
bus dixi supra, quę nõ concurrũt in ꝓposito nr̃o. ¶ Et per hoc pa
tet, ꝙ superuacuũ est tractare, an debeat deferri iur̃m Deodato,
vel Ioseph iuxta pluries petita in actis. ¶ Item allegat etiã, ꝙ in-
stantia est perempta, sed de iure cõi nõ est perempta: quia non est
lapsus tertius annus à die litis contestatæ iuxta l. properandũ, in
prin. C de iudi. Vtrum aũt de iure municipali sit perempta, hoc
habebit inspicere dñs iudex: q̃a super hoc non sunt mihi statuta
transmissa: ex quibus concludo partes domini iudicantis esse in
absoluendo reũ à petitione. Et ita dico & consulo ego Alex.

ADDITIO.

a ¶ Periurio. s̃. eod. consil. xxvij. nu. 3. limita vt in consil. seq.

SVMMARIVM.

*1 Testes non de iure, sed de facto testari debent in probanda con suetudine.*
*2 Testes non debent habere causam consimilem.*
*3 Testes debent testari de actuũ frequẽtia & diuturnitate, n. 8.*
*4 Testes singulares non probant, nu. 9.*
*5 Testes deponentes de simplici non vsu non probant. nu. 5.*
*6 Testis falsus in vno, in omnibus repellitur.*
*7 Citra, verbum, in testibus vitiat probationem temporis.*
*10 Testimonium de auditu alterius non valet.*

CONSILIVM XLV.

VIsis attestationibus testium receptorum in fauorem
Ioan. contra Ant. de Baldacijs, ex quibus dubitari cõ
tingit, an per prædictos testes sit probata consuetu-
do Forliuij, quòd vxore prædecedente in matrimo-
nio cum filijs dos non debet restitui patri mulieris,
à quo profecta fuit. ¶ Et omissis arg. dico, quòd per testes prædi-
a ctos sine dubio non est probata consuetudo, [a] ad quod osten-
dendum capio dictũ primi testis, s. Ioan. qui in effectu nihil pro-
1 bat his rationibus. ¶ † Et primo nam deponit, quia recordatur
semper fuisse consuetudinem. Sed qui deponunt fuisse consuetu

 dinem

dinem,debent atteſtari factũ,quod viderunt: nõ aũt debẽt atte-
ſtari ius,vel cõſuetudinẽ,quæ eſt ius nõ ſcriptũ.l. de quibus ff.de
leg.in §.ex non ſcripto,inſtit.de iure natu.c.cũ dilectus, de con-
ſue.& doc.quos refert Cy.in l.ij.C.quæ ſit long. conſue. in ver.
ſed quæro,quid deponãt teſtes.ſubiungit iſte teſtis in cauſa ſcien
2 tiæ: † quia recordatur, ꝙ eius pater habuit duas vxores, & reti-
nuit dotes vxorũ, & ita dicit quoſdã alios feciſſe . certe teſtis iſte
nõ probat in hac aſsignatione rationis: quia primo appareret, ꝙ
ipſe eſt in caſu conſimili, ſ. vt vigore dictæ cõſuetudinis retinere
poſsit dotẽ maternã, teſtes aũt ꝑp ſimilitudinẽ iuris & cauſæ re-
pelluntur, vt in c.perſonas,& ibi gl.& Io.An.de teſt. no. gl. in c.
cãm,el.ij.de teſti.& Spec.in tit.de teſt.§.j.ver. item quod habet
3 ſimilẽ cauſam . ¶ † Item ad hoc vt teſtis probet conſuetudinem,
oportet,qđ deponat de vſu illius actus,cuius conſuetudo allega-
tur,& qđ deponat de actuũ frequentia, & tpis diuturnitate,& ta
les actus fuiſſe factos ita & taliter, ꝙ appareat interueniſſe tacitũ
conſenſum populi,vel maioris partis, vt no. Cy.in l. ij.in ver. s̃.
allc.& Io.An.in d.c.fi.& Gui.da Cu.Bal.in d.l.de quibus, de le-
4 gi. ¶ † Quinimò requiritur ſm eos, ꝙ teſtes concordent in tem-
pore & actibus: aliâs tanquã ſingulares non probarent,idem eti-
am dicit Pau.de Leaza.in diſput.ſua incip. cõtra inſtrumentũ de
biti,& Ant. de But. in c. licet ex quadam, de teſt. & in d. c. fi. &
Bald.in l.j.in pe.col.C.de teſta. & Io.de Imo. in l.inter pares,ff.
de re iudi.& in c.oporteat,de accu.ſed iſte teſtis non deponit ta-
liter, qđ concludat interueniſſe tacitum conſenſum populi, vel
maioris partis:ergo non probat. ¶ Non probat etiã alia ratione:
5 † quia,qñ teſtis deponit de ſimplici non vſu [b] legis, non proba-
b tur conſuetudo, niſi deponat ſaltem de implicito actu contrario:
quia non entis nullæ ſunt cauſæ.c.ad diſſoluendũ, de deſpon.im-
puberũ.c.bonæ.el.j.de elec.ita not.Io.And.in c.Io.de cle.con-
iu. ¶ Exemplũ ponit ipſe. ſi domus minabatur ruinam, & nunq̃
fuit præſtita cautio damni infecti,quia nunquã fuit petita, certè
per talem non vſum non remittitur cautio,nec inducetur cõſue-
tudo , nec tolleretur lex diſponens caueri debere de dam . infec.
¶ Aliud exemplũ per.l.rem non nouã. §.patroni, C.de iudi.vbi
dr̃, ꝙ aduocati debent iurare de calumnia, ſi nõ iurarunt,quia nõ
fuit petitũ per centũ annos,nõ tolleretur lex, nec induceret̃ con
ſuetudo: ſecus: ſi nõ vſus haberet implicitũ actum affirmatiuum
contrarium legi. ¶ Exemplũ ponit ipſe. naturalis lex diſponit di
uidi hæreditatem inter filios æqualiter.l.inter filios, C.fa. erc.l.
fi.C.de li.præ.ſed tñ fuit diu ſeruatũ, ꝙ nõ diuidat̃,ſed aſsignetur
in totũ primogenito:tũc quia iſte vſus habet implicitũ actũ affir-
matiuũ contrariũ legi, per talem nõ vſum tollitur lex, & inducit̃
cõſuetudo,& cũ hac concluſione cõcordat Nico. de Ma . & Cy.
in d.l.ij.q.principali.C.quæ ſit long.conſue. & doc.in d.c. fi. &
in d.l.de quibus,& Bart.in proœ.fforũ.§.& antea, & Ia. de Bel.
in auth.de hær, & fal.in prin. ¶ Modò in propoſito teſtis iſte nõ
deponit concludenter de aliquo actu affirmatiuo contrario le-
gi:ſed ſolum deponit de actu negatiuo,ſ. quia mariti dotem non
reſtituerunt & retinuerunt . nã hoc potuit eſſe eò , quia dos non
fuit repetita,& ſic teſtis non concludit de neceſsitate,prout face
re debet.c.in præſentia , de probat . ¶ Item teſtis eſt affinis dicti
Ioannis, ergo non eſt integer teſtis, per Bart.in l. admonendi,in
ix.col.ver.venio ad tertiũ & quæro &c . ff. de iureiu . ¶ Non eſt
idoneus teſtis etiam aliqua ratione, quia præſupponitur in facto
reprobatum eſſe dictũ eius in aliquibus, & præſertim dum depo
nit,quod in caſu prædicto , in quo teſtificat̃, ꝙ pater ipſius teſtis
dotem retinuit . nã probat̃, ꝙ vxores dicti patris ſui deceſſerunt
patribus ſuis iam defunctis,quo caſu clarũ erit patre prędeceden
te dotem conſolidari in filiã,& ſucceſsiue tranſire ad filios ipſius
mulieris etiam de iure cõi.l.j.§.videamus,C.de rei vxo.ac.& ple
6 nè traditur in l.poſt dotem,ff.ſol.ma. ¶ † Modo ſi dictum teſtis,
qui in aliquo depoſuit falſum circa id , quod erat de eſſe vel ſub-
c ſtantia [c] eius,de quo reddit teſtimoniũ , redditur totum nullum.
Ita dixit Inn.in c.fraternitatis,de hęre.ſiue ſcienter,ſiue ignoran
ter admiſceat id, quod erat falſum : quia teſtis nõ debet depone-
re niſi id,qđ nouit,vel vidit,& in hoc nõ poteſt prætendere igno
rantiã.iij.q.ix.hortamur,& in c. cũ in iure, de offi. deleg. ſecun-
dũ Inn.in præal.c.fraternitatis.& iſtud eſt verum, ſiue ſint diuer-
ſa capitula, ſiue vnum tantũ, ſm Inn.in loco s̃. allegato,cum quo
etiam ibi tranſit Pet.de Anch.dicens, ꝙ dictum teſtis ſemper eſt
vnicũ,quia fundat̃ ſuper vnico fundamento,ſ.iur̃o.l.iuriſi.C.de
teſt.ideò dictũ eius debet dici vnicũ:alle. in arg. l. cum eiuſdem,
ff.de ædil.edi.probat.iij.q.ix.pura,& in c.ſi ad ſacras.illud etiam
ſequit̃.Old.conſi.xxxvij.incip.ad primã.vbi dicit, qđ ſi teſtis cir
ca id , quod põt comprehendi ſub iur̃o , depoſuit in aliqua parte
falſum,dictũ ſuum eſt in totum nullum:quia dictum cenſet̃ vni-
cum ꝑp vnicum iur̃m,alle.id, quod habet̃ in c. ex literis , de fid.
inſtr.Idẽ tenet Are.in d.c.ſi ad ſacras, & Spe. in ti. de te. §.j. ver.
itẽ qđ aliq̃d de ſuo,& in ti.de inſt.edi.§.inſtr̃m,ver.quid ſi aliq̃d.
Bal.in l.fi.in iij.opi.C.de edi.diui,& in l.ij.de fideic.lib.& Bald.
Ang. & Mod. in l.j.§. ſi quis ſimpliciter,ff. de verb.ob. ¶ Nã ex
quo apparet teſtẽ eſſe periurũ,nihil ſibi credit̃. c. teſtimoniũ, de
teſt. ¶ Secũdus teſtis, ſ. eximius iuris doc. d. Petrus non probat:
quia deponit ſuper eo,in quo habet intereſſe conſimile, ideò nõ
probat.d.c.perſonas,vt dixi ſupra.præterea & verius,ipſe depo-
nit,qñ pater prædeceſsiſſet, qui caſus eſt clarus etiam de iure, vt
per d.§.videamus. ¶ Item non probat rationibus & cauſis allega
tis circa primũ teſtem. ¶ Tertius teſtis nihil probat: quia non aſ-
ſignat rationem concludentẽ dicti ſui, vt probaui iuxta.l. ſolam.
C.de teſt.c. in præſentia , de probationibus , & plenè in ca. cum
7 cauſam , de teſti . ¶ † Item de tpe dicit à quadraginta annis citrà,
& ſic non deponit de conſuetudine præſcripta lapſu. xl. annorũ
decurſorũ à tempore obſeruantię ipſius conſuetudinis, qđ requi
ritur.c.Cumana,de ele.& no.in d.l.de quibus,& in c.fi.de con-
ſue.& in d.l.ij. ¶ Sed illa verba, à quadraginta annis citrà, nõ pro
bant nedũ de tẽpore xl.annorũ, ſed nec de tẽpore vnius anni:q̃a
illud,quod fuit heri & non ante , dicit̃ fuiſſe à quadraginta annis
citra, oportebat ergo, ꝙ teſtis diceret à xl. annis, & citra. c. licet
cãm,& ibi no.Hoſt.& Io.And.de prob. & l. j. §. quod aũt, ff. de
aqua quo.& æſti.not.Bart.in l. Celſus,in vlt.col.ff.de vſuc.& in
l.ſi poſt,ff.de rei ven.& Bal.in l.falſus,in iiij.co.de fur.& in l.in-
8 dicia, C.de rei ven. ¶ † Itẽ non ꝓbat,quia interrogatus eſt, quid
eſt conſuetũ,& per quos fuit ſeruatũ illud , qđ ipſe dicit reſpõdit
ſe neſcire,& ſic iſte teſtis nihil ꝓbat:quia non deponit, ꝙ recor-
datur fuiſſe iſtã conſuetudinẽ Forliuij & poſtea dicit ſe neſcire,
d quid eſt [d] conſuetudo,apparet, qđ ipſe nõ intellexit illud, quod
ipſe depoſuit,& ſic nõ probat.l.j.& ibi hoc no.Bar. ff. ſi cer. pet.
& Bal.in l.j.ff.de his, q ſunt ſui vel alieni iu. & Io.de Imo.in l.ſti-
pulatio iſta,de verb.ob. ¶ Si dicat̃ etiam, ꝙ peritiſsimi vix ſciunt
diffinire conſuetudinem, q̃uo veroſimile eſſet ſcire teſtes diſcer-
nere iuris ignaros ? quia rñdendum eſt , prout clare rñdent doc.
in locis proximè al.quia non oportebat teſtem rñdere, qualiter
à iure diffiniat̃ cõſuetudo: ſed qualiter ipſe intelligeret conſuetu
dinẽ,de qua ipſe depoſuerat, nõ probat iſte teſtis conſuetudinẽ,
quia deponit de ſimplici nõ vſu,& nõ deponit de frequẽtia actu
um,taliter, qđ appareat de tacito conſenſu maioris ptis, vt latius
demonſtratũ eſt circa primũ teſtẽ. ¶ Quartus teſtis,ſ.d. Franci-
ſcus,nõ probat: quia deponit vidiſſe conſuetudinẽ prædictã eſſe
in ciuitate Forliuij, & ſic deponit ius, nõ factum, ergo nõ ꝓbat,
vt dixi circa primũ teſtẽ . Et ſubdit , ꝙ nõ audiuit, nec intellexit,
quòd mariti fuerunt coacti reſtituere dotem patri mulieris, &c.
Nam iſta ratio nõ cõcludit:q̃a potuit nõ audire,& tñ potuit eſſe.
¶ Itẽ non deponit niſi de vnico actu,ſ.de ſorore ſua. per vnicum
autem actum non inducitur cõſuetudo , ſed requiritur frequen-
tia actuum.l.j.& ij.C.de edif.priua. no.in d.l.de quib. ergo &c.
Itẽ peccat iſte teſtis in alijs,quæ dixi circa primũ teſtẽ:quia eſt ſin
gularis in actu . Item ex dicto ſuo non cõprehendit̃ de tacito cõ-
ſenſu maioris partis populi. ¶ Quintus teſtis,ſ.Petrus Paulus nõ
probat:quia vnicus,ſ.ſororis ſuę,& licet dicat fuiſſe ita ſeruatum
p alios quam plures,tamen eos nõ ſpecificat : & per ꝯñs non põt
haberi in teſtẽ in illis dictis particularibus , & ſic remanet ſingu-
9 laris . † teſtes aũt ſingulares circa actum & vſum conſuetudinis
non probant , vt dixi circa primũ teſtẽ . Item laborat dictũ huius
teſtis defectibus omnibus , quos dixi circa proœmiũ præcedẽtis
teſtis. ¶ Sextus teſtis,ſ.dñs Iac.non ꝓbat:quia dicit, ꝙ in caſu prę
dicto vidit prædicta ſeruari per Paulũ de Moratiuis,& per Melio
rem de Biffulcis,& eſt probatum, ꝙ ille caſus non fuit in propo-
ſito:quia pater prædeceſſerat,& ſic teſtis admiſcuit falſum, ergo
totum eius dictum redditur falſum,alias nullum , prout dixi cir-
ca primũ teſtẽ.Itẽ deponit de ſimplici non vſu, nec deponit tali-
ter, ꝙ cõprehendat̃ de tacito cõſenſu maioris partis populi, ergo
10 non probat per ea, quę dicta ſunt. ¶ † Septimus teſtis, ſcilicet do
mina Ioanna non probat:quia deponit de auditu alterius, & tale
teſtimo-

teſtimoniũ fidẽ nõ facit.l.teſtiũ.& ibi notat.C.de teſtibus,& in
c.præterea, de teſti. ¶ Itẽ non deponit niſi de conſuetudine tpis
annorũ octo in ciuitate Forliuij : ſed requirit de iure annorũ . x.
vt no.in d.l.de quibus.&c. ¶ Octauus teſtis.ſ.magiſter Andreas
nõ ꝓbat,ꝗa deponit de auditu , vt ꝓximè dixi . itẽ interrogatus,
ꝗd ſit cõſuetudo,de qua ipſe teſtificaret,& rñdet ſe neſcire,ergo
1 nõ probat,vt dixi.ſ.circa tertiũ teſtem . ¶ † Nonus teſtis ſcilicet
magiſter Andreas,nõ probat:ꝗa eſt in caſu cõſimili : & ſic depo-
nit circa id, in quo verſatur propriũ commodũ , & ſic nõ eſt ido-
neus,vt patet in dicto ſuo,iũcto.d.c. perſonas, & circa primũ te-
ſtem.prætereà probatũ eſt depoſuiſſe falſum,vt in facto præſup-
ponit,ſ.ꝙ vna ex vxoribus ſuis deceſsit patre iam præmortuo:&
ita eſt probatũ de quibuſdã alijs,in quorũ perſonis dicit prędicta
fuiſſe ſeruata in caſu iſto , & ſic dictum eius in totum corruit , vt
12 dixi circa primũ teſtem . ¶ † Decimus, ſ. domina Angelina non
probat:quia de auditu,ergo &c.præterea dicit fuiſſe ſeruatũ hoc
per Guildinum de Maldentibus,& dñm Pe. & probat fuiſſe con
trariũ,ſeu in caſu diuerſo,& ſic teſtis nõ probat,vt plene dixi cir-
ca primũ teſtem.Itẽ oẽs iſti teſtes fuerunt interrogati ſuper inter
rogatorijs actoris in quibus erat interrogatoriũ,ꝙ teſtes interro-
garent,ꝗd eſſet cõſuetudo,ſup qua teſtificabant, de qua in capi-
e tulo , & rñderũt de cõtentis in interrogatorijs ſe nil aliud ſcire ,[e]
& per cõſequens ſe neſcire, quid eſſet cõſuetudo:.quo fit,vt non
13 probẽt, vt dixi circa tertiũ teſtẽ . ¶ † Adducit etiã pro parte dicti
Io.Maximi teſtis dictũ,teſtis ꝓducti ꝓ parte actoris,qui ſuper in
terrogatorijs partis aduerſæ reſpondit,obſeruatum fuiſſe,patres
non repetere dotes filiarũ decedentiũ cum filijs in matrimonio,
ſed quod ipſæ dotes remanent ipſis filijs , & eorũ patribus ꝓ eis,
& qđ omni die decedũt mulieres ſuperſtitibus filijs & maritis,&
eorũ parentibus,quarũ dotes non reſtituunt, ſed remanẽt filijs,
& prædicta obſeruari vidit in ciuitate Forliuij à quinquaginta an
nis citra.ſed certè teſtis minime probat conſuetudinẽ : quia non
deponit,quod prædicta obſeruata fuerunt ita & taliter,ꝙ conſti
terit vel liquere poſsit de tacito conſenſu maioris partis populi,
prout requirit.Itẽ deponit de ſimplici, nõ de vſu,& ſic non pro-
bat,prout dixi circa primũ teſtem , non deponit de tempore an-
norum decem,vt requiritur:quia illa verba,videlicet à quinqua-
ginta annis citra &c.non concludunt,vt dixi ſ. circa tertium te-
ſtem.Ex quibus patet,ꝙ Ioannes aſſumẽs ſibi onus probandi di-
ctam conſuetudinem per teſtes , nõ dr̃ illam per teſtes probaſſe.

ADDITIO.

a ¶ Conſuetudo. Adde,quõ ꝓbet Dec.late cõſil.ccxv.& cõſil.
ccccij.in fi.late Roch.Cur.rep.c.fi.q.vj.de conſu.ſ.co. conſ.
cxxxj.nu.6.conſi.cxxxvj.nu.18.

b ¶ Non vſu.dixi in conſu.Pariſi.§.j.gl.iiij.nu.12.

c ¶ Subſtantia. hoc eſt de articulis , ſup quibus ꝓducit in teſtẽ:
ſecus,ſi in his,quę ſunt extra illos articulos,licet ſint de appen
ditijs & acceſſorijs nõ neceſſarijs,vt qđ eſt cõſanguineus,affi-
nis &c.vt decidit.Ia. But.in l.lucius.§. quæro,& ibi Ange.ff.
de his,ꝗ no.infa.Ang.cõſi.cxciiij.viſis,Sp.ti.de teſte.§.j.ver-
ſic.itẽ ꝙ addit de ſuo Alb.Malet.de teſtib.par.j.c.ij.ad fi.Are.
conſ.lx.ad fi.quia in his,quæ ſunt extra articulos,vel alias im-
pertinentia,nõ loquit tanq̃ teſtis iuratus.Adde Barba.c.teſti-
moniũ co.xxxvj.de iure iur.Fel.c.fraternitatis, de hære. Iaſ.l.
j.co.x.ff.de off.eius cui man.eſt iuriſ.l.ſi quis nec cãm,col.iij.
ſi.cert. pet. l.ij.col.v.C. de bo.poſ. ſm tab. Dec.c. licet cãm,
col.xij.de prob. Hypp. Marſi. ſin. lxxvj.l.j.n. 30.ad.l. Cor.
de ſica.

d ¶ Quid eſt. ſed ex iſto ſolo non repellitur, Bal.repe.l. de qui-
bus,col.fi.de leg.

e ¶ Aliud ſcire.hoc non obeſt,vt dixi.

EPITOME.

1 Immunitas conceſſa euntibus & conducentibus ad nũdinas
non hẽt locũ in redeuntibus cũ mercibus alibi vẽdendis.h.d.

CONSILIVM XLVI.

POnderatis verbis dicti capituli , & his quæ in facti
narratione continent, ¶ Videtur prima conſidera-
tione dicendum dictos forenſes redeuntes à merca-
to Lugi cũ mercantijs, & alijs rebus emptis in d.mer
cato , & in dicto reditu tranſeũtes per territoriũ Bar
barij nõ teneri ad ſoluendũ onera, vel gabellã datiarijs terræ Co
tignolę,ad quos ſpectat exactio datiorũ ꝓ territorio Barbarij,&
hoc vigore dicti capituli,quatenus ꝓuidet,qđ tranſiens per Bar-
barium & ſuum territorium ſit liber & immunis à datijs & ga-
bellis cuiuſcũque perſonæ & cuiuſcũque rei , ſeu mercãtiæ, quæ
iret ſeu conduceret ad mercatũ Lugi. ¶ Nam licet in dicto . c.nõ
videat ſpecialiter eſſe prouiſum, qđ dicta immunitas ſeruetur re
deuntibus à mercato Lugi,quæ ſeruat conducentibus à mercato
Lugi ad mercatũ Lugi,tamen diſpoſitio loquens de eunte, com-
1 prehendit redeuntem . † Vnde ſaluus conductus conceſſus ali-
cui pro veniendo ad certum locum, intelligitur etiam conceſſus
a pro redeundo,[a] vt l.vtimur,cum ibi no.ff.de ſepul.vio.& ibi ex-
preſſe no.Bar. & Ang.& bo. tex.in l.j. C.de nauicularijs,lib.xj.
vbi nauiculares deferentes annonas debẽt frui ſecuritate tam in
eundo,quã redeundo. ¶ Vnde inferunt ibi Bar.& Ang.ꝙ ſecuri-
tas veniendi data alicui intelligatur data etiã in redeundo . & eſt
ratio ſm eos ibi, & in d. l. vtimur. quia non vr̃ ſecurè venire, qui
nõ poteſt ſecure redire,arg.l. ſciendũ.§.ſi accuſatio,ff.de le.& l.
de ætate. ff. ad Treb. & aliquid etiã de hoc per do. in l.j. ff.ad le.
2 Iul.maie.& in le.relegati,ff.de pœ. ¶ † Pro hoc facit:quia in vna
quaque diſpoſitione hr̃ pro expreſſo illud , quod veroſimile eſt
diſponẽtes fuiſſe expreſſuros,ſi de eo cogitaſſent, vel ſi de eo in-
terrogati fuiſſent.l.Titius.§.j.& ibi no.ff.de libe.& poſth. & eſt
gl.not.in.l.tale pactũ.§.fi.ff.de pact. ¶ Et dicit ibi Bal . quòd lo-
cũ habet,ſiue ſtatuat aliquid per modũ cõuentionis,ſiue per mo
dũ ſtatuti,ſiue per modũ reſcripti, vt ibi per eum, & per eundem
in l.j.C.quæ res pigno.obl.poſ.bene facit, qđ no.glo.in cle.j.in
verbo,præſidentes,& ibi doc.de reſcriptis.& in c.ij.in ver.reus,
de confeſ. in vj. ¶ Sed veroſimile vr̃ , quod ſi de immunitate ſer-
uanda redeuntibus fuiſſet cogitatũ,vel quæſitũ,idem fuiſſet pro
uiſum, vt maior fauor tribueret mercato Lugi , cui videntur vo-
luiſſe illuſtriſsimi principes plurimũ fauere . ¶ Sed præmiſsis nõ
obſtantibus contrariã ſententiã puto de iure in propoſito caſu
eſſe veriorẽ : quia agit de virtute cõuentionis factæ , cuius verba
producunt ad probandã dictã immunitatem cõpetere etiam re-
3 deuntibus cũ mercantijs,& rebus emptis in dicto mercato, † er-
go debet in dubio fieri interpretatio contra illũ,qui ſe fundat ex
verbis dicti capituli,ſeu cõuentionis.c.in præſentia,de probat.l.
veteribus,& ibi declarat Bart.& alij. ff. de pact. l. ſtipulatio iſta.
§.in ſtipulationibus.ff.de verb.ob.Cũ ergo negari nõ poſsit pę
dictos redeũtes ſe fundare per verba dicti capituli , quæ clare nõ
dicunt,quod ipſi pro dictis rebus emptis in dicto mercato debe-
ant in redeundo,per territoriũ Barbarij gaudere immunitate,ſe-
4 quitur,quòd dictũ capitulũ interpretari debet cõtra eos. ¶ † Se-
cundò quia in conuentionibus caſus omiſſus haberi debet pro
omiſſo, & non fit extenſio in contractibus de vno caſu expreſſo
ad alium. l. quicquid aſtringendæ. ff.de ver.ob.l.ſi cum dotem,
in prin.ſo.ma.l.ſi extraneus,ff.de cond.ob.cau. ergo cum iſte ca
ſus , ſ. de rebus emptis in mercato Lugi deferendis per territoriũ
Barbarij à redeuntibus non ſit cautum,ſequitur,quòd debet ha-
5 beri pro omiſſo. ¶ † Tertiò in conuentionibus[b] habet locum ar
b gumentum â cõtrario ſenſu,vt eſt tex. in l.inter ſocerum.§. cum
inter.ff.de pac. dota. quem ad hoc alleg. Abb. Siculus in c. cum
apoſtolica,de his,quæ fiunt à præla.& no.Bal.in l.venditi. C.de
ac.em.& probat tex.in.l.pecuniam,ff. ſi cer. pet. ergo cum fue-
rit conceſſa ſola immunitas cuicũque perſonæ,& cuicunque rei
ſeu mercantiæ,quæ iret ſeu conduceretur ad mercatum Lugi,vi-
detur à contrario ſenſu reſultare. ar.quòd pro illis rebus quæ nõ
conducerentur ad mercatum Lugi, nõ debeatur immunitas : ſed
ab ipſis redeuntibus per datiarios nõ petitur gabella pro rebus,
quas conducunt ad mercatum Lugi , ergo ſumus in caſu omiſſo
quo ad exactionem gabellæ, & etiam fortaſsè militat contraria
ratio , & non tantus fauor Lugi in ſeruando immunitatem illis,
qui redeunt cum rebus ibi emptis , ſicut militat in ſeruando im-
munitatem illis,qui conducunt ad mercatum Lugi:quia per con
ductionem rerum ad mercatum Lugi,caſtrum ipſum reddit ma-
gis munitum victualibus & ſimilibus rebus , quod non eſſet , ſi
res inde amoueantur . Prætereà ſi redeuntibus cum rebus nõ eſt
ſeruanda immunitas, hoc poteſt etiam fauorabile eſſe dicto mer
cato : quia euntes & conducentes per territorium Barbarij ad
mercatum Lugi mercantias & res,potius vendunt ſeu dimittunt
eas in dicto mercato Lugi , ſcientes , quòd ſi cum eis redeunt

p territoriũ Barbarij habebunt, ibi subire onus gabellæ, quam si
6 scirent nihil soluturos in reditu venire. † si nõ eadẽ est rõ in casu nõ expresso, nõ debet in eo esse iuris dispositio. l. inter stipulantẽ. §. sacram. ver. sed hæc dissimilia sunt. ff. de ver. ob. l. annus. ff. de calũnia. ¶ Quartò: quia in præcedẽte parte dicti capituli actũ extitit, ꝙ hominibus de Lugo & Barbariæ habitantibus, vel habitaturis in Lugo, seu in alijs terris illustrissimi dñi ducis Mutinæ, & similiter omnibus officialibus Lugi. & de Lugo præsentibus & futuris liceret ire sursum & deorsum cum bonis, rebus, mercãtijs, animalibus suis libere & sine aliqua datij solutione, p quæ verba dat' intelligi, ꝙ dicti homines de Lugo possunt nõ solum ire, sed etiã redire sine aliqua datij solutione. ergo si voluissent præfati principes, ꝙ in sequenti capitulo, vbi continetur casus immunitatis forensibus nõ solũ euntibus, & conducentibus res ad mercatũ Lugi, sed etiã redeuntib. cũ rebus emptis in mercatoria expressissent, sicut expresserunt in præcedenti capitulo, dum dixerũt, sursum & deorsum, vt inquit tex. in c. inter corporalia, de transla. præla. ibi dũ dicit. vnde si circa translationes idẽ voluisset fieri, qđ de cessione dixerat, & de translatione poterat
7 expressisse &c. & in c. ad audientiã, de decimis. ¶ † Quintò relatiuũ, quis, vel q restringit antecedẽs suũ, ad qđ refert'. l. à filio. §. testator, & §. seq. ff. de ali. & cib. leg. & l. nã qđ liquidè. §. fi. ff. de pen. leg. ideò dictũ relatiuũ ibi positum in c. ibi, dum dr, qui iret, vel cõduceret ad mercatũ Lugi &c. restringit suum antecedens,
8 s. cuiuscũque personæ & cuiuscũque rei. ¶ † Sexto, qa qualitas iuncta verbo debet intelligi sm tẽpus verbi, ad qđ refert'. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. l. Titius. ff. de test. mil. l. ex facto. §. si quis aũt, ad Treb. l. ij. & iij. ff. de auro & argen. le. ergo cũ illa verba, iret, cõduceret, nõ denotãt actũ perfectũ per illud relatiuũ, ex quo sequit', ꝙ dictũ. c. non potest intelligi in personis, rebus, & mercãtijs, quæ si non iuissent alias adductæ fuissent ad mercatũ Lugi, & tunc redirẽt à mercato Lugi. Et per ꝯñs, etiã si appareret, ꝙ res, quas isti redeuntes emerunt in mercato Lugi, fuissent conductæ ad terrã Lugi, & ad mercatũ Lugi per territoriũ Barbarij: tñ non debent hac immunitate gaudere. ¶ Bene facit, qđ no. gl. & doc. in l. arboribus. §. idem narrat, in glo. ij. aliàs. est in l. etiã. §. idem tractat. ff. de vsufru. & l. si quis, id, qđ, in prin. iuncto ver. quod si dum proponit'. ff. de iuris. om. iud. ¶ Et sic apparet, ꝙ salua ratione recti sermonis, seu recti sensus, nõ potest intelligi dicta pars præmissi capituli in istis redeuntibus, adeò ꝙ non põt dici, ꝙ p præcedentia derogant, quod præfati principes voluerũt etiã redeuntes cũ rebus prædictis tali immunitate potiri: sed sumus in casu dicti. c. inter corporalia, cùm si. Et per prædicta satis apparere posset de responsione ad allegata in contrariũ, ad quæ specialius rñdeo. ¶ Nam non ob. dum dicebatur, ꝙ securitas veniendi data alicui, intelligit' non solũ data pro veniendo, sed etiam pro decedendo, vel redeundo, vt l. vtimur, cum cõcor. qa respondeo, quod dicit Bar. & Ang. in d. l. j. C. de nauicularijs, lib. xj. non diceretur frui securitate veniendi, si non posset in-
9 de securè discedere & redire. † vnde ibi concessio illa debet intelligi & interpretari, vt comprehendat & extendatur ad ea, sine quibus aliter concessio non haberet effectum. l. si stipulatus fuero, per te non fieri, ff. de verb. ob. facit. l. ij. ff. de iu. om. iu. c. præterea, de offi. deleg. ¶ Sed in quæstione nostra concessio immunitatis, dato quòd non comprehendat, seu non extendatur ad redeuntes mercantias, vel res emptas in mercato Lugi, operatur effectum etiam non leue: quia possunt ire ad mercatum Lugi, & illuc ducere res ad mercantias, & alia, vbi venderentur, relinquere absque eo, quòd pro dicta conductione aliquid soluent Conti[illegible], aut Barbranij, & si redeunt sine mercantijs & rebus nihil soluent etiam in reditu. Si vero cum mercantijs hic, est casus omissus in capitulo prædicto. & vbi concessio veniendi, dato quòd intelligatur solum pro actu veniendi, vel conducendi, potest operari effectum non intelligatur de redeundo, est de mente Bar. si bene inspiciatur in d. l. j. C. de nauicularijs, li. xj. ¶ Non obstat, quod si de hoc esset cogitatum, vel interrogatum, fuisset expressum: quia hoc negari potest, & hoc ostendunt verba eiusdem capituli in prima parte, dum dicit, sursum & deorsum &c. inducendo & declarando, prout dixi in iiij. art. & quòd maior potest esse ratio, quare maior fauor concedatur conducentibus ad mercatum, quàm redeuntibus cum rebus vt dixi. in iij. artic. ¶ Vel etiam potest adduci illud, quod dicit imperator in l. tutori, C. de neg. gest. sufficit, cui vel in paucis amici labore consulatur &c. vnde fuit visus satis ei, ad quem pertinebat, si concedebat immunitatem conducentibus ad mercatum absque eo, ꝙ etiam redeuntibus concederet, vnde videtur omnino hunc esse casum omissum. Ex quibus concludo, non obstantibus dictis verbis capituli, dictam gabellam per datiarios exigi posse à redeuntibus,
c [c] perinde ac si dictum capitulum non extaret.

## ADDITIO.

a ¶ Redeundo. Ang. l. Papi. §. si quis mortis. ff. de inoffic. testa. Phi. Fran. c. cum non deceat, in prin. de elec. in vj. Lud. Goza. consi. xxvij. num. 23.

b ¶ Conuentionibus. j. eo. consi. cxxix. Cur. senior consil. liiij. num. 12. Ias. l. pecuniam, col. j. de reb. credit. l. j. de offi. eius, cui manda. Matt. Affl. dec. Neap. ccij.

c ¶ Redeuntibus, scilicet cum mercibus causa vendendi & negotiandi alibi.

## SVMMARIVM.

1 *Testium defectus qualitatis, numero suppletur. num. 2.*
3 *Testes duo probant testes testamenti rogatos.*
4 *Testamenti testes sufficit à quocunque esse rogatos.*
5 *Testes sufficit esse concordes in facto principali. nu. 6.*
7 *Testamentum valet ad interrogationem notarij.*
8 *Legata non conseruantur in præiudicium filij ignoranter præteriti.*
9 *Filia ab intestato exclusa, non potest rumpere testamentum.*
10 *Compendiosa continet pupillarem expressam ad exclusionem matris.*

## CONSILIVM XLVII.

ABunde per celeberrimos iurisconsultos, & mihi vt patres obseruandos allegatum est in superioribus consilijs adeò vt cæteris nullus dicendi locus relictus esse videat'. ¶ Tamen ne incogitate ad rem ipsam accedam hæc pauca subijciam. ¶ In primis circa primũ dubiũ, vtrũ testes fuerint idonei, attento maximè ꝙ duo ex eis sunt patrueles fratres dicti substituti, de cuius interesse agit', & duo alij sunt sibi nepotes ex fratre, puto esse ponderandũ illud, quod in themate narratum est, dũ ad testamentũ prædictũ interfuerunt testes plures vltra septẽ, & sic vltra numerũ requisitũ plures interuenerũt iuxta. l. si vnus,
1 & l. hac consultissima, C. de testa. & cũ ibi plene notatis. ¶ † Vnde succedit illud, quod voluit. gloss. notabilis in l. iij. p[illegible]in. in ver. numerus. ff. de test. quæ vult. quod si testes non sunt idonei, suppletur defectus eorũ pp maiorẽ numerũ. vnde dicit ibi Iacobus Butrigar. licet testes duo per eundem præmeditatũ sermonẽ deponentes nõ probent, vt d. l. tertia, tñ cum essent tres vel qua-
a tuor, probarent, & sic pluralitas testium supplet [a] defectũ idoneitatis. vnde Ioan. de Imo. in l. qui testõ, in princi. ff. de testam. vbi voluit, quòd si, vbi requirunt' septẽ testes, reperiretur, ꝙ interuenerunt duo, qui non erant ex toto omni exceptione maiores, illi duo habebuntur saltem loco vnius, & valebit dictum eorum, allegat id quod no. in simili in l. parentes, & in l. omnibus, C. de testa. & melius probatur in d. l. iij. cum gl. quanto magis id dici debet in casu nostro, in quo testes supernumerati non reperiuntur de iure prohibiti, ergo permissi. l. j. ff. de testibus. ¶ Et casu quo aliquo modo dici posset eos non esse omni exceptione
2 maiores, supplet numerus, vt dictum est, † attẽto maximè quòd
* in terris ecclesiæ secundum magis * communes conclusiones sufficiunt duo testes cum parochiano, vt no. in d. c. cum esses: vel quatuor testes sine parochiano, vt not. Spe. in tit. de instru. edi. §. compendiose: versic. item prius canonicus cum seq. & no. doc. in d. c. cum esses: & in casu nostro interfuit parochianus, vt ponit d. consultor in secundo dubio. ¶ Quantum ad secundum dubiũ, quo quærit', an obstet illud, quod obijcitur, s. ꝙ non sit sufficienter probatum testes fuisse rogatos: in quo, vt puto, pendet ma-
3 gna vis huius rei, † præsuppono, quòd si per testes necessarios est probatum plenè de voluntate testatoris in ipso actu testandi, sufficit, ꝙ per duos tm̃ testes sit probatus rogitus ipsorũ omniũ te-
* stium requisitorũ: & hanc esse * cõem opi. dicit Io. de Imo. in c. cũ esses, de testa. in xiiij. co. dicit enim ipse, ꝙ Bal. in l. hæredes palam. in prin. ff. de testa. videt' tenere contrariũ: qa Bal. dicebat, ꝙ

videtur

videt᷑ facilius probari voluntas teſtatoris, q̃ ſolẽnitas, vt l. fi. ff. de
rebus eorũ. & l. in teſtõ. ff. de fideicõ. lib. nam ꝓbatio volunta-
tis reſpicit ius gentiũ: ſed non probatio ſolẽnitatis: ſed ſm Io. de
Imo. in d. c. cũ eſſes, in ver. vlterius q̃ritur, qđ ſi nullũ, &c. hoc nõ
eſt verũ, & cõis opi. eſt ſm eũ in cõtrariũ: ſed vbi cõſtat de volun
tate teſtatoris per cõfeſſiones hr̃dis, vel per ſeptem teſtes, ꝙ per
duos poſſit probari ſolennitas, allegat not. per Bart. poſt. gl. in l.
ij. C. de bo. poſ. ſm tab. & in d. l. hr̃des palã. ¶ Et reſpondet ad l.
fi. ꝙ ibi agitur de probanda tali voluntate per quam in teſtõ mi-
nus ſolenni declaratur teſtõrem certũ prędium velle alienari per
tutores, hic aũt agitur de voluntate, ad cuius ſubſtãtiam & vali-
ditatem requirebantur ſeptem teſtes, puta cũ hr̃dis inſtõne. Nã
illa voluntas, quo ad probationem ipſius voluntatis non põt ꝓ-
bari numero maiori vij. teſtiũ de iure ciuili. ¶ Itẽ in præal. l. in te
ſtõ, eſt ſpeciale in caſu illo, quia minus ſolennis volũtas valet: iõ
non mirum, ſi poteſt probari dicta voluntas, non ẽt interueniẽ-
te ſolẽni numero teſtiũ. ¶ Ex hoc infertur concluſio, ꝙ ſi proba-
ta eſt voluntas teſtatoris per ſufficientem numerum teſtium, ſa-
4 tis eſt, ꝙ probetur rogitus per duos teſtes. † Nũc circa hoc eſt vi-
dendum, an requiratur, ꝙ probent teſtes, ꝙ à teſtatore fuerunt
teſtes rogati, in quo Io. Fab. inſti. de teſta. §. fin. ſecutus Dy. in l.
hæredes palam. §. in teſtamẽtis. ff. de teſt. vr̃ tenere, ꝙ ſufficiat à
b quocunque [b] alleg. §. & licet, in auth. de teſti. Pau. de Caſt. in d.
§. in teſtamentis, dicit, ꝙ ſatis eſt, ꝙ à teſtatore vel à notario, qui
ſuſtinet vices ſuas, & ſatis ẽt vr̃, ſi ab alio fuiſſent rogati præſente
teſtatore & patiente, quia videt᷑ mãdare. l. j. §. magiſtrũ aũt. ff. de
exer. l. fi. ff. quod cũ eo. l. qui patitur. ff. mand. c. cũ olim, el. j. &
qđ ibi no. de offi. dele. Et bona gl. in l. j. in prin. ff. de neg. geſt. &
quod no. Imo. in c. ex parte decani, de reſcrip. & in cap. in nr̃a, de
procura. cũ ſi bñ facit qđ no. Bar. in l. ſciendum. ff. de ver. ob. cir-
ca vlt. col. dum alle. l. qui patitur. ff. mandati, & Io. de Imo. in d.
l. Domitius Labeo, in fi. ff. de teſt. Et ſic concludo ſatis eſſe, quod
appareat teſtes eſſe rogatos, vt à tabellione, vel ẽt à quocunque
alio, dũmodo hoc vltimo caſu fuerit factũ præſente & intelligẽ-
te & patiente teſtõre. ¶ Si ergo ille Carolus deponit, ꝙ fuerint te
ſtes rogati à notario, vt deponit alius teſtis, ſ. Io. Bap. res vr̃ expe-
dita: iõ vidiſſem libenter atteſtationes q̃ mihi non ſunt exhibitę.
5 ¶ † Nunc eſt videndum circa tertiũ quæſitũ, ſ. an teſtes eo: ꝙ non
ſunt omnino cõteſtes quo ad corticẽ verborum, hoc impediat
* probationẽ: & concſones * cões ſunt, ꝙ non. ſatis enim eſt in fa-
c cto principali [c] & in ſubſtantia concordẽt, vt in c. dudũ, cum gl.
in ver. ſuba, de conuer. coniu. & in c. cũ eccle. in gl. ver. vacillaſ-
ſe, extra. de cau. peſ. & propri. & no. Io. An. in c. iij. de ver. ſig. vbi
dicit, ꝙ melius dñr probare teſtes, qñ per diuerſa verba deponũt
in eundem rei finem, quã ſi per eadem verba: quia ſi per eadẽ ver
ba, dicerentur teſtificari per eundem pręmeditatũque ſermonẽ,
quo caſu non bñ probant. l. iij. poſt prin. ff. de teſt. ¶ Nec ob. qđ
no. An. de But. in d. c. nihil, quod eſt. c. iij. quia loquitur, qñ tra-
6 ctatur de probando † verba formalia, vt quia teſtes interrogent᷑,
d quæ fuerunt verba formalia [d] teſtõris. nam oportet, ꝙ in figura
verborum concordent, vt no. Ant. de But. in c. cum eccleſia. §. j.
ver. nos autẽ, de cau. poſ. & Bal. in c. bonæ, el. j. de ele. vbi dicit,
ꝙ ſi duo ſint teſtes, quorũ vnus deponit, qđ Titius promiſit Seio
duos ſolidos, alter deponit de xxiiij. denariis, probabunt & di-
centur conteſtes. l. quæ extrinſecus, & quod ibi no. ff. de verbo.
obl. niſi eſſent interrogati de qualitate vocis: vt quia iudex inter-
rogaſſet, quibus verbis vſus fuit, & vnus dicit, ꝙ promiſit duos
ſolidos, & alius dicit, ꝙ promiſit xxiiij. denarios, iſti dicẽtur ſin-
gulares. ¶ Non omitto etiam, qđ in dubio teſtes præſumentur
eſſe cõteſtes, ſi congrua interpretatione verborum hoc fieri põt,
vt no. Inn. in c. qualiter & qñ, in ij. col. de ac. & Spe. in tit. de in-
quiſi. §. nũc tractemus, in ver. ſuper probatione aũt infamiæ, &
Bal. in l. ſuper, vlt. col. C. de bon. poſ. ſm tabu. & in l. de quibus.
7 ff. de legi. & per hoc eſt ſatisfactũ tertio quæſito. ¶ † Circa quar-
tum dubium, quo quæritur, an obſtet dicto teſtõ, ꝙ ex interroga
tione notarij conditum fuerat, non inſiſto: quia communis eſt
e concluſio, quod ſic quo ad caſum nr̃m per no. per gl. & doc. [e] in
l. iubemus. C. de teſta. & ꝑ do. in l. hr̃des palam, & c. cum tibi, e.
ti. & Spe. & Io. And. in aliquibus locis ſupra alleg. per doct. cum
quibus etiam concordat Ang. in l. in fraudem. §. ſi quis ita. ff. de
8 teſta. milit. ¶ † Quo ad quintum & vltimum dubiũ, quæ hñt ad-
inuicem dependentiam, ſ. an præterito poſthumæ ignoranter

facta obſtet dicto ſubſtituto volenti ſuccedere ad ſubſtitutionẽ
pupillarem, in quo ẽt pendet magna vis huius conſultationis: fa-
cit dubium: quia Bar. & plures in auth. ex cã, de lib. præte. & in l.
filio præterito. ff. de iniuſt. teſta. Bar. cõſ. cxlvj. viſo, conſ. ccxxv.
Lapus, tenet, ꝙ diſpoſitio auth. ex cã, de lib. præte. ꝑ quã rupto
teſtõ ex cã præteritionis conſeruarentur cõtenta in teſtõ, præter
hr̃dis inſtõnem, & per ꝯñs conſeruatur pupillaris ſubſtitutio ſm
* opi. gl. magis cõiter * approbatã in l. j. §. fi. ff. de vulg. & pu. quæ
voluit, qđ non habeat locum in præteritione poſthumi facta à
f patre ignoranter [f] licet cõtrarium tenuerit Bal. Saly. Frãc. de Rã
po. & Ful. in d. auth. ex cã. Sal. in l. j. C. de poſth. hr̃. inſtituẽ. &
Bal. in repe. l. j. C. de ſac. ſan. eccl. in antepe. col. vel p̃cedenti, &
Io. de Imo. in d. l. filio p̃terito. per rõnem. l. ſi quis cũ nullum. ff.
de iure codicil. cum aliis alleg. & inductis ꝑ eos. Tñ eſſet pericu-
loſum ſuſtinere illã vltimam opi. ꝑꝑ authoritates primorũ viro-
rum, qui tenuerũt primam partẽ. ¶ Quinimò expreſſe Sali. in d.
auth. ex cã, in ver. viſo de legatis & fideicõmiſſis particularibus,
q̃ro de ſubſtõnibus, &c. dixit, ꝙ poſito, ꝙ ꝑꝑ diſpõnem dictę au-
then. conſeruaretur ſubſtitutio pupillaris rupto teſtõ ex cã præ-
teritionis: tñ hoc procedit, qñ à ſciente facta eſt præteritio. Sed
vbi facta eſſet ab ignorante, ſecus eſſet, ſi ſubſtitutus eſſet extra-
neus, quem ignoranter præterierat, ar. l. cum acutiſſimi. C. de fi-
deicom. & l. generaliter. §. fi. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac.
9 ¶ † Iõ totum fundamentum vr̃ illud, qđ habet, ꝙ dicta pręteritio
filiæ non reddit teſtm̃ nullum vel irritum, ſtãte dicta conſtõne
regni, diſponẽte, ꝙ filius maſculus in ſucceſſione præferatur fœ-
minæ: & ſi excludatur per d. conſtitutionem fœmina ab inteſta-
g to, dr̃ etiam excludi [g] condito teſtõ ab omni iure dicẽdi nullum,
* vel rũpendi ſm magis veras concluſiones * cões, ſaltem qñ filius
maſculus eſt inſtitutus, vt in caſu noſtro. l. illud. §. j. ff. de bono.
poſ. ſm tab. & l. j. §. filium, & l. ſi poſt mortem. §. liberi, eo. titu
ibi, non eſt ambigendum, in fi. ff. de bono. poſ. l. poſthumus. §. ſi
quis ex his, & ibi doc. & maxime Bal. & Ang. ff. de inoffic. teſta.
no. Bart. in l. fi. ff. ad Ter. & in l. j. §. filium, in quarta q̃one. ff. de
bono. poſ. cõtra tab. & in l. j. §. ſi pater in ptãte, ver. ex hoc con-
ſolido, &c. ff. de coniug. cum emanci. lib. & in conſi. incip. qui-
dam nomine dñs Iac. &c. & Bal. plenè in l. maximum vitium, de
* libe. præter. & doct. * cõiter, maximè Ang. & alij. poſt eum in l.
Gallus. §. & quid ſi tm̃, de li. & poſth. & Ang. in d. l. Gal. §. in om
nibus, & Alb. de Roſa. in ſecunda parte ſtatutorum in q. ciiij. in-
h cip. ex eõrum, & Ang. [h] in conſi. incip. ſtatuto cauetur, ꝙ ſi aliq̃s
deceſſerit ab inteſt. & conſi. incip. in q̃one vertente inter ſer Bñ-
dictum, & Fulg. & Pau. de Caſt. in l. filiæ. C. de colla. & Ro. in l.
vt liberis, eo. ti. Raph. Cu. in repe. l. ſi filius, qui in ptãte, in xviij.
col. per illas rõnes, per quas Bart. & alij. in d. §. & quid ſi tm̃, re-
i prehendunt gl. ibi & Pau. [i] de Caſt. in conſi. repellitur. n. filia in
caſu prædicto per hanc exceptionem, tua non intereſt rumpere,
d. §. ſi quis ex his, & l. ille, à quo. §. ſi teſtõ. ff. ad Trebel. & d. §. li-
beri, attento ꝙ ſi rumperet, ſpectaret ad filium maſculum ab in-
* teſtato, ꝙ poſtquam ita ſe hẽt cõis * concluſio, quo ad caſum no
ſtrum, non inſiſto in hoc clarius. ¶ Poſtremò quo ad quintum
vel ſextum dubium, qualis ſit illa ſubſtitutio facta de d. Manum-
peto, attento quòd facta fuit in effectu per hæc verba, & ſi filius
meus deceſſerit in pupillari ætate, volo, ꝙ bona ſint d. Meteriti
Perri: in quo Bal. in l. precibus, in xvij. col. in verb. vnum aduer-
te, & notabilis, &c. voluit, quòd illa ſubſtitutio cenſeatur com-
pendioſa, ex quo non fuerunt adiecta cum dictis verbis alia ver-
ba, videlicet: & ſi filius meus hæres erit, &c. Ex quo non diſtin-
xit caſum, an eſſet hæres, an non eſſet: & ideo tunc ſm eum talis
ſubſtitutio continet vulgarem expreſſam propter qualitatẽ ver-
borum ſecus, ſi expreſſa eſſent illa verba, ſi hæres erit, & in pupil-
lari, &c. quia tunc eſt expreſſa pupillaris, & continet vulgarem
tacitam, non expreſſam iuxta. l. iam hoc iure. ff. de vul. & pup. &
idem tenet do. Card. Florentinus, & Ioan. de Imo. in c. Ray. de
teſt. in materia compendioſæ, & Pau. de Caſt. in d. l. precibus, re
putat illud dictũ Bal. notabile propter diuerſitates, quæ ſunt in-
ter tacitam & expreſſam vulgarem, de quibus plenè per Bart. in
l. j. ff. de vul. & pup. & tamẽ Bar. in l. ij. in ver. quarto quibus ver-
bis, &c. ff. de vul. & pup. & An. in l. verbis ciuilibus. eo. ti. & Sal.
in l. ſi teſtamẽto. C. de impub. & aliis ſub. tenet, ꝙ dicta ſubſti-
tutio ſit pupillaris facta filio exhæredato. l. j. §. pe. & fi. ff. de vul.
& pup. Et probatur etiam iſta op. in d. l. & ſi teſtõ, & in aliis iuri-
bus

bus allega.per doc.in dictis locis.Et pro hac opi.ꝯ Bal.vr̃.tex.in
d.l.precibus,in verb.an cui ſm,&c.iuncto tex.ibi in ver.expreſ-
ſa,& in verſi.ſi inter quartumdecimum:& ita tenent ibi Martin.
ſili.in repetitione illius text. dum dicit litera non vſque ad cer-
tam ętatem.nam intelligitur vſque ad pupillarem ætatē tm̃,&c.
& per hoc ob.l.centurio.ff.co.ti.vt etiã ſentit gl.in d.l.precib⁹,
in ver.certam,in fi.iuncto tex.¶Sed poſito,ꝙ vera eſſet opi.Bal.
10 non†ob.quia cõpẽdioſa continet pupillarem infra pupillarem
ætatem per capitulum,ſi pater,de teſtamẽtis,in vj.ᵃ& per d.legẽ
precibus:& hoc eſt ſine dubio, attento quod facta fuit mẽtio de
pupillari ætate:vt no.per gl.& oẽs in d.l.precibus,& per docto-
res in d.l.centurio,& talis pupillaris comprehenſa in compen-
dioſa dicitur expreſſa,ſaltem verbis gñalibus, vt matrem exclu-
dat,vt patet in d.c.ſi pater,& in d.l.precib⁹,& ibi gl.fi.& firmat
Bar.in d.l.centurio,in prin.gl.in l.Lucius,in verſi.ad matrem,&
ibi ponderant doc.& Io.de Imo.maximè.ff.de vul.& pup. ¶Et
* ita ſe habet communis*concluſio doctorum vbique,& non ob.
ꝙ non fuerit facta mentio in ſubſtitutione de bonis pupilli, ſed
lis, & vxoris dicti Francisci, & viso statuto sub rubrica de cōpro-
1 mis. præsupponitur, † ꝙ de iure valuit dicta datio insolutū facta
per executores dicti testamenti, quibus data erat in testō plena
& libera potestas alienandi de bonis immobilibus hęreditatis di
cti testatoris pro satisfactione relictorū, & expensarum, de qui-
bus fit mentio in dicto instrō: inter quæ continetur relictū pro
dote dictæ do. Iacobæ, dato ꝙ hæres esset pupillus, & in illa da-
tione insolutū nō interuenit decretū iudicis, nec aliæ solennita-
tes, vt dicit, requisitæ à statuto in alienatione rerū minoris. Et da
to ꝙ nō fuerit in dicta alienatione requisitus hæres, hoc probat
ꝑ id, quod habet in l. prædiū, & quod ibi no. glos. quando decre.
opus non est, & l. j. circa prin. & l. fi. ff. de reb. eo. vbi licet aliâs
in alienatione rerum minoris requirat decretū iudicis, & quædā
alia requisita: tamē fallit, qn̄ in testamentis testator disposuit bo-
na ipsa vendi posse, vel executoribus dedit vendendi potestatē,
vt dixit gl. in d. l. prædiū: quia tunc sine dictis solennitatibus po-
terit procedi ad alienationē prædictā, & ita debet intelligi statu-
tum, qđ debet interpretari ſm cōmunē iuris dispositionē. l. ij. C.
de noxa. c. cū dilectus, de consue. Ad quod licet plura adduci pos
sent, tn̄ sufficiant pro nunc, & no. Bald. C. qui bo. ce. pos. l. j. ver.
quæro, si statutū dicit, ꝙ instrumenta guarentigiæ, quē sequitur
simpliciter Pet. & Ancha. in cōmento. c. canonū statuta, de con-
2 sti. in ver. occurrunt aliæ quæstiones. vbi voluit, † qđ statutū di-
sponēs, qđ instrumentū guarentigiæ mandet executioni per car
cerē & quauis alia via, quæ magis creditori placuerit, non habe-
bit locū cōtra debitorē volentem cedere bonis: quia de iure cōi
talis non potest carcerari. d. l. j. C. de bo. pos. & ibi plenius per
Bal. ¶ Ad prædicta bene facit, quod no. Saly. post Ray. in l. alio,
ff. de alimen. & ciba. leg. l. iij. in ver. quærit Io. An. ex omnibus
rebus. vbi fatet veram esse gl. in d. l. prędiū, quādo executores ha
bebant liberā potestatē alienandi, prout in casu nostro, & ita te-
net Sal. in l. si quis ad declinandū, C. de epi. & cle. verū esse, quòd
tunc non requirit decretū licet hæres sit minor per illam gl. quā
sequit Sali. in d. l. prædium, qn̄ executores habebāt liberā pote-
statē à testatore, vt in casu nostro est. sed Bar. in d. l. alio, & Bal. in
d. l. prædiū, dicunt, quod istud procedit, s. quod dicti executores
3 vendere possent, quā rem volunt, nisi mala fide fecerint: † quia
dolus dicitur exceptus in quacunque lata potestate. l. creditor.
§. Lucio. ff. mandati. qui dolus in proposito nō præsumit. l. quo-
ties. §. qui dolo, ff. de prob. l. merito, ff. pro socio. ¶ Nec ob. etiā
dictam alienationē nō valuisse, eo qa ad eam faciendā nō fuerit
citatus, nec requisitus hæres, prout vr̄ fuisse necessariū, iuxta no.
per Bar. in d. l. alio, ver. quæro, an hæres sit requirēdus, & Pet. de
Anch. in c. tua nobis, de test. quia rn̄deo, quod cum dictus hęres
esset pupillus, pro constāti ponitur certe, ꝙ nō fuit necessaria re-
quisitio dicti pupilli, attento ꝙ in dicta alienatione interuene-
rūt omnes tutores, seu maior pars dicti pupilli: nec tn̄ fuit neces-
se oēs tutores adesse. l. fi. C. de autho. præstan. vnde requisitio &
præsentia hoc casu nō fuit necessaria, vt colligit ex rationib. Bar.
in d. l. alio. Nā requirit ꝓpriè præsentia hr̄dis, qua trahere posset
executores ad illā rem vendendā alio pretio, ar. l. sicuti, ff. de ar-
bi. sed ista ratio cessat in pupillo: qm̄ pupillaris ætas quicquid vi-
det, ignorat. l. j. C. de fal. mone. l. fina. ff. rem pupil. fal. fo. ¶ Pro
hoc inquit no. Bal. in l. j. in vlti. colum. C. qui admit. ad bo. pos.
4 & Ang. in l. fi. C. de verb. sig. vbi dicit, † ꝙ si statutum disponat,
quòd mulieres nō possunt contrahere sine consensu propinquo
rum, nō verificabitur in pupillis propinquis: quia propter lubri-
cum ætatis apti non sunt, vt ibi per Fed. & in simili no. Bart. in l.
si tertius, in princ. ff. de aqua plu. ¶ Vnde faciunt not. per Bal. in
l. captatorias, in fi. de test. mil. vbi dicit, quod executores non te
nentur requirere hæredem, nisi indigeāt eius informatione, vel
suæ voluntatis exploratione: quia non sunt iudices, sed executo-
res, ar. l. quod si nolit. §. fi. ff. de ædil. edi. ar. eorū, quæ no. in cle.
5 j. de offi. deleg. ¶ † Ad idē quod. no. Bald. in l. nulli, in iij. col. in
ver. sed nūquid hæres potest adesse, de epi. & cle. qnimò no. Bal.
in l. id quod pauperibus, C. de episc. & cle. in xviij. q. vr̄ cōclude-
re, quod tales executores habentes à testatore potestatem ven-
dendi possunt inuito hęrede vendere, quāuis dicunt, ꝙ non pos-
sunt eum posidentē hæredem expellere inuitū de possessione.
¶ Præsupposita ergo dicta validitate dictæ dationis insolutū, vi-
detur ꝙ non sit locus cōpromisso petito ex parte agentis: tamen
quia iste videt esse articulus iuris, s. vnde datio insolutū valuit si-
ne decreto & solennitatibus à iure cōmuni, vel municipali requi
6 sitis, & statutū arctans partes † ad compromittendū non habet
locum, quando quæstio vertitur super articulo iuris, vt no. Bald.
a [a] & Sal. in l. ancillæ. in prin. per id, quod habet. C. de fur. & no.
idē Cy. & Bal. in l. cū proponas, C. de rebus credi. ¶ Hoc idem sa
tis videt de mēte statuti prædicti, dum dicit, hortamur tn̄ partes,
vt si nō sit dubiū facti, sed iuris tantū, puta quia ambæ partes fa-
tentur factū sed dubitabāt de iur, qđ in vnū vel duos iurisperitos
cōpromissum faciant, & sic nō vr̄ statutum necessitate partes ad
cōpromittendū hoc casu, sed vr̄ ponere in earū potestate. l. non
quicquid, ff. de iud. & l. legis virtus, ff. de legi. ¶ Fortificantur prę
dicta alia ratione per ea, quæ dicit Ioan. de Imo. in l. si sic, la pri-
ma. ff. de ver. ob. vbi per ea, quæ ibi not. gl. in ver. electio, dicens,
7 † ꝙ vbi verba sunt clara, nō indigeant interpretatione, infert, qđ
si debeat fieri cōpromissum ex forma statuti, nō debebit fieri cō
promissum, si clarū & apertū est ius per verba partiū. pro hoc etiā
allegat ipse id, qđ no. Bald. & Bar. in l. ille aut ille. §. cū in verbis,
ff. de leg. iij. vbi dixit per illū tex. quod si statutū dicat, qđ causæ
debeant cōmitti consilio sapientis: nō tn̄ illud est verum, quādo
quæstio nō habet dubium, & ita not. in l. placet, C. de sacrosan.
eccl. in princ. & l. j. C. de relatio. Et Ang. consi. xxxiij. inci. quæ-
stione vertente inter sanctum Benedictum, vbi etiā dicit, ꝙ qn̄
iudex videt tale consiliū per calumniā, seu animo differendi, vel
frustratoriè peti, tunc nō habet locū statutū arctans iudicē ad cō
mittendū causam consilio sapientis, vt petunt partes, argu. l. ij.
ad l. Corn. de fal. & l. j. C. de dilati. l. cum hi. §. si cui, & qđ ibi no.
Ange. ff. de transac. & ita etiā voluit Io. An. in tit. de requisi. con-
silij, in addi. Spe. §. insuper, ver. vt autē, & Bal. in d. l. j. C. de rela-
tio. & in proposito nostri statuti ponit Pau. de Cast. in consilio
suo. lxx. incipien. in christi nomine, visis & cōsideratis. ¶ Ad idē,
8 quod no. Bal. in l. j. ff. de transac. vbi per illū tex. dicit, † ꝙ vbi res
est liquida per instrm̄, non est locus transactioni: & ꝙ post publi
cationes, attestationes, & re iam liquidatā, nō est locus compro-
misso requisito à statuto, cùm tale compromissum sit quædam
transactio, in auth. vt diffe. iudi. §. j. & no. in c. quintauallis, de iu
reiu. & illud dictum etiam sequitur Pau. de Cast. in princ. C. vbi
refert etiā Lud. Ro. in l. prætor. ad fi. ff. de ope. no. nun. in addi.
¶ Vltimò ad hoc, quod habetur in dicto statuto in ver. hoc tamē
compromissum. sed ita est, quod stante dicto testamento adiudi
catum insolutum, & his, quæ opponuntur contra dictam adiu-
dicationē, articulus videtur clarus, quòd adiudicatio valeat, vt ꝓ
batur: nec contra hoc sunt contradictiones iuris, ergo non est lo
cus dicto statuto, nec compromisso.

### ADDITIO.

a Bald. L. postquàm liti. co. ij. C. de pac. l. cum virum. C. de exc.
trac. stat. ver. allegatio. Fel. c. cum venissent. co. j. de iudi. Iaso.
consi. xxvj. in fi. consi. xxxv. lib. j.

### SVMMARIVM.

1 *Legitima nepotum pinguior est per se, quàm cum patruis suc-
cedentium.*
6 *Mulier habere potest bona triplicis generis.*

## CONSILIVM XLIII.

SVper primo dubio quæritur quāta sit legitima dicti
Roberti, & quinque eius sororum, quæ omnes sunt
nepotes dicti testatoris ex filia præmortua, an sit ter-
tia pars, an verò dimidia, hoc in terminis decidit Sal.
in authent. nouissima, C. de inof. test. in j. q. vbi quę
1 rit, † quid si auus ex filio vnico præmortuo, habeat quinque ne-
potes, an legitima omnium sit triens, vel semis, & dicit quod est
semis: quia omnes veniunt ad successionem eius in viriles, vt in
auth. de hær. ab intest. §. j. secus, si venirent cum vno filio: quia
tunc venirent ex parte patris sui cū filio illius, de cuius hæredita-
te agit, & sic in stirpes, & oēs quinque haberent loco vnius, vnde
tūc legitima esset triēs, cuius dimidia eēt filij: & alia dimidia esset
dictorum

dictorum nepotũ.& idem dr̃, ꝙ si nullus filius superesset, sed tm̃
nepotes ex duobus filijs, puta ex vno duo, ex alio tres: quia ve-
niunt in stirpes, & censerentur vt duo, & per hoc allegat text. in.
§.neque, in auth. de trien. & semis. co. iij. ad hoc, quod hr̃ in. §. cũ
2 filius cũ seq. insti. de hære. ab intest. quod reputat no. ¶ † Facit
qđ not. Bald. in l. illam, C. de colla. circa vlt. col. & Sal. in l. sanci-
mus, §. repletionẽ, C. de inof. test. in ver. quæro, an nepos con-
tineatur, & Io. de Imo. in l. iiij. circa vlt. col. ff. ad l. Fal. vbi faciunt
istam differentiam, an nepotes concurrant cum patruis in succes
sione, tunc nepotes repleant locũ patris sui, nec possunt aliter cũ
patruis concurrere, nisi venerint ex persona patris: quia sunt re-
motiores in gradu, aut non concurrunt cum patruis, & tunc ve-
niunt seu venire possunt ex personis eorum. ¶ Ad prædicta etiã
bene facit, quod not. Rayn. in auth. nouissima, præallegata: vbi
3 concludit, † ꝙ in casibus, in quibus fratribus debetur legitima,
qñ frater fratre superstite, vel fratribus decederet turpi persona
instituta. l. fratres, & l. fratris, C. de inoff. test. & l. j. ff. eod. legiti-
ma dictorũ fratrũ, qui sunt quinque numero & vltra, erit hodie
b [b] dimidia ꝓ id, qđ no. gl. & doct. in d. auth. nouissima. & in corpo
re, vnde sumit̃. & pro hac cõclusione videtur text. in d. auth. de.
trien. & semis. §. j. ibi dum dicit, hoc seruando in omnibus perso-
nis, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso lege
4 decreta est. ¶ † Pro hoc etiã facit, quia dispositio legis fauorabi-
lis ipsis filijs trahit̃ ad nepotes, in auth. vt exac. instan. §. ij. & l. fi-
liũ habeo, ff. de Mace. & no. Bar. in l. liberorum, in ver. secundò
quæro qñ verbum filij profertur à lege. ff. de ver. sig. per Cyn. &
Bal. in. l. quisquis, C. ad. l. Iu. maie. & Bald. & alios post eum in l.
Gallus. §. instituens. ff. de libe. & posthu. & Bal. in l. nepotis. l. in
suis. ff. eo. tit. & Ant. de But. in c. in quibusdã, de pœnis. & Petr.
de Anch. in cle. j. de bapti. hoc etiam est de mente Cy. in d. auth.
nouissima, in fi. dũ dicit, ꝙ reg. in auth. de trien. & semis. §. j. ha-
bet locũ in filijs, & filiabus, & alijs descendentibus, poterũt ergo
dictæ sorores petere supplementum legitimæ pro rata prædicta
quãuis auus earum in dicto testamento libras decẽ Bononeno-
rũ ꝓ singula reliquerit. l. omnimodo, C. de inoff. testa. & auth.
5 vt cũ de appel. cogno. §. cæterũ. ¶ † Venio ad aliud dubium, quo
quæritur an hæredes dict. dñæ Floræ possint petere fructus per-
ceptos per dictum dñm Maximũ per tempus annorum xxiij. ex
bonis non dotalibus dictæ dñæ Floræ ex pr̃na hæreditate, & bre
uiter dico qđ sic, vt no. in l. pe. quæ incipit, maritus, in prin. ff. ad
l. Falc. & Bart. Ang. & moderni hoc tenent, qñ fructus industria
les percepti fuerunt à marito contra voluntatem mulieris per l.
de his, C. de dona. inter virum & vxo. vbi est casus noster, vt in-
fra ostendã. De Naturalibus aũt fructibus etiam constat, ꝙ illos
omnino repetere potest mulier, seu suus hæres, & si de volunta-
te mulieris percepti sunt, vt not. gloss. bona in l. fi. C. de pac. con
uen. & saltem quatenus maritus esset locuples effectus secundũ
Marc. Sili. quẽ refert & sequitur Bar. in d. l. maritus. & in dubio
præsumitur locupletior effectus, quatenus valuerũt fructus, qui
ad eum peruenerũt, nisi pro parte ipsius Maximi probet̃ contra-
rium, vt colligitur ex gl. in l. in tm̃. in gl. j. iuncto text. ff. de peti.
hæredi. quã ibi ad hoc multum cõmendat Ang. ¶ Subdunt etiã
doct. præfati in d. l. maritus, quòd prędicta vendicant sibi locum
in fructibus consumptis à marito. vbi verò fructus adessent, di-
cunt indistinctè fructus debere reddi hæredibus mulierum per
d. l. stipulata, & cum eis concordat Bald. in l. si ego. §. dotis. ff. de
iur. do. & quod tales fructus repeti possunt per mulierem, seu
eius hæredem, tenuit etiam gloss. in l. vbi adhuc, in verbo, susten
tationem, & ibi Bald. in penul. co. C. de iure do. ¶ Istam opin. ap
probat etiam Bald. in l. assiduis, C. qui poti. in pign. hab. vbi re-
6 fert, quod licet Bar. consuluit † quod quando bona sunt assigna
ta viro per vxorem tanquam paraphernalia, fructus talium bo-
norum si sunt consumpti per virum cum muliere in domo com-
muni, non possunt repeti per vxorem, vt per Barthol. in consilio
incip. Titius habens lumen. vbi non apparet talia bona esse assi-
gnata viro tanquàm paraphernalia, sed si vir vt minister vel nego
tiator administrasset, teneretur restituere fructus tales, allegat
id, quod no. Dyn. ff. so. ma. l. diuortio, super secunda gloss. in fi.
sed ista bona non erant paraphernalia, quæ mulier secum defert
in domum viri. d. l. si ego. §. dotis. ff. de iur. do. in auth. de exhi.
reis, ad fi. cum gloss. in ver. proprius, & not. gloss. in rub. C. de
pac. conuen. & habetur in l. fi. eo. tit. & not. Azo. in summa. C.
de iure dot. in princ. in tit. de pac. conue. in prin. vel si alio modo
tradita sint per mulierem marito iuxta dotẽ, vt no. Ia. Bu. & Bar.
in l. maritus, C. de procurator. & Bald. in d. l. assiduis, & patebit
ex infra dicendis. ¶ Vltra prædicta quæstionẽ nostrã in terminis
a decidit [a] Bal. melius, vt mihi vr̃, q̃ alius in consi. incip. & sciendũ,
7 † quod mulier, vbi formaliter sic dixit, ꝙ mulier habere potest
patrimonium triplicis generis, s. bona dotalia, item paraphern-
alia, & hæc paraphernalia sunt bona mobilia, quæ vxor defert in
domum viri maximè ratione sui proprij vsus. l. fi. C. de pac. con-
uen. & l. si ego. §. dotis. ff. de iure do. & de istis paraphernalibus,
qñ mulier tradit viro custodiam, vr̃ ei tradere tacitè administra-
tionem & vsum. sed qñ sibi seruat custodiam mulier, & tunc vir
nullum ius prætendit, vt in iuribus proximè allegatis. ¶ Quædã
sunt bona mulieris nec dotalia, nec paraphernalia, sicut sunt ea,
quæ sunt extra dotẽ, & extra ea, quæ vxor in domũ viri adduxit,
& in istis vir non habet administrationem. vnde videmus, quòd
pro istis agens cauet de rato. l. maritus, s̃. de procur. secus, qñ agit
pro paraphernalibus: quia intelligitur habere tacitam admini-
strationẽ à iure, vt d. l. fi. C. de pac. conuen. & ibi gl. de fructibus
verò paraphernalium teneretur maritus reddere rationem, qua
tenus maritus conuertisset in vsus proprios: quia debuit in cõem
vsum cõuertere, vt in superiori. allegatis. l. fi. C. de pac. conuen.
& no. in l. stipulatus. §. j. & in istis procedit distinctio. Mar. Sili.
& Bar. in d. l. pe. in prin. ff. ad l. Fal. & gloss. in d. l. fi. de fructibus
aũt dotalibus certũ est, quòd sunt viri. ff. de iure do. l. dotis fructi
bus, & l. oneribus, C. de iure do. ¶ De tertio verò genere bono-
rum, s. non dotalium, nec paraphernalium concludendum est,
quòd si constat, ꝙ contra voluntatẽ mulieris percipit fructus, &
huic voluntati statur, vt d. l. de his. aut constat, ꝙ percepit de vo-
luntate mulieris: & tunc aut quæritur de extantibus fructibus,
& illos integre restituere debet maritus. d. l. si stipulatus. aut de
consumptis, & tunc tam de industrialibus, q̃ naturalibus fructi-
bus dicendum est, vt s̃. proximè in fructibus paraphernalium.
¶ Aut voluntas mulieris est dubia, & iste est casus, quem omisit
Bar. quo casu dicit, ꝙ non lucrat̃ maritus nec extantes, nec con-
sumptos, nec industriales: sed eos tenet̃ restituere, & de hoc pro-
priè loquit̃. d. l. pen. in prin. ad l. Falc. nihil subaudiendo, nec vio
lando literã. ¶ Et hoc, quia vir in istis non præsumitur consume-
re de voluntate mulieris ex pluribus præsumptionibus. Primò
ex regula. l. cum de indebito, in prin. ff. de prob. quia nemo præ-
sumit̃ velle perdere suum. ¶ Scdò, quia genus mulierum est aua-
8 rissimũ. l. si ego, cum concord. j̃. alleg. ff. ad Vellei. ¶ † Tertiò est
congruentia personarum: quia debent viri sustentare vxores de
proprijs, vel dotalibus, non vir ab vxore. l. ex anno, ff. de don. in
ter vi. & vxo. Quartò ex personarum coniunctione, & qualita-
te: quia in vxore est annexa reuerentia viro, propter quam resul-
tat præsumptio dissensus, seu assensus voluntatis. l. j. §. quæ one-
randæ, cum si. ff. qua. re. act. non datur, Et no. Bart. in l. quæ do-
tis, in pe. col. ff. sol. mat. & quia consumptio bonorum mulieris
est præiudicium mulieris. vnde venditio, vel dissensus. l. qui vas.
§. vetare, & l. pe. ff. de fur. vnde & isto casu maritus, & eius hr̃s te
nentur reddere rationem mulieri: ita nullo addito cõcludit Bal.
in præallegato consi. ¶ Et licet in pluribus locis tetigit istum pas
sum, tamen nullibi videtur mihi, quod plenius, ac melius tetigit,
quàm in dicto consilio, cuius opin. videtur mihi de iure nec à di-
ctis Bart. & aliorum discrepare vr̃, sed vr̃ dicta eorum declarare
& perficere. ¶ Cum ergo in præsupposito nostro non apparet
de consensu mulieris, imò de iure præsumatur contra, sequitur,
quòd de iure possunt hæredes dictæ dominæ petere dictos fru-
ctus, quicunque sint, & per hoc non est necesse insistere, qui sint
fructus naturales, de quo plenius per Bart. & alios in l. ex diuer-
so, in prin. post gloss. ff. de rei ven. & per Bald. in l. pro oneribus,
C. de iure dot. & in l. ancillæ. C. de fur. & l. j. C. de vsu. leg. & in
l. clam, C. de rei vendic. & in rubr. C. de fructi. & litium expen.
& in l. ij. in xx. colum. in versicu. si vende, secundo puncto, C.
de ser. & aqua, post Innoc. in c. consultationibus, de iure patro.
plenè per Anton. de But. in c. grauis, de restitut. spolia. & ali-
quid per Bartol. in d. l. maritus, ff. ad l. Fal. Vnde, ne confundan-
tur actiones, quæ competebant domino Roberto, & pro parte
hæredi dictæ dominæ Floræ contra dictum Maximum hæredi-
tas est ipsi Roberto dilata, consulo, si est intra tempora, adeat
hæreditatem cum beneficio inuentarij iuxta. l. fi. §. in compu-

 tatione.

tatione, C. de iure deliberã. & etiam posſit vbi beneficio detra-
ctionis, ſi legata excederent dodrantem, adeò, quòd penes Ro-
bertum non remaneret quarta integra, ſolutis integrè legatis, &
deductis deducendis iuxta ea, quæ habentur in auth. de hæredi.
& Falc. §. ſi verò non fecerit.

## ADDITIO.

a ¶ Saly. ſequitur ibi Iaſ. num. 51.
b ¶ Hodie. Imò in tranſuerſalibus nõ eſt aucta. Bal. d. l. fratres,
* co. ij. la. & * cõiter do. in d. auth. nouiſsima, licet. Ioan. Fa. ibi
idem quod Ray.
c ¶ Bald. conſi. ccclxxviij. quædam ſunt res. conſi. lxix. factum.
li. v. conſ. cclxxvj. verba ſtatutorũ li. iij. s̃. lib. j. cõſi. xlij. n. 2.

## EPITOME.

1 Duobus teſtibus de maiori ſumma æſtimationis damnorum
ſtatur, licet ſint plures de minori.

## CONSILIVM LXIIII.

Viſa conſultatione præmiſſa, viſiſque atteſtationibus te-
ſtium inductis ad probationem damnorum & intereſſe
conductorum datij vini. ¶ Super quibus principaliter
quæritur, an dicti teſtes dicantᷣ legitimè probare de aliqua certi
damni quantitate. ¶ Et vr̃ prima conſideratione dicendum non
1 probare, cũ videantᷣ oẽs in ſuis dictis eſſe † ſingulares, de electio.
c. bonæ, el. j. quod procedere vr̃, etiam qñ ſingulares ſunt in ſum
mis: quia vnus deponit de ſumma maiore, alius de minore, vt fir-
mat Archidia. iij. quæſtio. ix. in. c. nihilominus, & Ioan. And. &
Lapus, Pe. de Anc. & moderni in c. j. de arbit. in vj. & Bal. in l. ex
facto, in verſi. item quæro. ff. de vulga. & pupilla. quia ad actum
probandum ad minus requirũtur teſtes duo, qui ſunt conteſtes.
ex cõmuni negotio & c. c. licet ex quadam, de teſt. l. iuriſiurandi.
C. eo. tit. de aliquo actu, vel ſpẽ probanda. & no. de aliquo nego
tio in genere probando. quinimo, ſi teneamus, ꝙ teſtes ſingula-
res in ſumma probent, concludendum vr̃ neceſſariò, ꝙ probent
in ſumma minori. l. inter ſtipulantẽ. §. ſi ſtip. ff. de ver. ob. l. qui
quartam, in prin. ff. de leg. j. & c. j. de arbi. cum ſimi. & in ea. mi
nori ſumma, & non alia dicantur eſſe teſtes, vt in. d. c. cum cauſa,
2 & l. diem proferre. §. ſi plures, ff. de arbitris. ¶ † Fortificãtur hæc
quia regulariter, vbi teſtes variant, ſtandum eſt maiori numero
teſtium. l. ob carmẽ. l. fin. ff. de teſt. c. in noſtra, de teſti. & ibi ple
nè no. c. licet cauſam, de prob. & ꝑ gl. magnã. iij. q. ij. c. ſi teſtes.
¶ Sed ita eſt, quod omnes teſtes videantᷣ conuenire, & concede-
re in ſumma minore vt dictũ eſt, ergo dato quod aliqui teſtes eſ-
ſent concordes in ſumma maiori: tamẽ illi, qui concordes ſunt in
maiori ſumma, ſunt vna cũ alijs etiam concordes in minori ſum-
ma. Sequitur, qđ ſtandum eſt minori ſummæ: quia in illa cõcor-
dant omnes, & ſic cũ vnus ſit teſtis, qui deponat de ſumma libra-
rum trium milium, licet alij deponant de pluri: tñ omnes dicun-
tur concordare in dicta minori ſumma, & per conſequens illa
erit attendenda. ¶ Huic ſententiæ vr̃ conſentire cõcluſio, Bal. in
l. j. in pe. vel vlt. co. in. viij. q. C. de teſta. vbi refert, ꝙ licet Archi.
3 in præall. c. nihilominus, dicat, † ꝙ ſi volo ꝓbare me poſſediſſe
per decem annos, & vnus teſtis dicat, ꝙ vidit me poſsidere per tri
ginta annos ſecundus teſtis dicat de xx. annis, & tertius teſtis de
decem annis, nõ probãt me poſſediſſe per x. annos: quia in quoli
bet facto probãdo requiritur pluralitas teſtium: tñ ſm Bal. illud
dictũ debet intelligi, qñ teſtes ſunt ſingulares in initio poſſeſsio-
nis, vt quia vnus dicit, ꝙ incepit poſsidere iam ſunt xx. an. alius
dicit, quòd iam ſunt xxx. anni, quia tales cõtradictiones indicãt
contradictionẽ iuris & facti, ꝑ no. ꝑ gl. in. l. iij. in prin. in ver. ani-
mo, in fi. ff. de acq. poſſ. ſecus, ſi nõ variant in initio poſſ. & vnus
teſtis dicit, vidi ipſum poſsidere per xxx. annos, & alij dicunt per
xx. annos, probabunt in minori tempore, in quo intelliguntur
eſſe conteſtes, ita etiam, quòd qñ apparet, ꝙ deponũt de eodem
facto, vt videtur concludere Ioan. de Ant. & Domini. de ſancto
Gem. in c. j. de arb. in. vj. & Pau. de Leaz. in diſputatione ſua inci-
piente cõtra inſtrm̃ debiti opponit, quod inſtrm̃ eſt vſurarium.
¶ Hoc videtur tenere Ioa. de Imol. in l. inter pares, maximè in ij.
4 col. C. de re iudi. † vbi quæritur, an ſi ſunt plures teſtes deponen
tes de valore rei, vnus deponit decem, alter de viginti, & quilibet
aſsignat rationem dicti ſui, dicens, quòd ſic communiter vende-
retur, & ꝙ pro tãto pretio ipſe emeret. nã ſecundũ eũ tales teſtes
non abſolutè, nec ſingulariter dñr probare dicta. x. quia ſaltẽ in
ea ſunt concordes ꝑ d. c. j. de arbi. in. vj. ¶ Et idẽ dicit in teſtibus
ſingularibus & variè deponentibus, tunc tẽpus poſſeſsionis, ꝓp
quod reprehendit dictum Archid. in præalle. c. nihilominus, &
tenet Io. de Imo. in. c. cũ oporteat, de acc. in penult. col. & in l. j.
§. ſtipulatus, de verb. ob. ¶ Bene facit, qđ no. Ang. & Raph. Cu-
5 ma. in d. l. ex facto. §. itẽ quæro. ff. de vul. & pup. † dum dicunt,
ꝙ ſi duo ſunt teſtes inducti ad probandũ Titiũ deceſsiſſe in pupil
lari ætate, & vnus dicit Titiũ intra xiij. annum deceſsiſſe alter de-
ponit eũ eſſe probatũ deceſsiſſe intra pupillarẽ ætatem: quia in
hoc ambo conueniunt, quia vnica eſt ætas pupillaris, & ideo te-
ſtes aſſerentes in diuiduo tp̃e non dicuntᷣ diuerſa deponere, imo
dicuntᷣ conteſtes, alleg. in ſi. no. gl. in. d. l. ob carmẽ. §. fi. ff. de te-
ſti. & Inno. in c. qualiter & qñ, el. ij. de accu. cũ his videtᷣ concor-
dare id, quod no. Spe. in tit. de teſte. §. poſtq̃, ver. quid ſi plures.
vbi dixit teſtes, quorũ vnus deponit de decem, & alius de viginti
non videri adinuicẽ contrariari. l. ſi quis in ſuo teſtõ. §. non aũt,
C. de fideicommiſ. li. & ſic vr̃ ſentire Spec. ꝙ ſtetur minori ſum-
mæ. ¶ Corroborantur prædicta, quia teſtiũ, & inſtrumentorum
par vr̃ eſſe probatio. l. in exercendis, C. de fide inſtrum. c. cum
6 Ioannes, extra eo. tit. tñ videmus, † quod ſi de eodem facto duo
reperiuntur inſtr̃a, quorũ vnũ maiorem ſummã contineat: aliud
aũt minorem, ſtandũ erit illi, in quo ſumma minor contineatur,
vt l. Sempronius proculo, de leg. ij. & declarat Bald. in l. impera-
tor. ff. de ſta. hom. in pen. col. & in l. cum proponeretᷣ, ad fi. ff. de
leg. ij. & in l. ſcripturæ, C. de fid. inſtr. & in l. falſus, circa pe. col.
C. de furtis. ¶ Sed præmiſsis non ob contrariã ſententiam in ca-
7 ſu, in quo quæritur, puto de iure veriorẽ. ¶ † Ad quod oſtenden
dum primo præſuppono, quòd ſi teſtis vnus deponit, quòd ego
paſſus ſum damnum pro tali cauſa in x. vnus alius, vel duo depo-
nunt, quòd damnum, quod ego paſſus ſum pro illa cauſa, aſcen-
dit ad ſummã. xv. quòd primus teſtis deponat de decẽ, non dici-
a tur contrariari [a] alteri teſti, vel alijs teſtibus deponentibus de.
xv. quia qñ deponit de dãno aſcendente ad ſummã x. non videtᷣ
deponere, quòd nullo modo aſcendat vltra. x. vt probatᷣ in. d. l.
cum furti, ff. de in litem iurand. vbi ille, qui iurauit rem valere. x.
non eſt periurus, licet res plus valeat: quia non vr̃ iuraſſe, ꝙ plus
non valet. ¶ Vnde Bartol. ibi quem alij ſequuntur per illã dicit,
quòd ſi examinati ſunt aut fuerũt teſtes ſuper articulo continen
te, quòd illa res valeat centũ, poſtea poſt publicationẽ fieret arti
culus, quòd res valeat cl. poſſent adhuc teſtes examinari, qđ illi
articuli non ſunt contrarij, ſed diuerſi: quia poteſt eſſe vnum &
& aliud. ¶ Hoc idem vr̃ tenere Bar. in l. fi. ff. de leg. ij. vbi quærit,
quid ſi duo teſtes dicũt, vnus quod talis res valet centũ, alius cen-
tum quinquaginta, an dicantur adinuicem cõtrarij? de qua gloſſ.
facit ꝙ ſic, quaſi vñr primi duo teſtes dicere, ꝙ valet centum, ſ.
tantum. In contrariũ allegat. d. l. cũ furti, & ſic videtᷣ reſidere in
hac vlti. opi. iuxta gloſſ. in l. qui filium, in gl. quæ incipit, ſcilicet,
ff. ad Tre. l. bona. fides, cum ibi no. per Bart. ff. depoſi. & in. l. iij.
§. Neratius. ff. de acqui. poſſ. & quæſtio Io. And. in c. j. de ſen. ex-
com. in vj. cum ſimil. ¶ Iam vltimam opinio. ſcilicet quod teſtes
primi non ſunt contrarij alijs, firmat ibi Raph. vt in d. l. fi. §. j. de
lega. ij. & ita etiam ibi tenet Pau. de Caſt. in lectu. Bono. licet
Ioan. de Imo. ibi non decidit: ſed ſolum dicit eſſe dictum. idem
etiam not. Ioan. And. in d. c. j. de arbi. in vj. quod not. in d. §. ſi
plures, & id quod not. ipſe in d. l. inter pares. ¶ Huic conclu-
ſioni videtur conſentire Specu. in. d. titul. de teſte. §. j. ver.
ſed pone ecce, vbi dicit, quod ſi vnus teſtis deponit de x. alius
de. xv. alius de. xx. non videntur adinuicem contrariari. Idem
videtur tenere Ludo. Rom. in præalleg. l. cum furti. ¶ Bene fa-
cit. l. rationes, cum gloſſ. s̃. de prob. & quod not. Bartol. in l. ſi
quidem, C. de tranſac. vbi dicit, quòd ſi creditor confeſſus eſt ſe
debere habere centum à Titio, non videtur aſſerere, quòd cen-
tum tantum & non vltra debet habere à Titio, ſecundum quòd
probatur in l. iij. §. cum Titio, de adi. leg. & not. idem Barto. in l.
ſi cum dos, in princ. ff. rerum amo. ¶ Ex hoc infertur, quid cum
ille teſtis, qui deponit de extimatione damni & intereſſe libra-
rum trium milium, & ſimiliter alij teſtes deponentes de ſumma
inferiori ab illis maioribus ſummis, de quibus infra dicam, non
deponant taxatiue, adeò, quod excludant damnum, & intereſ-
ſe non fuiſſe in plus, ſequitur, quòd dato, quòd omnes dicantur
concor-

concordare & probare de summa triũ milliũ librarũ, non sequit
ergo, non probant de maiori summa: quia imò probant de ma-
iore summa, de qua deponunt, vt ibi referam, vbi etiã allegabo
authoritates do. hoc in terminis tenentiũ. ¶ Nec etiã sequit, ꝙ
licet stetur maiori numero testiũ, debet præferri summa librarũ
triũ miliũ, in qua concurrit maior & omnis numerus testiũ: quia
dato, ꝙ oẽs probent de illa, tñ non sequitur, vt dixi, ergo nõ pro-
bant de maiore, cũ non negant maiorem summã. Nam iura. s̃. al
legata, quæ dicunt, ꝙ maior numerus testium contradicit mino-
ri, sed qñ, non contradicit, sed si per maiorẽ numerũ deponitur
aliquid quod põt stare cũ eo, quod deponit maior numerus testi
um, tunc depõ maioris nõ tollit illud, quod deponit maior nu-
merus. vna enim ꝓbatio tunc non detrahit alteri, vt patet ex no.
in d. c. nihilominus, in glo. fi. in prin. & patet etiã ex no. in l. cum
furti, & d. l. fi. ¶ Vnde dicit Ant. de But. & sequunt alij post eum
8 in c. j. de offi. dele. per illum tex. iuncta gl. j. † ꝙ licet vnus testis
minus deponat de facto, q̃ alter in suo testimonio, ꝑ hoc nõ cen-
setur ille esse contrarius, dummodo alteri non contradicat, vt pa
tet exemplum. nam si facto articulo, ꝙ vendidi Titio librum pro
decem, & fundum pro centum: & aliqui testes, principaliter ma
ior pars de vẽditione libri, & minor pars (dũmodò sint duo, qui
deponant) de venditione vtriusque, quis dubitat, ꝙ obtinebo in
vtroque: quia isti testes non sunt cõtrarij, licet quidã præcedant
alios in probando. ¶ Ex his etiam infertur, ꝙ in summis, in qui-
bus reperiuntur in aliquibus esse specificè cõtestes, standum est
eis, ne dictis eorum derogetur per testes de minori summa depo
nentes. vnde cum plures sint testes, qui deponunt concorditer,
quod ꝓp banna, prohibitiones, expulsiones, & interdicta ema-
nata occasione suspicionis post conductores datij passi fuerunt
singulo mense damnũ librarum sexcentũ Bono. habito respectu
ad xxiij. menses inde restituti. Ia. Scacabis, & Io. de Bicherijs, &
Andreas de Blanchinis, & Petrus Benchi, & aliqualiter Borinus
de Banchis. ¶ Cum igitur pet aliquos de nominatis testibus con
cor. dicit sic probatũ ꝙ ꝓp prohibitionẽ ne vuæ in castellacis cõ
duci possint extra ciuitatem, & comitatum Bononiæ, conducto
res dicti datij sunt damnificati in quantitate librarum ducentum
Bono. & probant dicti de Blanchinis, s. An. de Blanchi. & duo
alij, & concorditer deponunt de summa librarum. ¶ Ideò autem
dico esse absoluendum de minori summa, quasi videantur mino
ri affectione moueri: quia cum testes habeant reddere rationes
suas inferentes ad cõem æstimationem pretij, vel interesse, non
potest dici, ꝙ videantur ex affectione maiori moueri illi, qui de-
ponunt de maiori æstimatione, vt vult ipse in d. c. de em. & ven.
& si Bal. in d. l. ij. de resc. ven. aliter sensisset, apparet ergo omnes
istos negare, quòd stetur minori summæ in testibus, licet omnes
videantur includere minorem summam, & in illo conueniãt, ita
etiam vult Bar. & alij. in d. §. si plures. ¶ Idem & fortius dixit Sal.
in d. l. ij. C. de resc. vend. in vlt. char. & maximè in ver. item iuxta
9 hoc quæro quid si de tribus. vbi quærit, † quid si tres sunt testes,
quorũ vnus dicit rem valere centũ: secundus dicit centum & de-
cem: tertius dicit valere centum & viginti: an probent, & in quo?
arguit primo ꝙ non probent: quia sunt singulares. In contrariũ
adducit: quia sunt contestes in minori summa, & sic vr̃, quòd in
ea contestes d. l. diem proferre. ver. inde quærit si plures. ꝙ tres
testes probabunt in quantitate media, s. in centum & decem per
hanc rationem: quia primus testis implicitè est reprobatus per
alios duos in eo ꝙ implicaret rem non valere vltra centum. alij
autem duo sunt cõcordes qđ vltra centum valeat, & cõcordãt se
in centũ & decẽ, licet in decem additis à tertio discordent, & illa
discordia in illis decem nõ attenditur post, q̃ tertius in eo est vni-
cus, & in centum decem sunt duo in effectu. ¶ Et ad illam deci-
sionẽ ẜm eũ suadet rõ: quia si aliter diceremus, sequi posset ma-
gna fraus, s. quod vnus ex istis, qui habet deponere super æstima-
tione, diceret de modico seu de minori pretio, & omnes alij de-
ponentes de maiori summa dicerentur cum illo consensisse, &
sic standũ esset ei, quod diceret ille vnicus deponens de minori
summa: quod esset iniquũ dicere ẜm eũ. hoc cõfirmat ipse: qa qñ
tractat de æstimatione alicuius rei, cõstat rẽ aliqd valere: & ideo
quærit sciri non de aliquo pretio, sed de maiori: qđ tñ sit cõmu-
ne. sed in casu ꝑdicto illud pretiũ de centũ decẽ est illud, quod est
maius, & qđ per plures testes dr̃ esse cõmune, ergo illud dẽt pre-
b ualere. ¶ Non ob. ẜm eum. l. diem proferre. §. si plures, [b] ver. itẽ
quęritur, & c. j. de arbi. in. vj. quia aliud est in sentẽtia, vel laudo
arbitrorũ, q̃ in dictis testiũ, vt no. gl. in d. §. si plures. & est ratio:
quia secundum eum iudices delegati, vel arbitri agunt inducere,
non tm̃ declarare vel referre, vt faciũt testes: ideò eorũ sententia
ad illud, qđ est minus, restringit. ¶ Alia aũt ratio põt esse: qa arbi-
tri prius conferunt inuicem de eo, quod iudicare intendunt, &
intentionẽ suam declarant vnus alteri, vt ff. de arbi. & si tres, & l.
sicuti. ¶ Ponit etiã tertiam rationẽ, quam breuitatis causa omit-
to. ¶ Et sic videmus, ꝙ etiã in casibus, in quibus oẽs testes omni-
no tenent singulare, non debet stari illi, qui deponit de minori
summa, & sic nõ deberet stari dicto Achillis deponentis in sum-
ma librarum trium milliũ si duo nõ reperirentur in aliqua sum-
ma contestes, sed deberet attendi summa media. ¶ Restat ad alle
gata in contrariũ respõdere, ad quæ satis colligi potest ex prędi-
ctis rñsio. ¶ Primò. n. non obstat, dum dicebatur, qđ testes per
conductorem nõ probant: quia sunt singulares: quia rñdeo, qđ
sunt plures, qui sunt contestes. vt pro dãno secuto rõne exẽpla-
tionũ quarundam, & proclamationum factarũ ob pestis suspicio
nẽ sunt contestes Ioan. Minẽbo, & Ioan. de Becherijs, Anto. de
Blanchis, & etiã Petrus Lentij, & Burinus & ita etiã in facto vua-
rum & vini prohibiti extrahi sunt alij testes, quos suprà retuli.
10 ¶ † Quinimò dato qđ essent singulares, si apparet, qđ loquuntur
de eadem re, vel facto, probant etiã in eo, quod reperiuntur duo
deponere, s. ille, qui deponit de maiori vltima summa, & ille, qui
deponit de penultima maiori summa: quia in penultima proba-
bunt, in qua intelliguntur esse concordes, cum in ea conueniant,
vt dicunt do. in locis. s̃. allegatis, & maxime Sali. in d. l. ij. C. de re
scin. ven. ¶ Et hoc, qñ testes, qui deponunt de inferiori summa,
nõ essent plures numero. & dato, ꝙ essent plures, tñ nõ depone-
rent per dictionẽ taxatiuã, & sic nõ dicerent cõtrarij testibus de-
ponentibus de maiori summa iuxta. d. l. cum furti, cum ibi not.
per Bar. & alios quos. s̃. retuli. ff. de in lit. iuran. & ideo stabitur
potius ipsis duobus affirmantibus de maiori summa, cum non in
ueniantur esse alij plures testes, qui dicant deponere de negati-
ua dictæ maioris summæ. igitur ipsis affirmantibus stabitur per
no. in. d. §. si plures, per gl. & docto. ¶ Non ob. illud, quod not.
Arch. in d. c. nihilominus, cum concor. s̃. allegatis. vbi volunt, ꝙ
per testes singulares circa summã nõ dicatur esse probatum: quia
rñdeo, vt iam dixi, quia est probatum per testes, qui sunt conte-
11 stes. ¶ † Scđo rñdeo, ꝙ d. Arch. procedit, qñ non apparet, ꝙ ille
deponit de tpe cõprehẽso sub eodẽ initio possessionis, de quo de
ponebat alius testis deponens de maiori tpe. s. xxx. anno. Nam si
cõstat, ꝙ de eodẽ initio deponũt, ꝓbabunt &c. illud, in quo duo
conueniũt, vt firmat Paul. de Leaza. in d. disputatione, & Spe. in
d. §. postq̃, & Bal. in d. l. j. C. de testa. & moder. in d. c. j. de arbi.
12 cum concor. s̃. in princ. alleg. ¶ † Nec obst. qđ not. Io. And. in c.
j. de arbi. in vj. in nouella, quia dictum suum procedit qñ ex sin-
gularitate testium apparet vnum testem loqui de negotio peni-
tus diuerso ab eo, de quo deponit alius, vt si vnus testis deponit
ꝙ mutuaui tibi decẽ, & alius ꝙ mutuaui tibi xx. non probabunt:
quia aliud præsumitur esse mutuum factum de. xx. & est dubiũ,
vt probatur in. l. cum centũ, ẜm intellectũ Iac. de Are. & ibi Bar.
ff. de alimen. leg. & in l. quinquaginta, ff. de probatio. no. speci-
fice Bald. & Ang. & etiam moderni in l. scire debemus, in princ.
ff. de verb. oblig. per id, quod habetur in c. abbate sane, & Pe.
de Ancha. & Ioan. de Imo. in l. j. §. si stipulanti, de ver. oblig. per
id, quod habetur in c. abbate sanè, de re iudic. in vj. nec etiam
obst. id, quod no. Bald. in l. ex facto. §. item quæro, de vulga. &
pupil. quia Bald. ibi non firmat, & ideo contrarium tenet An-
gel. & moderni. & superius relatum est. ¶ Non obst. quòd dato,
quòd testes singulares probarent dicta debita, quod proba-
rent in minori summa, quæ sit inter omnes summas: quia in
eo conueniunt omnes testes, attento quòd maiori numero stan
dum est: quia respondeo, vt dixi, testes plures sunt, qui sunt
contestes. ¶ Secundò respondeo, quòd dato quod omnes testes
dicantur conuenire in minori summa: non tamen conueniũt in
ea summa integra. vt iuxta æstimationem damni secuti: de qua
iusta æstimatione probanda tractatur. & hæc responsio colligi-
tur ex verbis Sali. in prælleg. l. ij. in vlt. char. C. de rescin. vend.
& vbi agitur de causa onerosa, habet locum regula, quæ habet,
quòd in maiori summa & c. l. si decem. ff. loca. & ita est in casu
nostro. ¶ Nec ad hoc obst. tex. in d. l. diem proferre. §. plures, &

in d.c.j. de arbi. in vj. vbi hoc seruat in sententijs iudicantiũ: quia ad illud rñdi. s. fm Sal. & vltra responsiones suas potest respondere, ꝙ illa iura non habent locum, qñ diuersæ & singulares sententiæ essent latæ in diuersis quantitatibus probatis non absolutè, sed respectu alicuius rei. ita firmat Bal. in d. §. plures, & in l. j. circa prin. C. de sen. quæ sine cer. quãti. per l. si decem. ff. loca. & ar. l. si is cui decem. ff. de don. ¶ Sed ita est in casu nostro: quia tractatur de æstimatione damni suscepti in vsu & exercitio dicti datij: ergo &c. ¶ Non ob. dum allegatur authoritas Bal. in l. j. C. de testa. vbi dicit, quod videntur testes probare in minori summa: quia si verba Bal. bene inspiciamus, in sua conclusione loquitur in duobus testibus, quorum vnus probat de maiori, alter vero de minori. nam fateor, ꝙ impossibile est, ꝙ probent ambo in maiori: quia in eo non sunt duo: ita etiã loquitur Pau. de Leaza. in disputatione prædicta, & Ang. in d. l. ex facto. §. item quæro. sed qñ essent plures, q̃ duo, tunc dato ꝙ probent sine dubio in ea minori summa, in qua vnus testis minus cæteris deponit, tñ veritas vr̃, ꝙ etiam probant de vlteriori summa, in qua reperiantur duo esse contestes: quia licet vnus deponat de pluri, alius de minori probabunt, non aũt de minima tantum, de qua vnus alius non deponit. & hoc non solum, quando testes deponerent taxatiuè de minori summa: quia casus videtur satis clarus, sed etiam quando taxatiuè deponerent. quod apertius dixi. s. referendo maximè Sal. in d. l. ij. ¶ Non ob. etiam id, quod not. Io. de Imo. in d. l. inter pares, dum dicit, ꝙ si vnus deponit, quòd videlicet decem, alius. xxv. alius deponit de xx. quod saltem probabunt in decẽ: quia respondeo, ꝙ intentio sua est solum tractare, an testes, qui in summis sunt singulares, aliquo modo probent, & dicit, ꝙ si quando apparet, quod de eodem facto deponunt, quod probabunt saltem in minori summa, s. in x. non autem disputat, an de illa media summa probent, nec illud negat, nec videtur negari posse per supradicta: quia tex. in §. si plures, in c. j. de arbi. in vj. non habet locũ in casu isto, & maximè in testibus, vt s. est ostensum, & eadem fuit intentio modernorum in d. c. j. §. quærentẽ. an testes singulares in summis: sed an in minima tantum hoc ibi non disponit. ¶ Non obst. decisio Spec. in d. §. postquam: quia illa facit pro conductoribus datij, & ita pro eis etiam induxit in argumentis secundæ patris ad eorum fauorem inductis. ¶ Non ob. tex. in l. Sempronius Proculo. ff. de le. ij. inducendo, vt etiam induxi: quia respondeo, quòd illa lex solum habet locum in dispositione facta ex causa lucratiua, prout ibi fuit, & in legatis, nõ in onerosa. ita inquit Bald. in l. scripturæ. C. de fide instr. per. l. si tibi decem. ff. locati. item lex loquitur in actu dispositiuo, in quo si exprimitur minor quantitas, intelligitur exprimi taxatiuè. Vnde, si tu interrogas me, an promittam decẽ, & ego respondeo, promitto quinque, intelligitur, de quinque tantum, patet in l. rogasti. §. si tibi, primo responso, ff. si cer. pe. & in d. §. si stipulanti. nõ sic in verbis expressis ad probationem actus iam dispositi. vt probatur in d. l. cum furti, & no. Bal. & moderni in d. l. fi. §. in indiuisam, de leg. ij. & iste est casus noster. ¶ Ex quibus omnibus concludo esse probatum per plures testes de damno seu interesse librarum sexcentum Bononenorum singulo mense pro mensibus viginti tribus per ea, quæ à dictis dominis & officialibus innouata sunt occasione suspicionis pestis, vel interesse librarum duarum milium Bononenorum pro interdicto facto, ne vinum collatum extrahatur ex ciuitate, vel comitatu in quantitate librarum nonaginta trium quinquaginta Bononenorum, prout sigillatim superius deductum est. Et ita dico & consulo ego Alexand.

### ADDITIO.

a ¶ Contrariari. & placet: quia non subaudit taxatiua, licet contrarium velit (& male) Alcia. l. j. §. si stipulanti. nu. 45. de ver. oblig. quod limito, nisi testes depônerent de facto proprio. item non probant. vbi debent deponere de toto facto, vt in testamento nuncupatiuo, Bal. l. cum antiquitas, co. fi. C. de testa. adde de hac materia Anto. de But. consil. lij. Corn. consil. ccxxiij. li. j. Matth. Affli. deci. neapo. lxxij. Dec. consi. ccxl.

b ¶ §. si plures. hos tex. nouiter declaraui in cõsu. Pari. §. xxxiij. glo. iij. nu. 11. cum seq.

c ¶ Probabunt. Alexand. & alij. l. j. §. si stipulanti, colum. fina. de verb. obliga.

### SVMMARIVM.

1 *Notario non creditur in quæstione falsi.*

4 *Testi plus creditur dubitatiue, quã certo deponenti de tẽpore.*

5 *Condemnatur nullus propter incertitudinem.*

6 *Testib. plus statur, quando oẽs contradicũt scripturæ notarij.*

### CONSILIVM LXV.

Visis processibus in causa inquisitionis formatæ contra Ang. & Ioan. Baptistam eius fideiussorem occasione cuiusdam assertæ falsitatis cõmissæ per ipsos, vt dicitur testificando in quadam causa ciuili, quod fuerunt præsentes & audiuerunt, ꝙ quædam domina Andreola loco & tempore contentis in eorum dictis dixit cuidã Nicolao fratri suo: io te dono e lasso quello che mio patre mi lassò ne lo suo testamento, & plenius prout in eorũ attestationibus continet: & pro parte iudicis inquirentis ꝑducti sunt plures testes ad probandum, ꝙ dña Andreola prædicta decessit de anno. Mccccliiij. in mense Augusti. & dictus Ang. videtur in suo dicto attestari, quod audiuit dictã dominã Andreolã prædicta verba dicentem de anno Mccccl v. & bene inspiciatur capitulum, super quo dictus Ang. deposuit. Ioan. Baptista qui est examinatus & productus in testem de anno Mccccl xj. de mense Martij, videtur attestari, quod audiuit dicta verba à dicta dña Andreola per quatuor annos ante, vel circa. & sic vr̃ deponere qđ audiuit de ann. Mccccl vij. de mense Septembris, & per consequens videntur deposuisse falsum, & merito fuerunt condemnati ad pœnã, de quo in statuto posito sub rubrica, de pœna perhibẽtis falsum testimoniũ. ¶ Et quan q̃ si quis vellet nimis rigorosè cognoscere, & subtiliter processum intueri, posset ex pluribus ostendi nõ potuisse cõtra dictos inquisitos pronũciari, prout factũ est. ¶ Tamen omissis fundamentis potius subtilitatem procedendi q̃ ipsius facti veritatem ad eorum innocentiam concernentibus, me conuertã principaliter ad ea, quę innocentiã inquisitorũ euidenter monstrabunt. Et in primis moueor, quia quãuis in attestationibus dictorũ Ang. & Ioan. Baptistæ reperiatur scriptum esse à notario eo modo, quo retuli. s. & eo modo, vt apparet in actis, tamen quando responderunt inquisitioni, responderũt, qđ ipsi in suo testificatu deposuerũt verũ, & dicit dictus Ang. quod quando d. Gaudentius potestas ciuitatis Fani eum examinauit, & interrogauit de tẽpore, quo dicta dña Andreola dixerat ea, quæ ꝑ ipsum Ang. testificata sunt, respondit ipse Ang. non se recordari, & quod nunq̃ respondit de tẽpore præcise, nisi quod videre suo erant quatuor, vel quinque vel sex anni, tñ in actis notarij in testificatu suo reperitur scriptũ, ꝙ Ang. præcise deposuit, ꝙ illa verba fuerunt dicta per. d. Andreolã tempore, de quo in. c. s. de anno Mccccl vij. de mense Septembris. ¶ Dictus vero Io. Baptista dicit, ꝙ circa testificata per eum examinauit. nam interrogauit eũ de tẽpore, & tamẽ in actis reperit scriptũ in dicto testificatu ꝑ notariũ, ꝙ dictus Ioa. Baptista interrogatus de tẽpore, respõdit, quod sunt quatuor anni, vel circa: & per consequens dicti inquisiti in responsione facta in inquisitione expresse contradicunt his, quæ in attestationibus eorum scripta fuerunt quo ad ipsum tẽpus, in quo tempore consistit omne fundamentũ allegatæ falsitatis. ¶ † Vnde casum nostrum decidit in terminis Spe. in tit. de

1 instr. edi. §. restat, ver. sed quid si vnus &c. vbi quęrit, quid si vnus ex testibus à tabellione receptus accusatur falsum dixisse: testis vero dicit aliter scriptũ esse dictũ eius, quàm ipse protulerit, negans illud: modò quæritur, an magis credatur scripturæ tabellionis, quàm dicto testis id se dixisse negantis? & respondet Spe.ª ꝙ

a omnes doct. Bononienses in examinatione priuata ipsius concordarunt, ꝙ non credatur scripturæ tabellionis contrà dictum testem, cum in criminibus probationes debent esse luce clariores. l. sciant, C. de prob. & eadem ratione nec ipsi testi credit contra tabellionẽ, & sic non punietur nec testis, nec tabellio, vt in c. cum inter. R. seniorem, de elect. ¶ Et idem quo ad casum nostrũ tenet Spec. in tit. de teste. §. j. versi. sed pone, ecce iudex. & intentio Spec. ibi est, ꝙ si quæratur, an ad finem, ad quem inducti fuerunt testes, hoc est quantum ad probandum in illa causa, in qua

2 fuerunt inducti, stetur magis dicto tabellionis, quàm testis, † debet distingui, aut notarius solus recipit testes: & tunc si testis contradicit his, quæ notarius solus scripsit, tunc magis de iure creditur viuæ voci testium, quam scripturæ notarij, in authent. de in-

de instr. cautela & fide. §. & si instrã, & §. si non nominatur, licet fm eum de facto stetur dicto tabellionis, aut iudex interfuit examinationi testis vnà cum notario, & tunc credit' de iure tabellioni. ¶ Ad qđ faciunt no. per Cy. in l. si quis decurio, C. ad l. Corn. de Fal. & Anto. de Bu. in c. cum parati, de appel. & Ia. de Are. Cy. Ang. & Io. de Imo. in l. j. §. si quis. ff. quemadm. testa. ape. & Spe. in tit. de cita. §. sequit' ver. sed nunquid credit'. ¶ Si aũt quæritur, an magis credat' testi, vel scripturæ quo ad fi. iudicij criminalis intentati de falso contra testẽ, vt est casus noster, tunc non staretur scripturæ tabellionis, fm Spe. in d. verb. sed pone, & ita eum declarat, & intelligit Ant. de Bu. in c. ad audientiam, de præsc. & ita etiam fuisse de mẽte Specu. ex his, quæ ipse no. in d. §. restat, versic. quid si attestationes, iuncto. d. versi. quid si vnus ex testib. & sic intentio Specu. est quo ad finem conuincendi de falso, vt puniatur criminaliter, & non credat' scripturæ tabellionis, quando testis contradicit. & ita clare firmat do. Abb. in d. c. ad audientiam, & in c. cum causam, quę inter archiepiscopũ. de testi. vbi hoc apparebat & reputat notandum. & ita etiã sequit' præcise Ludo. Roma. in l. j. §. fi. ff. de verb. obli. vbi reputat illud dictũ Spec. esse in proposito verum & singulare.
3 ¶ † Si verò dictus Ang. prout ipse respondendo inquisitioni dicit se in testificatu dixisse, ꝙ non recordabatur de tempore, non potest dici ꝙ per testes examinatos in causa inquisitionis deponentes, quod do. Andreola decessit de anno lxxx. sit detectum. d. Ang. deposuisse falsum: & est verissimum illud, quod dicit Ange. s. ꝙ quando fuit examinatus, potuit respondere se non recordari, quanquam deposuerit, ꝙ fuerat de an no. lxvj. de mense Septembris, à quo tempore distabat ꝑ quatuor vel quinque annos: cũ tempus à memoria testis faciliter cadat, vt dicit Inn. in c. qualiter & quando, el. ij. de accu. & Spe. in tit. de teste. §. iam de interrogatorijs, & no. doc. in c. ex tenore, & in c. cum causam, de testi. & Bald. in l. presbyteri, in j. vel. ij. col. C. de episcop. & cler.
4 ¶ † Quinimò dicit Ange. in consi. xxv. inci. pro decisione quæstionis &c. quod magis creditur testi deponenti dubitatiue de tempore, vt quia dicat potest esse tantũ tẽpus, sed tñ præcise non recordor, quã testi deponenti certitudinarie de tẽpore: quia dr verosimiliora deponere ꝑp obliuionẽ tẽporis, quæ de facili contingit. vnde verosimiliora deponentibus magis creditur. l. ob carmen. §. fin. & l. iij. §. idem diuus. ff. de testi. c. in nostra, cũ ibi plenè no. de testi. ¶ Et dicit etiã Ang. in dicto consilio, ꝙ testis, qui dicit se bene non recordari de tpe, quicquid circa tempus dixit, apparet ꝙ dubitatiue dixit, & est bene attendendũ pro responsione facta per Ang. in inquisitione, dum dicit, ꝙ ipse in testificatu suo dixit se non recordari de tẽpore, & quod nunquã respondit præcise de tẽpore, nisi ꝙ videri suo erant quatuor, vel quinque, vel sex anni, nam, vt dicit Ang. ex quo dicit non recordari de tempore, quicquid circa tempus dixit, videtur non affirmasse: sed dubitatiue dixisse. Et licet etiã dicta dom. Andreo. esset mortua ante per sex annos, & etiam per aliquot menses vltra sex annos, vt videntur deponere testes producti & recepti per iudicem inquirentem, per hoc non esset dicendum, ꝙ testis iste, s. Ang. deposuerit falsum, quia non datur varietas in testibus, licet in aliquo modico discrepẽt, vt dicit Ant. de But. in c. ij. per illum tex. cum gloss. extra de regu. ¶ Et maximè in proposito nostro, in quo dubitatiue loquebatur testis super tempore, vt dixi. ¶ Præterea si testis dicit, ꝙ sunt sex anni, ꝙ domina Andreola dixit talia verba, & probetur ꝙ sunt septẽ anni, non videt', ꝙ iste testis debet per hoc redargui de falso, quòd si sunt septem anni, ergo sunt sex anni, cum in maiori summa insit minor. l. j. §. si stipulanti. ff. de verborum oblig. l. diem profer re. §. si plures. ff. de arbi. & in c. j. de arbitris, in vj. ita in teste voluit Bartol. in lege. fina. §. j. in fine. ff. de lega. ij. dum allegat. l. cum furti, & ibi hoc tenent moderni. ff. de in litem iurand. & notat expressè Specula. in titu. de teste. §. j. versicu. sed pone, ecce. per Archidia. in c. nihilominus, in quæstio. ix. & in dicto, c. j. de arbi. in vj. cum simili. ¶ Et per hoc apparet. ꝙ Io. Baptista nullo modo debet condẽnari de falso, etiam dato, ꝙ scripturæ attestationis suæ debet stari, quia ipsa deposuit, ꝙ erant quatuor anni, vel circa, quòd audiuerat dicta verba à dña Andreola. ¶ Et similiter non obstat, si dicatur, quod colligitur falsitas ex eo, quod Angelus deposuit, quòd illa verba audiuit à domina Andreola circa vigesimam primam horam, & Ioannes Baptista deposuit, quòd fuit circa vigesimam tertiam: quia respondeo primo, quod Ioan. Baptista respondendo inquisitioni, negat se fuisse interrogatum de tempore, ergo succedit doctrina Speculatoris in loco præalle. ¶ Secundò respondeo, ꝙ quando testes differunt in modico, non reputantur varij, vt proximè dixi.
5 ¶ † Præterea dato, ꝙ essent contrarij in hora, tñ requiritur, quod constet, quis certò dicat verum, & quis falsum: tunc iudex deberet inquirere: non autem ex hoc potest condemnare de falso, vt not. Bald. in l. testium, ver. modò hic insurgit dubiũ, si vnus &c. C. de testi. ¶ Facit bene gloss. not. in l. item Mella. §. si plures, in gl. j. recte intellecta. ff. ad l. Aquil. quæ vult, ꝙ quando plures erant, & vnus percussit Titium, & non constat quis eorum percusit, neuter condemnatur, arg. l. absentẽ. ff. de pœnis, & quantum ad hoc gl. non reprobatur per do. in l. fi. ff. de sica, s. qñ apparet, ꝙ vnus tantum percussit. & ita etiã not. doc. in c. significasti, el. ij. de homic. ¶ Et per hoc patet non obstare, si diceretur, ꝙ dicti duo testes videntur inter se contrarij eò, quia Ang. deposuit, ꝙ dña Andreola dixit dicta verba prope viam, qua itur ad portam sancti Leonardi vsque ad portam minorem, & Ioannes Baptista deponit, ꝙ fuit in strata publica, qua itur ad sanctum Patrinianum prope domũ olim Cete cauti. Nam licet testes in hoc videntur contrarij: tñ non sequitur, ꝙ ex hoc ambo deponant falsum, sed vnus tantũ, & non constat, quis sit ille, qui deponat falsum. vnde ꝑp incertitudinem nullus potuit condemnari, vt dixi, facit. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tut. l. si fuerit. in prin. ff. de reb. dub. ¶ Præterea verbo fertur, quod dicta loca disconueniant, nec est probata disconuenientia, quã erat necesse probari ad probandum falsitatẽ: quia posset esse, quod etiam dictæ demonstrationes conuenirent in eodem loco. istud in pulchra quæstione decidit. d. Car. in c. cum Io. de fi. instit. quę ibi refert & sequitur do. Abbas Siculus in pe. col. in ver. glo. fin. factum est &c. quã breuitatis causa formaliter
6 non refero. ¶ † Decidit insuper casum nostrum Ang. in d. l. j. §. si quis neget. ff. quemad. test. ape. vbi inquit, quòd licet qñ vnus solus testis examinatus asserit examinationem se non deposuisse, prout scriptũ est à notario, magis credatur notario, si notarius erat bonæ famæ, vt ibi per Iac. de Are. tñ qñ omnes testes examinati affirmãt, ꝙ nõ deposuerunt, ꝓut notarius scripsit, tunc enim non creditur scripturæ notarij, alleg. no. per Spe. in tit. de teste. §. j. ver. sed pone, ecce. ¶ Et licet Io. de Imo. in d. §. si quis neget, dicit se nõ inuenire in Spe. dictũ ver. alleg. per Ang. tñ Ang. voluit allegare Specu. in titu. de teste. in d. §. j. versic. sed pone, quẽ s. retuli. ¶ Apparet ergo, ꝙ Ang. vult nedum ad causam criminalem motam contra testem, quod non statur scripturæ tabellionis factæ super depositione testis, quando testis ei cõtradicit, sed etiam non stetur ipsi scripturæ quo ad finem, ad quem inducti sunt ipsi testes, qñ omnes testes recepti contradicũt scripturæ tabellionis, ita loquit' d. Ang. cũ ergo isti testes, qui fuerũt super dictis capitulis recepti in causa ciuili, ambo. s. Ang. & Io. Bapt. contradicant scripturæ tabellionis, sequitur fm eum ꝙ non est standum scripturæ tabellionis. ¶ Fortificatur prædicta, quia ad ostendendum, quod illud quòd scripsit notarius circa attestationes dictorum Ang. & Ioan. Baptistæ, nõ redarguitur de falso, nisi principaliter per tres clericos deponentes super tempore mortis di-
7 ctæ dominæ Andreolæ. † & constat, quòd in causa criminali cle-
b rici nõ sunt idonei testes contrà laicum. [b] xj. q. j. c. testimonium, & ibi no. & no. Inn. in c. cum p. Manconella, de accu. & Spec. & Io. An. in tit. de test. §. j. in xvij. co. in ver. item quod est clericus, & moderni, & do. Abb. in c. de cætero. in princ. de testim. nisi in subsidium, vt dixit ibi Arch. c. quanquã, xiiij. q. ij. quod intelligitur, quando ex natura ipsius facti alij testes non possunt concurrere, vt colligitur ex gloss. no. in c. tertio loco, in ver. iurati, quam ibi ad hoc ponderat Ant. de Bu. de proba. & plenius ponit ipse in suo consilio incipi. quæstio hæc dubia vulgaris habet' &c. ¶ Sed casus mortis ex communiter accidentibus non est talis naturæ, quòd non posset commodè probari per alios, sicut per clericos: ergo &c. nec etiam de tempore mortis dominæ prædictæ Andreolæ est concludenter probatũ per relationem missorum per iudicem ad inuestigandũ, vt satis apertè constat ex inspectione ipsius relationis. & hæc breuiter dicta plus, quàm satis esse videntur ad ostendendum partes domini iudicantis esse in pronũciando bene appellatum pro parte dictorum inquisitorum, & male iudicatum per priores iudices, & dictos inquisitos fore à contentis in inquisitione absoluendos. Et ita dico & consulo ego Alex.

### ADDITIO.

a Spe.s̃.li,j.consi.lxx.nu.ij.Cur.senior consi.lv.co.viij.Alc.de
præsum.reg.iii.præsump.xiij.nu.xix.
b ¶ Laicum. Sed hoc friuolum est.

### EPITOME.

1 Substitutio posita in fine refertur ad omnia præcedentia.

## CONSILIVM LXVI.

VIso testamento.d.Bennicasiæ quondam Iulianæ,& sub-
stitutionibus in eo contentis.¶ A me quæritur,an in vlti
ma substitutione censeatur monasterium substitutũ om
nibus filijs in eorum portionibus.¶ Et omisso multiloquio bre-
1 uiter rñdeo,quod sic.¶ † Pro quo primò adduco tex.in l. cohę-
redi. §. qui discretas. ff. de vulga. & pup. vbi si testator prius ali-
quos instituit in vna tertia parte, alios in alia. postea dixit, hære-
des meos inuicem substituo: talis substitutio in fine apposita re-
fertur nedũ ad illam proximã & vltimam institutionem factam
de plurib. in tertia parte: sed etiã refert ad quascunque superio-
res institutiones.¶ Fortius voluit Bart.in l.Lucius, circa vlti.vel
penult.col.ff.de vul.& pup. in ver. sed quæro iuxta hoc de pul-
chra quæstione,& Bal.in l.testamẽto,in vj.q.C.de testa.mili.qđ
si testator primò plures filias instituit in certis rebus,vel quanti-
tatibus, demum filios masculos vniuersaliter hæredes instituit:
postea dixit omnes filios meos inuicem substituo:ꝙ tunc,atten-
to quòd filiæ fuerunt institutę in re certa,& sic non sunt propriè
hæredes saltem quo ad ius accrescendi cum hęredibus institutis,
vt no.l.j.§.si ex fundo.ff.de hæredi.institue.hoc casu substitutio
prædicta non refertur ad eas,vt probant dicti docto. in dictis lo
cis,maximè per d.§.qui discretas:secus autem voluit, si dictæ fi-
liæ fuissent institutæ in quota, quamuis testator in substitutione
2 vsus fuerit verbo masculini generis .s. filios. ¶ † Secundò mo-
ueor: quia quandoque quæritur, an quædam qualitas seu clausu
la,quam constat esse adiectam vni ex pluribus capitulis seu dispo
sitionibus,intelligatur repetita in alijs dispositionibus sequenti-
bus & ista est materia,de qua in l.auia,in prin.ff. de condi. & de-
mon.& in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de verb.oblig.&
per gl.in §.item lapilli.insti. de re. diuisi. quam ad hoc alle.Bart.
in l.iiij.§.eritque dñia.ff.vi.bon.rapt.& Bal. in l.quemadmodũ.
§.fin.ff.ad l.Aquil.& per Bar.in l.licet imperator, de leg. j. cum
si. & istud nihil habet cõe cum casu nostro, & in proximè dicto
casu fit dñia inter dispositionem legis,quo casu procedit id,quod
not.in d.§.item lapilli,& quod not.Bart. d. §. eritque dñia, cum
si.& inter dispositionẽ contractus quo casu recurritur ad l. auia,
& l.Seiæ.§.Caio,cum ibi no.per Bart. ff. de fundo instr.& inter
dispositionẽ rescriptorũ, quo casu recurritur ad c.causam, quæ,
de rescr.& ꝙ inter prædicta sit differentia, vult Bar.in l.licet im-
perator.& in l.talis,de lega.j.& in alijs locis.s̃.alleg.hæc dico,vt
deprehendatur, ꝙ plura allegata in dubijs mihi exhibitis non fa
3 ciunt ad propositũ nostrũ. ¶ † Quandoque quærit̃, vtrum clau-
sula per se posita & non specifice relata ad vnũ capitulũ tantũ, re
feratur ad primũ tantum capitulũ,an ad omnia supposita,ad quę
salua ratione recti sermonis potest referri, & iste est casus no-
ster: quia dubitatur, vtrum illa substitutio posita in parte testa-
menti, quæ incipit, post mortem verò omnium dictorum filio-
rum &c. referri videatur ad partem Petri, in qua fuerat substitu-
ta mater in vsufructu,fratres in proprietate:an vero ad partes om
nium filiorũ testatoris, qui ad inuicem fuerunt substituti. & tũc
dico, quod clausula in fine apposita refertur pariter ad omnia
præcedentia, si non subest ratio, quare magis referri debeat ad
vnum,quàm ad aliud.l.talis scriptura in fin. de leg.j. l.j. C. de li-
be.præteri.l.iij.§.pen.ff.de libe.& posthum.nec isto casu subest
aliqua ratio,quare magis debeat referri ad portionẽ Petri,quàm
aliorum. ¶ Nec ad hoc obstat, si dicatur, quòd imò subest ratio,
quare magis refertur ad portionem Petri: quia testator benè sub
stituerat matrem in vsufructu, quam non substituerat alijs, & in
ista substitutione testator dixit, quod post mortem dictorũ om-
nium filiorum & dictæ Bartholomeæ matris eorum substitue-
bat monasteriũ &c.ex quo enim fecit mentionem de morte do-
minæ Bartholomeæ quæ fuerat substituta tantum Petro, appa-
rere videtur,quòd se restrinxerat ad portionẽ Petr.quia respon-
deo hoc penitus non obstare: quia testator imo dixit post mor-
tem etiam dominæ Bartholomeæ: quia cum monasterium esset
à testatore indifferenter vocatum per verba indefinita,quę æqui
pollẽt vniuersali.l.si pluribus,de leg.ij.c.solitæ, de maio. & obe
di.noluit, ꝙ monasterium viuente domina Bartholomæa succe
deret in parte,in qua substituta erat domina Bartholomæa, scili-
cet mortuis omnibus filijs, seu liberis substituta dõmina Bartho
lomæa, per dicta verba monasterium ex substitutione habuisset
partes omnium, excepta parte domi. Bartholomeæ per l. hære-
des mei.§. cum ita. ff. ad Treb. cum ibi plenè not. cum ergo vo-
luerit testator conseruare vsumfructum dominæ Bartholomeæ,
donec ipsa viueret: & post mortem eius voluit expresè substi-
tuere monasterium: ideò debetur etiam dictæ domi. Bartholo-
meæ.bene facit.l.vel singulis,ff.de vulg. & pup.& l.qui duos,in
prin.ff.de rebus dub.¶ Nec ob.quòd illa aduersatiua,verò,dum
dixit testator,post mortem verò omnium &c. & facit quod refe
ratur tantum ad proxima: quia hoc derisorium nec minus ve-
rum, quando clausula sequens est per se posita & non expresè
ad vnum capitulum relata. vnde pone, quod testator dixit Ti-
tium instituo in dimidia, & Sempronium in alia dimidia insti-
tuo, Caium substituo: postea dicat Cornelium verò filium me-
um exhæredo. dicemus ne, quòd propter dictionem, verò, illa
exhæredatio videtur facta solum à gradu substitutorum, & non
à gradu institutorum?nemo sanæ mentis hoc dicit per d.l.j.C.de
4 libe.præte.& d.l.iij.§.si filius,de lib.& posthu.¶ † Quinimò at-
tento, quòd gradus substitutionis dicitur vnum capitulum, si
sunt plures instituti. Vnde si testator dicat, Titio pro parte insti-
tuto substituo Caium & Sempronium: instituo Lucium, & sic
de singulis: omnes istæ substitutiones dicuntur vnum capitu-
lum.d.l.iij.§.fi.& ibi Bartol.ff.de libe. & posthum. ergo cum in
dicto testamento omnes sint reciprocè substituti, præter quàm
in vsufructu partis Petri, sequitur, quod illæ substitutiones di-
cuntur vnum capitulum, & per consequens dato quòd clausu-
la sequens deberet referri ad proxima,non per hoc esset, quin re-
ferretur ad partes omnium dictorum filiorum. ¶ Nen ob. si di-
catur, quòd testator magis dilexit filiam, quàm piam causam:
quia eos prætulit.s. donec viuerent, aut cum liberis decederent:
& etiam videtur voluisse testator, quòd bona patris remanerent
apud filios, seu hæredes eorum antequam transirent ad monaste
rium per not.in l.Lucius l.vlt.ff.de hær.insti.quia cum supporta
tione,qui hoc diceret,somniaret: quia nihil ad propositum facit
5 id,quod no.in l.Lucius. ¶ † Nam fateor,quòd sm gl.ibi * cõmu
* niter approbatã,quando testator dixit filiũ meũ instituo:& si de-
cesserit sine filijs,Semproniũ substituo, certè eo casu, quo dece-
deret cum liberis,vr̃ testator voluisse, quòd ad filiũ pertineat di-
sponere de bonis hæreditatis,prout sibi placuerit:nõ aũt vr̃ tunc
instituisse liberos nascituros ex filijs: quia liberi tales fuerunt so-
lũ nominati, & positi in conditione, non in dispõne: meritò illa
verba non inducunt dispositionem in persona liberorum. l. ex
facto agitatum.ff.de hæred.insti.& l.si quis sub conditione.ff.si
quis omis.cau.testa.l.filiusf.§.cum quis.ff.de leg.j. no.in l.ex fa
* cto.§. ex facto. ff. ad Treb. & ita * communiter concluditur, vt
per Io.An.in addi.Spe.in ti.de testa.§.j.& doct. communiter in
d.l.Lucius,per Old.in consi.cxlj.& Bald. in l.potest. ff. de vulg.
& pup.in l.si emancipati,in viij. opposi.C.de col.& Pe.de Anc.
in c.licet,de voto,& in c.si pr̃, de testa. in vj. & in repe. c.in præ-
sentia,in x.quæstio.de proba. cum simi.¶ Sed in casu nostro mo
nasterium non fuit nominatum,nec positum in conditione, sed
in dispositione substituendo ipsum post mortem prędictorũ de-
cedentiũ cum liberis.vnde dato quòd testator prætulerit liberos
monasterio,noluit præferre extraneos hæredes filiorum mona-
sterio, sed ipsum monasterium, imò animam suam voluit illis
extraneis præponere, cum illa sit cunctis rebus præponenda. l.
sancimus.C.de sac.san.ecc.c.cum inter,de pœn. & remis. ¶ Vn-
a de dicit Ang.[a] not. in l. precibus. C. de impub.& alijs substitut.
6 † quod licet tacita pupillaris non admittatur regulariter ex men
te defuncti contra matrem pupilli, vt in l.fi.C.de instit. & subst.
sub conditione factis, & d.l. precibus, tamẽ fallit, nisi monaste-
rium, vel pauperes essent vulgariter substituti filio impuberi:
quia tunc tacita pupillaris admittatur contra matrem ex men-
te defuncti, qui verosimiliter prædiligere præsumitur animam
suam,quàm matrem pupilli,per d.l.sancimus ita hoc casu multo
magis præsumendum est testatorem, voluisse præferre piam cau
sam

ſam extraneis hæredibus filiorum, cum tractet̃ de fauore animæ
defuncti, cui cauſæ non eſt minus fauendum, q̃ liberis in dubio,
vt dixit Bar. in repe. l. j. C. de ſac. ſanc. eccle. in vj. q. princ. in prin.
quæ eſt in pen. vel antepe. co. in ver. circa ordinem &c. ¶ Et per
hoc etiam non apparet obſtare, ſi dicat̃, ꝙ teſtator magis dilexit
dominam Bartholomæam q̃ monaſteriũ: & tñ eam non ſubſti-
tuit niſi Petro. ergo multo minus videtur voluiſſe vocari mona-
ſterium. facit. l. publius, in fi. ff. de condi. & demon. nam ad hoc
reſpõſio eſt euidens, quia teſtator, ſi Petrus decederet, voluit de
vſufructu partis Petri prouideri, id eſt matri Pe. & non in partib.
alicuius alterius filij quia teſtator voluit, ꝙ alio aliquo filio dece
dente ſine liberis ſuccederent alij fratres ſuperſtites, vel alius fra
ter ſuperſtes, quem & quos filios præſumit̃ magis dilexiſſe, quã
vxorẽ. l. cũ acutiſsimi, C. de fideic. l. generaliter. §. cum aũt, C. de
inſti. & ſubſti. l. cũ auus. ff. de condi. & dem. ſed iſta ratio præferẽ
di fratrẽ, vel fratres ſuperſtites in ſucceſsione prædecedẽtis ceſſat
mortuis omnib. filijs teſtatoris, ideo tũc ceſſare debet rõ, ꝓpter
quã teſtator voluit. d. Bartholomæã ſubſtituere tantũ in portio-
nẽ Petri: & cogitauit teſtator ꝙ dom. Bartholomęa decederet an
te mortẽ Iuliani, Bartholomæi, & Chriſtophori, vt patet ex ordi
ne ſubſtitutionis teſtatoris, q primo inſtituit filios, & eos inuicẽ
ſubſtituit: demũ diſpoſuit, ꝙ Petro ſuo filio decedẽte ſine liberis,
vel ingrediẽte monaſteriũ, mater ipſa Petri haberet vſumfructũ:
& poſt mortem dictæ d. Bartholomeæ matris dicti Petri vſufru-
ctus rediret ad dictos filios. ſ. Iulianum, Bartholomæũ, & Chri-
ſtophorum: ideo eam non ſubſtituit dictis alijs filijs. quia igitur
monaſteriũ vocatũ habet aliã rationem inuitatoriã magis ad ſub
ſtituendum monaſteriũ in omnibus portionibus. ſ. poſt mortẽ
omniũ, quàm eſſet in caſu, in quo vocata erat mater, quæ erat vo
cata incontinẽti poſt mortem Petri ad vſumfructum ſuperſtiti-
7 bus alijs filijs: † ideò de vno caſu ad aliũ tanq̃ ad diuerſum non re
cta fit illatio. l. fi. ff. de calu. l. inter ſtipulantem. §. ſacram, ibi, ſed
diſsimile eſt, de ver. ob. ¶ Vel etiã põt rñderi, & negari verũ eſſe,
ꝙ teſtator magis dilexerat vxorem, q̃ monaſteriũ: quia vxorem
tantũ in vſufructu partis dicti Petri vocauit: ſed monaſteriũ fuit
ſubſtitutũ & in vſufructu & in proprietate: & nedum partis Pe-
tri, ſed abſolute fuit ſubſtitutũ poſt mortem omnium prædicto-
rum: & ſic in totũ, vt dixi ſ̃. poſito ꝙ deceſsiſſent Iulianus, & Bar
tholomæus, & Chriſtoforus, & vltimo loco Petrus, monaſteriũ
ex ſubſtitutione totũ habuiſſet, excepto vſufructu partis Petri,
in quo, ſi tunc deceſsiſſent, do. Bartholomæa ipſa ſucceſsiſſet, &
non impediuiſſet monaſterium in reſiduo ſuccedere, vt d. §. cum
8 autem, cum ibi no. per Bar. ¶ † Ita, ꝙ non poteſt dici, ꝙ teſtator
magis dilexit vxorẽ, quàm piam cauſam, & ſic animã ſuam, & ita
in dubio præſumit̃, quòd magis dilexerit piã cauſam, q̃ vxorẽ, vt
expreſsè dicit Ang. in d. l. precibus, in ij. col. vbi pro hoc alleg. l.
præſes. C. de ſerui. & aqua, cũ ibi no. vbi habet̃, qđ prima chari-
tas &c. ¶ Et quod in caſu noſtro eſt verũ, ꝙ teſtator voluerit ſub
ſtituere in tota hæreditate monaſteriũ poſt mortem prędictorũ,
oſtendo. teſtator dictos inſtituit filios, & eos inuicem ſubſtituit
etiã per fideicõmiſſum. pono, ꝙ primò deceſsiſſent Iulianus, Bar
tholomæus, & Chriſtophorus, quibus ſucceſsiſſet Petrus: & de-
mum Petrus deceſsiſſet ſine liberis, nõ negabit̃, ꝙ monaſterium
ſucceſsiſſet in totũ ex ſubſtitutione facta ꝓ Petro: quia ſubſtitu-
tio facta ipſi Petro, vel cuicunque alteri, cui ſimpliciter facta eſ-
ſet ſubſtitutio, cõprehendit nedũ portionẽ ſuam, in qua fuit inſti
tutus, ſed etiã illas, quæ ſibi ſupueniſſent ex ſubſtitutione fideicõ
miſſaria reciprocè facta, vt eſt tex. ſm vnum intellectũ approba-
tũ in l. Scæuola. ff. ad Treb. & ibi declarat Bart. in ver. venio, vſ-
9 que ad ver. ꝙ ſi inuicem &c. vbi dicit, † ꝙ ſi duo filij fuerunt inui
cem ſubſtituti, & vltimò decedens eſt grauatus reſtituere alteri,
puta extraneo, non ſolum videbit̃ grauatus de reſtituendo illud,
quod habuit iure inſtitutionis, ſed etiã illud, qđ habuit iure fidei
cõmiſsi de fratre ſuo prædecedente, vt no. Bar. & alij in l. Marcel-
lus. §. quidã liberis, cũ cõcor. ff. ad Treb. Si ergo iſto caſu nõ poſ-
ſet negari, ꝙ tota hæreditas tranſiret̃ ad monaſteriũ dicat̃ mihi,
qua ratione aliud eſſe debet, ſi decedat primo Petrus, & poſt alij,
quæ cauſa debuiſſet magis mouere teſtatorem in vno caſu, q̃ in
alio? & rationẽ habemus, qđ in vltimis voluntatib. diſpoſitio fa-
cta à teſtatore in vno caſu trahit̃ ad aliũ, in quo idem veroſimili-
ter ꝓuidiſſet, ſi de eo cogitaſſet, vt eſt tex. no. quẽ ita ibi ſummat
Bar. in l. Titius. §. j. ff. de libe. & poſthu. ¶ Hæc cõcluſio probat̃
manifeſtè. non eſt dubiũ, quod teſtõr, dũ ſubſtituit monaſteriũ
poſt mortẽ prædictorũ omniũ, dicit̃ ille ſubſtituiſſe non dñę Bar
tholomeæ tantũ, ſed etiã omnib. filijs, qui poſt Petrũ deceſſerũt.
rõ, qa cũ illa eſſet ſubſtõ cõpendioſa, quæ poſt pupillarẽ ætatẽ &
aditã hæreditatẽ non põt valere, niſi iure fideicõmiſsi. l. cẽturio,
& l. verbis ciuilib. ff. de vul. & pup. & d. l. precibus, & d. c. Ray-
nutius de teſta. non potuiſſet fideicõmiſſum etiã reſpectu ſolius
portionis Petri iniungi matri: quia mater nõ erat onerata à teſta-
tore niſi in vſufructu. vnde in plus nõ poterat grauari. l. impera-
tor. §. ſi centum. ff. de leg. ij. l. Plautius, cũ ibi not. ff. de condi. &
dem. & in dubio grauamen fideicõmiſſarię ſubſtitutionis intelli
git̃ iniunctũ illis, q erant honorati à teſtõre, q ab eo potuerũt gra
uari, vt in pulchra quæſtione declarat Bart. in l. centurio, in ver.
10 † quæro vlterius, qđ ſi teſtator dixerit, ſi filij mei deceſſerint ſine
filijs, vel filij eorũ ſine filijs, bona mea deueniant ad talẽ, an iſta
ſubſtõ valeat in filijs filiorũ, quibus nihil relictũ erat? & finaliter
quo ad caſum noſtrũ dicit, ꝙ illa verba in dubio debeãt interpre
b tari, qđ onus fideicõmiſsi ſit iniunctũ filijs [b] teſtatoris, & nõ filijs
filiorũ, ſi filij filiorũ non ſunt honorati, & hoc ne fideicõmiſſum
pereat, allegat in argũ. l. ſi ſeruus legatus. §. qui margaritã. ff. de
le. j. & l. fi. C. ad Treb. & facit. l. quoties, de reb. du. & c. abbate,
de ver. ſig. & ita etiã cõcludit Bar. in conſilio ſuo incipiente, An-
dreas, & expreſsè in l. codicillis, in prin. ff. de vſuf. leg. & Bald. &
Saly. in l. precibus, & ꝑ Bald. in l. ab eo. C. de fideic. & l. vnica. §.
pro ſecundo C. de cadu. tollen. & in l. ſi ſit. ff. de leg. iij. ꝑ Ang. in
conſi. vij. & Pe. de Anch. in d. c. ſi pr̃, cũ ſimi. ¶ Ergo dicta ſubſti-
tutio fideicõmiſſaria vr̃ facta vltimo loco dictis filijs decedenti-
bus matri, & eſt neceſſariũ facere ꝑ proxime dicta: ſed ita eſt de
iure, qđ ſubſtõ ſimpl̃r facta alicui intelligit̃ in dubio facta ſibi de
omni parte hæreditatis, quæ ad eũ ex diſpõne teſtatoris quomo-
docũque ꝑuenerit mediate, vel immediatè, vt probat̃ in d. l. Scæ
uola, cũ ibi no. ꝑ Bar. in verſi. ſ̃. alleg. & Io. de Imo. poſt An. in l.
hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Trebel. in j. col. ¶ Et iſtud per ſe ſolũ
decidit quæſtionẽ noſtrã, quæ etiã apertè decidit̃ ꝑ Saly. in l. cũ
11 virũ. C. de fideic. vbi dicit ſe vidiſſe dubitari, † quid ſi teſtator ali-
quos hæredes inſtituerat, quibus etiã præallegata reliquerat: po-
ſtea aũt dicit, ſi aliquis hæredũ meorũ deceſſerit ſine filijs, talem
ſubſtituo, an talis ſubſtitutio refert̃ non ſolum ad hæreditatẽ, ſed
c etiã ad prælegata [c] relicta ipſi hæredi decedenti ſine filijs, refert,
quòd quidam dicebant, quòd non: quia iſta ſubſtitutio congruit
tantum ad perſonã, & non ad res. ipſe decidit contrarium: quia
videmus, quòd ſi teſtator dixit portionem tuam reſtituas, vel in
portionem eius talem ſubſtituo, veniunt prælega. l. Marcellus.
§. quidã liberis. ff. ad Trebel. ¶ Fortius in caſu noſtro, vbi non fe
cit mentionem de portione, & ſic ad nullam quotam ſe reſtrin-
12 git: † quia etiam verbum, ſubſtituo, eſt aptũ etiam ad ſingularia
legata. l. j. & l. ab eo. C. de fideicom. & l. j. ad fin. C. communia
de leg. etiam probat in contrario ſenſu. d. l. cum virũ. Ecce ergo,
quòd Salyc. vult duo. primò, quod clauſula ſubſtitutionis non
refertur ad proxima, ſed etiam ad omnia: quia ſi ad proxima tan-
tum, oportet, quòd in quæſtione ſua referretur tantum ad hære-
ditatem, vel ad prælegata, hoc eſt ad id, quod proximum erat:
& tamen decidit, quod refertur ad vtrunque. ¶ Item vult, quòd
verbum ſubſtituo, indeterminate prolatum refertur ad omnia,
quæ obuenerunt illi hæredi ex diſpoſitione teſtatoris etiam alio
titulo, quàm inſtitu. Ex quibus concludo de iure & iudicio meo
ſine dubio, quòd teſtator voluit ad dictas portiones omniũ fra-
trum ſubſtituere monaſterium. Alex.

## ADDITIO.

a ¶ Ang. Et malè, vt dixi. ſuprà. lib. j. conſi. xxxviij. num. 4.
b ¶ Filius. ſ̃. lib. j. conſi. cv. col. ij.
c ¶ Prælegata. Iaſo. conſi. ſin. li. iiij.

## SVMMARIVM.

1 *Rem euinci à primo, vel vlteriore emptore non refert.*
2 *Salarium non venit appellatione intereſſe.*
3 *Res non præſumitur effecta minoris pretij.*
4 *Conuentio, quòd de damnis ſtetur dicto creditoris, valet.*
5 *Actio illa, quæ apta eſt, cenſetur intentata:*
6 *Culpa de futuro, non dolus, remitti poteſt.*

## CONSILIVM LXVII.

VIso themate, & verbis instrumēti venditionis factæ per
Bartholomæū de Brugisellis Leonardo Petri, ¶ † Omis-
1 sis non necessarijs, conclusiue respondeo primò, ꝙ ad
ad pœnam dupli æstimationis dictæ rei, habita etiam ratione me
liorationis eiusdē, condemnandus est d. Bartholomæus de Bru-
gisellis d. Leonardo: quia in casu litis motæ super dicta re promi-
sit d. Bartholomæus litem in se suscipere, & defensioni se offer-
re, quoties sibi denunciatū foret sub dicta pœna, ergo, cum præ-
supponitur in themate requisitū d. Leonardū per dictū Bartho-
lo. de Tessutis cām habentē à d. Leonardo, ꝙ Leonardus dictā li-
tem. motā d. Barth. de Tessutis super dicta re in se susciperet, &
d. Leonardus similr̃ denunciauit d. Barth. de Brugisellis, q̃ hoc fa
cere neglexit, incidit in pœnā quadrupli conuentionalē & exi-
a gibilem [a] eo, quia adiecta facto. l. si dictum. in prin. & l. si plus,
in prin. ff. de euic. & leg. sed & si quis. §. fi. ff. si quis cau. & ibi ple-
nè no. & per gl. & doc. in l. Iulianus. §. Idem Papinia. & l. Lucius.
ff. de actio. emp. & in l. cum allegas. C. de vsu. & in c. tuā, de pœ-
nis, & in c. dilecti, de arbi. cum suis multis concord. ¶ Nec ob.
quod in instrumento venditionis Bartholomæus de Brugisellis
promiserit assumere in se litem. s. quando lis moueretur d. Leo-
nardo emptori. lis autem non fuit mota Leonardo, sed Bartholo
mæo de Tessutis: ergo iste non est casus, de quo in dicto instru-
mento, & per ꝯñs ad istum non debeat fieri extensio, l. si extra-
neus, ff. de cond. ob. cau. l. quicquid astringendæ, ff. de ver. obl.
quia respondeo, quod id, quod iudicialiter actum fuit contra d.
Bartholomæum de Tessutis, qui emerat à dicto Leonardo cum
pacto de reuendendo, perinde habetur, ac si actū fuisset cum di-
ctum Leonardum, vt in l. si pro re pupilli. §. fi. cum gloss. fi. & ibi
expreisè Ang. & in l. pater, & in l. si rem quam, ff. de euic. l. stipu-
latio ista. §. sicut, cum ibi no. de ver. oblig. & not. doct. maxime
Ioan. de Imo. & Raph. in l. si seruus. §. Iulianus. ff. de euic. quia
ſm præfatos doct. in d. §. Iulianus, non cōmittitur stipulatio du-
pla de euictione: quia secundo emptori fuit mota quæstio, & ip-
se denunciauit primo emptori, & primus emptor comparuit ad
defensionem pro secundo emptore, & soluit æstimationē agen-
ti ꝯ ſm emptorem: ideò non committiť stipulatio de culpa pro
euictione. quia non est euicta ipsi secundo emptori, cōtra quem
agebatur, cum res penes eum remanserit, nec ipse aliquid de suo
soluit, sed potius soluit primus emptor, qui soluit æstimationem
pro se. ¶ Non potest etiam dici, ꝙ ibi fuerat euicta res primo em
ptori, quia contra eum non agebatur, nec ipse possidebat rem: se
cus ergo fuisset, vbi si secundus emptor se defendisset, ab eo fuis-
set euicta, vel ipsemet de proprio litis æstimationem soluisset, vt
l. si seruus venditus. §. j. & l. euicta. §. j. eo. tit. Cum etiam in the-
mate prædicto præsupponitur esse secutam euictionem dictæ
rei venditæ Leonardo, euicto dicto Bartholomæo de Tessutis
præcedente sententia contra dictum Bartholomæum de Tessu-
tis, ita sequitur, quòd agere potest dictus Leonardus de Brugisel
lis, vt faciat soluere dicto Bartholomæo omne damnū & inter-
2 esse, qđ occasione prædicta sustinuerit. & dato, † ꝙ sub appella-
tione damni non veniat pretiū rei, vt probat tex. no. in l. j. quam
ad hoc ponderat Bal. in prin. C. de ædil. actio. ¶ Tamen bene ve
nit pretiū rei sub appellatione interesse, vt probatur in l. j. & glo.
ibi. C. de his, qui à non dño, & ponderat ibi ad hoc Bald. contra
nonnullos proteruos contrariū dicentes, & probatur in l. si con-
trouersia, & in l. cum successores, C. de euic. & l. vnica, cum gl. j.
& ibi doc. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. & dictū pretium,
& expressa promissio facta dicto Leonardo de satisfaciendo om
ne interesse, & etiam ex natura contractus venit, si non appareat
rem venditā fuisse minoris pretij tempore, quo euicta fuit. l. eui
3 cta, vlt. ff. de euic. l. Titius, la. j. ff. de ac. emp. ¶ † Nec præsumiť,
quòd fuerit affecta minoris pretij, nisi probeť, vt notabiliter de-
cidit Iac. de Aret. & Cy. in auth. sed quamuis, in fi. C. de rei vxo.
act. ¶ Accedit, quod, vt patet per instrumentū venditionis factæ
per Leonardum, res vendita fuit dicto Bartholomæo de Tessutis
pro maiori pretio, quàm emerat dict. Leonardus, & sic non præ-
sumitur, & potest idem pretium, esse pretiū, nisi aliud appareat
ex qualitate temporum, vel alijs extrinsecis causis superuenien-
tibus, vt declarat Bal. in l. vnica, in vlt. colum. ver. pen. C. de sen.
quæ pro eo, quod interest, & in l. ij. in vlti. col. C. de rescind. ven
di. & canonistæ maximè Io. de Imo. in c. pe. de emptio. & vendi.

¶ Faciunt not. per Nicolaum de Mata & Bald. in l. ex persona,
cū suis cōcord. C. de probatio. quinimò deducto interesse con-
4 uentionali, de quo in dicto instrumento, † de stando simplici di
b cto & verbo dicti Leonardi, quæ conuentio valet, [b] & dicto cre-
ditoris statur, nisi de eius iniquitate probetur, ſm veras & magis
* cōes * cōclusiones, & no. Dyn. Ray. Bart. & Ang. Io. de Imo. &
alij moder. in l. fi. ff. de præto. stipu. & Io. An. in addi. Spec. in tit.
de proba. §. videndum, ver. sed quid si ibi, & Bald. in d. l. vnic. in
pe. col. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. & Ia. But. & Ant. de
But. & Bald. in l. iusiurandum, quod ex conuentione in princi-
pio, per illum text. ff. de iureiuran. & Ioan. And. & An. de Bu. in
c. finem litibus, de dolo & contumacia. ¶ Nec prædictis obstat,
si diceretur ad dictum pretiū occasione euictionis agi non posse
per dictum Leonardū ante, quàm ipse sit condemnatus d. Bar-
tholomæo de Tessutis, & soluerit: quia respondeo primo ſm qđ
not. gl. in d. l. si pro te. §. j. in versi. statim agere, dum refert distin
ctionē Azonis distinguentis, an agere velit primus emptor actio
ne ex empto, & pōt agere eo ipso, ꝙ res euicta est illi, qui habe-
bat causam à primo emptore, an vero agatur actione ex stipula-
tu ad duplā promissam in casu euictionis, & tunc secus per d. §. si
secūdus, in l. si cū venditor, ff. de euic. vbi probať vtrunque mem
5 brū, & illam gl. ibi sequiť Saly. ¶ † Et in dubio intelligiť intētatū
illud remediū, & illa actio, quæ melius adaptari pōt. l. si quis intē
tione, ff. de iudi. l. inter stipulantē. §. j. cū ibi not. ff. de verb. obl.
præsertim vigore illius clausulæ, super quibus omnibus, & singu
lis petit iustitiā ministrari omni meliori modo, &c. c. ij. cum ibi
no. per doc. de ordi. cogni. no. Spec. in titu. de libel. conceptio.
§. nunc iam videndū, ver. sed cū ex his, Bal. in l. edita. C. de eden.
cum simi. ¶ Vel potest, respōderi ſm distinctionē Bart. in. d. l. si
pro te. §. j. quod vbicūque primus emptor alienauit rē, tunc si in
ea aliqđ ius reseruauit, & tunc eo ipso, qđ euinciť res ab habente
cām à primo emptore, qui aliquod ius in re sibi reseruauit, & tūc
statim potest agere: ita probať in præalleg. l. si pro te. §. j. in ver.
statim agere &c. ¶ Sed ita est in proposito nostro quando Leo-
nardus vendidit Bartolomæo de Tessutis, fuit appositum pactū,
ꝙ res ipsa deberet retrouendi dicto Leonardo: & ꝓ obseruatio-
ne illius pacti, & aliorū contentorū in instrumēto Bartholomæ-
us de Tessutis obligauit omnia bona sua præsentia, & futura, &
consequēter dictam rem Bartholomæo venditā. meritò ratione
talis iuris resultat, ꝙ agi possit ꝑ dictum Leonardum: & anteq̃ d.
Leonardus fuerit condemnatus dicto Bartholomæo de Tessu-
tis. ¶ Vel etiam pōt rñderi, ꝙ posito, ꝙ vel actione ex empto, vel
actione ex stipulatione de euictione non posset agi ad dictū pre
tium ante, q̃ esset condemnatus dictus Leonardus: tamen in ca-
su nostro agere potuit ex illa stipulatione apposita in instr̃o: quia
promissum est dicto Leonardo, quòd d. Bartholomæus Brugisel
lus defendat dictam rem, & suscipiat litem, & alia faciat, de qui-
bus in instrumento, cū pacto. ꝙ si omnia & singula non obserua
bit, satisfaciet Leonardo dāna, & interesse, de quibus cōuenit sta
re dicto suo simplici etiā sine iur̃o: ergo de dicto interesse debet
stari dicto prædicti Leonardi vigore dictæ cōuentionis, quæ va-
lida est, vt conclusum est s̃. ¶ Quantū vero pertinet ad meliora-
menta facta in dicta re empta per d. Leonardum, & postea eui-
cta singulari successori suo, licet videreť prima facie dicendum
nō debere audiri magistrū Leonardum contra auctorem suū, q̃a
fuit in culpa, si ipse, aut habēs causam ab eo dum cōtra eum mota
esset lis, non opposuit exceptionē, ꝙ sibi satisfaceret per agen-
tem de melioramentis, vt est casus in. l. id quod. §. j. ff. de act.
empt. & in l. si controuersia, coniuncta gl. C. de euictio. tamē in
casu nostro puto istud non obstare: quia in instr̃o venditionis fa-
ctæ Leonardo est promissum specialiter, ꝙ non oppo neret ei, ꝙ
culpa sua euictio sit secuta. & istud pactum valet, vt non possit
postea contra emptorē agentē de euictione allegari aliqua eius
culpa circa euictionē, vt no. Spe. in ti. de emp. & vēd. §. sciendū,
ver. sed quid si in instrumēto contineť &c. cū seq. ibi dum dr̃. hic
quarto paciscitur, ne venditor posset rei opponere sententiam
culpa vel negligentia emptoris, vel per iniuriā latam fore, quod
alias opponi posset. c. fi. de empt. & ven. l. si per imprudentiā, ff.
6 de euic. Nam † q̃uis futurus dolus pacto remitti non possit. l. su-
mus. §. illud. ff. de pac. c. quemadmodū, de iureiur. tamē bene po
test remitti culpa. l. si vt certo. §. interdum. ff. commoda. l. con-
tractus, ff. de reg. iur. no. in l. j. §. si conueniat, ff. depositi.

A D-

### ADDITIO.

a ¶Exigibilem.imo iudex non debet tantam pœnam adiudicare,vt nouè dixi in l.vnica.4.q.j.C.de ſenten. quæ pro eo,qđ inter.in nouis intelle.meis.

b ¶Valet.s̃.conſi.xlvij.nu.4.lib.j.

### SVMMARIVM.

*1 Collecta ſubditis perſonis pro rebus imponitur.*
*3 Salaria officialium per capita,non pro rebus imponuntur.*
*4 Teſtes de eadem vniuerſitate non ſunt idonei.l.j.nu.14.*
*6 Conſuetudo non debet extendi,nu.19.*
*7 Contribuere debent pro fortificatione ciuitatis omnes habentes ibi bona pro rata,etiam non ſubditi.*
*10 Cõſuetudo eſt ꝙ forẽſibus pro rata bonorũ collectæ imponãtur.*
*11 Conſuetudo vt ſit præſcripta,quod tempus requiratur.*
*12 Collectas imponere non ſubditis pro rebus,non eſt de reſeruatis principi,nec requiritur tempus immemoriale.*
*13 Collecta iure communi ratione aggerum,viarum,pontium & ſimilium imponitur,etiam non ſubditis,& eccleſiis.*
*17 Teſti,non citato,ſed monito à parte creditur.*
*18 Poſſeſſio quo ad omnes actus illius ſpeciei acquiritur p vſum iuriſdictionis in vno actu,nu.20.*

### CONSILIVM LXVIII.

VT viſo & dudum diſcuſſo proceſſu cauſæ vertentis inter homines & commune ſanctæ Agathæ ex parte vna agẽtes & pleroſque homines terræ Lugi immobilia poſſidentes in territorio dictæ ſanctæ Agathæ ex parte altera ſe defendentes & nonnullis lubriculis concurrentibus in compoſitione,& actione collectarũ dicti cõis ſanctæ Agathæ, & viſo decreto,de quo in actis fit mentio,inſuper viſis allegationibus dominorum aduocatorũ vtriuſque partis. ¶Vr̃ prima cõſideratione dicendũ partes Magnifici dñi cõmiſſarij:& in hac cauſa à principe delegati eſſe in pronunciando dictos reos conuentos nõ teneri ad ſubeundas collectas,& onera in terra ſanctę Agathæ pro rebus immobilibus,quas ibidẽ poſſident,cũ de nulla in cõtrariũ
1 cõſuetudine datũ aut legitimè probatũ eſt ex infraſcriptis. ¶†Et quia de iure cõi ratione ſolius poſſeſſionis,quã quis in alieno territorio habeat,nõ põt cogi ad onera ſubeunda,& ad ſolutionem collectarum, cũ collectæ imponuntur de iure perſonis pro re-
a bus,& ideo forenſibus prædictis in ipſa nequeant[a] etiã pro bonis ſub iuriſdictione collectarum poſitis imponi grauamina.l.libertis.§.ſola,& ibi no.Bar.ff.ad munici.l.cum neque, & ibi no. Bar.C.de inc.lib.x.& l.munerum.§. patrimonium.l.ſcripta.§. fi.& vtrobique no.Bar.ff.de mune.& hono.& no.gl.in rub.C.
2 de mune.patrimo.lib.x. ¶†Ideo clericis nõ ſubditis nõ poſſunt imponi,vt in auth.nulla cõitas.C.de epiſ.& cleri.c.non minus, de immunita.eccle.c.j.eo.ti.lib.vj. & licet ad onera, ſeu ad munera patrimonialia nõ ſunt tributa, quæ imponuntur rebus pro ipſis rebus,vt puta ꝙ in frumẽto ex p̃diis percepto debeat p̃ſtari quinquageſima nomine tributi,& ſic onus præſtat̃ de eo qđ pcipit ex rebus, ꝓ quib⁹ quis ad onera vocat̃.l.medicis.C.de ſuſcep. & arch.lib.x.& d.l.munerũ.§.patrimoniorũ aũt,& no.in l.j.C. de ann.& trib.lib.x.& declarat Barth.in l.j.de mulieri.& in quo loco,lib.x.teneant̃ de iure forenſes,& oẽs ẽt nõ ſubditi, vt in p̃allegato.§.patrimoniorũ aut,& ibi no.Bar.in d.l.reſcripto.§.fi. l.placet,& l.iubemus nullũ, de ſacr.ſan. eccl.x.q.j.ſi tributũ : tñ de talib⁹ onerib⁹ realibus nõ vr̃ tractandũ: qa de iure italica p̃dia nõ ſunt tributaria.l.j.& l.fi.& vtrobique not.ff.de cẽſi.l.de his. C.de epiſ.& cle.& plenè no.in l.fi.C.ſine cen.vel reli. ¶Et prædicta maximè ſibi locũ vendicant quo ad mercẽdes ſeu prouiſio-
3 nes,& †ſalaria,q̃ debent̃ officialibus:qa debẽt talia onera imponi p capita ſubditorũ,nõ habito reſpectu ad patrimonium, vt in l.j.C.de muli.& in quo loco,vbi Bar.ante fin.lib.x.onera verò, quæ imponuntur pro munitione, & fortificatione terræ ſanctæ Agathæ,& refectione pontiũ, & viarũ,ſeu pro flumine, & ſimilibus dicunt̃ onera,q̃ imponunt̃ perſonis pro rebus,no. Bar.in l. ad inſtructionem.C.de ſacroſan.eccle.glo.in l.j.C.de immuni. ne cõced.lib.x.quia nõ præſtant̃ ex ipſa re, ſeu fructibus, quæ pcipiunt̃ ex re,pro qua quis collectatur: qa ſi etiã nihil pcipi contingeret ex re,tñ collecta imponit̃ & exigit̃:& iſta talia onera imponunt̃ nõ ꝓ capite ſed pro quantitate patrimonij.d.l.fi.& ideo cum imponantur perſonis pro rebus, ſequit̃ quod non poſſunt non ſubditis imponi,& forenſibus ibi prædicta poſſidentibus, vt d.§.ſola.cum concordan.s̃.allegatis. ¶Aut nos conſideram⁹ non ius cõe,ſed conſuetudinem,& ad hoc videretur,ꝙ homines dictæ terræ ſanctæ Agathæ non poſſint obtinere:quia nõ videt̃, ꝙ dicta cõſuetudo ſit probata.primo, quia cũ ad probandũ ſunt inducti teſtes homines ſanctæ Agathæ,ſequitur homines de eo-
4 dem comitatu ſanctæ Agathæ,†& ſic cum videãtur deponere ſuper eo,quod concernit proprium cõmodum rõne ſuæ ratę onerum videntur minus idonei.l.nullus.ff.de teſtib.l. omnibus.C. de teſti.& no.omnes in leg.intantum.§.vniuerſitates.ff.de rerũ diui.& in l.ſed ſi hac.§.qui manumittitur.ff. de in ius voc. Cyn. in l.parẽtes.C.de teſt.& Io.And.in c.cũ nuncius,de teſti. ¶Quinimò etiam in caſu,quo admitterentur illi de vniuerſitate ad teſtificandum pro vniuerſitate circa ea, quæ concernerent cõmodum vniuerſitatis,& non ſingulariũ perſonarum:tñ nõ eis plena fides adhibetur,vt no.Arch.xij.q.ij.in ſumma,& Ant.de But.in c.cum nuncius,de teſti.& Vber.de Bo.& Io.And.in add.Spe.in tit.de teſte,§.j.ver.ſed nunq̃d in cã vniuerſitatis. ¶Quinimò,vt vr̃ velle ibi Spe.ita demum admittuntur illi de vniuerſitate ad teſtificandum,ſi ſuper hoc alij teſtes haberi non poſſent p tex.in c. & ſi xp̃s,de iureiuran.nõ vidẽtur probare dicti teſtes:quia,vt inquit aduocatus hominum terræ Lugi,illi teſtes non fuerunt citati:ergo tanq̃ vltro ſe offerentes reddũtur ſuſpecti.l.quæ omnia. ff.de pecu.in auth.de teſt.§.ſi verò ignoti ibi,feſtinantes, &c.vt l.vxori.§.qui ſe.ff.ad l.Cor.de falſis. ¶Tertiò,quia nõ vr̃ probatum,ꝙ iſtæ expenſæ oẽs,& ſingula onera, quæ nunc imponunt̃, maximè circa conſtructionem muri, imponerentur ante tp̃s x. anno.vltimo decurſorum & completorũ ante tẽpus præſentis li-
5 tis,†& ſic non videtur,ꝙ ſaltem quo ad talia onera poſſit allegari cõſuetudo,in qua ad minus requiritur tp̃s x.annorũ, vt l.ij.& ibi no.C.quæ ſit longa conſue. Cũ prædicta cõſuetudo non debeat extendi vltra ea in quibus fuit ſpecifice ſeruata,quia conſuetudo,quæ eſt cõtra ius,prout eſt iſta,vt dixi in principio,non debet extendi ad alios caſus,vt in l.quod vero ratione, cũ ibi no.ff. de legib,& l.quod vero,eo.ti.& no.in l.j.C.quæ ſit longa conſuetu.& in c.j.in fi.& ibi no.Inn. de offi.archidia.l.j.§.ſi qs hoc interdicto,& ibi no.Bar.ff.de itine.actuque priua.cum ſi. ¶Quinimò vr̃ neceſſaria cõſuetudo tanti tpis,cuius in cõtrariũ memoria non exiſtat.c.ſuper quibuſdã.§.præterea,de ver.ſig. vbi ſimpliciter,quo ad acquirendum per conſuetudinem ius imponendi pedagia,ſalinaria,vel ſimilia,requiritur conſuetudo tanti tpis, cuius in contrariũ memoria non exiſtat:& hoc vr̃ velle Bar.in l. j.in v.col.C.de mul.& in quo loco.libr.x.& in l.cum neque.C. de incol.de aqua quoti.& æſti.l.hoc iure.§.ductus aquæ. ¶Vel ſaltem videtur neceſſarium,ꝙ conſuetudo illa fuerit p̃ſcripta ſpa-
6 tio longiſſimi tpis,ſ.xl.anno.†quia in conſuetudine,quæ eſt cõtra ius, videtur quod ſaltem de iure canonico quod eſt ſeruandũ in terris eccleſiæ non ſufficit longum tp̃s x.annorum,ſed longiſſimum xl.annorum,vt no.gl.in c.fi.de conſue.facit.c. cum beneficio,de præben.in vj.& in c.Cumana,de elec.ſed iſta conſuetudo eſt cõtra ius cõe,vt in prin.ꝓbaui:ergo,&c. ¶Præterea dato,ꝙ intentio communis & hominum terræ ſanctæ Agathæ eſſet probata: tñ ex aduerſo videtur probatum per teſtes productos pro parte illorum de Burgo, ꝙ fuit conuentum & compoſitum inter homines de Burgo,& dictos homines terræ ſanctæ Agathæ quod onus collectandi pro cõſtructione murorum d.terræ ſanctæ Agathę deberet diuidi hoc videlicet ꝙ tertia pars oneris deberet imponi capitibus & perſonis hominum ſanctæ Agathæ,& alia tertia pars domibus, ſeu caſamentis eorũ, & alia tertia pars imponeretur pro menſura & rata æſtimorum habentiũ bona æſtimata,vt vr̃ deponere ſer Homo,& Antonius, & Raymundus,& videntur etiã deponere teſtes producti pro parte illorum de Lugo,ꝙ reparationes,& expenſa fluminis, & agrorũ, & aliarum operarum manualium non imponebatur,nec imponi ſolita eſt ſm mẽſuram æſtimi. ¶Sed præmiſſis nõ ob.q̃uis negari nõ poſſit cauſam eſſe ſatis dubiã,p̃ſertim ſm ꝓbationẽ ipſorum teſtium, quibus quanta fides adhibenda ſit non immerito iuri-

iurisconsultus in pectus iudicantis reposuit.l.ij.in prin.§.j.ff.de
testi.& si quis rigorose vellet intueri dicta testiũ probationes ho
minũ S.Agathæ,forsan viderentur variis ex causis probationes
eorum aliqualiter æstimari, & moderari posse, & præsertim ex
superiꝰ dictis:tñ animaduertẽtes ad id,qđ Pau.iuriscõsultus inqt
in l.si seruum.§.sequitur,de ver.ob. plerunque sub authoritate
stricti iuris scientiæ perniciose erratur,&c.& adhærens veritati,
& his,quæ de mente illustrissimi principis fuisse concipere pos-
sum ex literis donationis,de quibus in actis.¶†Puto probabilio
7 rem esse cõtrariã sententiam,videlicet dictos homines de Lugo
collectari posse pro rata terræ S.Agathæ possidente, fm quod in
terra dr̃,& primò quo ad onera concurrentia fabricati muri ter-
ræ S.Agathæ,&c. circũscripta omni consuetudine extra decre-
tum de cõmissione principis emanatum,ꝙ pro constructione di
cti muri,& fortificatione dictæ ciuitatis oẽs habentes ibi bona
debeant ꝯferre pro sua rata,& æqua lance ad dicta onera. ¶Nec
dubium est,ꝙ propter priuilegium põt concedi facultas impo-
nendi collectas forensibus.l.numerum.§. patrimoniorũ.§.prę-
terea.ff.de manu.& ho.¶Nec ad hoc ob.quædã allegata cõuen
tio inter homines terræ S. Agathæ, & dictos homines de Lugo:
quia rñdeo,ꝙ in tali conuentione requirebatur inter cætera, ꝙ
saltẽ adessent duæ partes ex tribus totius vniuersitatis terræ san-
ctæ Agathæ,& qđ appareat qđ maior pars hominum dictarum
partium consenserat.l.nulli.ff.quod cuiusque vniuer.no. l.ij.&
iij.ff.de decre.ab ord.fac. & requirebatur, quod essent publice
vocati ad sonum cãpanæ, vel aliter ad morem loci.l.ij.C.de de-
8 cu.lib.x.¶†Nec sufficiat,qđ testes dicant,ꝙ dicta cõuentio fue-
a rit facta per homines[a] dictæ terræ sanctæ Agathæ, nisi specifice
concludant,ꝙ interuenerunt duæ partes ex tribus, & qđ maior
pars consensit.ita no. Old.in consi.c. incip.in executione, &c.
nam in probatione facta per testes, indefinita non æquipollet
vniuersali,vt no.Inno.in c.auditis,in gl.in ver. exceptionem,de
præscri.& Pet.de Anch.& Io.de Imo.c.quanto,de his,quæ fi.à
præ.ar.l.libertus.§.fi. ff.de manu.test.& l.inter illã.§.fin.ff.de
ver.sig.¶Tamen,quia in positionibus seu capitulis productis ꝓ
parte dicti cõis vr̃ aperte fateri syndicus, ꝙ expensa dictæ fabri-
9 cæ,imponitur pro duobus omniũ partibus ad ratam æstimi:†&
ideo fm dictam confessionem erit iudicandum,cum in hoc pos-
set syndicus confitendo præiudicare cõi.l.non solum,in prin.ff.
de proc.c.præsentium,de test.in vj.& no.doc.in l.certum.§.sed
an ipsos,cum si.ff.de confes.& in hoc concordat secundus, ter-
tius,quartus,sextus testes dicti cõis. ¶Quantum verò ad alia o-
nera,s.pro satisfaciendo vicario,& officialibus pro eorum sala-
rio,& pro eorum reparationibus fluminis, & aggeris, & aliorũ
onerum,de quibus in capitulis productis per procuratorem cõ-
munis S.Agathæ.¶Et in hoc consistit omnis ambiguitas. ¶Tñ
puto,ꝙ satis probatum sit de consuetudine allegata pro parte di
cti communis terræ Agathæ in eorum supplicatione, quam cõ-
suetudinem princeps seruari mandabat.Nam primus testis, vide
licet ser Bartholomæus productus pro parte dicti cõis deponit,
qđ pro ann.MCCCLXX.qñ ipse erat officialis in dicta terra, vidit,ꝙ
imponebantur grauamina dictæ terræ sanctæ Agathæ gñaliter
omnibus tam forensibus, quam terrigenis. fortius deponit ar-
chipresby.s.ꝙ à xxx.annis & vltra fuit seruatum : ꝙ pro expensa
officialium & aliis expensis occurrentibus dicto cõi, imponebã
tur collectæ etiam forensibus,& etiam Lugo fm ratam & men-
suram æstimi.Idem etiam deponit Albertus tertius testis, qui ẽt
deponit de longiori tpe, videlicet ab annis xl.& ita etiam videť
attestari Lazanius.Antonius etiã deponit idem fuisse seruatum à
xx.annis,xxx.&c. & ista videntur corroborare testes producti
pro parte dictorum de Lugo super v.c.In reliquis,vr̃r testes pro
ducti pro parte dictorum hominum de Lugo sibi inuicem aduer
sari,& cõtrariari,si bñ inspiciatur.¶His consonant authoritates
doctorum,maximè Bar.in d.l.j.in antepenult. col.C.de mulie.
10 & in quo loco.vbi dicit,†quod in Italia[b] de consuetudine serua-
b tur,ꝙ collectæ ẽt imponunť forensibus, & ẽt inoleuit mos vni-
uersalis,& satis notoriè constat.modò videndum est, an dictum
tempus sit sufficiens ad dictam consuetudinem inducendam. &
certè si cõsideramus tp̃s cõiter requisitum ad esse cõsuetudinis,
quæ non sit cõtra ius,videlicet tp̃s x.an.vt d.l.ij.C. quæ sit lon.
cõsue.Et clarũ est,ꝙ est sufficienter probatũ,aut ꝯsideramus, qđ
ista dicatur cõsuetudo ꝯ ius : & in illa requiritur de iure canoni-
co tp̃s xl.anno.ad hoc,vt ipsa cõsuetudo dicať p̃scripta,vt d.gl.in
d.c.fi.de consuetudine.ꝙ est verum quo ad ecclesias, in quibus
requiritur tp̃s xl.anno.c.de quarta,& c.illud,de præscri.sed quo
ad alios,in quorũ p̃scriptionibus regulariter sufficit tp̃s xxx. an-
no.ẽt vbi cõsuetudo deberet esse p̃scripta,sufficit tp̃s xxx.anno.
vt est gl.no.in l.dñi prædiorũ,in gl.fi.de agrico.& cen.lib.xj.&
no.Bal.in c.j.in prin.qualiter feu.olim pote.alie.& Spe.in ti.de
præscri.§.j.ver.de consuetudine,& in specie decidit Pau. de Ca.
in l.de quibus,de legi.& per no.ꝑ gl.in d.l.dñi:& de tanto tpe vr̃
esse probatũ. ¶Nec obst.quod videať necessarium tm̃ tp̃s,cuius
in cõtrariũ memoria nõ existat,iusta.c.sup quibusdã.§. præter-
ea.de ver.si.quia rñdeo,fm quod dixit Ant.de Bu.& Io.de Imo.
& dñs Abbas in c.fi.de consue.dum tractat, quantũ tp̃s requira-
tur ad esse consuetudinis,qđ in his,quæ sunt reseruata soli princi
pi,est verum qđ requiratur consuetudo tanti temporis, cuius in
cõtrariũ memoria non existit:ita loquitur tex.in d.c. super qui-
busdam.Nam potestas imponendi illa noua pedagia, &c.est de
reseruatis.l.vestigia.& l.seq.C.noua vectig.& no.gl.in d.§.præ
11 terea†sed posse non subditis imponere collectas pro rebus,quas
possident in territorio alicuius loci,non videť de reseruatis prin-
cipi,qđ probatur.nam inferiores à principe non possunt statuta
condere super his,quæ sunt principi reseruata,vt no.Bal.in l.oẽs
populi.in iij.q.prin.ver.prædicta vera,qñ fit statutum,&c.ff.de
iusti.& iur.& in l.testamenti.ff.de testa.& no. Bal.in titu.de pa.
con.in ver.sed minores,& leges illius ciuitatis,ꝑ illũ tex.per tex.
12 in c.venientes,de iureiu.facit.l.j.§.de qua.ff.de post. ¶†Sed per
statutũ inferioris põt statui, qđ forensibus possit imponi colle-
cta pro rebus,quas possident in loco statuentium, vt not.Bal.in
l.j.C.de sen.quæ pro eo,qđ interest,in vij.col.& ideo Bar.in l.j.
C.de auro coro.lib.x.per illum tex.inquit, qđ si de consuetudi-
ne antiqua est seruatũ, qđ forensibus imponantur munera per-
sonalia,poterunt ad illa cogi:sed ita est,qđ consuetudo prædicta
spatio requisito ad præscriptionem inducẽdã dr̃ antiqua, vt no.
ci.in j. dũ quærit̃,& etiá in consi.cclxix.quod incip.vr̃ prima fa-
cie &c. ¶ Fortificant̃ prædicta quia possesio quá disponit statu-
tum transire in dictũ hæredem ipso iure,non est plena possesio.
vnde de hærede in tali casu iudicatur prout de eo qui non est ade
ptus poss.vt firmat Cy.in l.ea.in prin.C. de condi. ob cau. volés
10 † ꝙ si ex consuetudine vel statuto transfert̃ recta via possesio in
hæredem absque apprehensione ꝙ tali hæredi dat̃ interdictum
adipiscendæ possesionis quorũ bonorum. Et licet illud interdi-
ctum non detur ei qui habet possesionem, l.j.in fi.ff.quorũ bo-
norũ. respondet ꝙ verum est quod non datur interdictum tale
ei, qui est plenus possessor,sed vbi fingit̃ possidere, tunc compe-
tit illud sicut ei q̃ fingitur dñs cõpetit cõdictio ad rem.l.qui mor
tis.ff.de don.caus.mor.l.j.C.de dona.quæ sub mo.licet verus &
plenus dñs non posit contradicere ré suam,l.fi.ff. vsufr. quem-
adm.ca.hoc etiá in effectu sequit̃ ibi Bal. idem etiá tenet in l.so-
roris,C.de iur. delib. vbi dicit ꝙ qñ statutũ disponit ꝙ possesio
defuncti transeat incõtinenti in cohæredé,& post morté aliquis
non hr̃s occupauit bona hæreditaria an hr̃s habebit interdictum
adipiscendæ vel remediũ,d.l.edicto,& concludit qđ sic:quia au-
thoritas statuti licet eum faciat possessorem iuris, non tñ facit eũ
possessoré facti,& cũ effectu.¶ Vnde fm eum quousque habeat
effectualé possesioné, perinde est ac si nullam haberet: allegat
no.p Pet.& Cy.in d.l.ea lege. ¶ Si ergo non dr̃ hr̃e effectualem
possesionem : ergo debet citari possessor anteq̃ sua possesione
priuaretur,seu anteq̃ illa per alium dicat̃ legitimè apprehendi,&
vt optimè allegat dñs aduocatus.decidit hoc Bal.in rub. extra de
cau.pos.& proprieta.in ver. sed quæro statuto cauet̃ ꝙ possesio
testatoris continuet̃ hr̃di, per hoc poterit intentare remedium,
d.l.edicto. ¶ Et licet videat̃ potius quædam possesionis conti-
nuatio,tñ corporaliter possidens erit citandus nõ obstante ꝙ ali
us possideat fictè.allegat no.in l.§.in cõi,ff.si ven. nomine. ¶ Fa
cit qđ no.Bal.in l.j.in vlt.co.C.de exec.rei iu.¶ Cõfirmo per id,
qđ dicit Bal.in rep.l.in suis de libe.& posth.in iiij.col, vbi saluan
do & concordando gl.in d.l.in suis,& in §.sui.insti.de hære.qua
li.& diffe.& in l.cũ miles,in prin.ff.ex quibus cau.maio.quæ vi-
11 dent̃ contraria in illo articulo:† an in suum hæredem continue-
tur possesio defuncti,& Bald.dicit quod possesio interpretatur
scđm intellectum & interpretationé legis Papi.& transit & con-
tinuat in suũ hæredem:& est possesio vtilis,etiam si nihil sit cor-
poreum quod posit possideri,per not.in l.regulariter, ff.de pe-
ti.hæred.& ita intelligatur glos.in l.in suis, & in d.§.sui.Sed pos-
sesio vera accipitur pro pedum positione & ideo transit.l.de
eo.§.fi.ff.ad Treb. ita saluetur alia gl. quæ est in dicta l. cum mi-
les, vnde suus hæres habet remedium adipiscendæ per. d.l. edi-
cto. Sed si vera possesio transiret in suum hæredem tunc non
cõpeteret tale remedium hæredi suo : sed remedium recuperan-
dæ secundum Bal.in d.l.in suis, in quibus verbis consonant ver-
ba eiusdem in c.j.de controuer.in uest.& tit.de benefi. eccl.Bal.
in auth. defuncto, in ij. col. C. ad Terty. & ibi dicit non credas
quod ista ficta possesio continuata per filium pariat interdi-
b ctum recuperandæ [b] sed solum adipiscendæ, l.j. C.quorum bo-
norum ad hoc quod not.Bal.in rubr.de consuet.in iij.col. ¶ Vi-
demus ergo quod statutum istud operatur in quocunque extra-
neo hærede, istud quod ius cõe operabatur in suo hærede: & tñ
nemo inficiabatur quod si suus hæres institutus voluisset conse-
qui possesionem hæreditariarũ rerum occupatam vel existen-
tem apud alium, hoc non potuisset facere propria authorita-
te non citato possessore.Et firmant omnes in d.l.edicto,& maxi
mè Bal.

mè Bal. in locis prædictis iunctis not. ea. l. in j. col. ver. loquitur
de suo hærede. ¶ Iuuant prædicta ex his quæ concludit Pet. de
Anch. consi. cclxx. inci. In primo dubio &c. interpretationem
cuiusdam reformationis concernentis latissimam potestatem,
12 certis officialibus dicit quod † nulla dispositio sic debet largè in
c telligi qd possit sequi absurdũ,[c] vt no. in c. dudum. de præben. in
vj. & in l. diuortio, ff. sol. ma. & in l. fi. ff. ad exhi. ¶ Et no. Bal. in l.
conuenticulam, C. de epis. & cler. Vnde nõ debet interpretari ali
qua dispositio quod vel auferat dñium seu possessionẽ alteri nõ
citato, ꝙ imperator ꝯ̃ non citatũ non posset aliquid diffinire, vt
probatur in c. j. de cau. poss. vbi papa de se loquens dicit quod ꝯ̃ ir-
requisitum non potest aliquid diffiniri. & in cle. pastoralis. de re
iud. Vnde dicit qd statutum simpliciter loquẽs debet intelligi ad
hmõi intellectũ: ne ex eo possit sequi absurdum, & ne quis dam-
13 nũ indebitè patiatur, l. ij. C. de noxa. ¶ † Vnde debet intelligi tali-
ter semper statutũ quod nõ tollatur citatio, l. de vnoquoque, ff.
de re iudic. l. nam ita diuus, ff. de adopt. & nõ debet interpretari
quod auferatur dominiũ seu possessio sua absque culpa: quia hoc
non posset facere Imperator vel Papa, iuxta not. in c. quæ in ec-
clesiarũ de constit. & in l. quoties, & in rub. C. de preci. impe. of-
fe. & in l. fi. C. si contra ius. ¶ Non debet igitur interpretari in pro-
posito dictũ statutum ꝙ importet quod absque citatione posset
apprehendere possessionem. faciunt no. per Ang. in consi. clxx.
incip. in Dei nomine in facto proposito quod Baltasar &c. Nec
his quæ dicta sunt habet obstare, si diceretur. possessio aliquo mo-
do non potuit transire in dominiũ Pet. & Io. vigore dicti consti-
tuti appositi in instrõ, eo quod dictũ constitutũ est collatũ post
mortẽ constituentis, & sic in tẽpus quo possessio do. G. consti-
tuentis est extincta. & per ꝯñs non valet, vt vr̃ tenere Ang. in l.
quãuis. §. j. ff. de acq. poss. per illũ tex. cũ gl. quia rñdeo vt inquit
Old. in d. consi. cxxxix. in quinto dubio. vbi dicit ꝙ dicta condi-
tio adiecta constituto. s. qñcunque decederent ex his sine filijs,
etiã dr̃ existere nõ solum post mortẽ, sed etiã ante. s. tunc cũ quis
eorum altero superstite ad eum statũ moriendi deuenit ꝙ infalli
biliter incipit certũ esse eum viuere non posse. allegat. l. peculiũ,
§. iij. ff. de le. ij. l. ab omnibus, §. cum quidam, in ver. moriente,
de leg. j. bene facit. l. fi. ff. de contrahen. & comm. stipul. & l. per
duos. §. j. ff. solu. mat. Vnde secundũ Old. incipit ista existentia
conditionis actũ moriendi vsque tũc dies trahatur: vt l. fi. ff. de con
di. inser. Vnde s̃m eum retro ante mortem vr̃ & dñium & pos-
sessio translata esse & sic non sumus in casu Ange. qui loquitur
quando quis constituit post mortem &c. quia in casu nostro si-
cut in casu Old. fuit factum constitutum in casu quo vnus vel plu
res decederent, accidit quòd in casu dictæ donationis fuit illa do
natio ex nunc quæ in hoc operatur, vt dixi supra. ex his corrobo-
ratur id quod supra dictum fuit ostendendo quòd etiam ante-
quam esset mortuus d. Gal. possessio erat translata in Petr. &
Ioan. Quinimo si eo ipso quod cœpit do. Gal. mori, & dominiũ
& possessio translatum & translata est in Pet. & Ioan. respectu di
ctorum bonorum, sequitur illa bona non censeri fuisse & esse
hæreditaria do. Gal. vt l. ij. in ver. qui cum mea &c. C. quorum
bonorum. ergo non sumus in casu dicti statuti disponentis:
quòd mortuo aliquo possessio bonorum hæreditariorum mor-
tui transeat in hæredem eius ipso iure, & si quis ingrediatur pos-
sessionem bonorum hæreditariorum, ingressus sit nullius mo-
menti. nam illa non videntur fuisse bona hæreditaria eiusdem.
& prædictis non habet obstare si dicatur quod d. constitutũ est
nullum, sicut nullus est ipse contractus principalis, cui adhæret:
quia responsio patebit ex infra proximè dicendis in secundo ar-
gu. prin. Ex his igitur apparet ratione possessorij potiorem esse con
ditionem d. Pe. & Ioan. de Bart. ¶ Venio ad secundum principa-
lem articulum in quo quæritur an vigore conuẽtionis in dicto in-
strumento appositæ dicantur Pe. & Ioan. habere legitimum titu
lum in dictis rebus, propter quod Bartholomæus in petitorio
etiam excludatur. ¶ Et omissis non necessarijs dico quod sic: hoc
primo probatur authoritate Old. in d. consi. cxxxix. & per ratio-
nes suas quas supra incidenter retuli. ideo non repeto. & Ioan.
And. in addi. Spec. in titu. de instru. edi. §. porrò. circa vlti. col.
14 † vbi quærit quòd si duo fratres habentes bona paterna contra-
ctum talem inierunt, videlicet quia eorum quisque donauit alij
omnia bona paterna, vt superuiuens vel eius liberi haberent om
nia illa bona decedentis sine liberis, modo existente conditione
opponebatur superstiti contractũ fuisse donationis, & sic non
valuisse: quia non fuerat facta insinuatio cum bona illa paterna
excederent quantitatem insinuationi taxatã ad quod allegabat
istos fratres verbo donationis vsos fuisse, & sic sensisse videatur de
donatione, l. Labeo, ff. de supel. lega. tñ dicit ꝯ̃rium fuisse iudica-
tum per l. licet, C. de pact. & ꝙ ibi no. per l. j. ff. de don. cũ enim
hic possit quisque fratrũ consequi commodũ, ergo non est dona
tio, sed est promissio quædam ex hac honesta causa facta, ne pa-
trimonium transiret in extraneos. vt d. l. j. sicut nec dicitur dona-
tio quæ remunerationis causa datur, l. Aquilius, ff. de dona. nec
vr̃ ex testamento capere, qui tantũ erogaturus est quantũ rece-
pit, l. ciuitatibus, §. fi. ff. de leg. j. & istæ fuerunt rationes Old. in
præall. consi. in ix. dubio illius consultationis: per quas similiter
concludit non fuisse necessarium insinuationẽ fieri. ¶ Ita etiam
tenet Ang. in l. sancimus, C. de dona. per l. de fideic. C. de trans.
per not. in d. l. licet, & in d. l. Aquilius, & Salyc. in l. fi. C. de pac.
in versi. iuxta hoc quæro ꝙ duo fratres. & bene facit quod nota.
Angel. in l. cum multæ. in princip. C. de do. ante nupt. & in l. fin.
in princ. C. de iur. dot. Hanc opi. latè comprobat Ang. in consil.
clxxix. incip. visis instr̃is prædictis &c. vbi concludit ꝙ mutua
seu reciproca concessio omnium bonorum facta inter fratres, &
collata post mortem, sine dubio valet qñ non est facta de omni-
bus bonis præsentibus & futuris: quia non aufert liberam testan
di factionem. allegat not. per gl. in l. hæreditas, C. de pact. con-
uen. & in l. j. ff. de testa. in l. j. C. vt act. ab hær. & cõtra hæredem.
& no. per Bar. & Cy. & alios in l. fi. C. de pact. prout in casu no-
stro: quia non fuit facta mentio de omnibus bonis præsentibus
& futuris: sed in bonis tantum positis in territorio Cremonensi
cum certa etiam reseruatione: vt in instr̃o continetur. ¶ Quinimo
fortius concludit ibi Ange. ꝙ etiam si esset facta de bonis omni-
bus præsentibus & futuris, valeret: si non esset processum ad tra-
ditionem verè vel fictè: & dominiũ non sit translatum: de quo la-
tè per eum ibi & alibi. sed hoc vltimum omitto: quia non vr̃ ca-
sus noster esse: subdit ꝙ in tali donatione nõ requiritur insinuatio:
quia est donatio ob causam, per no. per Guil. de Cu. in l. illud, C.
de sacros. eccl. & etiã per not. per Bart. & gl. in d. l. Aquilius. iun-
cta l. j. eo. tit. Dicit tñ quod fortiter obstare vr̃: quia donatio ꝓp
nuptias, quæ fit in compensatione dotis: maximè quando pactũ
de lucrando hincinde, interuenit, requirit insinuationem, iuxta
l. fi. C. de dona. ante nu. Sed respondet quòd est speciale in dicta
donatione ꝓp nuptias. Posset etiam aliqualiter responderi, vt re
spõdet l. San. d. auth. eo decursum. de dona. ante nu. Io. de Imo.
in d. l. Aquilius. facit mentionẽ de d. decisio. Ioa. An. in §. porrò.
& videtur cum ea transire. ¶ Nec ob. etiam prædictis si diceretur
quòd in dicto instrumẽto continetur pactum futuræ successionis,
quod non valet, iuxta l. stipulatio hoc modo concepta, de verb.
oblig. & ibi plenè per doct. & l. pactum quod dotali, C. de pact.
15 & l. cùm donationis, C. de transac. † quia hæreditas pacto seu cõ
tractu dari non potest: & per pactum non potest auferri libera
testandi facultas, l. hæreditas, C. de pact. l. verba gesserunt, ff. de
verb. sign. quia respondeo quod inter cætera duæ sunt conuen-
tiones æquè principales in dicto instrumento. Vna est, quòd ca-
su quo vnus vel plures ipsorum fratrum decederent sine filijs le-
gitimis & naturalibus ex se verè descendentibus, & ex legitimo
matrimonio, quòd alius alij superuiuens succedat illi vel illis
æquis portionibus. Alia est conuentio quòd dicto casu proximè
iam dicto eueniente dicti fratres exnunc, prout extunc, titulo ir-
reuocabilis donationis inter viuos vicissim de dictis bonis inter
eos communicatis cum reseruatione tot bonorum, quæ ascen-
dant ad quantitatem librarum centum imperialium, donatio-
nem irreuocabilem fecerunt. ¶ Vnde dato sine præiudicio quòd
illud pactum de succedendo referretur ad hæreditatem. & sic ad
vniuersalem successionem vel successorem non solum ad parti-
cularia bona prædicta: & per consequens non valeret omissa di-
sputatione, an validetur iuramento, vt tenebat Bald. post
Pet. de Tor. in c. moribus, & in c. j. si de feu. fue. contro. inter
dom. & agn. tamen alia conuentio æque principalis continens
reciprocam dationem, valebit, l. certi condictio. §. quoniam,
ff. si cer. pet. l. j. §. pen. & l. si mihi & Titio. in prin. ff. de verbo.
oblig. ¶ Nec obst. l. si libertus minorem, §. pen. de iure patr.
quia respondeo quod ibi non apparebat cuius rei alienatio
debet potius subsistere, vel cuius rei alienatio debet potius

infringi, quia non erat magis permissa, vna q̃ alia cum non appareat ibi, quòd per vnam magis quam per aliam esset factus libertus alienans minor centenario: vt ibi dicit Ray. sed in ꝓposito nostro apparet ꝙ pactũ de succedendo est prohibitũ: & illud tendit ad impediendũ liberã testandi facultatẽ. Sed donatio quorundã bonorũ præsentiũ est permissa, & non aufert liberã testandi factionem. ¶ Et similiter non est vera opinio tenentiũ ꝙ donatio præsentiũ & futurorũ vitietur, etiã quo ad præsentia: quia posito quod illa opinio esset vera, nã & eodẽ modo respondeo prout respondi ad l. si libertus. quæ est fundm̃ tenentiũ d. opi. Nam nulla subest ratio quare potius in dicto casu debet substineri donatio in præsentibus q̃ in futuris: quia si vitiaret̃ donatio tm̃ in futuris & tunc nihil obstaret. quia sustinet̃ in præsentib. & non impediret̃ libera testandi facultas. Sed in casu nr̃o subest ratio quare vitiet̃ pactũ futuræ successionis: quia illud etiã per se solum est improbatũ. quia aufert liberam &c. Quæ ratio non subest in dicta donatione quorundã bonorum præsentiũ. nã valere debet, vt l. certi conditio. §. qm̃. ¶ † Nec etiã prædictis ob. si diceret̃ ꝙ sicut

16 q̃n testõr dicit, instituo talẽ hæredẽ meũ, & si contingat me mutare testm̃ ex nunc dono inter viuos &c. non valet talis donatio

d [d] licet postea reuocet testm̃ tanq̃ sit facta donatio in pœnã mutationis testm̃i: & tendẽs ad auferendã liberam testandi factionẽ: vt per Bart. in l. si quis. in prin. testm̃i. ff. de leg. iij. & per Bart. & alios in d. l. stipulatio hoc modo concepta, & l. cũ duob. §. idem r̃ndit. per illum tex. ff. pro soc. & ꝑ Bal. & alios in l. hæredes palã, §. fi. ff. de test. & Bald. in l. j. ad fi. C. de sacr. san. eccl. & l. ex testõ, C. de fideic. & Ang. in auth. hoc inter liberos, C. de test. & Sal. in d. l. sancimus. in fi. & Pe. & de Anch. & Io. de Imo. in rub. extra de test. quia r̃ndeo qd̃ posito qd̃ opi. eorũ esset vera, quã tñ plures reprobãt & per Old. in cons. inci. factũ tale est, quædam mu-

e lier. & Dy. [e] in regula qd̃ semel. & Cyn. in l. j. in vlt. col. C. de sacrosã. eccl. in l. mihi & tibi, §. fi. ff. de leg. j. & And. de pisis & com

* muniter * antiqui, vt etiã Bar. refert in l. si quis. in prin. testm̃i. & reliquit indecisum Bal. in c. ij. de feu. da. in vicẽ, l. cõmiss. tñ opi. Bar. & sequaciũ nõ repugnat casui nr̃o: quia illa decisio loquitur q̃n in pœna mutationis fieret dicta donatio: & sic impediret liberam testandi factionẽ, quia non põt per iura s̃. allegata. Sed in casu nr̃o non est facta donatio per se, nec aufert liberã testandi factionẽ, quia non est donatio hæreditatis, nec vniuersalis successio, sed particularia bona fuerunt donata, quod non est prohibitum, vt dictũ est. ¶ Quinimo Bal. in d. l. ex testõ potius facit pro

17 ista opi, qa vult † ꝙ vbi factum est testm̃, & non valet, si illi testõ sit adiecta cl̃a, quod si nõ valet iure testm̃i valeat iure donationis inter viuos, habebit tunc effectũ donatio inter viuos. ergo in ꝓposito si iuxta pactũ de futura successione improbatũ apponat̃ donatio quorundã bonorũ collata in tẽpus moriendi, nõ debet vitiari donatio: quia nõ dat̃ h̃ditas seu vniuersalis successio, prout est in casu nr̃o & ita etiã hoc casu tenet Io. de Imo. in d. l. hæredes palã, §. fi. Et hoc casu saluat̃ decisio Old. in consi. cxiiij. s. q̃n in donatione comprehenderent̃ bona præsentia tm̃ vel quid particulare, & non vniuersalis successio, nã dico ꝙ si testm̃ tunc non valeret qd̃ impediat̃ reuocare testm̃, quia imo posset reuocare, vt dicebat Bald. in d. l. ex testõ. ¶ Non ob. etiã qd̃ requirit̃ insinuatio: quia est donatio irreuocabilis inter viuos, l. vbi ita donat̃, ff. de dona. causa mor. iuncta l. sancimus, & l. pen. C. de do. & in donatione inter viuos requirit̃ insinuatio, q̃n excedit summã taxatam in d. l. sancimus, & in l. pe. C. de do. & q̃n esset donatio causa mortis facta non corã quinque testib. l. donatio, C. de do. & iun

18 cta l. fi. C. de don. cau. mor. quia ad istud est r̃nsum † qd̃ talis donatio reciproca non requirit insinuationẽ vt concludunt cõiter

* * oẽs quos s̃. retuli. ¶ Nec illi r̃nsioni ob. si dicat̃ quod grauamẽ non erat reciprocum æquale in personis dictorũ fratrum. quia cum d. Gal. esset in statu, in quo non posset h̃re liberos ex legitimo matrimonio descendentes, certum erat conditionem donationis partis suæ omnino euenturam, quod secus erat in alijs qui potuissent matrimoniũ contrahere, & legitimos procreare & naturales; quia r̃ndeo ꝙ per hoc tm̃ non est quin donatio dicat̃ reciproca quia potuisset contingere qd̃ prædecessisset Pet. & Ioan. superstite. d. Ga. qui vigore dictæ conuentio. consecutus fuisset bona dñi Petri & Io. ex causa donationis, nec requirit̃ qd̃ sit per omnia æqualitas: quod si plures fuissent fratres facientes dictam donationẽ reciprocã post mortem prædecedentis, ꝙ attento ꝙ vnus fratrũ erat antiquior altero, & sic eius vita nõ est adeo apta ad tantam annorũ longitudinẽ sicut vita alterius iunioris, iuxta l. hæreditatũ, ad leg. Falc. & qd̃ no. in l. ij. §. si dubitat̃, in §. licuerit, ff. quemad. test. ape. qd̃ in tali donatione requireret̃ insinuatio, qd̃ est cõtra not. per Io. An. in d. §. porrò. cum concor. s̃. alle.

19 ¶ † Præterea nõ ꝑt negari quin illa dicat̃ donatio ob causam, in qua non requirit̃ insinuatio: vt no. in d. l. Aquilius. per gl. & doc. & Oldr. in consil. v. incip. Titius &c. & Gui. & Bal. in d. l. illud. & alij, de quib. s̃. & non oportet qd̃ in dicto instr̃o dicat̃ mortis donatione, quia ad hoc r̃ndit Old. in d. cons. cxxxix. prout specifice retuli s̃. in primo dubio & l. forte, ff. de castren. pecu. cũ cõcor. s̃. alleg. cui vr̃ consentire Io. And. in d. §. porrò. in ti. de instr. edi.

20 in addi. ¶ † Præterea vbi iurm̃ est interpositũ in donatione, prout in casu nostro. Non ob. defectus insinuationis: vt vult Fed. de Sen. in consi. cclxxxj. incip. casus talis est statuto cauetur quod si donationes &c. Io. An. in d. §. porrò. in pe. col. quẽ sequit̃ Ang. in l. sancimus, §. fi. C. de dona. & Io. de Im. in c. cũ cõtingat, in x. & vlt. mẽbro. de iureiur. per ea quæ habent̃ in d. c. cũ contingat. & in d. c. quãuis. de pac. in vj. & in auth. sacra, C. si aduer. ven. & per alia alleg. pro eis. & hæc opinio ꝓp rationes & authoritates dictorũ patrum canonistarũ in materia: vr̃ potius tenenda, iuxta no. per gl. ix. dist. vt veterũ. ¶ Et ad allegata in contrariũ per nõnullos qui tenuerũt esse necessariam insinuationem, patet respõsio ex no. per doct. in dictis locis & maximè per Ioan. de Imo. in d. c. cum contingat. ita aliàs vidi consultũ per excellentiores iurisconsultos Italiæ. & pro eadem opinione etiam tunc consului. ¶ Ex quibus puto esse de iure quod dicta conuentio donationis valet: & ita si iudicaturus essem, profecto iudicarem. Alex.

ADDITIO.

a ¶ Quòd non. sed valet pactũ quia non est de quota hæreditaria, sed de certis rebus. idem Io. An. in addi. Sp. de instr. edi. §. porrò, col. vlt. Ant. consil. clxxix. visis Io. Camp. tract. doct. par. vlt. q. lxxix. Cur. Iun. cõsi. j. col. x. Deci. l. licet, C. de pact. l. pactũ qd̃ dotali. col. j. C. de coll. Ias. l. stipulatio hoc mõ, ff. de verb. obl. cõsi. ccxj. cõsi. ccxxxiij. li. ij. ꝯsi. v. ꝯsi. xvij. ꝯsi. lx. lib. iij. ꝯs. clxxiij. col. iiij. lib. iiij. Alb. Bru. ꝯsi. v. col. iiij. cõsi. ix. col. fi. cõsi. x. col. v. Bert. cõsi. iiij. visis in ij. dub. cõsi. in ij. dub. consi. lxxviij. li. iij. Steph. Aufr. in addi. ad deci. Thol. ccccl ij.

b ¶ Recuperandæ. Imo quia est vera possessio vt dixi in consu. Parisi. §. cxxxij.

c ¶ Absurdũ. s̃. consi. præcedenti. j̃. eo. lib. consi. clxiiij. col. fi.

d ¶ Donatio. dic vt no. j̃. lib. iij. consi. xxv.

e ¶ Dy. in d. c. qd̃ semel. in fi. loquit̃ obiter & incidenter sed in consi. vij. quæstio talis est maturius tenet talem donationem non valere & bene nec contrarium vnq̃ voluit Old. in d. cõs. cxiiij. quia ibi non loquitur de donatione facta in pœnam sed de donatione simpliciter & per se facta.

CONSILIVM LXXXIIII.

Lege j̃. eo. lib. consi. clxxvij.

CONSILIVM LXXXV.

Lege plenius j̃. lib. vij. consi. cxlvij.

SVMMARIVM.

1 *Curator furioso vt detur, non requiritur eum nec donatariũ ab eo citari.*

2 *Veritas sufficit in actibus voluntariæ iurisdictionis.*

3 *Citari non debent hi quorum interest solum in consequentiã.*

4 *Actus valet nõ citato eo qui debuit si eius non interest & quaequale præiudicium non attenditur.*

6 *Datio curatoris tanquam furioso valet, licet non sit talis.*

10 *Dementia quomodo probetur.*

12 *Furor præsumitur perseuerare.*

15 *Donatio omnium bonorum est dilapidatio.*

16 *Testi non creditur cui laus vel opprobrium imminet.*

CONSILIVM LXXXVI.

Visis dubitationibus elegantisimè formatis per præstantisimum virum dominũ vicarium paucis agã. ¶ Circa primum quod in donatione curatoris debuit citari donatarius de cuius præiudicio agebatur in con-

in ꝯñtiã, iuxta ea quæ habent in l. de vnoquoque. ff. de re iu. Et
per Bar. & doct. in l. j. de verb. obl. debueritque citari & ipſe An
1 tonius, cui curator datus fuit. † reſpondeo quod in iſta donatio-
ne curatoris neuter prædictorũ citari debuit. Bar. in l. qui habet.
§. quælibet, ff. de tut. vbi dicit quod qñ aliquis datur curator alte
rius non eſt neceſſe quod citetur aliquis, per notata ibi in gloſſ.
& remittit etiam ſe ad dicenda per ipſum in l. tutor ſi petitus, ff.
de tut. & cur. da. ab his. ¶ Et ex prædictis ibi per eum colligit ꝙ
ſi qñ petitur curator dari in petitione, facta fuit etiã mentio de
tali perſona de cuius præiudicio appareat tractari. debet citari ſi
iudex velit per inquiſitionẽ dare tutorem cũ illud facere poſsit,
2 per no. in l. j. C. de tut. & cur. qui ſatis non deder. ¶ † Fortius di-
cit Bal. in auth. matri & auiæ, C. qñ mulier tut. off. fungi poteſt.
qđ in datione tutoris datiui ſatis eſt quod ſm rei veritatem actus
factus à iudice fieri debuit, licet qñ actus geſtus fuit, non conſti-
terit iudici de veritate, non citatis etiam illis qui aliàs debuiſſent
citari in actu contentioſæ iuriſdictionis: quia in actibus volunta
riæ iuriſdictionis magis attenditur veritas apparens quàm quod
non fuerit facta iudici probatio tempore actus geſti: vt ibi per
eum. ¶ Sed ita eſt quod tempore quo petitũ fuit dari curatorem,
nullam oportuit fieri mentionem de perſona de cuius præiudi-
cio tractaretur, etiam ex poſt facto, ſed conſtat ex probationi-
bus in veritate do. Io. fuiſſe furioſum, ergo attendi debet veritas,
ſ. quod furioſus erat ſ. cum ſit actus voluntariæ iuriſdictionis.
3 ¶ † Item licet ſententia poſsit in ꝯñtiam facere præiudicium ali-
cui, tñ non debet citari niſi illud præiudicium de ſui natura ten-
deret principaliter in damnũ ipſius tertij, gl. eſt reputata not. &
* cõiter * approbata in l. de vnoquoque, in gl. ij. in fi. ff. de re iudi.
per quam dicit ibi Ang. & Io. de Imo. ꝙ ſi facio condemnari de-
bitorem meum, non poterunt alij creditores opponere ꝙ non
fuerunt citati ad proceſſum, ex quo lis non ordinatur principali-
ter cõtra eos. ſed ſi agebat per creditorẽ contra debitorẽ facien-
do excuſsionẽ in bonis contra eum, & ſic ad finem vt poſsit per-
uenire ad pignorum poſſ. tunc quia iudicium excuſsionis princi-
paliter ordinatur in præiudicium poſſeſſorum, illi erunt citandi
ſm Ang. & Io. de Imo. ibi. ¶ Pro hoc facit, l. j. §. pe. ff. de ven. in-
ſpic. Et ꝙ not. Bar. in l. in diem, ff. de aqua plu. arcen. & iſtud idẽ.
ꝙ non requirit citatio illius de cuius præiudicio tractatur in con
a ſequentiã [a] tenet Ang. in l. filiusfamiliàs. §. diui, ff. de leg. j. & ſe-
quitur Io. de Im. ibi qui pro hoc dicit eſſe gl. ſingularem in d. l. de
vno quoque. pro hoc allegat etiam. l. ſi ſuperatus, ff. de pig. & l.
ſi ſuſpecta, ff. inoffic. teſta. ver. ſententia lata contra hæredem in
caſu inoff. teſt. nocet etiã legatarijs non citatis: de quorum præiu
dicio in ꝯñiam tractat. Nec pro certo vnquam reperietur, vt pu-
4 to ꝙ tales citari conſueuerunt in ſimilibus. ¶ † Fortifico: quia da
to ꝙ fuiſſet citandus, tamen ſi non fuit citatus actus non reddit
nullus: imo valet ſi illi non citato non facit præiudicium: vt not.
Bal. in l. ab eo, C. quomodo & qñ iu. allegat no. per Inn. in c. hu-
milis, de maior. & obe. & clarè Bal. in l. fi. §. cũ igitur, in ver. quę-
ro igitur nunquid de neceſsitate &c. C. de iure delib. & in auth.
ſi omnes, C. ſi vt ſe ab hæred. abſti. & qđ no. Bar in auth. ſed cum
teſtator, in ver. ſed quæro, &c. C. ad leg. Fal. bene facit in l. non id
circo, de iudi. ¶ Quantum aũt ad qualequale præiudiciũ inferen
5 dum Antonio non fuit neceſſaria citatio † quia actus geſtus à iu-
dice, etiã inter alias perſonas, nocet alijs quo ad qualequale præ-
iudicium, l. à ſententia, in princ. & ibi not. ff. de app. l. ſi duo pa-
troni, in prin. & ibi gl. ff. de iureiur. & gloſ. in l. ij. C. qui. res iudi.
non nocet, & gl. in c. cum ſuper. de re iudi. & in l. j. in gloſſ. ff. de
excep. rei iudi. ¶ Et iſtud qualequale præiudicium eſt: quia indu
cit præſumptionem contrà tertium: vt no. gloſſ. in c. dilectus, el
ij. de ſimo. Et glo. lxj. diſt. ordinatos. & gloſſ. ij. q. v. interrogatũ.
¶ Verum eſt ꝙ cauſæ cognitio requirebatur in datione curato-
ris: ſ. vt aliqualiter de furore conſtaret, d. l. obſeruare. ff. de cur.
fu. & ideo dicit ibi Iac. de Are. & Bal. quod iudex debet adhibere
medicos, qui hoc cognoſcant, l. ſemel, C. de re mili. lib. xij. & ita
6 factum fuit. ¶ † Præterea & ſi curator datus fuiſſet vt furioſo, &
non fuiſſet furioſus: non propter hoc vitiaretur datio curatoris,
b [b] vt no. gl. in l. j. C. de cur. fur. & Bart. in l. is cui bonis, ff. de verb.
obl. quia quem eſſe furioſum non prouenit à natura: vt dicit gl.
in d. l. j. & Bartol. & Bald. in l. Seiæ, ff. de tuto. & cur. da. ab his, &
Sal. in l. ſi putas, C. de pꝰ. hær. quanto magis valere debet, cum
nunc conſtet ꝙ furioſus erat, & ſic non fuit datus curator ex falſa
cauſa. ¶ Quod autem non fuerit neceſſe citari ipſum Ant. cui cu
rator datus fuit firmat in terminis Ange. Ioan. de Imo. Pau. in d.
c l. is cui bonis, præallegata. [c] ¶ Non ob. quod dictus curator ſe in-
geſsit & ſic ſuſpectus, l. ſcire, §. fi. ff. de tut. & cur. da. ab his. quia
reſpondeo quod ille text. loquitur qñ ſe ingeſsit vt curator daret
ipſe qui ſe ingerebat: ſed iſte curator non ſe ingerebat, vt ipſe da-
7 retur cura. ſed vt de curatore prouideretur. ¶ † Non ob. quòd
non fuerit datus cũ inquiſitione prout requiritur. inſt. de cur. §.
furioſi. quia reſpondeo quod verum eſt poſſe dari talem curato-
rem: vt dicit tex. ibi cũ inquiſitione. poteſt etiã ſine inquiſitione
dari in tutoribus & curatoribus: vt not. in d. l. j. C. de tu. vel cur.
qui ſatis non dedit, & l. qui habet. §. pen. & Spec. in tit. de cura.
8 §. ſi autem, ver. accedens. ¶ † Non ob. ꝙ non fecerit inuenta-
rium: quia poſito qđ ita eſſet: tñ non potuit in ꝯñtiam etiam ante
factum inuentarium ipſe vel procura. conſtituere, eſt verum ꝙ ſi
prædicta facit non facto inuentario pt̃ remoueri vt ſuſpectus, l.
fi. C. arbi. tut. ita inquit Bart. in l. tutor qui repertorium, in prin.
C. de admi. tut. in ver. ſed quid ſi neglexit. & etiã ibi dũ dicit, ſed
ſi adminiſtrauit anteq̃ fecit inuentarium: & ſequitur Pe. de Anc.
in c. ij. de ſtatu mona. ¶ Quinimo verbo fert ꝙ inuentariũ fuit
confectũ, & eſt productum: non ob. ꝙ procurator non potuerit
ante litis conteſ. conſtituere dictum curatorẽ: quia reſpondeo ꝙ
ſi conſtitutus fuiſſet dictus procurator coram iudice prout rela-
tũ eſt, valuiſſet conſtitutio quaſi conſtitutus eſſet actor vt in §. fi.
inſti. de cura. iuncto. c. petitio. de procu. & not. Bart. in l. j. §. qui
bus. ff. qđ cuiuſque vniuer. nomi. & dato qđ non fuiſſet conſtitu
tus in iudicio. Adhuc rñdeo qđ talem exceptionẽ nõ reperio ſpe
cialiter oppoſitã in actis: & licet eſſet oppoſita in genere, hoc nõ
ſufficeret. ita dicit Bar. in l. j. ff. de excep. in ver. quæro. video ꝙ il
la concluſio ibi dum dicit, & ideo exceptio generalis nihil rele-
uat. ¶ Quo ad merita cauſæ. ¶ Primò dico ꝙ non obſtante quod
Ant. conſtituerit do. Io. procuratorẽ, conſtitutus Io. à prin. ege-
rit vt procurator conſtitutus ab Ant. & ſic d. Io. aſſeruiſſet illum
eſſe ſanæ mentis: quia iſtud mandatũ reperio in actis, ex hoc d.
Io. aſſerat ſe procuratorem Ant. non dicit ꝙ fuerit conſtitutus ab
Ant. potuit conſtitui à curatore Antonij, vel poteſt conſtitui in-
9 quantum Ant. eſſet furioſus: prout vere dr̃ fuiſſe. † Item talis aſ-
ſerta confeſsio procuratoris cum non fuerit facta per modũ vi-
delicet contentioſæ iuriſdictionis, non potuit præiudicare prin-
cipali, vt l. certum, §. ſed an ipſos, & ibi no. ff. de confeſ. & clarius
Ant. de Bu. in x. col. in c. j. vt lite non conte. ¶ Præterea illa tacita
procuratoris confeſsio vr̃ eſſe reuocata per ipſum comparentem
poſteà expreſsè vt procurator conſtitutus à procuratore. d. A. fu
rioſi ſtantibus probationib. factis in proceſſu de furore, vt infra
dicã. ¶ Non obſtat etiã id qđ deponit magiſter Franciſcus, qui di
cit quod aliàs Antonius fuit ſanæ mentis. nam non deponit de
aliquo tẽpore & ſic nõ concludit ꝙ tẽpore donationis eſſet ſanæ
mentis, l. eũ actũ, ff. de neg. geſt. l. non ſolũ, §. ſed vt probari: de
ope. no. nun. neque deponit. M. Franciſcus, ꝙ de recenti fuerit
factus ſanæ mentis, ſed dicit qđ de recenti viſitauit eũ & ꝙ repe-
rit eum nõ ſanæ mẽtis. patebit & clara rñſio ex prædictis. ¶ Non
ob. qđ ille vj. teſtis aperte deponat de ſana mente d. A. tẽpore do
nationis & ante: quia rñdeo qđ dictũ iſtius teſtis, & quorundam
aliorũ qui conant idẽ deponere ꝯriant vt colligitur euidenter ex
depoſitione teſtiũ actoris. Nã p̃ſuppono ꝙ p̱ plures teſtes proba
tũ eſt. A. fuiſſe mẽte captũ p̱ plures menſes: etiã ante donationẽ:
vt ꝓbat maximè Chriſtoforus, & plures alij probãt oẽs iſti actus
de neceſsitate, vel ſaltem iuris præſumptione, cõcludẽtes ipſum
fuiſſe dementẽ: nã dicunt ꝙ fatuè loquebat, & abſque ꝓpoſito.
10 nam vt dixit tex. † ille eſt fatuus qui fatua loquitur xciij. di. legiti
mus xvij. q. ij. Gonſaldus. & ibi no. l. quidã in ſuo. de cõdi. inſtit.
¶ Deponũt etiã qđ deridenda p̱ vicos loquebat: ergo non ſanæ
mentis erat, vt dicit tex. in l. ob quæ vitia. ff. de edil. edi. Nam di-
cunt quidã qđ ipſe dicebat quod aſinus ſuus erat bos: & dum eſ-
ſet in ciuitate Ferrariæ, dicebat ſe eſſe in pratis poſt beſtias: ita de
ponit Thomas Becharius, qui etiam deponit quòd lapides proij
ciebat, qui actus etiam inducunt furorem, l. ij. C. de iudæis. not.
gl. in l. ſi cum dotem, §. cũ maritus. ſolu. matr. ¶ Deponunt etiã
omnes ferè teſtes, quod nõ habebat memoriã ordinatam, quod
eſt ſignum dementiæ. text. eſt quem ad hoc ponderat Domi.
de S. Gemin. in c. filij, de hæred. in vj. quod dicit eſſe not. pro
teſtibus inductis ad probandum quem eſſe mente captum.

¶ Nec haberet obstare si diceret ꝙ dicti testes erant singulares:
11 tum quia multi sunt concordes, † tum etiam quia ad probandũ
quid in genere puta quẽ esse furiosum, & similia, sufficiunt testes
d singulares,[d] vt vult Inn. in c. qualiter & qñ, el ij. de accu. cũ con-
cor. alleg. in præcedenti consi. ideò hic non scripsi. ¶ Hoc præ-
supposito ostendo ꝙ Iac. erat vel fuisse præsumit mente captus
12 tpe donationis: & per ꝯñs donatio nõ tenuit. † Nam ille qui cer-
c to tẽpore fuit furiosus, præsumit in furore[c] perseuerasse semper
nisi contrariũ doceat: gl. est quæ hoc expresse dicit iij. q. ix. indi-
cas, & idẽ glo. in c. fi. in ver. cõpetendæ sunt ab intestato. quẽ ibi
sequunt Inn. Io. And. & Ant. de But. & Abb. Sicul. illam gl. &c.
sequit in l. furiosum, C. qui test. fac. poss. & Ioan. de Imo. in c. du
dum, in vj. col. de præsump. & Canonistæ in c. cum inter canoni
cos, de ele. & Pau. de Leaza. post Arch. in cle. j. de homi. ¶ Istud
rectè intuenti vult Bar. in l. ij. ad fi. de bo. pos. infan. & furioso de
la. Nã Bar. ibi vult qđ si probat tm̃ momento, puta die tali fuisse
surdũ vel furiosum: nõ sequit. ergo in posterũ fuit surdus vel fu-
riosus: qa istud potuit cõtingere ꝓpter aliquod accidens. Vnde
dicit Bar. qđ debet probari quẽ fuisse furiosum aliquo certo tpe,
seu aliquibus mensib. nõ aũt semel seu vnico momẽto, vt præsu-
mat in posterum furiosus fuisse, allegat l. j. ff. de cura. fur. l. pretia
rerũ, ff. ad l. Fal. & sic vr̃ ibi velle Bart. qđ si probatũ est quẽ fuisse
furiosum certis mensibus, & qui allegat Bar. aliter tenere vt aliàs
audiui, profecto aut lecturã corruptã habent. aut minus rectè.
¶ Sed ita est in proposito qđ probatũ est p dictos testes fuisse mẽ
te captũ per menses continuè ante donationẽ. ergo debet præsu-
mi ꝙ semper in posterũ fuerit mente captus: & per ꝯñs etiã tpe
donationis, nisi contrariũ probet. ¶ Pro hoc facit quod no. gl. in
c. cum inter canonicos. in versic. recusatus. de elec. quæ vult qđ
passiones hm̃oi & morbi tales præsumant durare, nisi contrariũ
probet, quam gl. sequunt ibi Ioan. And. Ant. de But. & Ioan. de
Imo. & maximè in morbo furoris, qui non consueuit de facili re
cedere, fm do. Card. & Ioan. de Imo. in d. c. cum allegas. not. per
glo. in d. c. indicas, & in d. c. si. de succes. ab intest. facit, l. si cui, §.
his. de accus. & l. non oẽs, §. à Barbaris, ff. de test. mili. & regula se
13 mel malus, de reg. iur. in vj. ¶ † Fortius dixit Pet. de Anch. in d.
cle. j. de homic. quod si probatũ est quẽ fuisse certo tẽpore furio
sum, & ex aduerso probat postea ipsum fuisse sanæ mentis, requi
rit vt sustineant actus gesti ab eo. qđ probat quod tẽpore actus
gesti erat sanæ mentis post furorem: & ita dicit se obtinuisse: alle
gat not. per Dy. in c. semel malus. tenet do. Car. in d. cle. j. de ho-
mi. iij. col. & ita refert se consuluisse Pet. de Anch. ¶ Hoc idem
tenet Vbertus de Bobio. vt refert Gui. in Sp. in tit. de proba. §.
probare, ver. porrò quidam erat furiosus. idem tenet Domi. de
S. Gemi. in c. j. §. si verò. de cle. non resid. lib. vj. ¶ Et ita in termi-
nis similibus nostris dum Florentiæ assiderem iudicaui in quo-
dam monasterio monacharum instituto ab vno in testamento
vnius, de cuius anteriori furore probatum erat, Ioan. de Imo. in
l. qui testamento, §. si furiosus, de test. & in l. j. §. fi. de ver. ob. in
hoc articulo concludit quod aut actus fuit gestus ex interuallo
longo post tempus quo probatur quem fuisse in furore: & tunc
allegãti quod actus fuit gestus in furore incumbit probatio. aut
non intercessit longum interuallum & præsumatur fuisse in fu-
rore tempore actus gesti, per ea quę habent in l. si neuter, §. fi. ff.
de priui. cre. & in c. officium. de elec. ¶ Sed si ita est quod testes
actoris probant quod eodem die, quo facta fuit donatio, vel sal-
tem incontinenti post erat mente captus: ergo præsumitur fuisse
tempore donationis, hoc probat Ioan. de Bo. & multi &c. plus
vr̃ esse dicendum quòd in proposito nostro modicum interual-
lum facit, vt præsumatur morbus durare nisi contrarium probe-
tur secundum Host. & do. Card. in d. c. cum inter canonicos, al-
14 leg. text. in ca. communiter xxiij. dist. ¶ † Fortificantur prædicta
ex his quæ decidit Bal. & Ang. in l. furiosum. C. qui test. fac. pos.
vbi quærunt quid si non apparet an testm̃ fuit celebratum tem-
pore furoris, an dilucidis interuallis, & respondent aut tẽpus te-
stamenti erat vicinũ tempori furoris, aut multũ remotum. ¶ Pri
mo casu refert aut qualitas dispositionis testm̃i arguit magis ad
partem sani consilij, & sanæ mentis præsumitur fuisse, l. pe. ff. de
cond. insti. l. si is qui, ff. de tut. & cur. da. ab his, l. Titia, in fi. de in-
offic. test. & si sunt permista ea quæ sapiunt furorem, & ea quæ
non erit nullum fm eos. ¶ Secundo vero casu quãdo ex interual
lo non præsumitur furiosus; & istud idem vult Bar. in suo tr. de
test. in c. incip. oppositũ prudentiæ, sed quis dicet istũ actũ dictæ
donationis omniũ bonorum in extraneũ collatæ reseruato sibi
15 tm̃ vsufr. esse tendentẽ magis ad partẽ sani cõsilij, q̃ insani? † Do-
natio enim maximè omniũ bonorũ, est dilapidatio, non aũt dili-
gens administratio, l. fi. ff. de cura. fur. l. filius, ff. de dona. mala
aũt administratio sonat potius in furorem q̃ in sanũ consiliũ, l. is
qui, in fi. ff. de tuto. & cura. da. ab his. ¶ Nec ob. qđ iste nõ habe-
bat agnatos: quia rñdeo qđ potius debebat dispensare, & dona-
re pro anima pijs locis: cũ anima sit cæteris rebus præferenda, vel
nõ debebat transferre dñium in aliũ donando: quia illa est dissi-
patio. nam potuisset testari: quo casu non transfert dñium: & est
dispositio reuocabilis. ista aũt fuit inter viuos per modũ malæ ad
ministrationis vt dixi: præterea nec aliquid pro anima disposuit,
& inquantũ potuit sibi testandi facultatem abstulit: ergo nemo
negabit istũ actũ fuisse potius non sani cõsilij quã ecõtra. ¶ Et ex
his patet qđ oẽs oppo. quæ sunt in hoc consi. concludunt ad nul-
litatẽ. & dato etiã qđ aliqui testes probarent qđ aliquo tpe fuerit
sanæ mentis: & sic qđ haberet dilucida interualla: tñ præsumitur
omnino actus factus in demẽtia: vt s̃. probaui. ¶ Non ob. qđ qui
dã testes instr̃arij dicant qđ tẽpore donationis loquebat discretè.
& ad propositũ qđ erat sanæ mentis: quia respõdeo pluribus mo
dis. ¶ Primo qđ illi testes inuicẽ sunt multũ varij, & aduersa de-
ponentes. Scđo rñdeo qđ actus ipse ostendit contrariũ: quia di-
cta donatio omniũ bonorũ præsentiũ & futurorũ, potius osten-
dit insanũ consiliũ & dementiã: vt ostendi s̃. ¶ Præterea ille do.
Vicarius non est idoneus testis: quia vt dicit Io. An. in addi. Sp. in
16 ti. de test. §. j. sup verd. sepone ꝙ administrator. † fides non adhi
bet testi deponẽti de facto suo, qñ laus vel opprobriũ posset ipsi
testi euenire: vt no. An. de Bu. c. cũ à nobis, de testi. & in c. cũ ex li
teris, & ibi sequit Imo. de transac. facit qđ dr̃ de proxeneta. Sed
ipsi Vicario, qui interposuit decretũ in donatione, posset eueni-
re opprobriũ si ille nõ fuisset demens quia apparet eum non ad-
hibuisse illã causæ cognitionẽ, prout debet, ne fraus cõmittatur,
l. data, C. de dona. ¶ Et idem dicerẽ in notario quẽ tñ nõ inueni
examinatum. ¶ Præterea & dicta ipsorum testium non conclu-
dunt quia dicunt quod Andreas potuisset esse mente captus: &
qđ ipsi non cõprehendissent vt dicit And. & Io. ergo dictũ eorũ
non concludit, c. in præsentia. de proba. & quod no gl. & An. in
§. hinc nobis, in auth. de hær. & Fal. in ver. & vidisse. ¶ Et eodem
modo rñdeo qđ vltra ꝑdicta ad id qđ deponit Iac. de San. qui di-
17 cit qđ diligenter nõ aduertit an A. esset mente captus: † & etiam
est valde familiaris, & attinens partis aduersæ: ergo non est ido-
neus testis, l. iij. in prin. & §. j. ff. de testi. ¶ Non ob. dictum magi
stri Guilielmi: quia nullam mentionẽ facit de magistro Ant. non
sunt alij testes quàm supra nominati, qui interfuerunt instrumen
to donationis, excepto do. Hieronymo: qui remanet singularis.
¶ Præterea, vt dixi, ipse & alij deponũt quòd ipse erat sanæ men-
tis, & actus tempore donationis indicat potius contrarium: &
hoc sufficit vt intelligatur tunc fuisse furiosum. ¶ Non obst. id
quod deponit xix. testis actoris, s. Dominicus, qui deponit quod
in eo instanti quo fuit celebratum instrumentũ donationis, non
fecit aliquos actus fatuitatis: quia respondeo quod iste testis non
probat quòd fuerit sanæ mentis: imo potius deponit contrariũ,
eo maxime quia deponit quod incontinenti post factum instrm̃
donationis magister. A. dicebat sic, che è vegnuto à fare qui que-
storo. ecce signum dementiæ, ille enim qui non habet constan-
tiam ordinatam, dr̃ esse in dementia. Cum ergo apparet ex despo
sitione istius testis qđ incontinenti post donationem fecit actus
dementiæ. Et idem dicunt alij testes actoris, qui etiam deponũt
ꝙ incontinenti ante donationem viderunt esse fatuũ: ergo sequi
tur quod tempore donationis præsumit esse fatuus stante etiam
quod instrumentũ talis donationis potius sonat in dementia: &
eadẽ ratione nõ obstat id qđ deponit xx. testis actoris, dum depo
nit qđ fecit reuerentiam Vicario: quia dicit qđ do. Antonia dixit
magistro An. leuati suso che viene lo Vicario, & ad illa verba sur-
rexit prout sæpe faciunt stulti: qui omnia quæ eis dñtur, faciunt.
Item deponit dictus testis qđ eodem die quo instrm̃ donationis
actum fuit, & ante & post incontinenti & per plures menses fe-
cit plurimos actus fatuitatis, prout ipse explicat: ergo apparet qđ
tempore donationis fuit vel fuisse præsumitur mente captus vt
dixi. ¶ Et eodem modo dico non obstare id, quod deponit ꝙ in-
terfuit donationi: sed dicit quod ante donationem loquebatur
more

more hominis, qui erat sani intellectus: non tñ deponit quanto
tẽpore ante donationẽ & sic non cõtradicit testibus aut aliquib.
qui dicunt qđ post donationẽ non erat mente captus non curo,
quia non deponunt incontinenti post donationẽ & dato quod
aliqui deponerent, tñ testes nostri oẽs deponũt ꝙ erat fatuus &
per ꝯñs habebat dilucida interualla. quo casu qui vult dicere qđ
erat sanæ mentis tpe donationis habet necesse ꝓbare vt est osten
sum. ¶ Et præsertim cũ testes actoris sint plures & verosimľr de-
18 ponentes verosimilia, cũ debent etiã magis credenda † quia pro
magna parte sunt testes vicini & qui conuersabantur in domo &
vxor eius vicini quæ melius præsumit᷑ scire facta vicinorũ q̃ alij,
l. filiũ, ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. l. si ita, §. fi. de fun. instr. c.
quosdã, & c. quãto, de præsumpt. & etiã ille qui frequentat in do
mo, melius præsumit᷑ scire, l. cõsensu, C. de repu. c. veniens, el ij.
extra de tes. ergo eis vt melius informatis credendũ est, l. ob car-
men, §. fi. ff. de te. ¶ Vnde dicit in ꝓposito Iac. Bu. in l. maiorẽ, ff.
de pac. qđ si ptãs ciuitatis habet plures iudices nõ debet stare di-
cto maioris partis, sed illius qui melius scit per d. l. ob carmen. Ex
quibus videtur clarè constare donationem esse nullam.

ADDITIO.

a ¶ Consequentia. j̃. eo. consi. clvj. Fel. c. cũ exhibita, in prin. de
iud. Iac. tract. feu. versi. & dicti vasalli pro dic. reb. feu. col. xij.
Curtius trac. feu. par. vij. q. ix. Ias. l. decem, col. viij. de verbo.
obl. l. si quis nec causam, col. vij. de reb. cre. l. filiusf. §. diu. lec.
j. col. vj. de leg. j. Hypp. d. l. de vno quoque. limita vt Alex. l. sę
pe. col. viij. de re iud. Ias. consi. cxj. in fi. lib. j.
b ¶ Curatoris. Bertran. consil. xlviij. ex processu. col. iiij. v. lib.
j. Alex. j̃. lib. vij. consil. cxlvij. num. 9. Bar. Pau. Alex. d. l. is cui
bonis.
c ¶ Prælleg. vbi Alex. & omnes aliud tenent in prodigo.
d ¶ Singulares. j̃. lib. ij. consi. cxlvij. nu. 20.
e ¶ Furore. s̃. lib. j. consi. cxlj. num. 4.

CONSILIVM LXXXVII.

VIDE s̃. lib. j. consi. ij. quod hic duplabatur.

SVMMARIVM.

1 *Mendicantes sunt capaces bonorũ immobilium vt vendant.*
5 *Prædicatores non sunt mendicantes nisi ex constitutionibus.*
6 *Replicans de absentia contra præscriptionem tenetur probare.*

CONSILIVM LXXXVIII.

EXimie dñe Vicarie in causa ser Thadæi Mamelini visis
1 dubijs. ¶ † Circa primũ quo dubitat᷑ vtrũ fratres prædi-
catores potuerint dictã cessionẽ ex causa venditionis fa
cere d. Thadęo, & quia corã eo res agitur corã quo opus est veri-
tate vti potius q̃ multiloquio. ¶ Breuiter rñdeo cessionem va-
luisse: quia vt instr̃o continet᷑ facta fuit pro libris trecentis cõuer
tendis in necessitates vel vtilitates dicti cõuentus, ita dicunt ver-
ba instr̃i: & constat qđ dicti fratres sunt capaces rerum immobi-
a lium, vt vendantur [a] vt no. gloss. in c. j. in verbo. demum. de reli.
domi in vj. & Bald. in l. conquestio, in fi. C. de leg. Et communis
* * opi. est ꝙ si quis ingrediat᷑ talem religionem pręcatorũ, mo-
nasteriũ est capax bonorũ immobiliũ saltem, vt vendat & in suas
necessitates conuertat, vt no. Sp. in c. de sta. mon. vers. iij. quæri-
tur, & Arc. in c. quia ingredientibus, xix. quæst. iij. & Lapus &
Ioan. An. in d. c. j. de relig. do. lib. vj. in nouel. & doc. etiã Domi.
& multi alij quos refert & sequitur Ant. de But. in c. in præsen-
tia, de probat. in ver. quintus casus, &c. & Bald. in l. cum acutissi-
mi, C. de fideic. & Ioan. de Imo. in l. Lucius, la vlt. ff. de hæredit.
inst. & in l. j. ad fi. ff. de test. & in d. c. in præsentiam, & etiam do.
Abb. ibi: & ita consuluit Io. Calde. in consil. xlvj. sub rubr. de te-
sta: & dicit Bald. in auth. nisi rogati, in j. co. C. ad Treb. quod ita
de consuetudine seruatur, & istud est nota. & ita dicit Pa. de Ca.
ibi quod ita etiam vidit consultum per collegium Bononiæ &
doct. in d. c. in præsentia. & respondet ad ea quæ in contrarium
possent adduci, & propterea verba eorum formaliter non refe-
ro: sed si nõ habetis mittam vobis libros prædictos. ¶ Non obst.
dum dicitur quòd posito quòd fratres prædicti potuissent cape-
re hæreditatem dicti Lenci, & magistri Pauli filij & hæredes di-
cti Lenci per ingressum monasterij factum per dictum Paulum:
tamen fratres permittendo domum possideri per matrem dicti
magistri Pauli, & non apprehendendo possessionem domus, vi-
dentur tacitè voluisse domum pertinere ad eam, per no. per Bal.
in auth. si qua mulier, in vlti. col. C. de sacros. eccl. Quia respon-
deo ꝙ vbi non apparet de cõtraria mente conuentus, verum est
quod possunt fratres conniuentibus oculis pati, ꝙ mater ingres-
si possideat bona ingressi, & nunquã apprehendendo illa bona
vel iura elapso tẽpore pręfixo ad agendũ, vel ad adeundũ, vident᷑
nõ se immiscere hæreditati in bonis ingressi, sed cũ appareret cõ
traria mens cõuentus vt patet ex dicta cessione facta per cõuen-
tum vt hæredem dicti Lenci, mediante persona dicti magistri
Pauli, sequitur quod præsumitur conuentum tolerasse d. do. Vr-
sulinam habere in dicta domo, non animo à se abdicandi dictam
domum, sed vt dicta domina Vrsulina tanquam mater dicti ma-
gistri Pauli, haberet vsum & habitationẽ dictæ domus, donec
conuentus toleraret: quia vbi potest capi alia coniectura quàm
donationis, cessat præsumptio donationis, l. cum de indebi-
to, ff. de proba. in princ. & c. super hoc. de renun. ¶ Nec tali spa-
tio temporis quo dicta domina tolerata fuit ibi habitare exclu-
ditur conuentus à iure adeundi vel vendicandi bona delata mo-
nasterio, vt patet in l. licet, cum ibi not. C. de iure deliber. & in
auth. quas actiones, C. de sacros. eccl. & in c. illud, de rescript.
2 cum si. ¶ † Præterea non est probatum quòd conuentus seu re-
præsentantes totum conuentum sciuerint d. do. Vrsulinam habi
tare dictam domum pertinentem ad conuentum. Vnde sicut in
expressa renunciatione requirebatur scientia & voluntas con-
uentus, seu capituli, s. quòd scirent illam domum ad eos pertine-
re, & per dictam dominam possideri, l. in repudianda, ff. de acq.
hæred. l. mater, §. cum quis decedens, ff. de inoffi. testa. ita in taci
ta: quia non potest plus tacitum q̃ expressum, l. tacitum, de verb.
oblig. l. cum quid. si certum pe. ¶ Item respond. quod Bald. non
dicit quòd per illam tolerantiam monasterium videatur repu-
diare. imo dicit quod requiritur quod in ipso ingressu antequàm
bona sint acquisita monasterio, oportet quod per monasterium
agatur seu declaretur quod bona ingressi non acquirantur mo-
nasterio. Hoc specificè etiã probatur per id, quod not. Bar. Ang.
3 & Ioan. de Imo. in l. recusari, ff. de acqu. hæred. vbi dicunt † qđ
si soror permisit hæreditatẽ paternam diu possideri per fratres:
& quando aliquo egebat, petebat ab eis vt ab ipsis fratribus ex-
clusa quod videbatur repudiasse, ar. l. Procula, ff. de probatio. se-
cus dicitur si solum ipsa diu siluit patiendo illos possidere & cum
fratribus nihil commune habuit ab eis nihil petendo, nec cum
eis rationem calculando de alijs gestis inter eos: quia tale diu-
turnum silentium non sufficeret ad inducendam repudiatio-
nem: per d. l. licet, & dicunt præfati doct. quod istud etiam fuit
de mente Bart. ergo non potest dici ex tali sola patientia, quan-
do etiam de ea legitimè constaret, induci repudiationem seu ab-
dicationem à se. ¶ Nec est etiam probatum quod fratres sciue-
rint dictam dominam Vrsulinam vendere aut vendidisse dictam
domum quamuis etiam si probatum esset. non sufficeret per prę
dicta. ¶ Non insisto an priuilegia concessa dictis fratribus fue-
rint producta tempore congruo vel non: quia hoc mihi non cõ-
stat: sed bene dico quod eorum productio non fuit necessaria at-
* tenta cõi * opin. prædicta. †. & attento quod dominiũ, & posses-
4 sio. qđ erat apud magistrũ Paulum tẽpore ingressus monasterij
transiuit ipso iure absque alio facto in monasterium, l. si adopta
b uero, ff. de preca. iuncta auth. ingressi. [b] & vtrobique no. C. de sa
cros. eccl. & per Bar. in l. qui vniuersas, ff. de acquir. poss. & Bald.
in auth. nisi rogati, in pen. col. nisi in tempore ingressus declare-
tur seu agatur per monasterium ꝙ bona non acquirantur mona
sterio, vt dicit Bald. in prælleg. auth. si qua mulier. in vltima co-
lum. ¶ Nec dicatur quòd non transit in monasterium quod est
incapax: quia dico quòd monasterium prædicatorum est capax.
5 ¶ † Nam prædicatores ex regula non sunt mendicantes, sed ex
constitutionibus suis à sede apostolica confirmatis, vt inquit Fe-
der. de Senis suo consil. ix. incip. fratres prædicatores & doc. &
in d. c. in præsentia, & Bald. in l. cum acutissimi, & Ant. de But.
in c. nimis praua. de exces. præla. & dictæ constitutiones permit
tunt vt immobilia capiant, & pro necessitatibus suis alienent vt
dicunt doc. in dictis locis & dictum est s̃. ¶ Et ita factum fuit in
casu nostro. ¶ Et si alienatio facta esset ob duplicem causam, sa-
tis est quòd vna causa sit de permissis, licet alia non, vt signan-

ter deciditur ex nō.per Inno.in cap. in præsenria.de renuncia.&
per Bar.in auth.non licet,in fi.C.de lib.præ.facit,l.si plures,in-
sti.de excu.tut.& ꝙ hr̄ in c.ij.de rescrip. ¶ Stante ergo ꝙ titulus 15
ser Thadæi sit legitimus resultãs concurrentibus probationibus
factis in processu qđ est fundata intẽtio sua,quia probauit de do-
minio suo seu authorum à quibus habet iura cessa nam probauit
de titulo emptionis ser Lenci. propter quem præsumitur bona
fides,l.pe.C.de euict. ¶ Probauit etiam de possessione continua
ta vltra x.annos tam per dictũ Lencium, quàm magistrum Pau-
lum eius filium & hæredem, per quam præscriptionem acquiri-
tur vtile dominium vt in auth.nisi tricennalis,& ibi plenè no.C.
de bo.ma. & in l.j.in fi. ff.de aqua plu.ar. ¶ Non ob. ꝙ require-
batur probari ꝙ per decem annos inter præsentes, vel xx. inter
absentes possederint iuxta l.pe.& fi.C.de pręscr.lon.temp.quia
rñ.primo ꝙ est probatũ per testes ꝙ iuncta possessione Lenci &
possessione magistri Pauli possederunt per annos xvj. vel circa,
cũ igitur translata fuerit ipso iure possessio magistri Pauli in mo-
nasterium,d.l.si adoptauero. & ibi Bart. sequitur ꝙ monasteriũ
etiam dr̃ continuasse in ipsa possessione quam non intelligit̃ mo
nasteriũ perdidisse saltem ante lapsum x. ann. postea secutorum
iuxta no.in l.j.C.de ser.fugi.& in l.furtũ,§.fundi,ff. de vsuca. &
l.si de eo,§.si forte, ff. de acq. poss. cum si. ¶ Præterea cum mo-
nasteriũ sit vniuersalis su cessor,vt in d.auth.ingressi,& in d.c.in
præsentia, sequitur quod monasterium etiam absque alia appre
hensione possessionis poterit pręscriptionem cœptam per Len-
cium & magistrũ Pau.perficere,l.cœptam, ff. de vsuc. ¶ Item rñ
deo ꝙ hic non apparet aliquis absens contra quem durante pri-
mo decennio dicatur fuisse inchoatam præscriptionem adeo ꝙ
quo ad eam posit dici non fuisse præscriptum. ¶ Fortius etiã vo
6 luit Ang.in l.emptore, C.de pręscri.long.tem.† ꝙ ei, qui allegat
absentiam ad infringendã præscriptionem aduersarij, incumbit
onus probandi, l. cum te C. de proba. & l. ei, qui. ff. de proba.
¶ Præterea fm ꝙ not. per Nicol. de Mat. & Bald. in l. cum reb.
C.de prob. col.ij. qñ probatur per agentem rei vendicatione de
titulo emptionis,& solutione pretij,& de possessione vacua,quę
præsumitur fuisse si apparet ꝙ venditor diu possedit: vel apparet
ꝙ emptor diu possederit, intelligitur probatũ dñium directum
præsumptũ per d.l.cum res, & dicit ꝙ illud diu possedisse potest
accipi ꝓ tpe minori etiã decẽ annorũ arbitrio iudicis. Nec etiam
his quæ dicta sunt s̃. de præscriptione, obstat si diceretur quod
fuit interrupta præscriptio per possessionem dominæ Vrsulinæ:
quia respondeo quòd domina Vrsulina stabat in domo cum ma
gistro Paulo filio suo & hærede Lenci, ad quem magistrum Pau
lum & hæredem spectabat domus: merito præsumitur quòd ma
ter ibi staret iure familiaritatis, cum titulus spectaret ad alium: &
sic non dicebatur domina Vrsulina posidere,l. qui iure familia-
ritatis.& ibi no.doc.ff.de acqu. pos.l. & habet,§. hospites,ff. de
præca. & ibi doct. & cum post ingressum in monasterium fa-
ctum per magistrum Paulum non superuenerit sibi titulus aut
causa mutandi sibi causam possessionis, non potuit sibi mutare
causam possessionis de nulla in aliquam,l. cum nemo,C. de acq.
poss.& ibi not.& in l.iij.§.illud, ff.eod.tit. ¶ Nec etiam in dubio
præsumitur alium fuisse sibi animum,s.mutandi,quia præsume-
retur deliquisse, & iniustè fecisse quod l. non præsumit, l. meri-
to, ff. pro socio. ¶ Præterea etiam ante ingressum erat perfecta
præscriptio:vt patet ex superius dictis. ¶ Circa Publicianam non
7 esset opus insistere: quia prædicta sufficiunt. † tamen etiam in
hoc potest optimè dici eam fuisse intentatam:quia expresè in li-
bello dicit quòd spectauit ad Lencium iure dominij, vel quasi, &
sunt probata quæ sunt necessaria: quia est probatum de titulo &
de possessione longi temporis, adeo quòd res poterat præscribi:
ergo & Publiciana locum haberet, l. cum qui. in princ. aliàs est,
l.sed si res,§.eum,qui,ff.de publi.& no.doct. in d.l. cum tres.&
possessio translata fuit in monasterium:vt sæpe dictum est, & po
sito etiam quòd non fuisset translata. tamen quia monasterium
est vniuersalis successor in quem ipso iure transeunt iura: potest
ex persona eius à quo causam habet intentare publicianam, abs-
que alia traditione facta ipsi vniuersali successori: vt declarant
doc.in l.cum sponsus,§.is cui,ff.de publ. per illum tex. & in l. j.
§.j.eo.tit. cum si. reliqua suppleat præstantia domini iudicantis
si expediat iuxta rubricam, & in l. j. C. vt quæ desunt aduocatis
partium iudex suppleat.

ADDITIO.

a ¶ Vt vendantur.Luc.pe.l.iiij.C.de iur.fisc.li.x.Phil.Franc.in
rub.de test.Pan.cõsi.xxvij.li.ij.Fely.c.in nostra,col.xxiiij.de
proba.Are.in l.apud Iulianũ,§.cõstat, col.iij. & Ias.col.iij.ff.
de le.j.Raph.Cu.cõsi.lxix.viso testõ, Deci.cõsil.dlix.Bertrã.
consi.clij.punctus,col.j.lib.j.consi.clxj. regula,cõsi.clxxiiij.
ex progressu,li.ij.consi.xij.lib.iij.And.Tiraq.in consil.dicto.
tit.retra.§.j.gl.iiij. sed quod sint prorsus incapaces tenet Ful.
consil.ciiij.Titius condidit testamentum, Corn.consil.ccvij.
lib.iiij.Gemin.consi.xl.

b ¶ Aut ingresi. quæ non seruatur in hoc regno nec fit dedica-
tio tacita, vt dixi in consue.Paris.§.clij.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui semel possedit nõ potest agere petitione hæreditatis.*
5 *Filius qui nõ aduit ex capite liberorũ intra triginta annos po
test ex capite legitimorũ adire intra alios triginta annos.*
8 *Fides mala defuncti impedit hæredem præscribere.*
9 *Restituitur ex capite ignorãtiæ cõtra præscriptionẽ lõgissimã.*
11 *Læso vltra dimidiam subuenitur in contractu stricti iuris.*
12 *Causa falsa vitiat contractum, nu.14.*
13 *Lucrum si est radicatũ, idem de eo iudicatur quod de damno
vitando.*

## CONSILIVM LXXXIX.

VIso puncto & instrumentis de quibus in eo. ¶ Putó pro
veritate sic de iure concludendũ esse: videlicet quod d.
Marcus & Pollionus tanq̃ in effectu hæredes Francisci
de Vende. maximè mediante persona do.Isabetæ matris eorum,
ac filiæ & vniuersalis hæredis quondam Franc.prædicti median-
tib.personis Nicolosæ & Margaritæ filiarũ dicti Francisci, quę in
pupillari ętate decesserũt pñt agere petitione hæreditatis contra
hæredes dicti ser Cechi possessoris dictæ petiæ terræ, quæ vt dr̃
possidebat̃ per d.Fran.tpe mortis suæ, & sic in eius hæreditate re
mansit,& per ꝯñs ꝓ ea dari põt petitio hæreditatis hæredi,l.item
1 videndũ,§.fi.cum l.seq.ff.de peti,hęred.† & hoc si ista res nunq̃
fuit possessa per hæredes d.Francisci, puta per do.Isabetam, & d.
Marcũ & Pollionũ.quia aliàs si fuisset possessa, non competeret
petitio hæreditatis pro tali re:vt est gl.no. in c.j. de confess.in vj.
in gl.j.circa fi.& no.Bar.in l.ij.post gl.ff.de fideic.hær.pe.sed es-
set tunc agendũ publiciana:vt j̃.dicam. ¶ Si aũt dicta Isabe. post
mortem patris possedisset istã rem, non aũt possedissent Marcus
& Pollionus possent tanq̃ hæredes matris agere petitione hære-
ditatis cõtra possessores, iurando quod ista res remansit in bonis
& hæreditate dictæ Isabetæ, vel etiã si constat quod dictus Fran-
ciscus habuit titulũ emptionis habilem ad translationem domi-
nij vel quasi in dicta petia terræ, possent dicti eius hæredes agere
Publiciana:vt l.j.cum multis sequentibus,ff.de publ. ¶ Et si pro
baretur ꝙ actor à quo dictus Franciscus habuisset causam: fuisset
dominus dictæ petiæ terræ posint dicti hæredes agere rei vendi
catione si vellent:casu quo possent probare authorem dicti Fran
cisci fuisse dñm fm modum de quibus per glo.& doc.in l.cũ res,
C.de probat.& per Bar.in l.rem, quæ nobis, de acq. poss. & in l.
rem alienam, C.de pig.act.& in l.ij.ff.de vsur. & per Spe.in titu.
de loca.§.nunc aliqua,ver.lvj.in tit.de act.& peti.§. sequit̃, ver-
si.si autem velis,& per Bal.in l.cum super, C. de rei vendi. & in
authen.quas actiones,C.de sacrosanct.eccl. & in l.j.in princ.ff.
2 de rer. diuisi. ¶ † Et caueat agens ne cumulet petitionem hære-
ditatis cum rei vendicatione, vel publiciana pro eadem re: quia
non procederet libellus reo opponente, vt declarat Cyn.& Bal.
in l.ij.C.de peti.hæred. ¶ Et dato quod nõ appareret ꝙ dom.Isa-
beta vel suæ sorores hæreditatem patris adiuissent: tamen eam
transmisissent non aditam ad dictum Marcum & Pollionum in
effectu hæredes eorum ex potentia suitatis fm veras & commu-
* nes * opinio.l.si fratres, C.de iur.delib.& l. apud hostes, de suis
& legit.l.ex militari,§.fi.cum l,seq.ff.de testa.milit.& plenè per
Bart.& doct. in l. ventre, de acq.hæred. & in l.si filius qui patri,
ff.de vulg.& pup.& in l.si infanti, de iure delib. cum si. ¶ Tamẽ
de aditione hæreditatis Francisci facta in effectu, per d.do.Isabe-
3 tã euidenter patet † per instr̃m solutionũ debiti hæreditarij, de
anno Mcccclxj.per quem actum inducitur aditio,l.ij. C.de iur.
delib.

delib.& plenè in l.gerit,ff. de acq.hær. ¶ Et si dictus Iacobus fra
ter vtrinque coniunctus d. Pollioni & fratris Marci decesſit hæ-
reditate d.do.Isabetæ eius matris non adita,sequitur qđ mero iu
re per ius accreſcendi portio delata dicto Iac . accreuit d . Marco
& Pollioni cohæredibus æqualiter iuxta l.j. cum materia. C.qñ
4 non pe.par.& l.j.§:his ita, C.de cad.toll.cum si.† quia hęredi as
a materna non adita [a] non transmittit cõi iure ad hæredes, qui nõ
sunt de deſcendentibus ipsius qui decesſit hæreditate non adita,
l.vnica, C.de his qui ante ap.tab.& ibi no.in l.j.§.nouisſimo.de
cad.tol.l.ij.§.si quis ex liberis.& ibi no.ff.ad Tertu.& si apparet
ꝙ Pollionus asseruisset d.Iac.adiuisse matris hæreditatẽ:illa asser
tio minimè sufficeret nec probaret quo ad præiudiciũ Marci vo-
lentis per ius accreſcendi venire pro rata & portione delata Iac.
l.si vnus.§.an omnia.& l.fi.de pac.cum si.¶ Nec ob.dictis agen
tibus exceptio præſcriptionis . Primò aut volumus dicere ꝙ ipsi
sunt exclusi per præſcriptionẽ à iure adeundi hæreditatẽ matris,
ſ.d.Isabetæ,quia rñ.quod si appareat d.Marcũ & Poll.vel saltem
alterũ eorum adiuisse hæreditatem matris intra xxx. annos à tpe
quo excesserunt pupillarẽ ætatẽ,qñ ille adiuit.Non ob.prędicta
præſcriptio. nã prædicta præſcriptio solũ tenere incipit post pu-
pillarẽ ætatem,l.sicut,de præſc.xxx.ann.& in l.j. in fi. C. in qui.
5 ca.in integ.resti.non est necessa.vbi no.† Si aũt non apparet ali-
quẽ eorũ adiuisse dictã hæreditatẽ matris intra xxx . ann. adhuc
non obstante cursu xxx. an. hr̃et facultatem adeũdi mater. nam
b intra alios [b] xxx.an.vt simpliciter decidit Ang.& Pa. de Ca.in d.
l.licet, C.de iure delib. vbi propriè loquunt in hæreditate mater
na delata ex testõ vel ab intestato.Et referũt ita consuluisse Bart.
& mouetur, quia si filius ex capite liberorum vel intestato non
adiuit hæreditatẽ maternã intra xxx. an.debeat postea posse adi-
re ex generali capite legitimorũ in alios xxx.an.hoc probant per
l.j.§. sed videndũ, ff. de suc. edi. Sicut enim habet annos xxx.ad
excludendũ à bonorũ possesſione de iure prætorio: ita pari ratio
ne se habent anni xxx.ad excludendũ de iure ciuili, d. l. licet, cũ
ibi no . ¶ Et si cõtra eos adduceretur quod istud non posset pro-
cedere in hæreditate materna:quia in ea nõ vr̃ habere locum vn-
de liberi,cum non dat bo.poſ.cõtra tab.si est præteritus à matre,
l.illud.§.ad testa.de bono.poss.contra tab.insti. de exhære.§.li-
6 beri.† Nam ad hoc põt reſponderi,qđ licet ante iura authentico
rum filius contra testm̃ matris non habeat bonorũ possesſionẽ
cõtra tab . cum hodie vr̃ ꝙ illam habere posſit filius præteritus à
matre sine expresſione causæ:vt firmat Ang. in l. j. C . de carbo.
edic.& idem tenet Lu.Rom.in l.posth.in prin.C.de contra tab.
in d.rub.vnde liber.vbi refert ꝙ Ang.in quibusdã lect. ita tenuit
in l.j.C.de bono.poss.cõtra tab.quia qñ hodie filius est præteri-
tus à matre sine expresſione causæ tm̃ reddit ipso iure nullũ non
aũt hr̃ filius pro exhęredato:vt probat in auth.vt cum de ap.cog.
§.illud,& ibi no.& sic cessat ratio ꝓp quam olim bonorũ posses-
sio cõtra tab . non dabat in hæreditate matris : quia habebat pro
exhæredato non dat cõtra tab.vt l.nõ putauit, in prin.& l.si post
mortẽ.§.exhæredato, in fi.ff.de bono.poss.cõtra tab.¶ Pro hoc
facit quia eodẽ iure dat bonorũ possessio contra tab.quo dat ius
dicendi nullum,vt inquit Bart.in l.si post mortem,§.fi.ff. de bo.
poſ.contra tab.per l.j.in prin.eo.ti.ergo cũ tali filio exhæredato
sine expresſione causæ à matri detur ius dicendi nullũ, d.§. aliud
& ibi not.& plenè no.Bar.& alii in auth.ex causa.C.de li.præte.
¶ Præterea dato quòd filius in hæreditate matris per caput ve-
niat vnde legitimi,l.ij.in fi.ff.vnde legitimi.& per caput vnde co
gnati,& sic exclusus per vnum cursum præſcriptionis à capite vn
de libe.haberet aliud caput vnde legitimi: per quod potest veni-
re nisi noua præſcriptio præcurrat: vt d.§.dicendum,ita & exclu
sus per cursum vnius præſcriptionis à capite haberet aliud caput
per quod venire potest,ſ. vnde cognati : nisi noua præſcriptione
exclusus sit ab illo capite: vt in præall. §. sed videndum, & sic re-
quiritur cursus.lx.ann.& hoc vt ab vtroque capite sit exclusus se
cundum deſcriptionem Bal.& aliorum in d.l.licet.¶ Sali.ibi di-
xit se dubitare an illa decisio sit vera ex eo, quia oẽs successores
sunt hodie legitimi . tamen inter eos tria sunt capita, ſ. liberorũ.
aſcendentium, & collateralium in auth . de hæredib. ab intesta-
to,§.j.cum seq.Et sic exclusus à capite liberorum non potest ve-
nire ex capite collateralium, & dicit quòd § . sed videndum, lo-
7 quitur secundũ iura antiqua . ¶ † Sed certè verior & * commu-
* nior est prima opi.quia non potest negari quin hodie in hæredi.
matris filius de iure ciuili posſit venire ex capite liberorũ per Or
ficianũ senatuſ.in l.j.& per totũ, C.ad Orfi.& etiã ex capite agna
torũ de iure ciuili hodie, cũ cognati succedãt etiã de iure ciuili si-
cut & agnati,§.nullã,in auth.de hęred.ab intest.& sic vr̃ ꝙ ratio
decisionis quæ est in d.§. sed videndũ,habeat locum in filio etiã
volente succedere matri : cũ posſit venire ex pluribus capitibus.
¶ Aut volumus dicere ꝙ isti sunt exclusi per præſcriptionẽ non
dico à iure veniendi ad hæreditatẽ matris, licet à iure agendi peti
tione hęreditatis ad dictã petiã terrę spatio xxx.an.& vltra:iuxta
l.hæreditas,cũ ibi not.C.de peti.hæ.& in l.hæreditatẽ, C.in qui
bus cau. ceſ. lon. temp. præſc. vel à iure agendi rei vendicatione
vel publiciana: quia possessores huius rei possederint spatio xxx.
an. ¶ Et dico ꝙ hæc exceptio præſcriptionis non potest obstare,
quia dictus ser Cechus nõ potuit incipere præſcriptionem: quia
erat in mala fide, c.fi. de præſcr. & in c.possessor, de re.iur.in vj.
¶ Quod aũt fuerit in mala fide patet: quia ista res fuit deſcripta p
do.Benedictã matrẽ dictarũ Isabetæ, Nicolosæ, & Margaritæ,in
inuentario dictorũ bonorũ pupillorũ condito per dictũ ser Ce-
chũ procuratorẽ ac fideiussorẽ d.do. Benedictæ tutricis pupilla-
8 rũ dictarũ eius filiarũ.† & mala fides d.Franciſci,nocet hæredib.
suis & eos impedit pręſcribere abſque alio titulo,l.cum hr̃s,ff.de
diuer.& tẽ. præſcr. quia censet vna & eadẽ persona cũ defuncto
in auth.de iureiu,ã morien.præsti.in fi.& nõ debet esse melioris
conditionis hæres q̃ defunctus, d.l.cũ hæres,& in l.in omnib.§.
non debeo,& l.ex qua persona,ff.de re.iu.c.is qui in ius de re.iu.
in vj.& hæres tenet exonerare conſcientiã defuncti vt c. fi.de se-
pul.c.in literis.de rapto.¶ Et ita in proposito nr̃o tenet Io. And.
in addi.magna.& Ant.de Bu.Io.de Imo. & dom.Abb.in c.si dili
genti,de præſcr. & Ioa.de Imo.c.fi.eo.tit.in iij.col. vbi dicunt ꝙ
mala fides defuncti in præſcriptione bene nocet successori vni-
uersali in hæreditate,sed non successori in prælatura.& ita proce
dat qđ no.in c.cũ circa de iur.patro. & opi.Dy.in regula põt s̃.al
leg.cum cõcor.ita etiã tenet Pa.de Ca.in l.iij.& l.Iul.sequitur,§.
hæres,de vsu.& Lu.Rom.in l.Põponius.§.j.de acq.poſ. bene fa
cit qđ not.Bal.in auth.ad hæc, C.de vsur.in vj.col. in ver.sed qđ
9 dicemus,de hær. præſcr. ¶ † Vel dato ꝙ præſcriptio esset decur-
sa . tñ dicti hr̃des do . Isabetæ qui habuerunt præsumptã causam
ignorantiæ de iure eis cõpetente in dicta petia terræ, l. qui in al-
c terius,de reg.iur.possunt incidenter petere restitutionẽ [c] in inte
grũ ex cña generali si qua vr̃ iusta causa aduersus eum iuxta dictã
præſcriptionẽ:quæ opponeret,vt no.gloſ.in l.si partem,§.j.ver.
vtendo.quemad.ser.amit.& gl.in l.j.C.de pa.potesta.& firmat.
Bar.in l.j.§.quis aũt ꝓp,ff. de iti. actuque priua.per illũ tex.cum
ibi not.& Bart.in l.Aristo,§.Labeo,ff.de dona.& Sp.in ti.de prę
ſcr.§.j.ver.sed pone celãtis,& Ang.in l.fi.C. de præſcr.lon.tem.
& in l hæredem,aliàs est in l.annus.ff.de c[illegible].& in l. fin.ff. si quis
test.lib.esse iuss.fue.Ioa. de Imo.in l.Pantonius, ff.de acqu.hær.
& in d.c. fina.de præſcrip. circa pen. vel antepen.char. & Ludo.
Roma. in l. si vero, §. de viro, in v. fal. ff.sol. matrimo. & l.quæ
vniuersam,ff.de acquiren.poss.& do.Abbas modernus in d.c.vi
gilanti,de præſcrip.bene facit.l. Attilius, ff.de serui. rusti.prædi.
& quod not.gloss.& doc.in l.ij.C.de iur. emphy. & Bartol.in l.
æmilius.de mi.& in l.cum filius,§. in hac, de verb. oblig. & in l.
senatus.de offic. præsi. &c. & in l. precibus. C. de preci. Imper.
10 offe. ¶ † Et tempus petendi restitutionem in integrum de quo
in l.fi.C.de temp.in integ. restitut. libro vj. non currat nisi à die
quo quis sciuit læsionem, & sic sibi competere restitutionem in
integrum:de quo in l.fi. C. de in integr. restitut. & dicit Bald. in
l. falsam, C. si ex fal. instrum. vbi dicit quod si quis staret per
centum annos quod non peteret restitutionem in integrum,
& probabiliter ignorat : posset petere postea, & ita not. do:
Car.post antiquos in cle.j. in xxv. q. de restitut. in integ. & Pa.
de Ca. in l. fi. C. de dolo. quia tempus petendi restitutionem
in integrum quo ad sui initium est vtile. probatur in d. l. fi. cum
ibi not. C.de temp. in integ. restitut.¶ Nec etiam obstat prædi-
ctis hæredibus do. Isabetæ alia exceptio opposita, videlicet
quod hæredes d. do. Isabetæ fecerunt d. dominæ Benedictæ fi-
nem & remisſionem de dicta hæreditate quondam Franciſci seu
do. Isabetæ, & eidem dominæ Benedictæ cesserunt omnia iu-
ra & actiones, quæ & quas habebant seu habere poterant in
bonis & hæreditate prædictis Pollioni, & Iacobo pro libris
ducentis : quas dictæ tres filiæ dominæ Isabetæ, & Nan-

nes pr̃ duorũ ex eis, ſ. Iacobi & Pollioni receperunt de quib. om-
nibus fuit rogatus Iacobus Gandulphi de anno Mccccl xij. quod
quidem inſtr̃m traxerunt dicti Marcus Iacobus de libro rogatio
num dicti Iacobi. & illud occultauerunt ſeu lacerarunt prout
hæc omnia plenè narrantur in quodam inſtrumento facto de an
no Mccccxxxiiij. inter dictum Pollionum & hæredes d. do. Be-
nedictæ: & in quo inſtrumento facto de anno Mccccxxxiiij. di-
ctus Pollionus ſolenniter ratificauit dictam aſſertã miſsionem,
& ceſsionem & de nouo dictus Pollionus fecit dictis hæredibus
dom. Benedictæ & matris recipientis nomine omniũ, quorum
intereſſet finem, refutationem, & remiſsionem, & per pactum
de non petendo de omni iure & actione, & de omni eo & toto
ꝙ ad dictum Pollionum ſpectat & pertinet ſeu ſpectare & per-
tinere poſſet in bonis & hæreditate dictæ dominæ quondam
Benedictæ, aut in bonis & hæreditate d. quondam dom. Iſabe-
tæ, aut dicti Franciſci in latiſsima forma, vt in dicto inſtr̃o conti-
netur, & hoc fecit dictus Pollionus vna cum patre ſuo pro dictis
libris ducentis habitis à d. do. Benedicta & etiam pro libris vigin
ti quas de præſenti hæredes d. do. Benedictæ dederunt. d. Pollio
no, & eius patri, & promiſit Pollionus litem aliquam non moue
re contra bona aliqua quæ fuerint de bonis & hæreditate dicti
quondam Franciſci cum iure & alijs clauſulis conſuetis, quia rñ-
deo primò ꝙ dicto inſtr̃o facto cum Marco, & fratribus, de anno
Mccccxiij. nihil apparet: niſi qñ dictus Pollionus confeſſus eſt in
dicto alio inſtrumento confecto Mccccxxxvij. in quo inſtrumẽ
to non interuenit aliquis cõſenſus dicti Marci: vnde quo ad Mar
cum illud inſtr̃m nõ obſt. aliquo modo, quia res inter alios acta
&c. l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pac. & in rub. C. res inter alios
acta. & per totũ. ¶ Secundò rñ. ꝙ verbo fertur ꝙ dicta conceſsio
& remiſsio facta fuit ꝓ minori pretio q̃ ꝓ dimidia iuſti pretij &
11 æſtimationis. † quo caſu in quolibet actu vel contractu, etiã ſtri-
cti iuris: locum habet doli exceptio, ſi ſit talis contractus, alleg. l.
ſi quis cum aliter, cum ibi no. de ver. obl. & plenè no. in l. ij. C. de
reſcin. ven. & in c. pen. de emp. & ven. etiamſi verè fuiſſet contra
ctus tranſactionis. ſm̃ Ray. Bart. & Ang. & Ioan. de Imo. & Lud.
Rom. in d. l. ſi quis cùm aliter. & Bart. & Ang. in d. l. ij. C. de re-
ſcind. vend. & d. Card. Flor. & Io. de Imo. d. Ab. in c. quintaual-
lis, circa xv. char. de iureiur. ¶ Nec huic rñſioni obſtat iur̃m Pol-
lioni, quia cum Pollionus eſſet minor xxv. annis, & tanquàm mi
nor contraxit: & ſimpliciter iurauerit, iuramentum ſolum tale
repræſentat eum maiorẽ, non aũt excludit à remedio, d. l. ij. C.
de reſcin. vend. vel æquipollenti, vt no. Bart. & cõmuniter doct.
in d. l. iij. & in d. c. pe. de emp. & ven. ¶ Et licet in inſtr̃o dicat̃ ge-
neral̃r ꝙ renunciauit exceptioni doli mali condõni indebiti &c.
tñ attento ꝙ Pollionus ignorare probabiliter præſumebatur iſta
bona de quibus nũ eſt qõ ſpectare ad eum aliquo iure ſeu ad ea
actionem habere per d. l. qui in alterius, non potuit renunciare
dicto beneficio, l. ij. ſeu exceptioni doli, quæ in locum beneficij
ſuccedat in contractib. ſtricti iuris, niſi minor fuerit certioratus,
vt firmat Bald. in d. l. ij. in iiij. q. C. de reſcin. ven. ¶ Et bene facit
qđ no. Bar. in d. l. fi. §. idem quæſiuit, per illum tex. de condit. in-
de. ꝙ plus vr̃ ꝙ etiã dicta ratificatio, & ceſsio facta Per Pollionũ
de an. Mccccxxxiiij. non valet in effectu, & ei obſtaret exceptio:
12 † quia fuit facta ex cauſa falſa, ſ. ex cauſa, quia d. Pollionus, & Ia-
cobus cũ cõſenſu eorũ patris, & etiã d. Marcus, de añ o Mccccij.
ceſſerãt & renunciauerant d. do. Benedictæ iura prædicta & rece
perant dictas libras ducentas qđ quidem non potuit eſſe verum
quia de d. anno Mccccxiij. dicti Iac. & Pollionus nõ erant adhuc
in rerum natura: aut ſi erant nõ erant tantæ ætatis quòd fari poſ-
ſent & aliqualiter intellectum haberent: & ſic nullum actum ge-
rere poterãt etiam cũ authoritate legitimi adminiſtratoris vt de-
clarat Bart. in l. j. §. adipiſcimur, de acqu. poſſ. & expreſsius Ioan.
de Imo. in l. pupillus, per illum tex. ff. de acqu. hær. & ita intereſt
declarare glo. j. ibi ſcilicet quando infans, poſſet loqui & aliqua-
lem intellectum hr̃e, & ita etiam not. ipſe in l. ſeruo inuito. §. ſi
pupillo, poſt gl. ibi, ff. ad Treb. & probat̃ in l. quamuis, §. infans,
cum gl. in ver. iudiciũ, ff. de acq. poſſ. & in l. in negotijs, ff. de reg.
iu. & ꝙ ibi no. ergo apparet quòd illa ceſsio & remiſsio facta per
Pollionum ann. Mccccxxxiiij. fuit facta in actu ceſsionis, & vi-
tiat ipſum actum ſiue ſit factum ex certa ſcientia ſiue per errorẽ
ita in propoſito dicit expreſsè Bald. in l. fi. C. de fal. cau. adiect.
leg. allegat ea quæ habentur in l. per diuerſas, & in l. ab Anaſta-
ſio. C. mandati. & ita etiã quod in cõtractu donationis in quo
nõ exprimit̃ ipſe titulus donationis falſa cauſa vitiaret ſi ipſa cau
ſa fuit expreſſa per errorem, l. ij. §. circa, ff. de doli excep. ¶ Et eo
ipſo ꝙ apparet quod Pollionus non habuit nec habere potuit di
ctam pecuniã eo modo quo in dicto inſtrumento nunciatur dr̃
conſtare de errore confeſsionis, per no. gl. in l. cum de indebito.
in prin. in ver. ignoranti, ff. de probat. & in l. ſi poſt diuiſionem,
ff. de iur. & fac. igno. & in l. non fatetur, circa iiij. co. ff. de confeſ.
& in terminis noſtris refert & no. Raph. & Pa. de Ca. in l. diuor-
tio, ff. de ver. obl. quid ſi dictus Pollionus habuit cum alijs dictã
quantitatem dictarum librarum ducentarum diceretur tractare
de damno vitando, & aduerſarij dicerentur tractare de lucro qui
pecuniam non ſoluerunt etiam dato quòd illa hæreditas obue-
13 niſſet Polliono titulo lucratiuo: † quia poſtquàm lucrũ eſt radi-
d catum [d] & acquiſitum iudicatur de illo prout iudicatur de dam-
no ſi auferatur vt not. gl. in l. ij. §. ſi quis aũt propter, in ver. in in-
teg. reſti. ff. de iti. actuque priuato. & in l. ij. q. 1. ne qd in loco pu
blico, no. Cy. & Bal. in l. cũ te, C. de donat. ante nuptias, in prin.
lectu. & Bal. in l. non amplius, §. j. per ibi not. de leg. j. & Ioan. de
Imo. in l. Proculus, ff. de damn. infec. & Paul. de Caſt. in l. ij. §. fi.
cum l. ſeq. ff. qui ſatiſdare cogan. & vbi tractatur de damno, dr̃
probari de errore, eo ipſo quod apparet rem aliter ſe habere & l.
ſed ſi me putem, ff. de condi. indebiti. & nota. Bar. in d. l. non fa-
14 tetur, & Canoni. in c. fi. de confeſsis. ¶ † Et quod falſa cauſa in
effectu vitiet regulariter promiſsionẽ vel ſimilem actum inter vi
uos qñ interuenit error probatur in d. l. ſi diuortio, iuncta gloſſ.
pen. ff. de ver. obl. & in l. pen. §. mulier. ſo. ma. Ex hoc ergo vr̃ di-
cendum quod vitiet̃ dicta ceſsio & remiſsio. ¶ Bene faciunt no.
per Bart. in l. demon. falſa, §. j. in vj. q. de condit. & demon. ¶ Et
hæc maximè procedunt: quia ceſsio prædicta non poteſt valere
niſi vſque ad concurrentem pretij quantitatem verè ſoluti. & nõ
vltra, l. per diuerſas, & l. ſequen. C. mandati. ¶ Alia ratione etiã
oſtenditur ꝙ dicta ceſsio fuit facta ex falſa cauſa: quia facta fuit
per d. Pollionum ex eo, quia ipſe de an. Mccccxiij. vna cum fratri
bus ſuis mortua Iſabeta eius matre fecerat finem & remiſsionem
d. do. Benedictæ de hæreditate dicti Franciſci: & etiam de bonis
& hæreditate d. do. Iſabetæ, & verbo fertur quod probabitur ꝙ
nec de dicto anno Mccccxiij. nec ante, nec etiam de anno ſequẽ-
ti deceſsit d. do. Iſabeta, ſed deceſsit poſt annum Mccccxv. ¶ Ad
vnum tamen eſt aduertendũ ꝙ d. Pollionus in prædicto inſtru-
mento iurauit omnia ibi contenta eſſe vera: ergo vr̃ ꝙ non poteſt
periuriũ allegare & probare contrariũ: quia ad hoc pȏt reſpon-
15 deri ex no. per Bal. in l. fi. C. de nõ num. pe. prope finẽ. † vbi quæ
ſiuit quid ſi quis iurauit recepiſſe in veritate pecuniam, & poſtea
vult dicere & allegare ꝙ non recepit, certè ſm̃ Bal. non pȏt: quia
allegaret periuriũ: ſubdit tñ ꝙ ſi admiſſus fuit ad probandum di-
ctam negatiuã & eã probauit: tunc ꝙ iam periuriũ eſt detectum
pȏt allegare ꝙ nõ recepit pecuniã: per id, qđ legit̃ & no. in l. aliàs.
ff. de iureiur. ¶ Et idẽ tenet Sal. in d. fi. l. vnde ſi cõtingat admitti
dictas probationes ad probandũ dictã negatiuã, poterit Pollio-
nus nõ obſtante dicto inſtrumento vti dictis probationib. plus
vr̃ concludere Ant. de But. in c. cum contingat, de iureiur. in ver.
16 quartus caſus &c. circa finem illius: † quia quando minor in con
tractu venditionis à ſe factæ iurat non contrauenire alieno reme
dio. & iurat id quod vendidit eſſe verum pretium: & omnia & ſin
gula appoſita in cõtractu eſſe vera: tñ cõſtito de ꝯrio pȏt cõtraue
nire: quia iura nõ aſsiſtunt talibus iuramentis, cũ fraus ſit ex par-
te recipientis iuramẽtũ: & ideo reperto quòd res aliter ſe habeat
e non eſt periurus, licet temerariè iurauerit: [e] allegat id quod ha-
betur in c. quemadmodum, de iureiur. & in xx. q. ij. per totum,
& id quod not. in c. cum in poſitionibus. de confeſſ. in vj. ¶ Vel
ſi voluerit Pollionus: poterit petere abſolutionem à iuramento
ſtante læſione ſua per no. per Inn. & alios maximè An. de Bu. vbi
hoc clarè vult in c. cum contingat. de iureiur. & per Bal. in l. em-
ptione, C. plus vale. quod agi. dum tractant de contractu ſimula
to in quo interuenit iuramentum. & iſtud eſt tutius. ¶ Nec ob.
prædictis etiam quoddam inſtrumentum factum inter magi-
ſtrum Nannem ex vna, & dictum Pollionum eius filium ex alte-
ra de anno Mccccxliiij. die xxx. Auguſti, in quo in effectu Pollio
nus vr̃ ſibi ſatisfactum eſſe à dicto Nanne eius patre de quanti-
tate eius librarum xvj. & ſolidorum xxij. denariorum qua-
tuor pro reſto tertiæ partis, lib. cc. habitarum pro certa deli-
beratione

beratione & pacto de vlterius non petendo à dña Benedicta vxore olim Francisci prout de dicta deliberatione dr ibi constare instro scripto & rogato per Io. de restis notarium: quia respondeo ꝙ ista assertio facta in vltimo instrumento: quæ haberet relationem ad aliud instrm ser Io. de restis, non probat: maximè quo ad fauorem alterius: quia in illo vltimo non interuenit, sed producatur ipsum instrumentum ser Io. ad qd fit relatio. per id quod habetur in auth. si quis in aliquo. C. de eden. & ibi no. & in c. abbate. de ver. sig. ¶ Et tãto magis: quia illud vltimum non specificat cãm propter quam facta fuerit dicta liberatio, & nulla ibi fit mẽtio de hæreditate dominæ Isabetæ, & dicti Francisci, & etiam liberatio generalis non trahitur ad ea quæ dependent ex testõ, nisi fiat mentio de testamento. l. de his. cum gl. ff. de transac. ergo dato ꝙ nulla verba generalia ꝓbarent ꝙ esset facta liberatio dnę Benedictæ, tamen extenderetur ad ea quæ peti poterant occasione testamenti ser Francis. ¶ Præterea dato ꝙ etiam probarent illa verba factam esse liberationẽ, & pactum de non petendo dominæ Benedictæ: illud pactum non noceret hæredibus dominæ Isabetæ, quin possint petere ab alio quàm à domina Benedict. l. si vnus. §. ante omnia supra allegata. Denique etiã qñ illa assertio in vltimo instrumento fuerit valida, & affirmasset cessionem: illa tamen confessio non prodest absenti, saltem quo ad plenam probationem. l. certum. §. si quis absente. ff. de cõfessis. & l. j. de interrogato. ac. ergo non debet prodesse dictis possessoribus, q non fuerunt præsentes. Ex quibus concludo dictos hęredes posse agere contra dictos possessores: vt supra, & quando.

## ADDITIO.

a ¶ Non adita nisi intra annum iuris deliberandi vt no. in l. emãcipata. C. qui admit. sed cum hodie vbique fere per consuetudines vel statuta possessio ipso facto in hæredes continuetur indistincte fit transmissio etiam ab ignorantibus vt dixi in cõsu. parisi. §. cxxxij.

b ¶ Alios. idem Alex. Cor. Ias. col. fi. d. l. licet. Cor. cons. lxx. litera. g. lib. 4. Bal. consi. xij. lib. 3. Pau. l. quandiu. ij. ff. de acq. hære. Ias. l. vnica. C. quan. non pen. par. consi. lxxxiiij. col. x. lib. j. Lud. Gozadi. consi. clvj. Sed quicquid dicant verior est cõtraria opi. Saly. & Ful. quæ etiam communiter obseruatur vt dixi in consu. paris. §. cxxx.

c ¶ Restitutionem. C. lib. j. consi. lxxj.

d ¶ Radicatum. s. eo. consi. clxix. nu. 14. Deci. l. j. col. j. C. de insti. & substi. Ias. l. reprehendẽda. C. e. l. fi. §. in computatione. col. ij. C. de iure delib. l. fi. col. iij. C. de codi. l. non amplius. §. j. de le. j. l. iij. §. labeo. de acqui. pos. rep. l. quominus. col. 8. de Flu. consi. lxxxvij. col. ij. lib. j. Lance. deci. l. j. in glo. in ver. nam & reip. solu. mat. limita cum lucrum accedit ad eũ à quo processit gl. in l. si ita stipulatio. & ibi Bar. Ia. de verb. ob.

e ¶ Iurauerit fac. pro his quæ dixi. s. eo. lib. consi. xxxvj. nu. 3.

## SVMMARIVM.

2 *Filiam esse satis est à patre & vicinis pro tali reputatam.*
3 *Exclusa ab vnde liberi, alios xxx. an. habet vnde legitimi.*
5 *Maritus non potest res vxoris sine eius mandato vendere.*
6 *Fama quantum probet.*
7 *Affinis non est idoneus testis.*
8 *Publiciana quando datur contra titulo possidentem. nu. 10.*
9 *Dominium non transit ex scientia nisi traditione secuta.*
11 *Libellus valet & sententia generalis in fructibus.*

## CONSILIVM XC.

In causa & lite coram arbitris inter do. Claram tanquã filiam & hæredem quondam Brunij de Bullo agentẽ & Minellium quodam Ioannis de monte maiori, & Ioannem, & Ioanniũ fratres, & filios dicti Minelli se defendentes. ¶ Videndum est primo quæ actio sit intentata per dictam dominam Clarã. ¶ Et secundo erit videndum, an sint probata talia pro parte sua, ꝙ ipsa debeat obtinere. ¶ Tertio an pro parte reorũ probata habeant excludere ius agentis. ¶ † Circa primũ quã-
1 uis domi. Clara in libello narrat se filiam & hæredem Brunij: tamen videtur ad petiam terræ petitã libellũ suum fundare in Publiciana vel rei vendicatione potest, dum narrat dictam petiam terræ ad se spectare iure dominij vel quasi: & sic narrat id quod est vnum extremum requisitum ex parte agentis rei vendicatione vel Publiciana. l. in rem. in princi. de rei vendi. l. j. de pub. c. abbate sanè. de re iudi. in vj. cum ibi no. ¶ Et insuper narrat aduersarios tenere ipsam petiam terrę & sic ponit aliud extremum requisitum pro parte rei conuenti. vt l. j. C. de alie. iud. mu. causa fac. & c. examinata. de re iud. ¶ Et successiue concluditur in libello petendo declarari agentem esse dñm vel quasi, quod proprio cõuenit libello intentato super dictis actionibus. l. ex diuerso. §. j. & ibi no. Bar. ff. de rei ven. Spe. in tit. de cau. pos. in §. notandum. versi. aliæ sunt. Guil. de cu. & Bal. in l. domum. C. de rei ven. & no. doc. in c. ij. de libel. ob. & per Bar. in l. an eandem. §. actiones. de exc. rei iud. ¶ Circa secundum principale an sit ꝓbata mentio agentis in dicto iudicio, & omissis argumentis ad partes concludo quod sic. nam præsuppono quod esset clarum esse filiam dicti Brunij, & illam vnicam filiam remansisse post filiam dicti Brunij, vt deponunt testes actoris Antonius. Bar. Bu-
2 glassus, & melius probatur per magistrum Blasium &c. † satis est enim probari quòd reputata & habita fuit à dicto Brunio, & à vicinis dicti Brunij. c. per tuas. de proba. l. non nudis. cum glo. & ibi Bal. C. de proba. c. transmissæ. cum ibi no. qui fil. sint leg. no. in c. Michael. de filijs presby. l. si vicinis. C. de nup. & not. doc. in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l. non ignorat. C. qui accu. non pos. ¶ Hoc etiam satis videtur probari per procuratorem reorum in scriptura per eum producta, de qua in tertio folio processus de morte Brunij, et probatum est: quia rei conuenti procuratoris respondendo positionibus agentis, illud fatetur & per consequens videtur delatam fuisse dictæ dominæ Claræ hæreditatem dicti eius patris ab intestato, cum prima causa successionis sit filiorum. in auth. de hære. ab intest. circa prin. l. si matre. ff. de suis & legi. & constat eam adiuisse hæreditatem patris ex instro in quo ipsa de anno Mccccl vij. die xj. mensis Aprilis ipsa tanquam hæres Brunij constituit Barbatium suum procuratorem. & c. vnde cum etiam solo animo inducatur aditio hæreditatis: vt l. pro hærede. in prin. & §. j. & l. gerit. ff. de acquir. hæredi.
3 sequitur ꝙ etiam ille gessit actum pro hærede. ¶ † Nec ad hoc obstat si diceretur eam esse exclusam à iure adeũdi spatio xxx. annorum. l. licet. cum ibi no. C. de iur. delibe. & no. in l. quãdiu. la j. ff. de acqui. hær. & per Bart. l. j. C. de cõdi. ex lege attento quod vt ipsamet dña Clara in actis & positionib. suis fatetur, dictus Brunius decessit iam sunt anni xxxv. qa rñdeo prout singulariter decidit Bal. in prælle. l. licet. & Pau. de Ca. in d. l. quandiu. & in d. l. licet. vbi refert Bar. consuluisse ꝙ si filiæ erat delata hæreditas matris ex testõ, & filia steterit per annos xxx. ꝙ nõ adiuerit hrditatẽ sibi delatam ex capite liberorum, poterit postea intra alios xxx. annos adire ex sequenti capite agnatorum & præferet omnibus aliis, per l. j. §. sed videndum. ff. de suc. edic. & Pau. de Cas. in d. l. quãdiu. reputat hoc mirabile & dicit se habuisse de facto: ita quod siue dictus Brunius decesserit ex tęstamento siue ab intestato patet non obstare cursum temporis xxxv. annorum. d. dominæ Claræ adeundi ab intesta. ¶ Et per hoc patet non obstare qnod domina Clara coram arbitris. de anno Mccccl viij. die xiij. Iulij comparuerit, & asseruit Brunium eius patrem decessisse condito testamento & nullo apprehendit hæreditatem, & ꝑterea stante lapsu xxxv. annorum ipsa tanquam proximior adiuit tanquam ab intestato. Nam aut in dicto testõ dicta filia erat instituta, & sic per lapsum dicti tpis nõ fuit exclusa à successione intestati. aut alius est institutus in d. testõ, & tunc cũ de eius aditione non constet. fuit exclusus spatio xxx. an. vt dictũ est. ¶ Nec ad hoc ob. si dicatur ꝙ in testõ fuit instituta ꝓ dimidia hæres dicta Donina & vir ipsius do. Clarę, vt deponũt Tonius & Bar. testes ipsius agentis, & per alios testes productos per reos conuentos probatur. quia di. do. Donina possedit dictam petiam terræ post mortem dicti Brunij, & sic gessit se pro hærede iuxta l. pro hærede. & d. l. gerit cum mria: quia rñ. quòd non est sufficienter
4 probatum quod d. dña Donina fuerit hæres instituta: † nam illi duo testes probant de auditu ab alijs testib. ꝙ quidem testimonium regulariter non valet. l. testiũ. & ibi no. C. de te. & no. in l. ij. §. pe. de aqua plu. arcen. & in c. quoties. de testi. ¶ Præterea ad probandum illam vltimã voluntatẽ: quo ad do. Doninã, nõ suffi-

ci-

cit probatio duorũ testiũ, sed requirunt septẽ testes. l. si vn⁹. &
l. hac cõsultissima. C. de test. & plenè no. in l. ij. C. de bo. pos. fm
tab. & l. fin. C. de fideius. ¶Et insuper probatũ est de quasi dñio
do. Brunij, nã productum est instrũm in quo apparet quod ipse
de anno Mccccxix. emit à Migutio quõdam Actoli dictã petiã
terræ pro pretio librarũ xxx. Bono. & constituit vẽditorẽ se pos-
sidere nomine emptoris, quæ petia terræ concordat in plurib.
demonstrationib. cũ petia terræ de qua in libello vt patet ex in-
spectione dicti instri: & satis est ꝙ per duas demonstrationes de-
beant ad limitẽ. l. forma. de cẽsi. in prin. & in l. hac cõsultissima.
C. qui test. fa. pos. no. Bar. in l. demonstratio fal. in prin. in vij. q.
ff. de cõdi. & demon. ¶Probatũ est quod dictus Migutius posse-
derit, vt deponunt fere oẽs testes ipsius agentis: ergo bñ apparet
probata esse extrema sufficientia in publiciana, vt l. j. & l. tradi-
tione. & l. eum qui. §. fi. ff. de publi. nã si bona fides emptoris re-
quirebat, & sic ista ꝑsumebatur ex tit. l. pe. de euic. & illud quasi
dñium qđ erat apud dictũ Brunium vigore dictæ emptionis, ac-
quisitum est postea dictæ dñæ Claræ ex aditione hẽditatis ab-
sque aliqua apprehensione possessionis. l. cũ hæredes. in prin. de
acqui. pos. l. hæres. nomine. ff. de acqui. hær. & insuper probatũ
aliud extremum necessarium scilicet ꝙ rei cõuenti tenent dictã
rem, vt patet ex responsionibus reorũ respondentiũ positioni, &
ẽt patet in scriptura producta per ꝓcuratorẽ reorũ in tertia char
ta processus. Restat ergo principaliter videre, an aliqua sint pro-
bata pro parte eorum quæ habeant excludere ius agentis, & cõ-
cludo mihi videri ꝙ non. in primis eñ nõ obstat quod deponit
Io. productus testis pro parte reorum, qui deponunt ꝙ ipse emit
petiam terræ prædictã à Landosio procuratore dñæ Claræ, &
Stephano eius marito pro libris lx. nomine Baccacij qui voca-
batur Paulus marchiesini. primò quia ipse testis non deponit qđ
ipse Landosius habuit mandatum à dña Clara, & vr̃ de se man-
datum vidisse. nam ad alienandum bona requiritur speciale mã-
datum. vel saltẽ generale cum libera. l. procurator totorum. & l.
ꝓcurator cui gñaliter. ff. de procu. ¶Nec ẽt maritus d. dñæ Cla-
5 ræ potuit sine mandato vendere: † quia maritus extra bona do-
talia & bona paraphernalia, & quorũ custodia ẽ per vxorẽ mari-
to cõmissa, non intelligitur aliquod habere mandatũ. l. maritus.
C. de procura. imo nec in dotalibus potestatẽ habeat alienãdi. l.
j. §. sed cum lex. C. de rei vxo. act. l. j. & per totum. ff. de fun. do.
nec ẽt in paraphernalibus habet ptãtem alienandi: cum sola cu-
stodia sibi cõmissa esse intelligitur. l. si ego. §. dotis. ff. de iure do.
l. de his. C. de dona. inter vi. & vx. l. fi. C. de pac. conuen. ¶Non
ob. ꝙ iste testis deponat qđ d. Donina possedit dictam petiã ter-
ræ spatio xxx. annorum, quod & illã donauit dicta domina Do-
nina dictis reis conuentis, vnà cum aliis bonis ipsius dominę Do
ninæ, & in cã scientiæ reddit simpliciter rationẽ: quia ita est pu-
blica vox & fama in villa montis maioris: quia respondeo quod
6 ex hoc non probatur titulus aliqualis dictorum reorum: quia † b
b qñ esset probata legitimè & per duos testes, non probaret nisi se
miplenè. l. iij. §. eiusdem. cũ ibi no. ff. de testi. & l. admonendi. ff.
de iureiur. & in c. veniens. de testi. & not. Bart. in l. de minore. §.
tormenta. ff. de quæstio. ¶Et hoc verum qñ appareret quod ipsa
fama traxerit originem ex aliquibus probabilibus, seu verosimi-
libus causis. aliàs secus. l. decurionum. C. de pet. hæ. & ideo dicit
Bar. in d. l. minore. §. tormenta. ꝙ non sufficit probare famam
simpliciter. & idem no. Bal. in l. proprietatis. C. de proba. & An.
de But. in c. veniens. el j. de testi. ¶Ex quo patet ꝙ iste testis de-
ponens de fama simpliciter, nihil probat. Etiam est alia ratio, qa
est in dicto suo vnicus & singularis. l. vbi numerus. ff. de testib⁹.
¶Præterea asserit se esse correum dictorum reorum: & sic nõ est
7 omnino integer testis † quia non solum cõiunctus seu affinis nõ
est integer testis sed nec etiam multum amicus. l. iij. circa prin. ff.
de testi. & no. Pe. & Cy. in l. eos. de testi. & Bar. in l. admonendi.
in 9. col. in ver. ad tertium. ff. de iureiu. & no. in c. insinuante. de
offi. deleg. & no. Bal. in l. data opera. in xxx. col. C. qui accu. &
expresse dicit Guil. in l. an eorum. §. affinitatis. ff. de postu. quòd
quis non potest testificari pro vxore fratris sui viuentis, & sic pa-
tet quòd affinis non est idoneus testis. ¶Nec obstat etiam id qđ
deponit Bellus secundus testis qui dicit ꝙ audiuit dici quòd Lan
dosius vt procurator nomine Claræ, & Stephanus eius maritus
vendidit Paulo marchesini omnia sua bona pro libris centum.
& quòd audiuit quòd dicta do. Donina donauit dictam petiam
terræ cum aliis dictis suis bonis contentis quia rñ. ꝙ iste testis nõ
probat de mandato Landosij, vt dixi. Item deponit in omnibus
de auditu, & per ꝯñs nõ probat id quod deponit. Seueri⁹ alius te-
stis productus pro parte reorum, qui dicit quod fuit præsens qñ
Landosi⁹ tradidit duas petias terræ dicto Baccacio & Ioanni Gla
gi. vnam positam in curia calboli, quæ nõ est ista, cum ista sit po-
sita in villa montis maioris, in loco dicto Lanello, aliam positam
in curia montis maioris iuxta quandam domũ sitam in dicta vil-
la, & iuxta suos confines pro libris lx. Nam iste testis nihil pro-
bat: quia non probat aliquod mandatũ fuisse concessum per do.
Claram Landosio ad vendendum. Primò non specificat per suf-
ficientes demonstrationes dictam petiã terræ. adeo ꝙ cõstet de
idẽtitate corporis: vt no. Bar. in l. demonstratio. & in l. j. C. si vn⁹
ex pluribus ap. ¶Et eisdem rationibus nihil probat etiã Stepha-
nus qui aliàs fuit coram arbitro examinatus in lite vertente in-
ter dictum Baccacium ex vna, & d. Minillum, & filios ex altera.
¶Non ob. quoddam laudum latum per dictum Manfredum ar-
bitrum inter dict. Baccaciũ, & dictum Minillum, & filios ex alte-
ra, in quo ipse pronunciauit restituendum esse dicto Minillo ac
Ioanni eius filiis per dictum Baccacium vnũ podere positũ in vil
la montis maioris, cũ domo existente super dicto podere, & cũ
curte & horto positis circa dictũ podere, & dicto poderi contin-
gens, & cum omnibus & singulis petiis terrarum aratis & vinea-
tis, saldis, buschiuis, & pratiuis, ꝙ podere est positũ in loco dicto
Lanello, iuxta hr̃des Guidonis Cardi. Minellũ prædictum & d.
Baccaciũ, & viam communis. reseruata tñ dicto Baccacio noua
parte dicti poderis, seu æstimatione dictæ nouæ partis prout le-
gerunt dicti Minellus & filij pro parte dictæ debitæ ipsi Bacca-
cio in bonis dom. Doninæ olim eius matris. ¶Et in dicto laudo
fuit pronunciatũ transiuisse in rẽ iudicatam sententiam latã per
ptãtẽ treãpu. in qua fuerat cõdẽnatus dict⁹ Baccacius ad restituẽ-
dum dicto Minillo & filiis eius dictũ podere dictæ terræ, ꝙ di-
ctus Baccacius fuit cõfessus sibi satisfactum esse in pecunia pro
dicta nona parte. Ex quo vr̃ ꝙ per dictum laudum habeant titu-
lũ vendicandi Minellus & filius, qui titulus sententiæ vr̃ esse ha-
bilis ad translationem dominij vel quasi: vt l. iij. in fi. de publi. &
in l. iij. §. item quærit. de rebus eo. & plenè in l. Pomponius. §. si
iussu. de acqui. pos. & doct. in l. j. C. cõia vtriusq. iu. & in l. ex hoc
8 iure. † & Publiciana non datur ꝯ titulo possidentem regulariter:
nam ad ista multis modis potest rñd. Primo considerandum est
quòd dictus titulus sententiæ fuit acquisitus dicto Minillo & fi-
liis post mortem dicti Brunij in dicta petia terræ: quæ fuit in do-
minio vel quasi dicti Brunij & in eius bonis & hæreditate remã-
sit vt probatur per dictum instrumentum emptionis, & testes a-
gentis. & etiã fuit acquisitus dictus titulus sententiæ dictis Mi-
nillo & filiis postquàm iam erat acquisitũ dñium vel quasi dictæ
petiæ terræ ipsi dñæ Claræ: quia incontinenti eo ipso ꝙ ipsa dña
Clara fuit hr̃s patris, fuit sibi acquisitũ dñium vel quasi in dicta
petia terræ ꝓut habebat dictus Brunius ẽt absque eo ꝙ domina
Clara aliquam possessionem apprehenderet. præal. l. cũ hęredes
& censetur fuisse in hæreditate mortuo patre quã primò fuit ei-
dem do. Claræ de iure delata hr̃ditas patris & hoc ex potentia
suitatis, per l. in suis. ff. de lib. & posthu. & in l. j. §. qui in ptãte. ff.
si quis omis. cau. & in l. si filius qui patri. & ibi plenè. ff. de vul. &
pu. imo d. Clara expresse adiuit hæreditatẽ antequam titulus ex
dicta sententia perfectè fuerit acquisitus dicto Minillo & filiis.
Nam dña clara de anno Mccccliij. die xj. Aprilis, tanquam hæres
sui patris constituit Baccacium suũ procuratorẽ, &c. Et licet lau-
dum latum fuerit in fauorem Minilli & filiorum ꝯ Baccacium de
anno Mccccclvij. die nona Aprilis, & similiter sententia pote-
9 statis castri sine appellatione fuit ante lata, tñ nõ hẽt obstare. † &
c non acquiritur titulus nec dominium vel quasi ex sententia nisi
secuta traditione & sic facta executione sententiæ, vt in præalle.
l. iij. in fin. de pub. & no. institu. de offi. iudi. in d. §. fi. & no. Bar.
in d. l. ex hoc iure. & no. alij in d. l. ij. C. communia vtri. iudi. &
no. do. in c. proposuit. de conces. præben. facit l. traditionem. de
pub. ¶Vnde casus iste deciditur per Sali. in l. fi. §. sancimus in an
tepen. col. C. de edic. diui Adri. tol. & in l. ij. C. de petit. hæredi.
10 vbi voluit quòd † si post mortem defuncti qui erat quasi domi-
nus vnius rei, quidam extraneus acquisiuit titu. & possessionem
illius rei ab alio quàm ab hærede defuncti, & sic incepit sibi cõ-
petere statim Publiciana: hæredi autem defuncti incepit com-
petere

petere statim Publiciana hæreditate adita, etiã non apprehensa possessione, allegat no. per gl. in l. sunt & aliæ. in l. quæcūque. ff. de publiciana. Vnde dictus extraneus possessor quãuis titulũ habeat, excluderetur ab hæreditate defuncti: quia siue consideremus possessionẽ, possessio defuncti est antiquior & hęres repręsentat personam defuncti. d. l. hæres in omni. & ex iure defuncti agit. siue consideremus titulum & etiam antiquiorẽ habet titulum hæres. & plus subdit: ꝙ ẽt si hrs adiuisset hęreditatẽ postquã extraneus acquisiuisset rẽ & eius possessionẽ cũ titulo, attamen si titulus extranei fuit acquisitus post mortẽ defuncti præfertur hæres, quia aditio hæreditatis postea secuta trahitur ad tp̃s mortis. l. hæres qñque. ff. de acqui. hære. l. omnis hęreditas. ff. de reg. iu. facit quod no. Bar. in l. fi. in vlt. col. in ver. scd̃o casu &c. Et dicit Sali. in d. l. iij. C. de peti. hæredi. ꝙ ista habent locum non solum si hæres intentaret remediũ. l. fi. C. de edi. diui. Adri. Sed ẽt intentaret publicianã, ꝓut in ꝓposito nr̃o. ¶ Facit ad hoc qđ no. Bal. in d. l. fi. C. de edi. diui Adr. in ix. oppo. ¶ Et in proposito nostro facit ad hoc, qđ not. Bald. vbi similiter dicit, ꝙ licet petitio hæreditatis non detur ꝯ ti. possidẽtẽ, sicut nec publiciana: tñ fallit qñ quis acq̃siuisset titulũ & possessionem post mortem defuncti: quia tunc hæres defuncti poterit agere petitione hæreditatis ꝯ taliter possidentem cum titulo, per tex. in d. l. fi. & dicit Bald. se mirari hoc à nemine fore animaduersum. ¶ Et licet Sal. in d. l. fi. ad finem, conet̃ impugnare opi. Bal. per l. ij. & l. hæreditatis. C. de peti. hæ. tñ illa iura non cõcludenter probant opin. Sali. vt ex inspectione patet: de hoc tñ vlterius non discutio, postquam nõ sumus in petitione hæreditatis, sed in publiciana. sed in hanc sententiam plurimum me trahit summa æquitas, ne aliàs contingat dictam do. Claram de bonis paternis ad eam iure hæreditario deuolutis remanere destitutam occasione sentẽtiæ, aut laudi inter alias personas lati, ea nec pręsente nec vocata. Quare breuiter cõcludo partes dominorum arbitrorum esse in cõdemnando reos
11 cõuentos ad restitutionem dictæ petiæ. ¶ † Quo autem ad fructus, dico ꝙ licet Bart. in l. ex diuerso. §. j. ff. de rei vendi. tenuerit oportere specificare in libello, & in sententia quantitatẽ fructuum perceptorũ ante li. contest. per l. ædiles. §. item sciendũ.
dicta ſententia, vel ſaltem illa dicatur eſſe ſuſpenſa vel reſciſſa:
5 † quia reſpondeo quòd compromiſſum fieri non poteſt ſuper re
deciſa per ſententiam quæ tranſiuit in rem iudic. vt not. Bartol.
in l.poſt rem. per illum text. & ibi clarius. Bald. ff. de tranſac.&
Bartol.& Bald.in l.eleganter.in prin.ff. de condit.inde. Bald.in
l. ſi diuerſa. C. de tranſac. niſi expreſsè per dictum Michaelem
eſſet renunciatum dictæ ſententiæ. facit.l. fin.C. de noua.l.iiij.
§.ſi ex conuentione.cum ibi no.ff.de re iudi.legitur & not.in d.
c. expoſita. de arbitris. ¶ Fortius dico, quòd poſito quòd etiam
non obſtaret exceptio rei iudi. adhuc ferri debet per dominos ar
bitros abſolutoria in fauorem Mich. ad quod oſtendendum
conſidero, quod Cechus in petitione ſua dixit quòd bona in pe-
ti.ſua contenta, ſpectauerunt & pertinuerunt ad Bacchum iure
directi dominij vtilis vel quaſi, & quod poſſedit vſque in tem-
pus mortis: & quod deceſsit Bacchus ſuperſtitibus dicto Petro
Benedicto & Antonia filia eius filijs legitimis & naturalibus,
& dicti Bacchi hæredibus vniuerſalibus ab inteſtato, & quod di-
cti Petrus Benedictus domina Antonia poſt mortem dicti Bac-
chi dicta bona pro indiuiſo poſſederunt. ¶ Ex quo infero pro
dicto Cecho aſſerto hærede, & filio dominæ Antoniæ, non po-
teſt dici quod competat petitio hæreditatis ex perſona matris,
nec etiam interdictum quorum bonorum ex perſona matris:
quia matri tempore mortis non competebat petitio hæreditatis
nec quo-

6 nec quorũ bonorũ† quia hæredi nunquã datur petitio hæredita-
tis vel interdictum quorum bonorũ ad res hæreditarias quarum
possessionẽ semel apprehẽdisset hæres: quia apprehẽsa incõtinẽ-
ti per hæredẽ desinunt res tales esse hæreditariæ: sed dicũtur esse
propriè hæredis. ita per hanc rationẽ cõcludit no. gl. in c. j. de cõ
fes. in vj. in fi. glo. magnæ. Bar. in l. ij. ff. de fideicõ. hære. pet. facit
quod no. in l. j. §. veteres. de acq. pos. & in l. hæres per seruum. ff.
de acq. hær. sed dictus Cechus narrat quod dña Antonia & ma-
ter accepit possessionẽ dictæ hæreditatis. ergo sicut matri nõ cõ-
petebat amplius petitio hæreditatis nec interdictũ quorũ bono
rum, ita nec cõpetere põt. d. Cecho ex persona matris, cuius as-
serit se hæredem. l. qđ ipsis. ff. de reg. iur. l. cũ hæres. ff. de diuer.
& tempo. præscri. in c. is qui in ius. de reg. iur. in vj. ¶ Nec etiam
cõpetere põt petitio hæreditatis aut interdictũ quorũ bonorũ
ex persona sua propria: qm̃ in hæreditate do. Antoniæ intelligũ-
tur esse bona possessa per do. Antoniam. ¶ Cũ igitur factum fue-
rit compromissum de dictis litibus vertentibus inter dictas par-
tes occasione eorum, quæ in dicta petitione cõtinentur, quæ ẽt
reproducta fuit coram dictis arbitris, & dictæ lites vertebantur
solum ratione petitionis hæreditatis vel rei vendicationis aut pu
7 blicianæ, vt patet ex dicta petitione: † ergo dicti arbitri non pñt
super alio iudicare quã sup eo de quo fuit factum cõpromissum,
& super eo quod fuit petitum. l. non distinguemus. §. de officio.
& l. si cum dies. §. plenũ. cum seq. ff. de arbi. no. Bar. in l. Aquilia
na. ff. de transac. & d. An. in c. constitutus. per illum text. cum gl.
de religio. domi. no. in c. quintaualis. de iureiu. Bal. in l. fi. §. j. C.
cõia de leg. ¶ Et si non potest cõtra Michaelem obtinere in prin-
cipali repetitione, multominus in fructibus de quibus nihil est
probatum. ¶ Malè etiam videtur cõdemnare Michaelem ad fru-
ctus petitos per Benedictum & Petrum: quia in hoc iudicio non
reperio probatum quod Michael fuerit hæres Benedicti & Pe-
8 tri. † & licet Michael fuerit filius Petri non tamen sequitur: ergo
hæres, quando agitur contra eũ, vt plenè no. in l. necessariis. ma
ximè per Bart. & doc. ff. de acq. hære. & in l. j. C. si vt se ab hære.
absti. & gl. & Ang. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solut.
mat. & Bal. in l. si filius. cũ concor. ff. de vulg. & pup. ¶ Plus dico
quod etiam si probatum esset, quod Michael possedisset bona q̃
fuissent possessa cum tali actu, qui fieri nequit citra nomen & ius
hæredis. iuxta. l. pro hærede. & l. gerit. de acquiren. hæredi. & in
l. ij. C. de repu. hæred. & l. non hoc. C. vnde cog. tñ non suffice-
9 ret: † quia ex talibus actibus ita demum quis præsumitur adiuis-
se hęreditatem si allegaretur quod adiuerit hæreditatem. secus si
non allegetur, prout in hoc processu in quo hoc allegatum non
reperio. l. si adulterium cum incestu. §. idẽ Pollioni. ff. de adult.
& colligitur ex no. per Bar. in l. rem alienam. ff. de pigno. actio.
in iij. col. ver. nec ob. præce. & Bal. in l. etiam. C. de excep. rei iu
dic. in ij. col. Sali. in l. certi. C. loc. vbi dicunt ꝙ in casibus in qui-
bus de iure quis præsumitur dñs: illud procedit si tale dominiũ
10 allegetur: aliàs secus. ¶ Et in simili dicunt doc. † quod licet aliàs
ex titulo possidentis pręsumatur bona fides. l. pe. cum si. C. de e-
uictio. illud est verum si talis bona fides allegetur, aliàs secus. ita
dixit Bald. in cap. si quis per triginta. si de feud. fue. contro. inter
do. & ag. & Bald. & Ange. in l. super longi. C. de præscrip. long.
tempo. & Ange. in l. eum qui. §. fin. ff. de pub. ¶ Deficit in alio
pars aduersa: quia in hoc iudicio non reperio probatũ quòd Mi-
chael possideat bona petita: ergo non potest sequi condemnato
ria. l. j. C. de alie. iud. mut. cau. fac. & l. licet. & l. regulariter. ff. de
petit. hæredi. quod tamen licet esset probatum non iuuaret acto
rem: vt patet ex præmissis. ¶ Igitur prædictis non habent obsta-
re ea quæ deponunt quinque testes examinati & recepti in fauo
rem Cechi: quia in veritate isti testes nihil probant: & posito qđ
probarent ea quæ deponunt, tamen adhuc nullo modo posset
ferri pro d. Cecho: in ĩ. declarabo. ¶ Venio ad primum testem,
qui est Ioan. lau. & iste testis dicit quod vidit Petr. & do. Anton.
possidere nomine Benedicti: ergo non nomine proprio. & præ-
terea subdit quòd est publica vox & fama in villa montis Catho
nis ꝙ do. Antonia & Petrus erant hæredes Bachi, & similiter ꝙ
est vox & fama quod remanserint dicta bona in dicta hæredita-
te Bach. interrogatus in causa scientiæ, dicit quòd vidit & audi-
uit prout testificatus est. interrogatus super interrogatoriis par-
tis aduersę dicit quod ista domina Antonia nunquam coluit nec
coli aut laborari fecit istas possessiones. ¶ Aduertendum est igi-
tur quod iste testis non dicit ꝙ do. Antõ. possederit, saltẽ nomine
proprio: imo potius dicit contrariũ licet aliquid dicat de voce &
11 fama: tñ quo ad hoc nihil probat: † quia ad hoc vt testis deponẽs
de fama probet necesse est vt interrogatus de causa scientiæ, di-
a cat ꝙ audiuit hoc publicè dici à maiori [a] parte populi seu homi-
num illius loci in quo erat fama, vt no. gl. & docto. in l. iij. §. eius-
dem. ff. de testi. Bart. plenè in l. de minore. §. tormẽta. ff. de quæ-
stio Canonistæ in c. veniens. extra de testi Sali. plenè in l. ea qui-
dem. C. de accus. ¶ Imo secundum Inno. & do. Ant. in d. c. cum
oporteat. de accus. etiã si testis de causa scientiæ non interroget
debet causam scientiæ reddere ad hoc vt probet famã: quia non
sufficit simpliciter famã probare, quod etiam tenere videt Bart.
in d. §. tormenta. ad fi. & Bal. l. proprietatis. C. de probat. sed di-
ctus testis in causa scientiæ interrogatus, non deponit ꝙ hoc au-
diuit dici à maiore parte populi. ¶ Præterea iste testis est sin. &c.
vox vnius vox nullius. l. vbi numerus. ff. de testi. & in c. in omni.
de testi. ¶ Quinimo posito quod essent plures testes deponen-
12 tes legitimè de fama: tñ plenè non probarent: † quia fama nõ est
plena probatio, vt plenè no. per gl. & doc. in d. §. eiusdem: & l. p
prietatis. C. de probati. & per Bar. in d. §. tormenta. gl. & docto.
in c. veniens. el. j. de testi. & in c. j. de apo. Specu. de noto. crimi.
§. fama. ver. quid si agenti cum si. ¶ Martinus secundus testis ni-
hil ad propositum dicere videtur in fauorem Cechi. nam in pro-
posito dicit tantum se audiuisse à quibusdam ꝙ dicta bona fue-
13 runt Bachi: sed clarum est ꝙ † vbi tractatur de probatione alicu-
ius rei in qua requiritur verus hominis actus, in quo non suffici-
unt verba tantum: vt est ad probandũ dominiũ, in quo requirit
vt probetur verus titulus aptus ad acquisitionem dominij, & tra
ditio possessionis seu illius apprehensio. l. traditionib. C. de pac.
l. nunq̃ nuda. ff. de acqu. re. do. tunc nunq̃ sufficit testimoniũ de
auditu, vt no. plenè Ia. de Are. & Cy. in l. testiũ. per illum tex. C.
de test. & Inn. in c. cum causam inter episcopũ. de testi. Spec. in
tit. de teste. §. j. & per Barto. in l. ij. §. penul. ff. de aqua plu. arcen.
cum simi. ¶ Item dictus testis interrogatus super interrogatorijs
rei dicit quod nunq̃ vidit dom. Antoniam possidere dicta bona:
& idem in effectu dicit Franciscus tertius testis, similiter alius
quartus & quintus testis. Item ipse Cechus non potest obtinere
in rei ven. quia non probauit de dominio vel quasi. Nec ex capi-
te hæreditatis maternę, quia non probauit quòd domina Anto-
nia possederit dicta bona. Et etiam quòd isti testes probarent ob
stat executio rei iudicatæ. ¶ Ex quibus breuiter concludo partes
arbitrorum esse in absoluendo dictum Michaelem & victum vi-
ctori &c. Alexan.

## ADDITIO.

a Maiori. Bal. consi. ccccvj. lib. j. Deci. tho. ccclxxx. Cur senior
consi. lxxxij. col. vj. Dec. c. quia nos. no. ij. de appel. Alex. ĩ.
eo. consi. cxij. nu. 5 ĩ. lib. iiij. consi. xx. num. 9.

## SVMMARIVM.

4 *Appellari non potest à sententia de exequendo.*
7 *Negligentia procuratoris non appellãtis, nocet domino. nu. 11.*
10 *Executio non potest promptè fieri per cessionarium.*

## CONSILIVM XCV.

VIsis processibus circa lites versas inter Samuelem He
bræum ex parte vna & Petrum Ioan. de Glandoli-
no ex alia contingit dubitari an sententia lata per
eximios iuris doct. d. Malgaritum & domi. Petrum
Pau. die iij. mensis Nouembris, vna cum sententia
taxationis expensarum exequi debeat contra Samuelem dun-
taxat, stante sententia postremò lata per iustissimum dictum
vicarium, qua pronunciauit dictam sententiam transiuisse in
rem iudicatam & executionem mereri, non obstante quòd à sen
tentia vicarij siue pronuncia appellare velit, allegans sibi appel-
lare licere quod per dictum Petr. negatur. quæritur quid iur.
¶ Et prima facie videtur dictam sententiam exequi non de-
bere: quia dicta sententia lata per dom. Malgaritum, & d. Petr.
Paul. videtur nulla: & similiter omnes aliæ sententiæ latæ in fa-
uorem d. Petri. ¶ Nam aduertendũ est quòd per se Iac. de bena-
gijs arbitrum & arbitratorem inter litigantes fuerit sententiatũ

dictum Pet.teneri in libris xxx.Samueli à quo laudo non appa-
ret reclamatū ꝑ parte Petri. Vnde licet superior in ciuitate Imo.
ad supplicationem Petri commiserit ser Carpigno. & ser.Iaco.de
bro.qui litem & differentiā dictorū litigātium determinare de-
berent,non per hoc potuerūt dicti ser Car.& ser Iac.cognoscere
& pronunciare super re iam decisa per sententiā & laudum trāſ-
1 actum in rem iudicatā:†quia princeps maximè sine clausula non
obstante,non potest causas per trāsactionem finitas vel per sen-
tentiā suo rescripto resuscitare:vt dicit tex.in l.causas. de transa.
& l.fi.C.sentén.rescin.non pos.l.j.C.sent.rescin.nō pos.& l.fi.
C.vt li.pen.& l.fi.C.de erro.aduo. sed laudum dicti arbitrato-
ris censetur quædam transac.vt in auth.vt differ.iud.§.j.cum ibi
no.posita in auth.si vero.C.de iudi.ergo non potuit dicta cā tā-
quā decisa transactio resuscitari.¶Nec etiam hoc in dubio vide-
tur esse de mente principis,vt videtur casu in c.exposita.de arbi.
¶Pro hoc etiam facit communiter sententia lata, etiam contra
sententiam arbitratoris,transacta in rem iudicatam non valet.l.
j.C.sen.rescin.etiam si de cōsensu partium procederet, vt est gl.
2 reputata sing.in l.si diuersa.C.de transact. ¶†Ex hoc videmus
post sententiam non valere compromissum & laudum inde se-
cutum d.c.exposita.no.do.in l.si causa cognita.C.de transacti.
& in l.eleganter.§.si quis post.ff.de condi.indebi.in l.post rem.
cum concor.ff.de transact. ¶Circa quod in simili multa adduci
possent.¶Si ergo dictæ sententiæ sunt nullæ:ergo exceptio nul-
litatis euidenter apparens impediret executionem.l.iiij.§.con-
demnatum.in fi.cum concor.de reg.iur.¶Præmissis non obstā-
tibus contrariam sententiam probabiliorem puto. præsuppo-
no itaque sententiam latam per do.Malgaritum & do.Pet. Pau.
die iij.Nouembris transiuisse in rem iudicatam, cum ab ea intra
decendiam non fuerit appellatum.c. quod ad consultationem.
3 de re iud.ij.q.vj.biduū.in auth.hodie.de appellat. ¶†Secundo
præsuppono qđ sententia super taxatione expēsarum facta etiā
transiuerit in rem iudicatam: quoniam licet fuerit appellatum
intra tamen legitima tempora non fuit prosecutū, quo casu non
est necessaria pronunciatio super desertione appellationis, secū-
dum formam cōstitutionum sub rubrica formæ. ¶Et idem non
attingo an de iure communi fuerit necessaria pronunciatio su-
per desertione,de quo per gl.& do.in l.eos.in prin.C.de appel.
Bal.& doct.in l.præterea.ff.nil.no.appel.pen.& in l.si contra.
C.de appel.& in c.sicut appellat.de app.Bal.in l.ij.C.vt lite pen
dente.& in auth.si quis litigantium.C.de epi.aud.& in d.l.eos.
¶Et si omnes dictæ sententiæ transiuerunt in rem iudicatam,su-
peruacuum arbitror tractare an sentētia lata super reductione
laudi ad arbitrium boni viri licuerit vel non licuerit Samueli ap-
pellare.de quo per Inn.& doct.in c.præsenti de præscrip.Barto.
& alij in l.j.ad fin.ff.de leg.ij.Ioan. And.in addi. Specul.in titu.
de appel.§.in quibus.versi.sed quod conuentum. Bald.in c.fin.
quo tempore mil.& Bald.in rep.c.tale pactum.§. qui prouoca-
uit.in vlti.q.ff.de pactis.& in l.fi.C.de contrahen.emp.& Imo.
in l.ij.ff.de pub.iudi.¶Non dubium ergo ꝙ talis sententia exe-
quenda est iuxta.l.ij.& l.ordo.C.de exec.rei iud.l.à diuo pio.§.
in venditione.ff.de re iud. ¶Nec executionem istam habet im-
pedire appellatio ab ista vlti. sententia vicarij potestatis pronun
ciātis sententiam exequendam esse: quia dictæ appellationi fri-
uolæ à iure prohibitæ non est deferendum.c. cum appellatio-
nibus friuolis.de appel.lib.vj.c.cum speciali.§. porro de appel.
in antiquis.l.constitutiones.ff.de appel.not.in c.Romana.in §.
4 si autem.in glo.in ver.mandetur de app.in vj.¶†Quod autem
à sententia qua pronunciatum est sententiam exequendam non
* possit appellari,est communis*opi.quam tenuit Io.An. in addi.
Spe.in tit.de appel.§.in quibus.super ver.quinto &c. vbi refert
ita etiā tenere Odof.& Guil.de Suza.in l.ab executione.C. quo
rum appella.Spe.idem tenere videtur in tit.de execu.sen.§.bre-
uiter vero.Sed secundum eum referentē Alb.papi.ita tenuisse &
Bar.in l.ab executore.in prin.ff.de app. idem quo ad propositū
nostrum,tenet ibi Ang.allegans gl.in l.si cum executione.§.hęc
autem actio.ff.ꝙ metr.cau.idem tenet Cy.& Bal.in d.l.ab exe-
cutore.C.quorum app.& Bal.in §.hæc autem actio.d.Ant.in c.
quo ad consulta.de re iud.quæ iura indistinctè dicunt ab execu-
tione non appellari.d.l.ab executore.ij.q.vij.§.ab executione.
c.nouit.de app.c.super quæstionum.§.nos autem.ff.de offi.de-
leg.ergo siue exequatur facto siue etiam re ipsa siue pronunciā-
do non potest appellari ab actu executoris:nisi modum excedat
dictis iuribus . ¶ Item , quia si appellari posset nunquā esset litiū
finis.qđ leges abhorrent.c.finem litibus.de dolo & contu.l.fra-
tris.C. de transa.l. properandū. circa prin.C.de iudic. ¶Item,si
ab executione facti appellari non potest , vt dicunt omnes per
iura prææallegata.Nec etiam debet posse appellari à pronuncia de
exequendo,cum eadem sit ratio,qm̄ ambo tendunt ad executio
nem,si & eadem ratio:ergo idem ius.l.illud.ad l. Aqui. l.à Titio.
de verb. ob.aliàs enim sequeretur quod l . fuisset imposita verbis
5 & non rebus contra.l.ij.C.de leg.c.cōmissa.de elec.in vj.¶†Itē
prohibito aliquo,videt̄ prohibitū omne id per quod peruenitur
ad illud.l.oratio,de sponsa.l.legem.C.de nat.lib.vnde cum pro-
hibita sit appellatio ab executione, vr̄ esse prohibita appellatio à
pronuncia de exequendo , per quam ad ipsam executionem de-
uenitur,& per has rationes ita concludunt doct.in legibus præal
* lega.¶ A qua cōi * opin.in iudicando recedendum non est iuxta
not.per Inn.in c.ne innitaris.de consti.& Io.An.in c.j.e.tit.Bar.
& Bal.in l.fi.C.de pœna iud.qui.& Bald.in c.j.§.iudices.not.de
6 pa.iura fir. †imò præsumitur per imperitiam iudicare ille qui in
hæret singulari opi. relicta communi sententia secundum Bald.
in l.præterea.per illum text. de senato. & vbi variæ sunt opin.se-
quenda est illa opi.quæ plurium magistrorum authoritate com-
probatur.l.j.ibi sanè &c.ibi hoc not.Bald.de offic.quæsto.ff.vn
de licet aliqui pauci contrariū tenuerint:nō est tamen dicta com
munis opi.relinquenda . ¶ Nec in dicta pronuncia apparet mo-
dus excessus in executione : qui modus dicitur excessus , qñ ante
tempus quod datur condemnatis,exequeretur:vel quando vltra
quam esset condemnatum,exequeretur: vel quando iudex exe-
quens non admitteret aliquā exceptionem de his quæ opponi
possent post sententiam: & sic de singulis prout latius examina-
tur per gloss.& doc.in locis præall. ¶ Ex quibus patet appellatio
ni non esse deferendum, & illa nō obstante, fore procedendum
ad executionē per deducta.¶ Nec dicat aliquis dictam sententiā
non esse exequendam contra Samuelem , sed contra ser Iacobū
de caputijs procura.non appellantem,qui vt dicitur dolo & cul-
pa non appellauit à sententia lata contra Samuelem , contra quā
sententiam peti posset pro ipso Samuele in integrum restitutio,
eo casu quo ser Iacobus prædictus soluendo non reperiretur, ne
ex negligentia procuratoris in non appellando enormiter lędа-
tur constituens, & si aliàs fieret dr̄ excedi modus in exequendo,
7 prout etiam reperio omnia hæc deducta coram vicario . † Quo-
niam respondeo quòd negligentia procuratoris in non appellan
do nocet domino.l.j.§.fi.quando app.sit. & ij. q. vj.§. si aduer-
sus.plenè not.doct.in l.j.§.procurator. ff. si quis ius di.nō opté.
& in l.fi.ff. de restit.in integr. cano.in c.j.vt li.non conte.¶ Nec
istud fuit inductum in pœnam domini , sed procedit ex eo quia
potestas appellandi non viuit vltra decem dies secundum doc.in
dictis locis. Item,quare imputare debet sibi dominus si malā ele
ctionem fecit in eligendo procuratorem non solertem nec dili-
gentem.l.cum mandato.§.fi.de mino.l.si procuratorem.§.si tu-
tores.ff. mandati. c. si compromissarius. de elec. in vj. ¶ Et licet
gl.& doc.in l.j.§.fi.ff.quando appel.sit. & in auth. hodie. C.de
appel. dicant quòd procuratore non reperto soluendo posit re-
stitui in integrum dominus aduersus negligentiam procuratoris
non appellantis & non ipso iure,sed per restitutionem succurri-
tur dn̄o s̄m Salic.in d.authen.hodie tamen.¶ Cum non constet
ser Iacobum non esse soluendo nec probatū fuit quando fuit al-
legatum coram vicario Potestatis non dubium si talis oppositio
non habet impedire executionem sententiæ , maximè cum
8 †nulla exceptio quæ per acta non probatur vel quæ altiorem
indaginem requirit & incontinenti probari non posit nunquā
impedit executionem sententiæ, vt not. Spec. de lite contest.§.
quando autem.ver.quid de causa,& Innoc.& cano. in c. cum in
ius.de offic.delega.plenè Bartol.in l.iiij.§.condemnatum.ff.de
re iudic. Iaco. Bartol. & Bald. in l. fi. C. si ex fal. instru. vbi dicit
Bart. cautela esset quòd opponens exceptionem cōtra executio
nem sententiæ, offerat se incontinenti probaturū : aliàs non im-
pedit:sed hoc factum non fuit.not. Bald. in authen. quæ suppli-
catio.C.de præci.imper. offer.& in l.ab executione.C.quorum
app.& in l.fi.C.de ordi.cog.& in cle.j. de re iudi. cum suis conc.
¶ Præterea,vt infra dicam, nō potest isto casu contra Petrum al-
legare Samuel negligentiam & culpam ser Iacobi procurato-
ris,

ris,cum ipse potius fuerit in negligentia non appellando à sentē tia cuius tenor sibi fuit intimatus,qđ procurator qui notitiā sententiæ habuisset nō appareret,vt statim ondam. ¶Nec similiter obstat si dicatur Samuelem potuisse appellare ēt nūc à sententia lata die iij.Nouembris per dictos cōmissarios, eò qa ex actis apparet dictū ser Iac.procura. debuisse appellare & nō appellauit: & sic euidenter procurator deliquisse vr̄,put sub dubio fortè vo
9 luit Bar.in d.l.j.§.fi.qn̄ app.sit†Quare rn̄deo quod in dubio p̄sumitur pro sententia, ꝙ iusta sit.l.Hærennius.§.Caia.ff.de euictio.c.in præsentia.de renun.c. cum inter.ca. sicut.de re iud.pp quod dicimus ꝙ in dubio procurator nō tenetur appellare à sententia,nisi de iustitia euidenter apparet,ſm Cyn.in l.inuitus. in vj.q.C.de procura.& sequitur ibi Bal.& doct. ¶Imo ex his quæ in processu video ꝙ manifestè appareat ex actis ꝙ dicta sententia fuit iusta.circa quod plures tangi possent circa merita causæ,
10 sed puto non oportere,sed duo tm̄ dicam. ¶†Vnum est ꝙ debitor licet ad instantiam creditoris capi possit nulla citatione præcedente debitoris ex forma statuti vel instri:tn̄ hoc nunquā fie-
a ri potest ad instantiam cessionarij.ª quia prius de cessione discuti oportet citato debitore.ita in propriis terminis firmat Bal d.in l.per diuersas.in x.q.C.mandati.allegat no. per Inno.in c.quia. de iudic.bene faciunt not.per Bar.in repetitione.l. creditore.in xxiiij.q.C.de pig.¶Ex quo apparet fuisse pronunciatum dictam capturam fuisse nullam: & etiā ex alio capite. quare puto ex his quæ relata fuerunt in processu quod non fuerit plenè probatum de morte Matoxij, licet testes in processu non viderim. puto ēt calculatam fuisse instantiam à sententia interposita per ser Carpinum,& sic esse desertam.Ex quibus dico ꝙ in dubio p̄sumitur sententiam latam die iij.Nouembris fuisse iustam: & sic non tenebatur ser Iacobus appellare. Sumus ergo extra id quod dicit Barth.in l.j.§.fi.qn̄ appellan.sit. ¶Non omitto etiam quod cōtra Bar.tenuit Bal.in auth.hodie.C.de appe.& in l.ab eo.C.quo
* & qn̄ iudex.dicens ꝙ* cōis opi.gl.& doc.repugnat opi. Bar. & concludit etiam ꝙ si euidenter appareat qđ procurator debuerit appellare & nō appellauerit: tn̄ non poterit dn̄s appellare nisi procuratore existente nō soluendo:& est rō ſm eum:quia ille, qui obtinuit sententiam tractat de lucro.l.debitor.§.fina.ff. ad Treb.Et ideo dānum passo consulitur tm̄ in subsidium:si ille qui fuit in culpa non existeret soluendo.l.fi.in prin.ff.de eo per quē fa.erit.& quia imputare debet sibi dominus si malè elegit procuratorem.¶Præterea reperio ꝙ longè maior fuit culpa Samuelis quàm procuratoris:quia sententia fuit notificata Samueli & nō procuratori:vt patet ex actis:& clarum est ꝙ Samuel poterat appellare à sententia lata etiam cōtra procuratorem suum litigantem & defendentem in iudicio nomine Samuelis.c. non iustè.
11 cū ibi no.in gl.de procur. ¶†Vn̄ eo casu quo nos dicimus ꝙ aliquando auditur dominus ad appellandum post x.dies si est lata sententia contra procuratorem non appellantem:vt d.l.j.§.fin. quando app.fit.in verbo difficile.cum ibi not. illud est quando dn̄s absens ignorans & causa agitabatur per procurato. qm̄ tunc non potest imputari dn̄o si non app̄luit:sed quando dn̄s est præsens & sciens sententiam contra se latam esse, vt in casu nostro: tunc nullo modo sibi succurritur, si non appellauit procurator, cum ipse dn̄s fuerit in culpa non appellando: text.est à cōtrario sensu.in d.l.j.§.fi.ff.qn̄appel.fit.ibi,difficile &c. quia si præsens fuit dn̄s etiam cum difficultate aliquo casu etiam non auditur. ¶Hoc etiam probo ratione vrgenti:quia in casibus in quibus di
12 cimus†contumaciam procuratoris non nocere domino, quod fortius est quando sola negligentia limitatur, hoc procederet nisi dominus sciuerit & potuerit purgare contumaciam procuratoris,& supplere eius defectum & non fecit.casus est not. & ibi hanc doctrinam colligunt omnes doct.in c.j.vt li.non conte.& l.ij.& ibi Bar.C.de exa.mili.anno.lib.xij.& Bart.& alij in d.l.j. §.si procurator.bene facit tex.in c.fi.de iureiu.in vj. ¶Vnde posito ꝙ ser Iaco.procurator fuerit in negligentia & culpa non appellando:tamen ad impediendum sententiæ executionem hoc allegare non pōt Samuel: quia scienter omisit purgare culpam & negligentiam procuratoris & non appellando per superius allegata. ¶Et per hoc etiam dico quod si apparet procuratorem non esse soluendo,non posset restitui Samuel ad appellandum nedum vigore negligentiæ procuratoris, sed etiam ex propria negligentia.d.c.j.in fin.vt li.non conte.cum concor.s̄.allegat. *

¶Hoc in terminis firmat etiam Bal.in d.auth.hodie.de appel.in versi.quæro igitur si procurator.vbi vult quòd concurrente negligētia domini cum dolo procuratoris semper excluditur dn̄s ab appellando. ¶Et licet vicarius potestatis pronunciando sententiam exequendam esse non expressit contra quem, tamen referendo se ad dictam sententiam latam per doct.M.& Pet.Pau. videtur exprimere ꝙ exequatur contra illum contra quē est lata. l.asse toto.ff.de hære.insti.l.institutio.l.talis.ff.de condi.insti.l. si ita scripsero.ff.de cond.& demon.¶Sed in dicta sententia fuit condemnatus Samuel & ser Iacobus procurator nomine ipsius: non autem proprio nomine,cum profertur cum adiūctione officij hoc modo:cōdemnamus talem procuratorem Titij.l. cum post.§.j.ff.de admi.tut.l.fi.ff.de insti.l.post.dotem.ſm lec.Dy. sol.mat.no.in l.post.mortem.ff.quando ex fac.tuto.gl.in l.qua cunque ratione.ff.de procu.cum concord.ergo non sentit vicarius de executione contra ser Iacobum. ¶Item posito quòd tan-
13 tum procurator fuisset negligens & non dominus † nullibi reperitur in iure quod in casu nostro sententia lata contra dn̄m mandetur executioni contra procuratorem directo in bonis procuratoris,ita quod dicta sententia vicarij non potest intelligi quòd executio fiat contra ser Iacobum. facit ꝙ etiam verba sententiæ improprientur vt valeat:vt no.gl. in l.vt puto.ff.fa.erc. sed si intelligeretur ꝙ contra ser Iacobum exequeretur nō valeret: quia super non petitis.l.vt fundus.cōi diu.l.fi.C.de fideicom.li. c.licet hely.de simo.ergo intelligi dēt contra Samuelē.facit.l. quoties.de re.du.cum si.¶Superest ad allegata in contrarium respōdere in quo iudicio meo facilis est responsio. Nam posito ꝙ dictum laudum transiuisset in rem iudicatam,fortè contraria procederent.Sed indubitanter dico ꝙ non transiuerat in rem iudicatam:& sic cessant omnia cōtraria. Nam laudum latum fuit die octaua Martij.do.Petro absente,& fuit ex parte dicti arbitratoris facta intimatio laudi Petro die xj.Martij, quæ intimatio nihil
14 valuit: † quia quando intimatio non fit authoritate iudicis semper debet mitti laudum in forma authentica.aliàs quis non tenetur credere.cle.causam.de elect.l.si quis inficiatus.ff.deposi. & ibi no.Bar.in l.non solum.§. morte.ff.de oper.no.nun.& in l. quod te.si cer.pet.& in l.qui in alterius.ff.de reg.iur.& in l.grege.§.j.ff.de pig.& in l.hæres cum debuerat.ff.ad treb.& in l.j. in prin.in xj.q.ff.de ope.nō.nun.vel saltem sententia & instr̄m debet coram eo legi & copia fieri.d.cle.cām. & habetur in locis præallegatis.¶Licet hæc necessaria non sint qn̄ fit intimatio vel protestatio iudicis authoritate, ſm Barto.in d.§.morte.in ij.q. prin.per l.fi.ff.de leg.com.& sequitur hoc Bal.& Pet.de Anch. in cle.j.de exces.præla.¶Sed dicta laudi intimatio facta fuit authoritate dicti arbitratoris,qui erat priuata persona, & non amplius erat arbitrator quia fungitur officio.l.iudex postquam.ff. de re iud.l.dicere,de arbi.¶Sed quid vltra,posito ꝙ intimatio tenuerit,Petrus die xvij. dicti mensis querelauit coram superiore per viam supplicationis de nullitate,& dicti laudi iniquitate, & dicta die princeps commiserat dictam litem terminari per ser Capianum & ser Iacobum.& sic apparet ꝙ princeps delegauit litē non finitam : quia adhuc non erant elapsi decem dies à die intimationis nec à die laudi lati à dicta querela per viam supplicationis,licet sit facta coram superiore puto quod habeat vim recla-
15 mationis. ¶†Et maximè attenta dispōe iuris canonici volentis posse appellari & querelari ad principem vel tenentē locū principis omisso medio.c.si duobus.de appel.iuncto.c.j.de of.dele. vnde licet forte potestas sit iudex reductionis ad arbitrium boni viri,tamen potuit super hoc adiri superior omisso medio p̄tātis. ¶Et hoc maximè procedit cum sumus in terris ecclesiæ, vbi seruari dēt ius canonicum per tradita in locis vulgaribus nō fuit necesse prouocare coram arbitratore:quia hoc non requiritur,maximè ex forma cōstōnum in rubrica,ꝙ appellatio interponi possit coram iudice ad quem:& hoc procedit tenendo opi. Spec.in tit.de arbitro.§.sequitur.ver.sed infra.volentis quòd à die laudi lati non possit reclamari vltra decem dies. & à die lati laudi non possit fieri reductio ad arbitrium boni viri, licet hoc ibi non dicat firmare,sed tutius esset ita seruare.Sed tenendo communem opi.doc.ſm quam iudicari debet,clarissimum est,quod si per annum stetisset ꝙ non querelasset Petrus non transiuisset laudum in rem iudicatam:& per plura firmat Cy.in addi.Iac.But. Bar.& communiter*alij in l.societatem.§.arbitrorū.pro socio.& Bal.

in l.fi.in verſ.quæro vſque ad quantum tempus.C.de contrahē. emp.& Bal.& Ang.in l.ſicut.de præſcrip.xxx.annorum.per ibi no.Anto.de Bu.in c.quintauallis.de iureiu.referens ita tenuiſſe Fran.de Are.in l.ſi quis arbitratu.de ver.obl.& hæc eſt cõis*ſententia.hæc etiam fuit intentio principis vt omnino ſuper laudis cognoſceretur de cuius principis poteſtate non conſueuit in ciuitate diſputari:ſed princeps voluit de poteſtate ordinaria cõmittere & commiſit:& ſic cõmiſſarij potuerũt terminare. ¶Ex quibus omnibus cõcludo dictã ſententiã exequendam eſſe per ius dicentē contra Samuelē & ſententias in fauorem Petri latas valuiſſe,& valere,& à ſententia vicarij Poteſtatis pronunciantis ſententiam mereri executionē appellari nõ potuiſſe. ¶Nec omitto ꝙ licet alias dicamus ſententiã cõtra ſententiã q̃ in rē tranſiuit
17 iudicatã eſſe nullã,vt dixi.ſ.†tñ illud fallit niſi prima ſētētia fuerit producta,corã ſecundis iudicib.& reprobata tanq̃ nulla:vt dixit do.Ant.in c.inter monaſteriũ.de re iudi.ad hoc allegat.c.ſub orta.eo.ti.l.j.ff.q̃ ſen.ſine appe.reſcin.& l.qđ ſi in diē.§.j.ff.de compen.ſed dicti ſer Iacobus & ſer Car.iudices vel legati pronũciauerũt dictum laudum eſſe nullum,ergo poſito ꝙ dictum laudum tranſiuiſſet in rē iudicatã,valuit dicta ſententia:& aliæ demum ſecutæ. ¶Illud aũt quod dr̃ principem non poſſe ſuo reſcripto cãm finitam per ſententiã reſuſcitare,eſt verũ ſi laudum vel ſententia tenuit,ſecus ſi nõ tenuit:quare tũc non dicit̃ habere nomen ſententiæ.l.iiij.§.condēnatum.& l.ſi cum nulla,de re iud. ſed dictum laudũ fuit nullũ,vt apparet declaratum.per ſententiã dictorũ legatorũ,quæ in rem tranſiuit iudicatã. ergo.&c. Alex.

## ADDITIO.

a ¶Ceſſionarij:idem Bal.trac.ſtatu.ver.capere.n.1.ij.Hyppol. Marſil.ſingu.xxvj.& in l.ſi quis ne.q.nu.11.de quæſto.licet videant̃ aliter ille Pau.cõſi.xcj.col.ij.lib.j.Ro.cõſi.xxxviij.cõſ. cxlij.adde Alex.in l.j.in fi.ſi cer.pe.l.ſi ſic.in fi.prin.de leg.j. hodie ceſſat hæc difficultas propter clauſulas quæ in inſtrumē tis apponuntur,vt dixi in conſu.pari.§.clxxj.

## EPITOME.

1 Statutum de principalibus cauſis non extenditur ad futuras appellationes in cauſis motis.

## CONSILIVM XCVI.

VIſo ꝓceſſu agitato in ciuitate Imolæ inter Sãtociũ de mõgardino ex parte vna & Matheum ac certos alios ex altera. ¶Dubitari contingit vtrum in cauſa appellationis delegata egregio doctori do.Pet.Pau.ſeruari etiam debuerit forma conſtitutionũ prouincialiũ:an vero decretum magnifici d. Thadei cõditũ anno MCCCCLJ.die xvj.menſis Aprilis,& maximè quo ad tẽpora. ¶Et anteq̃ veniã ad diſceptationem huius q.præſuppono in dicto decreto in fi.hæc verba videlicet. Et prædicta & omnia ſingula non vēdicent ſibi locum in cauſis motis & pendentibus,ſed in cauſis de nouo inchoandis. ¶Et prima facie qđ debuerit ſeruari forma decreti,eo maximè quia cauſa app.fuit inchoata poſt ſanctionem decreti:quia in vlt.die Maij MCCCCLJ.fuit interpoſitum decretũ:ſed appellatio nõ ante emanauerat,vt dixi.nã licet cauſa & inſtantia fuerit inchoata ante decretũ,tamen quia cã appellationis inchoata eſt poſt decretũ,ideo illud in hac
1 cã ſeruari debuit. ¶†Quoniã diuerſa eſt cã appellationis & ſeparata à principali,vt probat̃ in l.per hãc.de temp.app.in c.fraternitatis.de teſti.vbi in cã appellõnis poſſunt fieri noua capitula & probationes,quod fieri non poſſet,ſi eſſet eadē cã,maximè poſt quã eſſet in principali cã concluſum.c.cum dilectus.de fide inſtru.c.cum veniſſent.de teſti.in authē.de teſti.§.quia vero multi.col.vij.Præterea in vna eademque cã nõ poſſent fieri duæ ſententiæ diffinitiuæ.l.j.C.ſen.reſcin.non poſ.ſed in appellationis cã clarum eſt ꝙ fertur alia ſententia diuerſa. ¶Item patet:quia cã principalis durat triēnio.l.properãdum in prin.C.de iud.ſed cã appellationis durat anno,interdum biennio.in authē.ei qui.
2 C.de temp.appel.in c.abbate.de ap. ¶†Et ex hoc dicimus quòd aduocatus qui promiſit præſtare patrocinium in cã non tenetur pro eodem ſalario in cã appellationis aduocare,vt no.gl.& omnes doct.in l.j.C.de ſuffra.& in l.qui proprio.§.itē quæritur.C. de proc.quia cauſæ ſunt diuerſæ,vt ibi no. ¶Per hoc etiam determinatur,ꝙ ſi promiſit tibi patrocinium in tali cã,ꝙ lata ſentētia in cã principali,potero in cã appellationis patrocinium aduerſario tuo ꝯ te præſtare:quia cauſa appellationis eſt noua & ſeparata à cã principali:vt dicit gl.no.in l.ſi.ff.de poſtulan. Spec.in tit. de aduo.§.obiicitur.verſi.item ꝙ fuit aduocatus. ¶Per prædicta ēt dicimus ꝙ licet fuerit in principali cã iuratum de calumnia:tamen in cã appellationis iterum iurãdum eſt:quia diuerſæ cauſæ ita dixit gl.cum qua trãſeunt doct.in l.ij.in prin.C.de iura.calũ. & eſt hodie deciſum in c.appellatione,de iur.calũ.libr.vj. ¶Per hoc etiã videmus quod procurator cauſæ principalis non tenetur proſequi cãm appellationis.l.ſi actor.C.de appel.l.inuitus. cum materia.C.de procura.in c.non iuſte.de procu. ¶†Sed præ
3 miſſis nõ obſt.in caſu noſtro puto ꝯriam ſententiã probabiliorem:& per hoc adduco tex.expreſſum in authen.vt cum de app. cog.in prin.vbi cã appellationis dēt cognoſci & terminari ſm leges & ſtatuta quæ ſeruãda erãt tpe primæ latæ ſententiæ,etiã ſi in nouis legibus vel ſtatutis ꝯrium expreſſe caueret.& idem ibi aperte voluit gl.not.& idem Cy.& Bal.in l.leges & conſtitutiones.C.de legi. ¶Et idem Bar.in l.omnes populi.de iuſti.& iu.in
4 v.q.principali.in verſi.ij.quæritur.† vbi vult ꝙ etiam ſi in conſtitutione vel ſtatuto nouiter emanato expreſſe continetur,ꝙ cã trahatur ad præterita:tñ non extenditur ad cauſas pendentes ſiue in iudicio cauſæ principalis ſiue in iudicio cauſæ appellationis,per tex.in d.auth.vt cum de appel.cogno.in prin.& quaſi ꝑ totam illam conſtitutionem:vnde cum dictum decretum emanauerit tempore quo dicta lex pendebat ante dictã cãm appellationis,non potuit extendi ad dictã cãm pendentem nec quo ad illã vires habuit,vt etiã in d.decreto continetur:ergo ſi non habuit vigorem tempore principalis litis & latæ ſententiæ,ſuper ea non potuit iudex cauſæ app.iudicare,ſm decretũ,quod tpe principalis cauſæ vires non habuerit quo ad illã,vt probatur in d.authen.vt cũ de app.cog.hoc idem firmat Spe.in ti.de app.§.de of. quoque.ver.ſed quid dũ cã.no.gl.in cle.ij.in ver.facta.de ſepul
5 turis. ¶Confirmo per doctrinam gl.no.xij.di.illud.†volētis iudicem appellationis debere iudicare ſm ſtatuta,quæ ſeruabãtur per iudicē à quo eſt appellatum.text.in c.Raynutius.de teſt.& in d.auth.vt cũ de app.cog.& no.in c.ij.de cõſti.& in c.licet canon.de elec.in vj.& Bald.in l.oēs ppl̃i.in verbo nunc videamus ad quæ tpa.& Pet.de Anch.in c.canonũ ſtatuta.in rub.de cõſti. in ver.vltimũ mēbrum.& ſi ſtatutum prolatum eſt.& cũ prædicta deciſione trãſit Bar.in l.ſancimus.in fi.C.de ſac.ſan.eccl.Et aduertēdum quia dictũ decretũ emanauit poſt latã ſententiam, in cã principali pendente prima vel ſecunda cã appell.hoc dico ad euitãdas aliquorum opi.in locis præallegatis dicētium,ꝙ lex noua etiã habet locum in cauſis pendentibus ſi lex ſuperueniat ante concluſum in cã principali.præterea decretũ tollit hoc dubium,dum nõ vult cõprehendere cauſas motas,vt in fine dicã. ¶Vltra prædicta dico ꝙ poſito ꝙ dictum decretum potuiſſet extēdi ſuper cauſis appellationum pēdētibus vel futuris:tñ adhuc dico ꝙ verba dicti decreti non cõprehendunt cãm applõnis prędictæ:quod oñdo.Nam decretum locum non hēt in cauſis motis,vt j.eo.dr̃.cã aũt mota ſaltem poſt lit.cõte.c.ex parte veſtra. de ver.ſig.in auth.qui ſemel.C.quõ & qñ iud.no.plenè in l.cauſas.C.de tranſ.& in l.j.ff.de teſtib.ſed iam cenſetur vna & eadē cum cã principali,vt probabo:ergo infertur quod dictum decretum non habet locum in caſibus,in quibus appellatum eſt poſt decretum,dummodo in cauſa principali eſſet ſaltem lis conteſtata,prout in caſu noſtro. ¶Quòd autem cã principalis & applõ ſit vna & eadē primo probatur in rub.& in l.j.C.ne liceat in vna eademque cã ter.prouo.vbi vnã eãdemque cãm vocat licet bis fuerit appellatum. ¶Idem probatur in l.ita demũ.C.de procu.& in c.romana.de teſti.in vj.& ibi no.gl.ij.no.glo.xv.diſt.habeo:& eſt tex.ij.q.vj.ſi qs in quacũque.no.Spe.in ti.de iur.calum.§.ſequitur.ver.quid de cã appel. ¶Et*communiter concluditur pro veritate,quòd cã principalis & applõnis non eſt pœnitus vna & eadem cauſa:nec pœnitus diuerſæ cauſæ ſunt diuerſis reſpectibus.ita concludit Cyn.in l.inuitus.in xj.q.C.de procura.& Io. And.in addi.Specu.in §.ſequitur.in ver.quid de cã applõnis.& Bald.in l.qui proprio.§.item quæritur.de procura.& ſic ſumus in caſu mixto:quia quo ad quædã cenſetur eadem & quo ad quædã non. ¶Vnde ſuccedit cõis* doctrina†ꝙ ſtatutum vel diſpoſi-
6 tio loquens in cauſa ſimplici non verificatur in caſu mixto:qñ ſumus in his q ſunt ſtricte intelligenda ſeu in exorbitantibus & odioſis

odioſis.l.vim paſſam.§.præſcriptiōe.ff.de adul.& in c.qđ.de cō
ſan.& affi.l.ſi ita ſcriptum.& ibi no.Bar.ff.de lib.& poſth. Bart.
& doc.in l.ij.in prin.ff.de verb.ob.Io.And.& canoniſtę in c. at
ſi clerici.de iudici.Io.And.in addi.Spe.in rub.qui fi.ſint legi.&
d.Anto.de But.in procemio decretalium.¶Ergo dictum decre-
tum loquens de cauſis motis vel mouendis, & ſic in ſimplicibus
non habet locum in caſu mixto,videlicet in cā appl'onis nō mix-
ta principali iam mota: quia debet dicta cā appellationis quo ad
quædam haberi pro mota,& quo ad quædam non : cum quo ad
quædam habeatur vna & eadem cū cauſa principali,quo ad quæ
dam vero non,vt dixi.¶Et hoc potiſſimè cum dictum decretum
ſiue ſtatutum ſit ſtricti iuris & ſtrictè ſit intelligendum.l. conſti-
tutionibus.ff.ad munici.l.quicqd aſtringēdæ.ff.de verb.obl. &
maximè cùm dictum ſtatutum ſit exorbitans in omnibus à iure
cōi.¶Item & in pluribus odioſum eſt, cū prohibeat quē niſi ſe-
mel appellare:& ſic tollit appellationē quę eſt defenſio.c.cū in-
ter.& c.fi.& l.nō tamē.& l.ſerui.ff.de appella.¶Nec ob.allega-
ta in contrariū ꝙ cā appellationis eſt cā diuerſa à principali: quia
rñdeo ꝙ eſt verum quo ad quædā,quo ad quædā nō. Ex quo in-
fertur ꝙ ſumus in caſu mixto, q nō cōprehendit ſub ſimplici de
quo eſt ꝓuiſum in decreto:& per conſequens remanemus in cō
ſtitutionibus prouincialibus:vt ſuperius probaui.¶Præterea po
ſito quòd cā appellationis eſſet ſeparata à cā principali : tamen di
co quòd dictum decretū emanās pendente cā principali,non tra
hitur ad cām appellationis, etiā ſi expreſſe hoc in decreto caue-
retur per ſuperius tradita.Ex quibus omnibus cōcludo ꝙ ſeruā-
ri non debuit per dictum iudicem legatum forma decreti. ¶Sed
ſecundum formā conſtitutionum ſecundum quorum ſeriem di-
citur cām appl'onis nō fuiſſe deſertā,quod patet ex calculo dierū
vtilium:ideo non attingo qm̄ facti & nō iuris eſt.Alex.

## EPITOME.

1 Mattheus deceſſit relicto Iacobo nepote ex Catherina filia ſua
prædefuncta:relictis etiā Ioannino & Perino fratribus patrueli-
bus ex patruo ipſius Matthęi prædefuncto. Qui patrueles volūt
ſuccedere Matthęo in beſſe, excluſo Iacobo nepote ex filia : id-
que ex ſtatuto Imolæ, quo frēs & filij fratrū excludūt nepotes
& neptes defuncti in beſſe.rñd.Alex. nō eſſe locū ſtatūto ſed iu-
ri cōi.Quod eſt indubitatū:qa dicti patrueles nō ſunt fratris nec
filij fratres defuncti: de quibus tantum loquitur ſtatutum. Sed
ſunt filij patrui defuncti,de quibus non loquitur ſtatutum.

## CONSILIVM XCVII.

Viſo themate ſupraſcripto & ſtatuto ciuitatis Imolæ ſub ru
bri.de ſucceſſionibus ab inteſtato.¶Videtur prima con-
ſideratione dicendum dictos Perinum & Ioāninum de-
bere ſuccedere ab inteſtato dicto Matthęo ſaltem in duabus par
tibus ex tribus dictæ hæreditatis, per id quod eſt cautū in dicto
ſtatuto,in verſic.ibi autem &c. nam ſtatuentes ibi diſponunt, ꝙ
vbi extant fratres vel filij fratrū,filia aliqua vel filiabus defuncti
non exiſtentibus,nepote vero vel nepte vna vel pluribus ex filia
vel filiabus ſuperſtitibus:tunc dicti nepotes vel neptes vnus vel
plures,quotcunque fuerint in tertia eius quod de iure ab inteſta
to eſſent ſucceſſuri ſuccedant : in reliquo autem fratres dicti de-
functi vel filij fratrum ſuccedant: ſed ita eſt quod dictus Iacobus
eſt nepos dicti Matthęi ex filia quod d.Ioan. & Per. ſunt fratres
patrueles dicti Matthęi:ergo in dicto verſic.vbi autem eſt deci-
ſus iſte caſus quod appellatione fratrum videatur quòd veniant
iſti qui dicuntur fratres patrueles.ff. de gradibus.l. iuriſconſul-
1 tus.§.quarto gradu.verſicu.eo gradu. & inſti.de grad. ¶†Pro
hoc etiam ſecundo facit: quia ſtatutum exorbitans à iure com-
muni vr̄ quòd debeat extendi ex identitate rationis ad caſus, qui
ſublata ſignificatione vocabuli pn̄t comprehēdi in caſu expreſ-
ſo.l.ſenatuſconſulto.ff.de ritu nup.l.filiū habeo.ff.ad Mac.iun-
cta.l.liberum.& l.iuſta.ff.de verb.ſig. & quod no.Cy.in l.j.C.
quæ ſit lon.conſue.& gl.& doc.in l.miles ita.in prin.ff.de re iu.
& in auth.vt hi qui oblig.de proh.alie.re.min.in prin.in glo.in
ver.ad curātis.& in auth.an minoris debitor.C.q tu.da.poſ.cū
2 ſi. ¶†Tertio pro hoc facit : quia ratio dicti ſtatuti videtur fuiſſe
cauſa conſeruandæ agnationis,quæ conſeruatur per maſculos,q̃
rationem reddit Cy.in l.publicæ.C.ad l.Iul.de adul. & Io.And.
in addi.Spec.in rub.de ſucceſ.ab inteſt. ergo cum dicta ratio &
mens ſtatuti videat̃ etiā habere locū in fratribus patruelibus,de-
bet attendi magis mens ſtatuti q̃ verba. l. iij. C. de liber. præter.
l.iij.§.conditio.ff.de ali.leg.& vbi ratio ſtatuti obtinet ibi & ſta-
tutū obtinere debet.l.j.cum ibi no.per Cy.C. quæ ſit lon. cōſu.
& not. in c. j. de tempo . ordina. in vj . ¶Sed præmiſſis non ob-
ſtantibus contrariam ſententiam de iure probabiliorem eſſe pu
to propoſito de quo quæritur : quia clārum eſt, quod de iure cōi
nepos ex filia dicti Matthæi,cum ſit de deſcendentibus:debet ab
inteſtato præferri in ſucceſſione d. Perino & Ioannino, qui ſunt
de tranſuerſalibus,vt in auth.de hære.quæ ab inteſta.defe.§.j.&
l.pe.& fi.C. de ſuis & legitimis. ¶Nec ob . ſtatutum præallega-
3 tū:quia loquit̃ in fratribus defuncti exiſtentibus † & appellatio-
a ne fratris nō venit frater patruelis,[a] vt no.Bar.in l. Lucius.§.quæ
ſitum. ff. de leg . iij . & in terminis decidit quæſtionem noſtram
Bar.in c.j.de feu.mar.vbi p illum tex.dicit no.ꝙ hic dr̄ fratres,&
poſtea dr̄ de conſobrinis : ergo ſm eum propriè loquendo ſi no-
men fratris profertur ſine adiuncto , non cōprehendit conſobri
3 nos.Et ex hoc infert ſi ſtatutum dicat † quod frater excludat ſo-
rorem non intelligetur ꝙ frater conſobrinus excludat ſororem
conſobrinā : imò vr̄ caſus omiſſus à ſtatuto . & ita dicit ſe conſu-
luiſſe.& ibi text. dum loquit̃ de cōſobrinis intelligit̃ de fratribus
patruelibus qui bene poſſunt ſuccedere in feudo. vt ibi dicit Iac.
de Bel.& And.de Iſer.poſt gl.Et idē dicit Bal. ibi qui inquit not.
ꝙ conſobrini vocantur patrueles ſm cōem vſum loquendi maxi
mè Tuſcorū.qui vſus loquendi maximè attenditur in conſuetu-
dinario,ſm eum.¶Idē etiam & in effectu voluit Ang.in l.j.ff.de
inoffi.teſt.vbi per no . ibi per gl . vult ꝙ appellatione fratris non
veniat niſi frater primi gradus.& ideo ſm eum,ſtatutum faciens
mentionem de fratre , non cōprehendit niſi fratrē primi gradus.
4 ¶†Hanc qōnem in terminis decidit Bal.in l.iubemus.§.fi.C.ad
Tre . vbi dixit ꝙ ſi ſtatutum dicat ꝙ exiſtente fratre fœmina non
ſuccedat,an intelligatur de fratre in primo gradu fraternitatis,an
b de quocunque fratre & dicit ſe conſuluiſſe[b] ꝙ ſolum de primo.
¶Motus per id qđ no.Iac.Bu.in l.ſi mater.C.de ſuc.edi.vbi vo-
luit ꝙ diſponente ſtatuto ꝙ exiſtente patruo defuncti nō admit-
5 tat̃ mater,† patruus magnus excludat matrē: quia illa dictio ma-
gnus , denotat improprietatem quandā vel denotat quandā ex-
tenſionē ad ſm quid , quæ nō fit in ſtatutis ponentibus aliquam
exceptionē contra ius cōe vt eſt tex.in d.l.iubemus.§.fi.ſm.Bal.
¶Hoc fortificatur ex his quæ no.Bal.in l.vxor.C.qui accuſ.non
6 poſ.vbi per multa concludit ꝙ mulier impetrauit † reſcriptum à
iudice ad cognoſcendum & puniendū occiſores fratris,tandē co
ram iudice delegato vult accuſare occiſores fratris cōſobrini , nō
poterit, quia reſcripta ſunt ſtricti iuris & nō debent latè interpre
tari.& verba debent intelligi per prius nō per poſterius.l.hoc le-
gatū.ff.de leg.iij.l.ij.ff.de ſtipu.ſeruo.& latius p Bal.in d.l.vxor.
¶Et qđ appellatione fratris nō venit frater patruelis tenuit An-
ge. in auth. matri. & auiæ.C.qn̄ mul.tu.offun.po.Io.de Imo. in
l.ſi dotali.ff.ſol.ma.Iſtam qōnem decidit Pet.de Anch.in rub.c.
canon.ſtatut.de conſti.poſt mediū.in verſi. dicto de filijs & ne-
potibus . vbi ſequit̃ illud quod ponit Bald . in d.l.vxor.& poſtea
ſubdit quòd in materia ſucceſſionum ſtatutum loquens de fra-
tre intelligitur de primo gradu.& ita dicit conſuluiſſe Bald.¶Ad
prædicta faciunt quæ not. Bald. in l.omnes populi, in vij. col.de
7 iuſti.& iu.† dum dicit quòd ſtatutum excludens matrem, ꝓpter
patruum non excludit eam extante patruo magno , vt etiam vo-
luit Bald . & Ang. & Saly. in l.j. C. de ſucceſ. edicto. Conſuluit
Bald.in ſuo conſi. incip. in Chriſti nomine ſi mater extat.qđ re-
fert & ſequit̃ Pet. de Anc . in repetitione cap . canonū ſtatuta.in
ver.quid dices de patruo.& Bald.in l.hac edictali.in verſi.quam
8 obſeruationem. C. de ſecund. nupt. † vbi inquit ꝙ ſtatutum lo-
quens de nouerca non extendit̃ ad nouercam magnam.¶Forti-
ficantur etiam prædicta optimè per text. in l.illā. C.de coll. & ꝙ
per illum tex.voluit Bald.vbi dixit quòd vbi ceſſant verba ſtatuti
9 ibi ceſſat ſtatutum. † & ꝙ ſtatutum nouū non poteſt trahi ad ca-
ſus per ipſum non deciſos nec ad perſonas etiam ſimiles . & ideo
ſi ſtatutum diceret ꝙ patruus excluderet ſororem.tamē nō exclu
c deret amitā quæ eſt remotior:[c] & licet excluderet matrē, tn̄ non
excluderet ſororem . ¶Et ſubtiliter dicit Pa. de Ca.in d. l.illam.
quod ſtante ſtatuto ꝙ patruus excluderet matrem , & contingat
non extare patruum , ſed fratrem defuncti ex latere patris tantū
qui eſt proximior quàm patruus : certè per eum non excludetur

mater: quia per identitatẽ vel maioritatem rõnis nõ deberet in-
duci correctio, vt in d.l.illam.& no.in auth.quas actiones.C.de
sac.san.eccl.& de iure cõmuni ille frater q̃ non esset vtrinque cõ
iunctus nõ excludit matrẽ, vt in auth.defuncto.& in corpore vn
10 de sumitur.C.ad Tertyl.¶†Idẽ no.Pau.de Cast.in l.defunctus.
C.de suis & legi.vbi voluit ꝙ si statutum disponat ꝙ agnati mas-
culi præferant matri & auiæ maternæ, & cõtingat extare agna-
tos & nõ extare matrem nec auiam defuncti, sed amitã quæ esset
ꝓximior gradu q̃ ipsi agnati: ꝙ nõ excluditur amita. quare statu-
tum correctorium non dẽt extendi ex idẽtitate vel maioritate ra
tionis, vt dixi. secus si extaret mater vel auia cum amita: quia tũc
haberet locũ illud qđ dicit Bal.in d.l.si defunctus. cũ multis con
cord. ¶Cũ ergo dictum statutum non excludat nepotem ex filia
propter fratrem patruelem, sed solum propter fratres qui intel-
liguntur esse illi qui sunt in primo gradu fraternitatis vt dixi: er-
go non debet extẽdi ad fratres patrueles, vel ad alios ibi non ex-
pressos etiã dato ꝙ esset eadẽ rõ. ¶Quinimo non vř ꝙ sit eadem
rõ in fratribus patruelibus q̃ sunt remotiores q̃ sint proprij fra-
tres. ¶Hoc bene ꝓbatur per id qđ no. Bald.in l.qđ vero.ff.de le-
11 gi.†vbi dicit ꝙ si statutũ priuilegiat patruũ, non extẽdetur ad pa
truum magnum: quia minor ratio est in remotiori gradu ad in-
cludendum ipsum q̃ in propinquiori. & ideo cessat statutum &
ratio statuti. & ita se fuisse cõsultum dicit per omnes doc. Bono.
d & etiam per ipsum.[d] & ista cõsideratio est multum attendenda:
quia per eam tolluntur omnia obiecta & allegata.s̃.in cõtrariũ.
¶Nam primò non obst.dum dř ꝙ frater patruelis dicitur frater:
quare rñdeo ꝙ non dř esse propriè frater siue simpliciter, prout
loquitur statutum: & ꝙ non venit appellatione fratris, vt pro-
baui.s̃.per rationes & authoritates. ¶Nec obst. secundũ arg. dũ
dicitur statutum exorbitans à iure cõi extenditur ex idẽtitate rõ-
nis ad casum qui sub lata significatione vocabuli cõprehenditur
in casu expresso: quia respondeo ꝙ in casu nostro non est eadem
ratio in includẽdo fratrem patruelem ad exclusionem nepotis,
qui est de descendentibus, ꝓut est in concludendo fratrem qui
est in propinquiori gradu q̃ sit frater patruelis. Vnde cum nõ sit
eadem ratio, vt expresse dicit Bal.in d.l.quod vero. non dẽt fieri
extensio.l.inter stipulantem.§.sacram.versic.sed hæc dissimilia.
12 ff.de ver.ob.l.fin.ff.de calumnia.†vñ illud quod dicitur per d.l.
filium habeo.cum si.ff.ad Maced.s.quod fiat extẽsio ad id quod
comprehenditur sub lata significatione vocabuli, habet locũ qñ
est eadẽ rõ in vtroque casu: vt in auth.vt hi, qui oblig.de prohib.
alienatio.re.mino.in prin.& no.glo.in cle.ij.in ver.eiusdem, de
æta.& quali.& probatur in l.lege Iulia.§. hoc capite.ff. de ritu
nup.expresse no.Io.de Imo.in l.si vero.§.de viro.sol.ma.in pri-
ma fallentia, circa exorbitãtia. & si aliqui casus reperiant in qui-
bus dispositio facta de fratre cõprehendat fratrem patruelẽ, tñ
nõ prouidetur ꝙ illa persona quæ per priuilegium fratris exclu-
debatur à fratre, excludatur à fratre patruelis: sed bene fortasse
remotior persona quã illa quæ in priuilegium fratris excludeba-
tur à fratre. Vel ẽt fortè posset negari quòd comprehendatur fra
ter patruelis sub lata significatione illius vocabuli fratris, tamen
præcedens rñsio magis placet. ¶Nec obst. vlti.arg.s.ꝙ concur-
rat ratio & mens statuti propter cõseruandam agnationem &c.
quia multipliciter potest responderi, vel quod ista ratio non at-
tenditur, postquam non est expressa in statuto, vt dicit Bart.in l.
liberorum.ff.de ver.sig.in versi.his præmissis reducamus ad hãc
materiam.& Bal.in l.si defunctus.C.de suis & leg.Pe.de Anch.
in clemen.j.de baptismo.Io.de Imo.in l.si vero.§.de viro.in fin.
ff.sol. mat. ¶Vel dato ꝙ in fratre patruele haberet locum ratio
agnationis, tamen quia non est omnino eadem ratio in fratre pa
truele, qui est in gradu remotiori, q̃a statutum voluit fauere fra-
tribus primi gradus fraternitatis, qui sunt propriè fratres: ideo
non extenditur ad patrueles. Hæc solu. manifestè colligitur ex
notatis per Bald.in d.l.iubemus.§.fin.& in c.j.de feu.marchiæ.
& in dicta l.quod vero.& dicta gloss.in dicta clem.ij. de æta.&
qualita.cum aliis s̃.allega. ¶Nec prædictis obst.aliud statutum
sub rubrica quod mater & attinentes ex linea materna non suc-
cedunt, &c. quia respondeo ꝙ illud statutum non loquitur in ca
su nostro, quoniam tale statutum loquitur in eo qui decessisset
ab intestato sine liberis. & ille qui decessit relictis nepotibus ex
filia non dicitur decessisse sine liberis: sed Matthæus decessit re-
licto Iac.nepote suo ex filia, ergo non dicitur decessisse sine libe-
ris.l.j.ff.de cond.inser.& l.liberorũ.ff.de ver.signi.l.si dotali.ff.
solu.mat.qui Iac.non est de descendentibus lineæ maternæ dicti
Matthæi de quibus loquitur d.statutum. imò de descendentibus
propriè de liberis ipsius Matthæi quos nõ excludit statutũ. Alex.

## ADDITIO.

a ¶Patruelis. Alexã. hoc cõsi. refert. & cõprobat.l.si dotali.ff.
so.ma.idem.j̃.eo.lib.consi.cciiij.col.iij.Cur.senior consi.ix.
co.iij.Ias.consi.ccv.col.vj.lib.ij.fa.Soc.consi.xxv.lib.iij.
b ¶Consuluisse. Bald.cõsi.cccxxviij.cum in causa.col.fi.lib.iij.
c ¶Remotior. hæc decisio cum his quæ in nu. sequenti vbi est
fortior ratio debet reijci nec has hic adduxit Alex.nisi arguen
do, quia serio & ꝑ se examinando contra tenet j̃.consil.xxxvj.
col.ij.& latius consi.lxxxix.lib.vj.
d ¶Ipsum. vt in consi.xij.statuto ciui.castelli.lib.iij.

## CONSILIVM XCVIII.

Viso & cõsiderato integro processu & attestationibus pro
ductis in causa & lite vertente inter Syndicum societatis
hominũ sanctæ Mariȩ virginis de taux. ex parte vna agẽ-
tem. & d. Briciã de Pallazolo ex altera se defendentẽ. ¶Vř prima
facie dicendũ dictam do.Briciam. condemnari ad reficiendũ di-
ctam petiam terræ, de qua in libello fit mẽtio. nam præsuppono
quod dicta petia terræ, de qua in testamento Vãdini fit mentio,
censetur relicta societati, titulo legati seu fideicommissi particu-
laris decedente Lucia sine liberis, quia stat regula & vera doctri-
1 na,† quod vbi aliquid particulariter relinquitur per verbum ob
liquum & cõe, tunc nunq̃ trahitur ad directã inst. vel substitutio
nem, sed ad legatũ vel fideicõmissum particulare. l.cogi. ver.ge-
nerali.& ibi Dy.& Bart.& omnes scribentes.ff.ad trebel.no.gl.
& doc.in l.his verbis.in prin.ff.de hȩred.instit.& Bar.& do.in l.
centurio.ff.de vulg.& pup.in versic.quæro vlterius quid si insti-
tutio cõpendiosa fiat in re certa.gl.& Io.And.in c.si pater.de te-
sta.in vj.& Io.And.& docto.in c.Raynaldus.de testam. ¶Maxi
mè qñ non refertur ad personam quæ de necessitate debebat in-
stitui, prout in casu nostro, vt no. Bal.& do.in l.fi.C.fam.ercis.&
in l.quoties.C.de hære.institu.cum concor. ¶Sed dictũ relictũ
petiæ terræ fuit factum per verbum substituo, quod est verbum
cõe l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pup.no.in l.precibus.C.de im
pu. ergo censetur dictam petiam terræ fuisse legatam vel per fi-
deicommissum particulare relictã. quod idẽ est. ¶Imo etiam po
sito quòd haberet vim institutionis siue directæ substitutionis
particularis, tamen omnino habet naturam legati vel fideicom-
missi particularis.l.quoties.C.de hær.instit. ¶Hoc præsupposi-
to quod verissimũ est. vř quòd dictus Syndicus obtinere debeat
contra Briciã possidentem rem legatã virtute dictæ substitutio-
2 nis in testamento factæ:† quia legatario & fideicõmissario datur
rei ven. ad rem penes quemcunque existentẽ.l.j.C.cõia de lega.
& in §. nostra instit. de leg. ¶Et maximè cum sit probatum per
procuratorem Briciæ ipsam eius confessione possidere rem pe-
titam, quod est maximum fundamentũ actoris agentis actione
in rem.l.j.C.de alien.iud.mut.fac.c. examinata. de iudi. ¶Item
de relicto probatum est per productio. testium de morte testa-
toris & Luciæ sine liberis decedentis, vt probatum est per testes.
¶Nec erat necesse quòd prius per hæredes Luciæ vel substitu-
tos in vniuersali hæreditate testatoris fieret aliqua verbalis vel
realis substitutio fideicommissi dicto Sindico, iuxta.l. restituta.
3 & l.facta.§.j.ff.ad Treb.vt deducitur in processu:† quia restitu-
tio talis requiritur in fideicommisso vniuersali. sed in fideicom-
misso particulari, vt in casu nostro, nulla requiritur restitutio vt
actio competat fideicommissario: quoniam recta via transit do-
minium rei legatæ vel per fideicommissum relictæ adita hæredi
tate absque alia restitutione. l. si tibi homo. §. cum seruus. & l.à
Titia.ff.de fur. iuncta.l.j. & ij. C. communia de lega. ¶Nec ob.
dicto Syndico aliqua alienatio dictȩ rei facta per d.Luciam: quia
talis alienatio facta de re subiecta restitutioni in euentum ali-
cuius conditionis singulariter, eueniente conditione substitu-
tionis, prout venit, fuit nulla.l.fi.§.sin autem sub conditione. C.
communia de leg.l.seruo legato.§.j.ff.de leg.j. ¶Et in casu quo
fuisset fideicommissum vniuersale in rebus sic alienatis per hære
dem non esset necesse aliquam restitutionem fieri fideicom-
missario, vt actiones ei competerent.§. sin autem. & ibi not.in l.
pe.§.fi.

pe.§.fi.C.ad Treb.¶Nec etiã ob.præallegata exceptio præſcri-
ptionis ꝯ̃ dictum Syndicum deducta in duplicationibus:quia vir
tute dicti tituli.ſeu alienatiõis nõ põt præſcriptio allegari.præal.
l.fi.§.ſinaũt auaritiæ.cõia de leg. Præterea dictus Sindicus ante
4 morté Luciæ decedentis ſine liberis non poterat agere, † vnde
non valenti agere præſcriptio nulla currit.l. cum notiſſimi.§.il
lud.C.de præſcr.xxx.anno.& l.fin.cum vulg.C. de anna.exce.
¶Ac etiã non probauit Bricia ea quæ requirunt ad pręſcriptioně
completá,& maximè poſſeſſionem continuã longi vel longiſſi-
mi tp̄is,prout requiritur.l.j.C. de præſcr.long. tempo.l.iij.ff.de
vſuca.& ꝙ plenè per Bar.in l.Celſus.ff.de vſuca.cũ cõcor. ¶Sed
præmiſſis non ob.ꝯ̃ria ſententia indubitanter probabilior eſt, vi
delicet partes iudicis eſſe debere in abſoluendo Briciã & eius ꝓ-
curatorem.nam præſuppono quod pro re legata vel fideicom-
miſſo relicta competũt tres actiones, ſcilicet actio perſonalis ex
teſtamento,rei vendica.ſeu publicia. & actio hypothecaria d.l.
j.communia.de lega.& d.§.noſtra.¶Actio perſonalis datur cõ-
5 tra hæredem teſtatoris ratione quaſi contractus, † qm̃ adeundo
hæreditatem quaſi contrahere videtur cum legatariis.l. apud Iu
lianum.§.fi.ff.quib.ex cau.in poſ.ea.& l.ex maleficiis.§.hæres.
ff.de act.& ob.contra tertium poſſeſſorem,vt eſt Bricia.non da-
tur actio perſonalis:quia per Briciam nil eſt geſtum vel quaſi cõ-
tractum cum legatariis vel fideicommiſſariis.l.in area.ff.de cõ-
di.indeb.¶Actio hypothecaria bene datur contra tertium poſ-
ſeſſorem tenendo opin. quod etiam in ipſa re legata compete-
bat hypothecaria,licet gl.& multi doc.tenent contrarium in d.
l.j.C.de leg.& l.fi.C.de ſacr.ſan.eccl.& in l.j.de leg.j.per doct.
& in d.§.noſtra.vbi per gl. quod non examino : quia non expe-
dit:quia poſito quod in ipſa re legata competat hypothecaria tñ
6 fuit intentata actio prædicta:vt patet in libello.¶†Præterea po-
ſito ꝙ eſſet intentata ad hoc vt quis obtineat in hypothecaria re
quiritur vt probet authorem hoc eſt teſtatorem fuiſſe dominũ
vel quaſi dominum rei in teſtõ relictæ ſeu hypothecatę tempore
hypothecæ contractæ tacitè vel expreſſe.l.& quæ nondũ.§.qđ
dicitur.ff.de pigno.no.gl.& ibi plenè Bar.in l.rem alienan.ff.de
pigno.actio.& gl.& Dy.in §.itẽ ſeruiana.inſtit.de actio. docto.
omnes.in l.cum res.C.ſi alie.res pigno.Spe.in tit.de obl. & ſol.
§.j.ver. ſed quid debet creditor probare.Ad idem l.ſi ab eo.ff.
de pig.cum ſi.Sed dictus ſyndicus non probauit dictam petiam
terræ in dominio fuiſſe vel quaſi dicti Vandini teſtatoris:vt infra
declarabo,imo nec de hoc in libello mentionem fecit: ergo fru-
7 ſtra de hypothecaria tractatur. ¶†Reſtat vt videamus an in rei
vendicatione vel publiciana quæ datur contra quemlibet poſſi-
dentem obtinere poſſit, & certè in rei vendicatione clarum eſt
quòd non:quia de dominio authoris ſui,id eſt teſtatoris non ꝓ-
bauit,quod in rei vend.neceſſe eſt.l.in rem.in prin.ff. de rei vẽ-
di.quod qualiter probetur apparet ex plenè traditis per Spec.in
tit.de actio.& petitio.§.ſequitur.ver.ſinautem velis. & in tit.de
loca.§.fi.verſi.lvj.& per Bar.& doc.in l.rem quæ nobis.ff.de ac-
quir.poſſ.& in d.l.rem alienam.in l.vſucapio.ad fi.ff.de vſuca-
pio.& l.quidem in ſuo.ff.de condi.inſti.per gl.& omnes do.in
l.cum res.C.de proba.cum cõcord.& per aliquod ex mediis ibi
8 traditis non eſt facta probatio dominij in caſu noſtro. ¶†In pu-
bliciana etiam obtinere non poteſt,aut enim quærimus an lega-
a tario vel fideicommiſſario competere poſſit publiciana[a] ex per-
ſona ipſius teſtatoris etiam poſſeſſione nondum tradita legata-
rio,& dicendum quod ſic, dummodo probetur teſtatorem ha-
buiſſe quaſi dominium,hoc eſt rem teſtatori fuiſſe traditam à nõ
domino ex tali titulo,qui ſi habitus fuiſſet à vero dño fuiſſet ef-
ficax ad tranſlationem dñij bona fide teſtatoris concurrente.l.
j.& l.eum qui.§.fi.& l.quicunque.§.j.ff.de publi. ſed hæc pro-
bata non fuerunt pro parte ſyndici,aut quærimus vtrum ex per-
ſona legatarij vel fideicommiſſarij vigore tituli ſibi quæſiti ex cã
legati poſſit ipſe legatarius agere publiciana.Et certum eſt ſm̃ ve
* ram & communem *ſententiam quòd non : qm̃ nunquam poſ-
ſeſſio rei legatæ ad legatarium vel fideicommiſſarium peruenit.
l.j.& ij.cum gl.& ibi firmat Bar.ff.de publi.& no.Bar.in l.cum
ſponſus.§.j.eo.tit.& Io.And.in addi.Spec.in tit.de cã poſſeſſio.
& proprieta.§.nunc dicendum.in additio. quæ incipit, ſcire de-
bes.& Iac.de Are.& Cy.in l.j.in viij.q.C.comm.de leg.& Azo
in ſumma.C.de leg. ¶Et hoc eſt verum poſito ꝙ relictum factũ
9 eſſet eccleſiæ : †quia tunc eccleſia ex ſolo titulo legati publicia-
nam nunquam habet niſi annalis poſſeſſio rei ſibi fuiſſet tradita:
no.Spe.in ti.de leg.§.nunc aliqua.ver.lviij.Io.And.Ant.de Bu.
doc.Card.florent.Io.de Imo.in c.ij.de conſuet.& Bal.in l.quo-
ties.de rei vendicatio.& in l.fi.C.de ſac.ſan.eccl.& in l.ſiue au-
tem.§.ſi duobus & in l.ſequenti.ff.de publicia. quicquid ibi di-
xerit gl.& idẽ Bal.in l.j.in iij.col.C.ſi plures vna ſententia.¶Sed
ſyndico prædicto nunquam fuit tradita poſſeſſio dictæ rei, nec
de hoc in proceſſu eſt probatum:ergo non poteſt obtinere in pu
bliciana.Nec prædictis obſtat ſi diceretur ꝙ pro parte ſyndici eſt
capitulatum & probatum ꝙ Vandinus teſtator dictam rem te-
nuit & poſſedit pro ſua tanquam ſua quemadmodum veri domi
ni tenent & poſſident res ſuas:quia talis probatio non arguit do-
minium vel quaſi dominium Vandini, ſed tantummodo dicitur
eſſe probatum ꝙ Vandinus poſſidebat nomine ſuo proprio,non
autem vt conductor,vel ſimiles qui non proprio nomine, ſed a-
lieno poſſident,vnde ſemper requiritur quod probetur de cauſa
& titulo habili ad acquiſitionem dominij vel quaſi, non autem
ſufficit capitulare & probare:vt per Syndicum factum eſt, ita e-
leganter concludit Bar.Ange.& Mod.in l.j.in fi.per ibi not.per
gl.ff.pro ſuo.& Inn.in c.illud.in prin.de præſump. ¶Et per hoc
patet clara reſponſio ad omnia allegata in contrarium. Conſulo
itaque dicto Syndico vt agat actione perſonali ex teſtamẽto cõ-
tra executores & diſtributores totius hæreditatis Vandini ele-
ctos in dicto teſtamento eueniente caſu ſubſtitutionis prædictæ
10 †qui executores nullo inſtituto hærede vniuerſali dicuntur te-
b nere locum hæredum[b] vt poſſint agere & conueniri tanquã hæ-
redes pro oneribus hæreditariis:vt no.Spe.poſt Rofre.in tit. de
inſtru.§.nunc vero aliqua.verſi.itẽ pone quod aliquis non inſti-
tuit.& ver.ſeq.Inn.& doc.in c.cum tibi.de teſta.& Barto. in l.ſi
quis ad declinandam.per illum tex.de epiſ.& cleri.& in l.hære-
dibus.la ſecun.ff.de hære.inſti.& in l.centurio. de vulg. & pup.
& in l.ſi quis Titio.de leg.ij.& in ſua diſputatione quæ incipit fi-
lium.& Bal.in auth.licet.C.de natur.lib.cum ſi. quia tales locũ
hæredũ tenentes neceſſe habebunt rẽ ipſam legatã præſtare a-
ctione ex teſtamẽto ſiue res ipſa fuerit teſtatoris ſiue Luciæ eius
hæredis nõ curo d.l.ſi hæredis ſeruus.§.j.de leg.j.inſti.de leg.§.
ſi res legata.& ipſis executoribus incumbet onus vẽdicãdi rem.

## ADDITIO.

a ¶Publiciana.s̃.eo.conſi.4.nu.9.
b ¶Hæredũ.Hic modus loquendi improprius & valde captio-
ſus non enim debet ſubintelligi ꝙ ſint hæredes inſtituti vel di
recto ſubſtituti,ſed mere fideicommiſſarij in dubio vt dixi s̃.
lib.j.conſi.xlv.& j̃.lib.3.conſi.xij.

## EPITOME.

1 ¶Inter fratres ſocios habetur ratio ſi vnus habet filios operã-
tes vel lucrantes vt deducto ſumptu pro modo maioris operę
vel lucri collati plus ferat in diuiſione.

## CONSILIVM XCIX.

HAbita ſuper narratis in themate conſideratione.
Circa primũ dubium quo quæritur an in dicta di
uiſione omnium bonorum faciẽda inter dictos
Nãnem & Georgiũ fratres haberi debeat ratio
melioramentorũ factorũ in prædiis ruſticis aut
vrbanis,ex opera & induſtria filiorum Nãnis &
aliorũ bonorũ quomodocũque acquiſitorũ per filios dicti Nã-
nis,ex eorũ opera & induſtria,adeo quod aliquid Nãni aſſignari
debeat vt patri & legitimo adminiſtratori vltra dimidiã quæ de-
1 betur ipſi proprio iure. ¶†Reperio ꝙ Bal.in l.cũ duob⁹.§.ſi fra-
tres.in fi.ff.pro ſocio.in lectura Floren.de hac q.dubitauit.quę-
rit enim ibi quid ſi alter ex fratribus in cõmunione ſtantibus ha-
bet filios magiſtros lucrantes ſicut ipſi patres : an pater eorũ po-
terit dicere tempore diuiſionis,detrahamus illud quod filij mei
fuerunt lucrati:an vero opera eorum debeant cum alimentis in
domo communi perceptis compenſari,non decidit:ſed ſuper eo
dicit relinquere cogitandum.¶Ange.in l.ex duobus.ff.de neg.
geſt.hoc decidit.quærit enim ibi quid ſi duo ſunt fratres in vna

familia habitantes,& vnus habet filios qui multum operátur & multum ponunt in domo, an illarum operarum ratio habenda sit, dicit se pluries habuisse de facto in duobus fratribus rustici, quorum vnus habet familiam ad laborãdum aptam, alter nõ, &
a concludit rationem dictarum operarum esse habendã a argu.l. si id.§.si quas.ff.de donatio.inter virum & vxorem. ¶Bal.etiam in l.j.in ix.q.C.pro socio.firmat istam dubitationem: querit ibi.
2 †Pone duo erãt fratres: mortuo patre prędium habebant cõe,& conduxerunt alia prædia ad laborandum: & vnus eorum habebat duos filios qui similiter laborabant, & tam ex fructibus rei cõis quã ex laboribus multa quæsiuerunt, quæritur qualiter fieri debeat diuisio inter eos si postea venirent ad diuisionem.& cõcludit ꝙ aut loquimur de fructibus rei cõis, aut de fructibus rei cõductæ.primo casu dimidia fructuum quæ debetur rõne proprietatis ipsius fundi communis attribuitur ipsis fratribus tm̃,ad quos pertinebat proprietas per id quod legitur & no.in d.l.j.C. pro socio.& sic illa dimidia inter eos æqualiter diuiditur,alia vero dimidia quæ iure laboratorum percipitur attribuitur omnibus quatuor in capita:quia societas est istius naturæ ꝙ diuidit lucrum operarum in capita,& non in stirpes.Secundo casu,s. quo ad fructus perceptos ex rebus conductis etiam dicit ꝙ illi debẽt diuidi æqualiter in capita inter omnes.quatuor pro rata seu dimidia ad illos pertinentes.¶Et ita dixit Barto. consi.clxxxvj.incip. cuciauellus.& ibi subdit ꝙ si dictum prædium fuisset laboratum cum bobus communibus dictorum duorum fratrũ deberet deduci de fructibus quantum consueuit & æquũ est dari per opera boum & illud diuiditur tantum inter duos fratres ad quos pertinebant boues iure dñij,ar.l.communis seruus in fi.ff.de acqu.
3 re.do.reliquũ vero diuiditur per capita. ¶†His etiã consonat qđ voluit Bal.in addi.ad tractatum Bart.de duobus fratribus: vt ibi inquit,ꝙ si duo fratres rustici, & vnus habet filios qui quotidie laborãt in agro quem cõiter laborãt, & alter frater nõ hẽt filios: ille q habet filios,quia plus operarum ponit plus fructuum percipere debet in diuisione & illud plus secundum eũ intelligit arbitrio boni viri.& ita dicit se tenuisse in l.si societatem mecum. cum ibi no.ff.pro socio. ¶Et Bal.in l.si patruus.in pen.q.C.cõia vtriusque iudi.vbi voluit quod si duo fratres rustici tenentes terras ad laborandum, & vnus eorũ habebat filios laboratores & omnes scindebant terram,emolumentum debet diuidi in capita:quia societas respicit capita eorum,qui operam ponunt in societatẽ.& licet sint filij familias tñ quo ad proprietatem illud qđ ipsi acquirunt acquiritur ipsis,& patri acquiritur vsusfruct.l. cũ
4 oportet.C.de bonis quæ lib. ¶†His conuenit decisio Ang.in cõsi.cx.incipiens Vanutius & Antonius &c.in fi.cõsi. vbi dicit ꝙ si fratres in cõione steterunt:& ita ipsis in cõione stantibus vnus eorum filium procreauit:& vna cum eius filio per xxx.vel xl.an. simul in cõione perseuerauit:nõ poterit dictus filius alterius ex dictis fratribus ex sua propria persona petere partem acquisitorum:quia non contrahit per se societatem,sed tanquam vnus de familia sociorum dicitur societati accedere.& si vsus sit dictus filius promiscue bonis patri & patruo cõibus, non præsumitur ꝙ tanquam socius vsus fuerit:sed iure quodam familiaritatis:arg.l. qui iure.ff.de acquir.poss. ¶Et si aliter diceremus sequeretur secũdum eũ quòd quicunque famulus vel minister alicuius dictorum fratrum ex sua persona similiter partem fecerit vt socius,qđ est falsum:familia.n.alicuius sociorum de societate non est.ar.l. de illo.§.fi.cum l.seq.& l.qui admittitur.§.fin.cum l.seq.ff. pro socio.sicut nullus de famulis cauponis, vel stabularij caupo vel stabularius appellatur & nullus de familia exercitoris vel magistri exercitor aut magister est.l.j.§.qui sunt igitur.& §. caupones.versi.cęterum.& l.ita §.si filius.ff.nau.cau.stab.& l.j.§.ma-
5 gistrum.& §.exercitorẽ.ff.de exerci. ¶†Tamen secundum eum quia opera est velamentum pecuniæ.l.cum duobus.§.in coeunda.ff.pro socio partes in societate debent esse ęquales,vbi & qualiter pecuniæ & operæ collatio facta est per fratres.vbi vero dispariter vnuquisque pro rata collatorũ plus vel minus detrahere debet,nisi aliud dictum sit argumento.l.secundum naturam. ff.de regu.iur.& l.manifestissimi.§.sed tamen in secunda.C.de fur.iuncta l.si non fuerit.cum gl.j.ff.pro socio. Bal.in l.j.in iiij. q.C.pro so.¶Ideo pater dicti nepotis quatenus plus operæ posuit in societate propter personam filij sui,eatenus de bonis communibus societatis plus ferret.ita concludit Ang.in proximè allegato consilio.¶Ita ergo seruari debet in proposito nostro: qa quatenus plus operæ contulit Nannes propter personã filiorum deducta impensa victus eorũ,eatenus debebit plus ferre de bonis cõibus. ¶Quantũ autẽ sit illud qđ veniret taxandũ est declarãdum arbitrio boni viri ex informatione qualitatis & quantitatis operarum & industriæ filiorum dicti Nãnis.l.semper.§.in hoc interdicto.ff.qđ vi aut clã.l.si quod ex Pamphilia.§.fi.ff.de l.ij.l.vnica.& quod ibi Bar.in fi.C.de sent.quæ pro eo quod interest.l.non ignorat.C.de fru.&li.expen. ¶Et ista opinio habet rationem & æquitatem maximam,non enim est vero simile aut præsumendum dictum Nãnem & eius filios voluisse operas dictorum filiorum & emolumenta tot annorum remittere,aut donare dicto Georgio.l.verum.ff.de do.inter vir.& vxo.l.cum de indebito.ff.de prob.& per Bar.in l.quæ dotis.ff.sol.mat.& in l.
* si pater.in prin.ff.de do. ¶Et hæc sententia est probabilior & cõior ea quam ponit Bal.in c.j.de benefi.fra. vbi debilius locutus est:vt patet ex prædictis. ¶Et per hoc patet responsum ad illud dubium super themate de domo reædificata: quia eodẽ modo haberi debet ratio melioramentorum & operarum filiorum
6 Nãnis sicut dictum est s̃. ¶†Per prædicta etiam apparet decisa dubitatio circa dubitationẽ bladorum recollectorum de anno præterito:quia deducto semine iure dominij ad dictos fratres,& deducto eo quod habet ex opera boum si boues spectant ad dictos Nãnem & Georgiũ,vel etiam ad extraneas personas: debet de residuo assignari dimidia dictis Nanni & Georgio pro rata & iure proprietatis & dominij fundi spectantis ad dictum Nãnem & Georgiũ: reliqua verò dimidia diuidetur habita rõne capitũ. & ideo si Nannes hẽt tres filios operãtes & Georgius habet vnũ tm̃,feret Nannes quatuor partes ex sex partibus dictæ dimidiæ, & Georgius feret reliquas duas partes eiusdẽ dimidiæ. ¶Postremo quo ad id de quo dubitatur circa summam xl.ducatorũ quos
7 solui oportuit pro redimendo Georgium ab hostibus. †Dico ꝙ si Georgius fuit captus sua culpa,vt verbo fertur: quia nõ debuit ad locum illum periculosum se conferre:& si volebat aliquid significare Nãni germano poterat & debebat ꝓ more vnã muliercula vel duas ad eũ mittere, propterea si captus fuit, debet cedere hoc ad damnum ipsius tm̃ Georgij. pp culpã suam, per d.l.cũ duobus.§.fi.& ꝙ ibi gl.in ver.consequi.ff. pro socio.no.glo.in ver.redigetur.& doc.in eadem l.cum duobus.§.si fratres.bene facit quod no.Spe.in ti.de iud.in quarta parte in §.sequitur.ver. quid si alter ex cohæredibus:& Bal.in d.l.si patruus.in 4.col.& in dictis additionibus ad tractatum de duo.fra.¶Et posito quòd Nannes soluerit dictos xl.ducatos nõ præsumitur voluisse donare,cum ipse Georgius habeat bona sufficientia ex quibus hoc fieri poterat,quæ tunc erãt in gubernatione dicti Nannis.ita dicit Bal.in l.liber.de cap.& postli.reuer.& est de mente Bal.in auth. si capti.C.de epis.& cle.¶Facit.l.Nesennius.ff.de nego.gest.& in l.siue pro fratre.& quod maximè no.per doct.in l.alimenta. C.eo.& per Bal.in l.filiæ.in j.col.C.fa.ercis.ego Alex.

ADDITIO.

a ¶Habendam.s̃.lib.v.consi.lxxvij.nu.2.Ant.Bu.cõsi.vij.Pet. Vbal.de duo.fra.par.iij.q.ij.& parte vj.q.xv. Cor.consi.clij. in fi.consi.cxcix.j.lib.iij.consi.lviij.litera.f.consi.ccxcix.lib. iiij.Ias.consi.v.lib.j.Alex.s̃.eo.lib.consi.cxxxiij.nu.1.

## CONSILIVM C.

VIso puncto ex quo dubia quatuor elicio. ¶Vtrum dictus Tonius an vero Maria succedat in bonis & hr̃dibus Tonini fratris præfatę Mariæ.¶Secũdo quæritur posito qđ Maria succedat de iure communi:an attento ꝙ bona hæreditatis Tonini obuenerunt dicto Zani & alijs antecessoribus Tonini & Tonij occasione fidelitatis qua Antonius & alij eius antecessores omnes masculi tm̃ astringũtur nobilibus de alidosiis in quibus bonis fœminæ non succedunt ac saltẽ iure naturæ præferatur Tonius. ¶Tertio vtrum Tonius qui vltra illas lx.libras in maiori summa dotauit Mariam videatur dotasse animo dotandi an vero compensandi in eo in quo teneretur Mariæ,vel quomodo. ¶Quarto quia tempore mortis Zanis hæreditas eius erat forte valore centum: nunc vero est effecta valore ducentorum, & est,

& est effecta maioris reditus expensis & industria d. Tonij: an po
sito q dicta Maria Tonium excluderet vt supra, possit ipse To-
nius consequi vtiles expensas & melioramenta facta in hæredi-
tate prædicta pro parte dictum Tonium tangente. ¶ Venio ad
primum in quo dico clarum esse quod de iure cõmuni dicta Ma-
ria soror Tonini præfertur Tonio patruo in hæreditate prædicta
tanq̃ proximior in gradu: vt in auth. de hære. quę ab inte. defe. §.
si igitur defunctus. co. ix. & in auth. post fratres. la. j. C. de legi.
hære. & instit. de leg. agn. suc. §. si plures. & in l. j. §. hæreditas. ff.
1 de suis & leg. cum simil. ibi allega. ¶ † Circa fm dubium breui-
ter concludo, quod stantibus verbis quæ in themate ponuntur
Tonius indubitanter Mariæ præferretur si alia bona à principio
concessa fuerunt. non dico Tonino ser Zani aut alteri eius ante-
cessori pro se & omnibus descendentibus ex eis. & de hoc est ca-
sus. in c. j. de gra. suc. in feu. & in c. j. de suc. feu. & in c. j. de eo qui
sibi & hær. suis. & in capit. Obertus. ad fi. in quibus ca. feu. amit.
iuncto text. in c. nulla. per quos fiat inuesti. & in capitu. j. §. hoc
2 autẽ notandũ. & quod ibi not. qui feud. da. pos. ¶ † Quo ad ter-
tiam vero dubitationẽ concludo q si Tonius erat debitor Marię
in aliquo, vel negotiorũ gestor, aut administrator bonorũ Ma-
riæ, non videretur dedisse dotem animo donandi & de bonis ip-
sius dotantis: sed præsumitur dedisse de bonis ipsius Mariæ vel
saltem compensationem ei opponere potest: probatur hæc deci-
sio in l. vxor. §. pater naturalis. ff. de leg. iij. & no. gloss. Cy. Bart.
& Bald. & alij doct. in l. fi. C. de do. promis. & probatur in l. cum
posset. §. j. & ibi no. Bar. ff. de admi. tut. & in li. Nesennius. & ibi
Bar. & doc. ff. de neg. ge. bene facit tex. in l. fi. ff. de peti. hære. &
quod not. in l. post mortem. §. j. ff. quando ex fac. tuto. & quod
not. Bart. in l. j. §. nec castrense. ff. de col. bon. & in proprijs ter-
minis determinauit Bald. consulendo in suo consil. incip. Petrus
& Ioannes fratres. præter aũt s. dictos casus si Tonius simpliciter
dedisset dotem Mariæ videretur dedisse animo dotandi: nec repe
tere posset. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. act. & l. ex morte. in
3 fi. C. de pac. conuen. ¶ † Postremò circa quartum dubium con-
cludo, quod si ꝓp tales expensas & alia melioramenta bona hæ-
reditaria tali pretio venderentur, vel auctus est redditus dictæ
hæreditatis: quia tales expensæ vtiles: non aũt simpliciter volu-
ptariæ censentur nec ad ornatum factæ, quod dictas expensas &
melioramenta consequi potest Tonius pro rata hæreditatis To-
nino & successiuè Mariæ debitæ, probatur hæc decisio in l. filiæ.
& ibi no. C. fami. ercis. in l. iij. in pri. & in l. iiij. §. fi. & in l. si ędes.
ff. cõi diuidun. & in l. duobus. iuncta gl. in versic. non habere. &
ibi not. doct. ff. de neg. gest. iũcta. l. pro voluptarijs. cum legibus
seq. ff. de imp. & l. impensæ. cum sim. ff. de verb. sig. Alexan.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ad plures facta, non valet, nisi intra decennium de-claretur.*

4 *Terminus ad probandum & probatũ habendum habet vim conclusionis.*

6 *Restitutio principis non valet ad bona iam alienata.*

## CONSILIVM CI.

VIso processu causæ reclamationis quondam Io. Mozone
de tã. ac nomine Matthæi & Maxij fratrum à certo lau-
do seu arbitramento lato per Guilielmum & Beninũ &
his quę in dicta causa actitata sunt pro parte Benedicti, aliàs Bre-
ti quondã Cornioli puto dictũ Petrum nullatenus in dicta cau-
sa reclamationis obtinere. ¶ Primò quia dicta reclamatio fuit in
terposita coram arbitris per dictũ Petrum nomine suo & fratrũ
die xij. Martij. Mcccclxxv. ¶ Præterea dicta scriptura fuit produ
cta die iij. Aprilis coram dño Potestate per ser Carpinũ procura-
torẽ dictorũ fratrũ, dicentem & reclamantẽ prout in ipsa conti-
netur, & nõ petijt corrigi dictũ arbitramentũ & reduci ad arbi-
triũ boni viri vt legit' & notatur, in l. si societatẽ. §. arbitrorũ. ff. ꝑ
soc. & in c. quintauallis. de iureiur. Nec in ipsa reclamatione fa-
ctæ scripturæ coram arbitris petebatur dicta reductio: sed pete-
bantur apostoli, & protestabatur nullam nouitatem fieri recla-
mando ad magnificum dominum gubernatorem seu dom. Vi-
carium & Potestatem & ad iudicem appellationis, seu ad quem-
1 libet alium iudicem competentem † vnde cum iudex non pos-
sit exercere officium suum ad non petita. l. iiij. §. hoc autem iudi-
cium. de dam. infe. l. fi. C. de fideic. liber. l. j. §. si magistratus. ff.
de magi. conueni. sequitur ergo q ser Capignus deficit in forma
petitionis. ¶ Secunda ratione nõ potest obtinere dictus Petrus:
quia ex forma constitutionum debet appellari intra decem dies,
2 & etiam in proposito dictus Petrus reclamauit prouocauit † &
appellauit nõ ad vnũ iudicẽ sed ad plures: quo casu, vt supra nisi
intra tẽpus prouocandi: & sic in tẽpus x. dierum declaret coram
quo intendat prosequi non tenet prouocatio ratione incertitu-
dinis: vt concludit Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de appe. §. nunc
tractemus. super ver. sed pone aliquis. Io. An. in regula. in alterna
tiuis. circa fi. in mercurialibus. & ibi etiam gl. & no. gl. c. si is cui.
de offi. delega. in. vj. & Archi. ij. q. vj. in c. si quis iudicem. aduer-
sum Ang. in. l. j. §. si quis appellat. ff. de appel. & idem tenet ibi
Io. de Imo. saltem in terris ecclesiæ vbi seruari debet ius canoni-
cũ. ¶ Constat quòd intra x. dies dictus Petrus non declarauit co
ram quo vellet prosequi: quia solũ die. iij. Aprilis produxit corã
Potestate dictam reclamationem interpositam die. xvij. mensis
3 Martij. ¶ † Tertia ratione sentio contra dic. reclamantes quia re
clamatio fuit facta per Petrũ nomine suo & fratrũ, & Petrus nõ
habebat mandatum à fratribus. vnde si non ratificarent intra di-
ctum tempus decem dierum præfixum ad appellandum non te-
net dicta appellatio siue prouocatio. l. vt bonorum. ff. rem rat.
habe. & l. j. cũ ibi no. per Bart. post gl. ff. de appel. rec. not. Arch.
ij. q. vj. non solent. & gl. in. c. vt circa. in ver. adhærentes. in fi. de
elect. in vj. per gl. in regula ratihabitio. de reg. iur. in vj. sed dicti
fratres Petri per se vel procuratorem non ratificarunt intra dictũ
tempus decem dierum. ¶ Quarta ratione non possunt obtinere
quia pro parte dicti Petri & fratrum non fuit productũ dictum
arbitramentũ ante conclusionẽ in causa. seu ante lapsum tempo-
rum præfixorũ à constitutione ad iudicandum & impugnandũ
& probandum & probatum habendũ. tam per testes quàm per
instrumenta quàm per quemcunque aliũ modũ, & ad accipien-
dum copiam de productis & probatis ad opponendum & pro-
4 batum habendũ contra ea † & per consequens amplius produci
non potuit: quia instrumenta produci non possunt post conclu-
sum in causa. c. cũ dilectus. de fi. instru. eod. titu. c. auditis. de pro
cu. ¶ Et terminus ille præfixus ad probandũ & probatũ haben-
dum, habet vim conclusionis in causa quo ad probationes facti,
non quo ad allegationes iuris: vt not. traditur per Ant. de But. in
c. licet causam. in iij. co. de prob. & per Dominicum in c. pia. in
v. col. de excep. in vj. ¶ Ergo cum dicti reclamantes non proba-
uerint in tempore debito de grauamine suo: & si non iustificaue
rint suam reclamationem obtinere non possunt: vt inquit Iac. de
5 Aret. & Cyn. in. l. per hanc. in v. q. in fi. C. de temp. app. † appel-
lanti incumbit onus probandi sententiã sic fuisse latam. ¶ Quin-
ta ratione non possunt dicti reclamantes obtinere quia conãtur
ostendere de iniquitate laudi, solum virtute cuiusdam donatio-
nis eius, vt dicitur, factæ per dictum Benedictum & hoc proba-
re nituntur per duo instrumenta donationis, & posito quòd ali-
qua ex illis donationibus valuisset: tamen respondetur q nõ ob.
dicto Benedicto, quia cũ fuerint cõfiscata omnia bona dictorum
Petri & fratrum ad cameram magni. d. Thadei tunc domini Imo
lensis qui postea mediante suo procuratore dicta bona donauit
dicto Benedicto: vt constat per acta siue instrumẽta in actis pro-
ducta, sequitur quod aut donatio facta dicto Benedicto valuit.
Et clarum est quòd nõ possunt dicti Petrus & fratres se fundare
amplius in donatione eis primo facta per dictum Benedictum,
aut non valuit, adhuc dicit Petrum & fratres obtinere non pos-
se: quia dicta bona spectarent ad tertium de cuius iur. post latam
sententiam confiscationis potest opponi ad exclusionem alte-
rius agentis, ad quem res non pertinet. vt gloss. reputa. singularis
in. l. his consequenter iuxta principium, in verbo pertinet. ff. fa-
mil. ercisc. ¶ Bene facit id quod habetur in l. fi. de rei ven. & per
Barto. in. l. ij. ff. de ex. rei iud. & per Cy. & alios in l. seruum, qui-
spiam. C. de ser. fugi. cum concor. ¶ Nec ad hoc ob. si diceretur
quòd præfatus. d. Thadeus post prædicta restituit dictum Petrũ
6 & fratres aduersus sententiam confiscationis: quia dico † quòd
a illa restitutio non potest trahi ad bona iam alienata * & transla-
ta in dictum Benedictum: vt no. in l. Gallus. §. & quid si tantum.
ff. de libe. posthu. & no. Bartol. & alij in l. fi. C. de sen. pas. & in l.
quæcunque. C. de fide instr. & in. hast. fis. lib. x. & not. per Bal. in
c. domino guerram. in prin. hic finitur. l. conradi. deinde incipi.

con.

cõ.reg.probatur in.c.quãuis.de rescri.lib.vj. Nec potuit præfatus dominus venire cõtra contractũ prius à se celebratũ cũ.d.Bene.c.j.de proba l.pe.C.de dona. inter vir.& vxo. ¶ Et ideo quãuis in.d.restitutione facta petro & fratribus præfatus dñs asserat homicidiũ qđ cõmissum per prædictos erat cõmissum fuisse casu fortuito potiusq̃ dolo:tamẽ in hoc non stat assertioni suæ in præiudicium tertij cui ius erat iam quæsitum l.j.§.si mutuam.ff.si quid in fraud.patro.l.si forte.cum ibi no.per Bart.ff.de castren.pec.& in rubro & nigro.C.res inter alios. ¶ Et si qua ratione dici posset donationem factam per d.Thade.d.Benedicto non valuisse eadem ratione dicendũ esset non valuisse grãs & restitutionem factam per eundem dictis petro & fratribus. ¶ Potest etiã aliter responderi ad dictam donationẽ factam vt dr̃ dictis Petro & fratribus per d. Benedictum q̃ dicti Petrus & fratres nõ possunt ex illa se fundare eo quia promiserant in instrumento donationis dictũ Benedictũ gubernare & sustentare:& sibi de oportunis prouidere suis expẽsis toto tp̃e vitæ suæ. ¶ Et rñdendo positionibus,fatent̃ q̃ de anno.Mccccl xx.& circa d.Benedictus non fuit gubernatus, nec alimentatus à dicto Petro & fratribus, vt patet in processu. xxvij. ¶ Et licet in sequenti rñsione videantur dicere q̃ hoc ꝓcessit culpa dicti Benedicti: eo quia recessit à domo.

7 † tñ dictus benedictus habet fundatam intentionem suam, eo ipso q̃ pars aduersa non probat se fecisse pro dicto tp̃e ea quæ dicto Benedicto promiserat, & incũbit parti aduersæ onus probandi:quod id processit culpa dicti Benedicti, ita notabiliter notat Bar.in.l.in illa stipulatione calendis.ff.de ver.oblig.per.l.iij.§.si ad diem.ff.de re mi.& l.secũ.ff.si quis cau.no. Cyn.in l.secũda post glos.C.de iure emphy.& docto.in.c.super his.de accus. ¶ Cum non probauerint Petrum & fratres se obseruare promissa per eos in instrumento donationis imò vident̃ fateri contrarium,vt dixi:nec possunt se iuuare ex dicto instrumento donationis.l.j.C.de don.quæ sub mo.l.cum proponas.l.ij.C.de pact.

8 ¶ † Præterea si compromissa continerent clausulas consuetas q̃ arbitratores possent auferre de parte vnius & dare alteri in parua & magna quantitate: vel per similia verba non posset peti reductio ad arbitrium boni viri nisi probaretur de dolo arbitrato. de quo nõ posset probari nisi ex solis antiquis probationibus factis contra arbitratorẽ vt no.per Bart. in d.§.arbitratorum. in versi. quæro vtrũ posit renunciari. & in versic. quæro vtrum arbitramentũ.not.doct.in d.c.quintauallis. tamen quia copia compromissi non est mihi transmissa,ideo vlterius me non extendo &c. & ita videtur iuris esse mihi Alex.de Imo.

## ADDITIO.

a ¶ Alienata.j̃.eo.consi.cxc.col.j.

## CONSILIVM CII.

VIDE s̃.lib.j.consi.xlvij.quod hîc duplabatur.

TITIVS acquisiuit redditus annuos super monte ciuitatis Ianuæ:& impetrauit ante istam acquisitionem priuilegium à dominis Ianuensibus,vt alia bona non possent quoquo modo alienari per suos descendentes, nisi quando existerent ætatis annorum.xxx.& in ciuitate Ianuæ contingit quòd ex descendentibus minor ætatis non legitimæ authoritate tutoris & cum decreto iudicis existente Parmę constituit procuratorem ad vendendum dicta bona.administratores montis viso mandato prædicto cum consilio sapientis & mandato vicarij consignauerunt dicta bona seu dictos redditus illis qui emerunt à dicto procuratore. dictus minor effectus maior nunc vult agere contra dictos administratores montis ad dictos redditus,an posit,&c.

## SVMMARIVM.

*7 Alienatio potest prohiberi per iudicem.*
*8 Actum faciens videtur se astringere legi loquẽti de illo actu.*
*11 Debitor generis non liberatur si alij coactus soluat.*
*14 Venire licet contra factum suum nullum.*
*15 Legitima secundum tempus mortis metitur.*
*17 Soluens abbati intruso,vel falso procuratori, de mandato iudicis,an liberetur.*

## CONSILIVM CIII.

VIsis scriptis mihi transmissis in causa mota per magnificũ Ludouicum comitem filium & hæredem pro dimidia quondam comitis Andreæ de valerijs de Parma occasione alienationis & translationis redditum & iurium suorũ quæ habebat super monte sancti Georgij de Ianua. ¶ Videretur prima consideratione dicendum comiti Ludouico nullum competere ius agendi contra protectores montis qui in effectu consignarunt dicta iura emptoribus qui acquisiuerunt ab illo Michaele de lucano procuratore ipsius comitis Ludou. & dñæ Andriolæ matris & curatricis eiusdẽ comitis. ¶ Et primò. quia posito q̃ virtute priuilegiorum concessorum in primis Christophoro de Valerijs pro se & hæredibus non potuissent vendi & alienari dicta loca & iura:nisi seruatis illis quæ requisita sunt in dictis priuilegijs, tamen comes Lud. tanquam hæres dicti comitis Andreæ sui patris pro parte & etiã pro parte dicti Christofori aui sui mediante persona ipsius comitis Andreæ potuit dictis priuilegijs in fauorem suum indultis renunciare.l. pactum inter hæredem. ff.de pac.l.si quis in conscribendo, C.de pac.& plenè in c.si diligenti.de fo.compe. ergo cum constituerit comes Ludouicus minor.xxv.annis in.d. ciuitate Parmæ dictum Michaelem procuratorem suum ad alienandum dicta iura in ciuitate Ianuæ, videtur expresse renunciasse dictis priuilegijs in quibus continebatur q̃ hæredes ipsorum dictorũ Christofori comitis Andreæ non possunt alienare dicta iura:nisi quando essent ætatis annorum xxx. & essent præsentes in ciuitate Ianuæ.

1 † Nam per actum contrarium priuilegio videtur quis renũciasse priuilegio.l.ij.C.de iur.dominij.impe.l.commissoriæ.de pac.in.empt.Item legitur & not.in c.cum accessissent.& per Cyn.& legistas in l.pe.C.de diuer.rescrip.& in l.voluntariæ.C.de excu.tut.& in l.fi.ff.de consti.princip. ¶ Secundò, quia nullus potest venire regulariter contra factum proprium l. post mortem. ff. de adop.l.si creditorib. C.de seruo pign.dato manu. ergo comes Ludouicus non potest venire contra dictam venditionẽ factam vigore mandati sui. Tertiò, quia dicta loca & iura pro maiori parte fuerunt acquisita per dictum Christoforum & postea vsque ad legitimam debitã iure naturæ fuerunt consignata comiti Andreæ eius filio, vt patet in instrumento cuiusdam transactionis mihi exhibito & roborata fuit confirmatione apostolica .ergo dicta loca nõ erant subiecta prohibitioni alienationis, de qua in priuilegio Christophori

2 † quia in legitima cessat omne grauamen.l. quoniam in priorib. C.de inoff.test.l.cum patronus.ff.de le.ij.& similiter etiam qui capit legitimam dicti comitis Lud., debuit ipse posse libere alienari non obstantibus quibuscunque prohibitionibus. ¶ Quarto, quia tempore quo dicta iura & loca post mortẽ Christophori & comitis Andreæ alienata fuerunt, non fuit iuxta aliam præscriptionem facta mentio de dictis priuilegijs prout facta fuerãt in præscriptionibus factis in persona comitis Christophori: quo factum est vt tempore quo per procuratorem comitis Ludouici facta fuit alienatio dictorum iurium, dicti procuratores & officiales comparentes non habuerunt scientiam quòd dicta loca essent priuilegiata, adeo qđ non possent alienari: nec de hoc fuerunt aliquo modo certiorati: ergo videt̃ q̃ ipsi nõ fuerunt in culpa si eis non fuit ostensum priuilegium prædictum.l.si quis inficiatus.cum ibi notatis per doc.ff. deposi. & l. qui in alterius. ff.de reg.iu. & cle. causam. de elec.cum simi. ¶ Et similiter non fuerunt certiorati de testamento dicti comitis Andreæ, qui prohibuit dicta iura & loca alienari hic, quia in dictis priuilegijs nõ dr̃ q̃ si contra factũ fuerit q̃ protectores in aliquo teneantur:ergo priuilegiũ ipsum non debet extendi ad id quod in eo non continetur.l.si quando in prin. C.de inoffic.testa.c.j.de priuil.in vj.

3 ¶ † Quia dicta bona fuerũt alienata causa cognita vltimo .i.pro causa & pro constituendis dotibus filiabus dicti comitis Andreæ ob causam qua possunt alienari res & bona quæ aliter prohibita sunt alienari:vt in auth. res quæ. & in corpore vnde sumitur. C. cõmunia de legatis.& l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad treb. ¶ Et excusari debent protectores & officiales si paruerint decreto iudicis qui interposuit decretum in constitutione mandati de alienando facti per dictũ comitem Ludouicũ ꝑ dictas causas dotium constituendarum. ¶ † Decreta.n.prætoris elusoria esse non debent l.si prætor.in prin.ff.de iudi. ¶ Et præsumitur ꝑ decreto q̃ omnia rectè & rite processerunt vt not. Specu. in titu. de 4

empt.

emp.& vend.§.nunc dicendũ reſtat ver.& breuiter ſcias.& not.
Bal.in l.cũ hi.§.ſi prætor.ff.de tranſ.& in l.nõ aliter. ff.de adop.
& in l.quæcunque C.de bonis quæ lib.& in l.fi.C.de prędijs mi
no.& in c.j.in vlt.co.in tit.qui feu.da poſ.& in l.quocũque.§.fi.
de pub.& Bal.in add.Spec.in tit.de app.in xv.col. & Io.de Imo.
in l.ſi quis cum aliter.ff. de verb.oblig. bene facit.l.j.C.de prædijs curialium.lib.x.& in l.ij.C.de offic.ciui.iu. & c.accepimus.
in verbo,non credimus.de ætate & qualitate. & in c.in præſen-
5 tia.de renun. ¶ † Septimò, excuſari debent dicti officiales: quia
ea quæ fecerunt de mandato dñi vicarij dñi Poteſtatis: & etiam
cum conſilio & iudicio ſapientũ ſeu dominorũ aduocatorum.
& ſic non ſunt culpandi ſi crediderũt dictis peritorũ. l. in bono-
rum.& ibi in hoc not.Bart.ff.de bon.poſ.l. regula.§.ſed iuris.ff.
de iu.& facti ignor.& no.Bald. & Sal.in.l.iuris. C.qui admit.&
Petr.de Anc.in cle.ne Romani.in prin.de ele.& canoniſtę in.c.
finẽ litibus.de dolo & cont.¶ Accedit,quia etiam videtur ꝙ ſer-
uatus fuerit in dicta alienatione dictus modus & illa ſolennitas
6 † quæ ſolita erat ſeruari in alijs ſimilib. alienationibus: prout cõ
ſtare videtur ex ſimilibus mandatis productis per Syndicũ pro-
tectorem:ergo excuſantur officiales ſi ſtilum & conſuetudinem
obſeruarint.l.iij.§.fi.ff.de teſt.l.fi.C.de iniurijs.l.ſecũ.C.quem
admo.teſt.ap. ¶ Octauò quia videt̃ agi debere per comitẽ Ludo
uicum cõtra curatricẽ,cuius authoritate cõſtitutus fuerit procu-
rator ad dictam alienationẽ faciendã, vel cõtra fideiuſſorẽ cura-
tricis, ſi ſoluendo non eſſet curatrix, & fortaſſe poſſet agi contra
dictos officiales,ſi ſoluendo non eſſet curatrix.l. prin.§.ſi magi-
ſtratus.l.ij.& fi.per totum.ff.de magiſtra.conue. ¶ Sed præmiſ-
ſis non obſtantibus contrariam ſententiam de iure probabilio-
rem eſſe puto, ſ. ꝙ dicta alienatio non potuit nec debuit fieri eo
modo quo facta fuit: nec etiã potuerũt nec debuerũt dicti offi-
ciales conſignare dictis emptoribus iura & loca prædicti comi-
tis modo quo conſignauerunt, deſcribendo perſonas dictorum
emptorum in loco dicti comitis: & reſpondendũ de dictis reddi
tibus, & dictos protectores ſeu officiales qui dictam conſigna-
tionem fecerunt,teneri dicto comiti ad reponendum eum in pri
ſtinum ſtatum, ſeu ad ſatisfaciendum ei de dictis ſuis locis & iu-
ribus videlicet alteri conſignatis rationibus infraſcriptis.¶ Nam
conſtat ꝙ per decreta condita per illuſtrem dñm ducem Ianuæ
in fauorem dictorum comitũ Chriſtophori & Andreæ & eorũ
hæredum potuit prohiberi alienatio dictorum iurium. l. dudũ.
C.de contrahen.emp.l.ſi emptionem.§. pri. in verbo more ciui
tatis.ff.co.tit.& l.j.C.nemini lice.habita.lib.x.& no. Bart.in.l.
his.C.de prædijs & omnib.rebus nauicul. lib.x. & in.l. filiusfa.
§.diui.ff.de lega.j.auth.hoc ius.C.de ſacroſan.eccle.& Bar.in.l.
ea.l.C.de condit.ob.cauſam.Nec mirum:quia ſecundũ Bart.in.
7 d.§. diui. † & per præceptum iudicis poteſt prohiberi, alleg. l. ſi
ſciens.ff.de contrahen.emp.& l.ſeruus hac.l.ff.de manu.¶ Vn-
de videmus quod etiam non prodigo põt ex cauſa interdici alie-
natio fundi: vt eſt text.ſingularis in l. de pollicitationibus. & ibi
not.Bar.& Bal.in l.per diuerſas.in ix.q.in.fi.C. mandati. & in l.
prin.in iij.q.C.de contrahen.emptio.facit.l. ſi creditores. ff. de
priui.cred. ¶ Et in propoſito noſtro interuenit cauſa in dicto de
creto prohibitiuo alienationis: quia ad illud proceſſerunt dicti
domini Ianuenſes pro bono & vtilitate eiuſdem ſeu reipublicæ,
& pro ipſo decreto præſumitur quod ſit factũ ex iuſta cauſa:vt ſu
perius dixi.faciunt.no.per Iac.Bu.in l.fi.ſi contra ius vel vti.in l.
reſcripta. C.de præci.impe.offi. ¶ Hoc præſuppoſito dico ꝙ co-
mes Chriſtophorus dando dictis protectoribus & officialibus
cõparatis dictas pecunias recipientibus, & ibi reſcribentibus &
aſsignantibus loca,cum tranſcriptione dicti priuilegii, iuxta co-
lumnã in qua dictus comes Chriſtophorus erat deſcriptus tanq̃
dñs dictorũ locorũ vr̃ dictus comes Chriſtophorus contraxiſſe
ſecundũ formã contentã in dicto ſuo priuilegio: & contra dicti
protectores vel officiales vel adminiſtratores, videntur etiã cum
ipſo comite Chriſtophoro contraxiſſe cũ qualitate & forma de-
ſcripta in priuilegio ſuo, quod erat eis notũ.l.ſi duo.ff.de acq.hæ
8 red.¶ † Et dicit ibi Bal.per illum text.ꝙ ille, qui facit aliquẽ actũ
videtur ſe aſtringere legi loquenti de illo actu: ergo dicti prote-
ctores concedentes dicta loca comiti Chriſtophoro videntur ſe
aſtrinxiſſe legi & decreto conceſſo ipſi comiti Chriſtophoro &
eius hæredibus. ¶ Et maximè cum in dicto decreto mandetur
omnibus officialibus Ianuæ, quòd debeant omnia ibi contenta
obſeruare & obſeruari facere ſub certa pœna applicanda cõmu-
ni Ianuæ per quam pœnã non auferet̃ contrahentibus agendi ad
particulare intereſſe.l.ſi pignore.§. cum furti. ff. de furtis l.j.C.
qñ ciuilis actio præiudi.cr. ¶ Et in propoſito etiam dicit Paul.de
9 Caſ.in. d.l. ſi duo per illum tex. in ver. ſcire potuit. † ꝙ ſi aliquis
acceptat ciuitatem in aliquo loco: videtur ſe obligaſſe omnibus
oneribus ciuiũ illius loci, etiam ſi illa onera ignorabat, quia ſibi
imputet quare non perquiſiuit.& per hoc etiam allegat. no. per
Bal.poſt Pe.in l.quod fauore.in vj.oppoſitione. C. de legi. facit
ad prædicta tex.in l.j.verſicu. his quoque.C. de ſpõ. & in l.ſi is à
quo.§.fi.ff. vt in poſ. le. vbi ſi quis contraxit ſcienter cũ perſona
cuius conditionẽ & qualitatẽ notã habet: videt̃ contrahere ſecũ
dũ illam conditionem & qualitatem quam ipſe habebat & illã
approbare. ¶ Si ergo vident̃ dicti protectores & officiales con-
traxiſſe cum comite Chriſtophoro ſm formam illius priuilegij
ſibi conceſsiſſe ſequit̃ ꝙ dicti protectores penes quos remane-
bit cuſtodia & adminiſtratio dictorũ locorũ & redituũ, non de-
bebant ſm formã & tenorem dicti priuilegij,& per conſequens
non poterant conſignare alicui ementi à comite Ludouico non
exiſtente tunc in ciuitate Ianuæ nec exiſtente ętatis annorũ.xxx.
ſm ꝙ in dicto priuilegio continet̃. & ſic nõ poterũt & conſigna
re dictis emptoribus qui acquiſiuerunt à quodã aſſerto nuncio
ſeu procuratore dicti comitis Ludouici minoris. ¶ Poteſt ergo
tunc dictus comes Ludouicus maior.xxx.ann.exiſtens in ciuita-
te Ianuæ petere ꝙ dicti procuratores ſeu officiales conſignent di
ctos redditus ſibi aut alteri cui voluerit: & prout conſignari de-
bent ſecundũ formam dicti priuilegij: quia non fuerunt liberati
protectores conſignando alteri q̃ cui ſi haberet. l.ſi vrbana.ver.
ꝙ ſi vecturas.ff.de condi.inde.l.ſi hominem.§.ſi nullo.ff.de ſo-
lu. ¶ Et prædicta fortificant̃ ratione, vt mihi vr̃ ſatis cõcludenti:
tunc ſiue dicamus ꝙ dictus cõtractus qui celebrat̃ circa impreſti
ta montis dicatur contractus mutui ſiue dicamus ꝙ ſit cõtractus
emptionis & vẽditionis.Nã alterũ dictorũ duorũ contractuũ eſ-
* ſe oportet vt concludũt magis * cõiter doctores tractantes illam
10 vulgatã quæſtionẽ: † videlicet an percipere annuũ redditum &
in præſtitis quæ fuerũt Venetijs ſeu ex pecunia mõtis Florentiæ
ſit vſura: quã tractant doct.in c.in ciuitate de vſur. & Io. cal.in c.
nauiganti.eo.tit.& Fede.de Senis.in conſilio.ccc.incip.quæſtio
vertitur inter ciues ſuper tali caſu,&c.& per Bal.in l. cunctos po
pulos.in vj.col.C.de ſumma tri.& in l.hac edictali.§. his aliud.
C.de ſecun.nup.& per Bal.& Imo.plenius in l.ſi maritus inquit.
ff.ſol.mat.& Bart.& Sali. in auth. ad hæc.C. de vſu. & latiſsimè
per Petr.de Ancha. in ſua diſputatione incipiẽte, antiquis & mo
dernis temporibus viri catholici.& conſil.xxx.incip.dubitari ſo
let à quibuſdam &c. & per Laurentium de Rodulphis in rep.c.
conſuluit.de vſur.in tertia parte maximè in v.& vlt.q. ¶ Siue er-
go dicamus eſſe contractum mutui ſiue emptionis & venditio-
nis, vtroque caſu dicti protectores, ſeu commune quod ipſi re-
pręſentant, obligatur ad genus illis qui ibi ponunt pecunias ſu-
per monte illo. Nam ſiue attendamus illud quod dat protectori
bus,ſ.pecuniã, & certum qđ eſt genus: quia datum eſt ad nume-
rum, prout in dubio præſumit̃. l. incendiũ. cum ibi notatis per
Bar.C.ſi cer.pe.ſiue attendamus annuos redditus in pecunia cõ-
ſiſtentes ad quos obligant̃ dicti protectores: & etiam ſine dubio
illi annui redditus conſiſtunt in genere. l. ratione. §. incertæ.ff.
ad.l. falcid. vnde dato ꝙ proceſſerint protectores ad faciendam
aliquã conſignationẽ dictorum reddituũ emptoribus prædictis,
quæ legitimè minus emerunt & non acquiſiuerunt ab eo cui li-
ceret alienare non poſſunt dicere protectores ſe eſſe liberatos
vel apud ſe habere illos annuos redditus qui ſpectabant ad comi
tem Ludouicũ: quoniã vt dixi, illi redditus qui debentur comiti
Ludouico conſiſtunt in genere & non poſſet dici illud genus de
ſijſſe extare apud protectores & cõmune Ianuæ, licet aliquã con
ſignationẽ feciſſe allegent dictis emptoribus protectores ſub no
mine comitis Ludouici. vt probatur in l. creditur. in princip. ff.
de ſolut. & in l. lectos. iunctis duabus legibus ſequentibus cum
11 gl.de periculo rei venditæ. ¶ † Bene facit in ratione ibi deciſio
quæſtionis formatæ per Dy.& Bar.& alios in d.l.creditor in pri.
& per Cyn. in l.cum lege. la prima. C. quod metus cauſa. & per
Bartol.in l.falſus.circa.fi.C.de for.& in l.ſi te bonis.C.de iu.de-
liber. cum concor. allegatis per doc. in dictis locis, dum quærit
quòd ſi expulſa eſt vna pars de ciuitate, & illa pars quæ eſt in ci-
uitate

uitate exigit debitores illorum exitorum : an illi debitores libe-
rentur: & inter cætera dicunt ꝙ ſi erant debitores obligati ad ge-
nus:& tunc in dubio non ſunt liberati,qui non ſoluerūt ei cui ſol
uere debebāt & adhuc tenentur ac ſi nihil ſoluiſſent : quia genus
perire nō poteſt per.d.l.creditor.& l. lectos. cū alijs ſupra allega.
tis. ¶ Si qua ergo difficultas ſupereſt conſiſtit ſolū in reſponden-
do.arg.in contrariū inductis ad quorū ſolutioné deuenio. ¶ Nō
ob.primum arg.ſcilicet ꝙ comes Ludouicus renunciaſſe videtur
priuilegio ſuo , conſtituendo procuratorem ad vendendū , quia
reſponderi poteſt pluribus modis. ¶ Et primo quia non apparet
ꝙ eo tempore comes Ludouicus haberet ſcientiā & notitiā ali-
quam dicti priuilegij,& in dubio præſumitur illud ignoraſſe, ex
quo fuit impetratū per aliū.l.fi.ff.pro ſuo.l. qui in alterius. ff.de
12 reg.iur.† ergo nō pōt videri renunciaſſe priuilegio qđ ignorabat
cōpetere ſibi, maximè cū de ipſo priuilegio nulla fuit mētio.l. ſi
mater.ff.de inoff.teſt.l. legitimā. ff.de peti.hær.l. cum Aquilia-
na.ff.de tranſac.¶ Secundo pōt reſponderi ꝙ illa cōſtitutio pro-
cura.ciuitatis Parmę,vbi facta fuit conſtitutio procurationis,nō
poteſt fieri per minoré xxv. annis,qui aliquem contractū vel ali
quā obligationem facere non poteſt, ſine authoritate curatoris:
nec etiam de iure cōi poterat mandatum de vendendo fieri ſine
mandato curatoris,vt infra dicam : ergo dicta domina Andreola
mater dicti comitis Ludouici , quæ tanq̃ curatrix interpoſuit au-
13 thoritatem dicto actui † non erat ſolenniter conſtituta : quia nō
renunciauit ſecundis nuptijs ſpecialiter prout de iure requiritur
quando mater aſſumit tutelam vel curā:vt in auth.matri & auiæ.
Cū gl. C.quando mulier tut.offi. fungi poteſt.& ibi hoc ſequun
tur doc.cōcludentes aliter nō poſſe eam conſtitui tutricé vel cu-
ratricem: vt no.Bart.in.l.ſi quis ſub conditione. ff.de teſta.tute.
¶ Nec iudex qui interpoſuit decretū in dicto mādato ſuppleuit
ex certa ſcientia defectū curatricis:prout requirebat iuxta.l. bo-
norū.C.qui admitti.& no.doc.in l. ſi curatorem.C. de in integ.
reſt.& not.ſignanter Bart.in l.prima.§.idé Pomponius.ff.quod
falſo tuto. auth. ¶ Non obſtat fm argumentum, ſ. ꝙ comes Lu-
douicus non debet poſſe venire contra factū ſuum: quia reſpon-
14 deo † ꝙ quis poteſt venire cōtra actum à ſe geſtum qn̄ ille actus
erat de ſe nullus ꝓp fauorem ipſius qui venit contrà:vt l.j.& fere
per totum. C.de prædijs mino.& l.iubemus.§.ſanè. C.de ſacro-
ſa.eccle.capit.ſi quis presby.de reb.eccle.non alie.& not.plenè
Guil.de Cu.& Bart.in l.poſt morté. ff.de adopt. & plenè not.in
c.diuerſis fallacijs.de cle.coniug. & in capi. noſci. de elec. ¶ Sed
ita eſt ꝙ dicta conceſsio mandati à comite Ludouico minore
xxx.annis de vendendo dicta loca . nō valuit reſiſtentibus dictis
decretis dominorū Ianuenſium etiā quia non interuenit autho-
ritas legitimæ curatricis : ergo poteſt comes Ludouicus conue-
nire, aliter enim de vento ſeruiuiſſent dicti domini Ianuenſes co
miti Chriſtophoro & Comiti Andreæ concedendo dicta decre-
ta prohibentia dictos redditus poſſe alienari per deſcendentes di
ctorum comitum ante perfectam ætatem annorum xxx. ſi dice-
remus quod mandatum de vendendo factum per comitem Lu-
douicum valeret. ¶ Ad tertium argumentum, ſ. quantum eſt le-
gitima comitis Andreæ dicta prohibitio alienationis non debet
habere effectum . Reſpondeo quod ſatis mirandum eſt quòd
pars aduerſa in hoc faciat fundamentum : quia ſatis fragile eſt.
Nam verum eſt quòd pater in teſtamento non poteſt imponere
grauamen filio poſt mortem ipſius patris. quo ad legitimam filij
& ita loquuntur iura allegata in contrarium . ¶ Sed nos quæri-
mus in prohibitione alienationis impoſita tempore acquiſitio-
15 nis ipſorum bonorum . † vnde ſatis eſt quòd filius habeat legiti-
mam ſuam de bonis quæ habebat pater tempore mortis . inſpe-
cto ſtatu & qualitate in quo & in qua ſunt bona tempore mortis
ipſius patris:vt l.etiam.§.fi.ff.de bo.libe.l. cum quæritur. C. de
inoffic.teſta. vnde dato ꝙ illa prohibitio alienationis eſſet onus:
tamen quia bona fuerunt à principio acquiſita cum illa qualita-
te & prohibitione : ſatis eſt quòd filius habeat partem ſuam cum
illa prohibitione & qualitate aliter autem ſequeretur quòd ſi pa
ter totum ſuum patrimonium diſtribueret in acquiſitione bono
rum feudorum , quæ non poſſunt alienari ſine conſenſu domini
quòd filius ↄ̃uenire poſſet:quatenus caperet legitima, qđ deriſo-
rium eſt. ¶ Præterea etiam dictum priuilegiū prohibitiuum alie
nationis fuit per ipſum comitem Andream qui illud confirma-
ri fecit, ergo per eum nec per eius hr̄des amplius impugnari poſ-
ſunt l.generaliter.§.ſed iurō.cū vulg.C.de reb.cred. ¶ Non ob.
quartū arg.ſ.ꝙ nō fuit facta deſcriptio priuilegij, tpe quo prædi-
cti reditus fuerunt deſcripti in perſona comitis Ludouici , & qđ
protectores de dicto priuilegio non fuerunt certiorati, quia rn̄-
deo primò ꝙ incumbebat officialibus dictarū comparat . & di-
ctū priuilegiū deſcribere annuatim in libris & chartularijs ipſo-
rum ſicut à principio fuit deſcriptū,prout madatur eis per decre-
tum & priuilegiū . ¶ Secundo , rn̄deo ꝙ tenebantur inueſtigare
dicti officiales de dicto priuilegio comitis Chriſtophori quod fa
cile inuenire potuiſſent recurrendo ad originalem deſcriptioné
dictorū locorum, iuxta quā erat præſcriptū priuilegiū . vnde fue
runt in culpa ſi non inquiſiuerunt id quod de facili inuenire po-
tuerūt, vt not.gl.in l.locus.in gloſſ.fi.ff. de acq.poſ. ¶ Bene facit
tex.in d.l.ſi duo.in verb. ſcire potuit. ff. de acq. hær. & quod ibi
no.doc.maximè d.Pau.de Caſt.cuius verb.s̃.retul. ¶ Bene facit
etiam ad hoc quod habetur in c.innotuit.de ele.cum notatis ibi.
16 † circa ea quæ ſpectant ad officium alicuius , non eſt probabilis
ignorantia in facto alieno ſi potuit de illo facto inueſtigare , ſed
ita eſt qđ ſpectabat ad officium dictorum officialium annuatim
deſcribere in libris , & chartularijs ſuis , prout continet in dicto
decreto ergo non excuſantur ꝓp allegationé ignorantiæ. ¶ Ter-
tiò, rn̄deo ꝙ dato etiā ꝙ habuiſſent ignorantiā protectores & of
ficiales de dictis priuilegijs, tn̄ non ſequitur ꝙ ꝓp hoc fuerint li-
berati, conſignādo alteri quam cui conſignare debuerunt, tamé
quia conſignarunt ad inſtantiam eius qui non eſt legitimus pro-
curator, quia in mandato ſibi facto non interuenit authoritas cu
ratricis legitimè conſtitutæ, vt dixi, quæ authoritas curatoris etiā
requirebat tam ex forma ſtatutorum Parmæ , q̃ de iure cōmuni
in alienando ſeu in alienatione rerū immobiliū ſeu rerū quæ ſer-
uando ſeruari poſſent. l.lex quæ tutores. C.de adm.tu. & not.in
l.ſi curatoré habens. C.de in integ. reſt.mi. & tales annui reddi-
tus connumerant inter immobilia, vt in cle.exiui in prin. in ver.
cūque annui.de verb.ſign.& not.in l.iubemus.in prin.C. de ſa-
croſan.eccleſ.& in auth. de non alie.§.hæc nos, ergo.cum gloſſ.
¶ Tum etiā quia aſsignarunt ei cui ꝓp dicta decreta non potue-
runt de iure conſignari , vnde de iure non liberantur , vt eſt bo-
nus textus in præalleg.l.ſi vrbana.ff.de condit.indebi. per quem
17 textum dicit in propoſito Bart.† ꝙ ſi abbati [a] non iuſtè electo &
a ingreſſo monaſterium ſoluta eſt penſio à conductoribus, an libe
rantur conductores ſoluentes, diſtinguitur. aut conductores cō
duxerunt ab illo abbate intruſo, & liberentur, aut non conduxe
runt ab illo ſed à vero abbate poſteà ſoluerunt abbati intruſo , &
tunc non liberantur & tunc diſtinguit illa lex. ergo cum iſte con
tractus fuerit celebratus cum comite Chriſtophoro , & ſic cum
vero dn̄o, non liberant protectores ſoluendo dicto procuratori
qui non erat legitima perſona, & qui procu.in illo tpe nō habuit
legitimam perſonam . ſecus ſi in aliquo tēpore ſcientibus dictis
protectoribus, procurator habuiſſet legitimam perſonam & po
teſtatem recipiendi dictam conſignationem & vendendi , & po
ſtea fuiſſet extincta poteſtas dicti procuratoris ignorantibus di-
ctis protectoribus, liberarentur dicti protectores ſoluentes, vel
conſignantes ei cuius poteſtatem reuocatā eſſe ignorauerunt.&
ita loquitur text.in l. qui in prouincia.ff. ſi cer.pet. & in l. cū q̄s.
§.primo.ff.de ſol.hanc vltimam ſolutionem tn̄ non pono ex to-
to pro conſtanti ꝓp vnum quod voluit Bar.in d.l.ſi vrbana.dum
dicit ꝙ ſi conductores conduxerūt à vero abbate & ſoluerūt ab
bati intruſo & non legitimè ingreſſo , tamē ſi ſoluentes habebāt
iuſtam cauſam credendi eum eſſe verum abbatem, vt quia habe-
bat confirmationem ſuperioris quæ forte de iure non tenebat, li
berarentur per l . cum fundus. §. cum ſeruum tuum imprudens.
ff.ſi cer.pet.quod non approbat Fulgo.in d.l.ſi vrbana in debito
re obligato ad genus , prout in propoſito noſtro , quia etiam ca-
ſus fortuitus non liberat debitorem generis d.l.incendium.cum
ſi.in propoſito videtur hoc velle Bald.in l. falſus. C. de fur. circa
pe.co.vel antepenult.in verbo vlterius quæro. & quod ſequitur
&c . quinimo tutior videtur prima & ſecunda ſolutio . s̃. di-
cta quæ non incidunt in iſtud dubium . ¶ Non obſt. quintum
ar.quod in dictis priuilegijs non dicatur quòd protectores tene-
rentur , quia reſponſio patet ex ſupradictis , quoniam protecto-
res concedendo dicta bona & redditus comiti Chriſtophoro,
cui ſciebant eſſe conceſſum priuilegium , quòd alia loca ſeu per
ipſum acquirenda nō poſſent poſtea ſibi aſsignari, niſi ſibi aut hę
redibus

redibus aut successoribus suis existentibus in ciuitate Ianuę & ha
bentibus ętatem annorum xxx. videntur cum illa conditione &
qualitate secum cõtraxisse & alteri personę restituere non dicun
tur liberati à sua obligatione consistente in genere: vt,s̃. plenè
probaui. ¶ Non obstat sextum argumentũ.s. qđ dicta iura & lo-
ca fuerunt alienata ob causam dotium consumendarũ sororibus
dicti comitis Ludouici, propter quam causam possunt alienari:
quia respondeo primò quod etiã ex forma dicti decreti erat pro-
hibita translatio & alienatio dictorum bonorũ pro causa dotiũ.
18 ¶ Secundo respondeo † licet bona quæ ex dispositione vltimæ
voluntatis sunt prohibita alienari, possunt alienari pro causa do-
tis: vt auth. res quæ. C. cõia de le. tamẽ secus est in rebus quæ sunt
prohibitæ alienari ex dispositione inter viuos: vt probat gl. no. l.
nulla. quam ibi ad hoc ponderat Bal. in fi. C. de iu. do. & no. Bal.
in c. j. §. donare. in ti. qualiter olim feu. po. alie, sed dicta bona e-
rant prohibita alienari ex dispositione facta inter viuos, nedũ ex
vltima voluntate: ergo &c. ¶ Non obstat ꝙ debent posse excu-
sari dicti protectores si paruerint decreto iudicis, qui interposuit
suã authoritatẽ mandato facto per comitẽ de vendendo, quia rñ
sio patet ex supra dictis: & maximè quia in dicto mãdato in quo
erat interpositũ decretum iudicis Parmensis, nõ erat mentio de
prohibitione alienationis: de quo in dicto priuilegio. vnde de-
cretũ iudicis appositũ in mandato comitis Ludouici non potuit
extendi ad dictam prohibitionem alienationis, de qua non co-
gnouerat. l. si ex testamento. in fi. & l. mater. §. eadem. ff. de ex-
cept. rei iud. ¶ Non ob. aliud argumentum dum dicit ꝙ excusari
debuerunt protectores si paruerint mandato vicarij seu superio
ris qui mandauit dictã venditionem & translationem fieri posse
& ita etiã retulerũt sapientes & aduocati comparat. quia respon
deo primò & eodẽ modo, quo proximè dixi, ꝙ dictus vicarius &
sapientes non habuerunt notitiam priuilegiorũ & prohibitionũ
alienationis prædictæ de qua debuerũt protectores & officiales
comparatarũ inuestigare: & eadem de facili inuenire potuerũt:
vt superius declaraui. vnde non sunt excusati, nec mandatum vi-
carij trahitur ad ea quæ sibi incognita fuerũt: vt ego dixi. ¶ Secun
do respondeo per ea quæ tradit Bald. in l. falsus. C. de fur. in pe.
vel antepe. co. in ver. vlterius quæro. &c. vbi post Nicolaum de
19 matha. † quærit si debitor per sententiã iudicis est coactus solue-
re falso procuratori, an liberetur. & concludit ꝙ si ille procura-
tor falsus nunq̃ habuit mandatum qđ non liberatur debitor per
l. qui hominem. §. si nullo. de sol. & l. si quis possessor. §. fi. ff. de
pet. hær. quia cũ domino nullũ negotium gestũ est. vt in præal-
leg. l. si vrbana. Si autem mandatum habuit obscurum, & ratio-
ne obscuritatis iudex interpretationẽ fecit ampliatiuã cum fortè
facere debuisset arctatiuam, & sic pronunciauit procuratorẽ esse
idoneũ ad recipiendam solutionẽ cum nõ esset: & tunc liberatus
est debitor soluendo: quia error processit à dño in cuius potesta-
te fuit clarè & apertè loqui. l. veteribus. ff. de pac. & idem dicit in
quocũque alio dubio iuris vel facti quod orit̃ culpa constituen-
tis: quia culpa sua nõ debet esse alterius pœna, ſm Nico. de mat.
& Bal. ibi: secus si habuisset mandatũ & illud fuisset legitimè re-
uocatũ & notificatũ per reuocantẽ: nã tunc non liberat̃ debitor:
quia non debet creditori nocere iniuria facta debitori. ar. ff. de
euic. l. si per imprudentiã. & l. exceptionẽ. ff. de fideic. nisi culpa
creditoris intercessisset, sed vbi non intercessit culpa nec credi-
toris nec debitoris: tunc debitor non liberabitur: quia in debito-
rem principaliter infertur iniuria ſm Nic. de mat. & Bald. in. d.
l. falsus. ad hoc allegat̃. l. si stichum. §. fi. ff. de sol. & l. soluendo.
ff. de neg. gest. ¶ Sed ita est quod absque aliqua culpa dicti mino
ris mandatum factum procuratori de vendendo erat inefficax
quæ inefficacia mandati procedebat maximè à dicto priuilegio
prohibente alienationem, de quo priuilegio minor habebat seu
habere præsumebat̃ ignorantiam: vt s̃. probaui: ergo illæ decla-
rationes vicarij Parmæ & sapientium non debent obesse credi-
tori. scilicet comiti, sed illis qui soluerũt seu dictos redditus con-
signauerunt procuratori non idoneo vel alteri ad eius instantiã.
20 ¶ † Pro hoc bene facit id quod no. Bart. in l. licet. in vlt. co. C. de
proc. & etiam ibi Cy. & alij, & Inn. in c. super literis. de rescri. &
Ioan. And. in c. j. de proc. & Spec. in ti. de syndico in verbo quid
si iudex. vbi dicunt quòd si quis comparuit in iudicio tanquàm
procurator Titij contra Seium, & Titius opponat quòd ille non
habet legitimum mandatum, & iudex inter procuratorem & Se
ium pronunciat illum procuratorem habere legitimũ mandatũ
à Titio, ꝙ illa pronunciatio iudicis nõ nocebit Titio in alio post-
quàm ipse nõ fuit præsens in alio iudicio. ar. l. cũ non iusto. ff. de
col. detegenda. poterat postea Titius contra Seium allegare ꝙ il
le non habebat legitimum mandatũ ab ipso Titio. ¶ Et ita est in
proposito: quia illæ declarationes factæ absente comite Ludoui
co, non habent sibi obesse: si millies ostendatur illum Michaelẽ
habuisse legitimã personam ad vendendũ dicta bona. ¶ Nec ob.
quod fuerit in dictis allegationibus seruatus ille ordo qui erat so
litus seruari in similibus: quia respondetur quod ille ordo consue
tus, de quo fit fides, nõ fuit seruatus circa alienationem locorum
& reddituũ, quibus concessa essent talia priuilegia, cum prohibi
tionibus alienandi, qualia erant concessa in proposito nostro: &
sic ex diuersis non recta fit illatio. l. inter stipulantem. §. Stichũ.
ver. sed hæc dissimilia. ff. de ver. ob. & l. fina. ff. de calumnia. Po-
stremo. nõ ob. quod primò debeat agi per comitem contra cura-
tricẽ & fideiussorẽ eius, anteq̃ agatur contra dictos officiales seu
protectores iuxta. l. j. & ij. ff. de magi. conuen. quia rñdeo ꝙ si co
mes Ludouicus vellet agere cõtra iudicẽ q̃ dedisset illã curatricẽ,
& qui accepisset illũ fideiussorẽ: tunc verũ est qđ non posset age-
re contra iudicẽ qui dedisset illam curatricem & qui recepisset il
21 lum fideiussorẽ nisi in subsidiũ & ita loquunt̃ contraria. ¶ † Sed
quoties volo agere cõtra eum qui mihi tenebatur ex contractu,
quem secum celebraui, vt si id quod mihi debebat in genere, alte
ri soluit, nihil obstat, quin ego possim agere cõtra talem mihi ob
ligatũ, etiã si noluit agere cõtra tutorẽ vel curatorẽ: vt probat̃ in.
l. j. & per totũ tit. C. si tutor vel curator inter. vbi etiam remediũ
ordinariũ pendente restitutione in integrũ per minorem contra
alium non tollit̃: q̃uis minor possit agere contra tutorem ex eo-
dem facto, vt l. fi. C. si tu. vel cur. q̃uis remediũ substitutionis in
integrũ consueuit esse subsidiarium. l. in causæ. la ij. ff. de mino.
¶ Præterea fortasse etiam curatrix ignorabat & ignorare præsu-
mebatur dicta priuilegia, quam ignorantiam allegare non pos-
sunt dicti officiales vt probaui. Et sic ea ratione contra ipsam cu-
ratricem agi non posset. ex quibus concludit̃ dictos protectores
non esse liberatos à dicto comite. & esse respondendũ & proui-
dendum de suis reditibus per dictos protectores & officiales. &
quia vt audio tales domini iudicantes plurimũ adhærent veritati
& æquitati in iudicando, hoc tanto magis facere debent, quia ali
ter incideremus in absurdũ: videlicet ꝙ dominus comes Christo
phorus sub fide dominorũ Ianuensium priuilegia concedentiũ,
voluit tutè prouidere sibi & successorib. suis remaneret sub tali
fide delusus & deceptus ipsę & eius descendentes, quia circa hoc
in aliquo nõ peccauit comes Christophorus, comes Ludouicus
qui in minori ætate constitutus nullam habens scientiam de di-
ctis priuilegijs mandatum illud fecit & quod deterius est pecu-
niæ, in vtilitatem conuersæ minorum, non reperiuntur, æquissi-
mum est igitur quod protectores & officiales prouideant dicto
comiti de suis reditibus, qui pro obseruantia fidei suæ communi
tatis & priuilegiorum habere notitiam tenebantur, quia specta-
bat ad eorum officium annuatim in libris suis describere prout
descriptum fuit à principio, & vt ne argui possit minor in aliquo,
suadeò vt offerat se paratum cedere dominis protectoribus om
nia iura sibi competentia contra dictam curatricem & eius fide-
iussorem & dictum procuratorem.

ADDITIO.

a ¶ Abbati. infra. lib. v. consilio. cxx. colum, ij.

EPITOME.

1 Testamentũ solenne reuocat̃ per simplicem declarationem
factam coram testibus ab habente liberos. h. d.

CONSILIVM CIIII.

PAucis vtar qm̃ satis abundè per famosissimos dominos
supra consulentes discussus extitit passus, de quo quærit̃
1 s̃. ¶ † An primum testm̃ in quo Petronius vniuersalis hę
res fuit institutus & filiabus testatoris relictũ certũ quid pro doti
bus iure institutionis, sit sublatum per sequentẽ vltimam volun-
tatẽ factam coram septẽ testibus, in qua omne aliud testm̃ præ-
cedens reuocauit, omni meliori modo via iure & forma quibus
posset volens pro intestato haberi, quo tẽpore extabant & extãt
filiæ

filiæ testatoris. ¶ Et hanc quæstionem videt indecisam reliquisse Bartol. in lecturis modernis in l. si ita. §. regula. in fi. ff. de lib. & posth. sed post eã clarę decidit. in l. si iure. de leg. iij. quod aut testator corã septem testibus dicit volo primũ testamentũ non valere: quia volo decedere intestatus. & tunc videtur instituere venientes ab intestato quorũ aditione ademptio confirmatur. l. si quis hæres instituatur si legitimus. ff. de hære. instit. & iste est casus noster. sed si simplr dixisset volo primũ testm̃ nõ valere, tunc nõ esset reuocatũ primũ nisi cursu. x. annorũ l. sancimus. C. de testa. insti. quibus modis testa. infir. §. pe. & cũ hac opi. concordat Pe. de Anc. & Io. de Imo. in c. cũ esses. de testam. & Bar. in l. sancimus. C. de testam̃. & Raph. Cu. in repetitione sua l. si filius qui in potestate. in xxvj. col. ff. de lib. & posth. & probatur in l. j. §. si hæres. fm vnam lec. gl. ff. si tabu. testa. nullę extabunt. & idẽ voluit Io. de Imo. in c. cũ esses. de testamentis. ¶ Et idẽ voluit Ioan-
2 nes de Imo. in præallegata. l. si ita. §. regula. † vbi dicit plus, vide-
a licet ꝙ si testator dixisset [a] volo simpliciter primum testm̃ non valere. dato quod non dixisset se velle intestatũ decedere: tñ primũ erit sublatum: quia dicendo volo primum testm̃ non valere, in consequentiam tacite dicit se velle intestatum decedere: & sic vr̃ vocare veniẽtes ab intestato. l. conficiuntur. in princip. & in l. si quis cum nullũ. ff. de iure codicillo. & dicit hoc tenere dñm Hono. de perusio. in l. hac consultissima. §. si quis. C. de test. & rñdet ad. l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de testamen. mili. & ad dictam. l. sancimus. ꝙ ibi non interuenit solennis numerus septẽ testium. ita rñdet ad l. sed si in conditione. §. fin. ff. de hæredi. in-
3 sti. † vbi hæreditas & libertas fuit data seruo hęredi vniuersaliter instituto, non põt in codicillis adimi libertas: quia non posset illa ademptio confirmari per aditionẽ hæreditatis: quia seruus cui adempta esset libertas non posset adire hæreditatem, ergo ita videbatur in proposito ꝙ ex quo nullus erat hic in postrema voluntate institutus cuius aditione posset confirmari ademptio libertatis ꝑp regulam positam in d. l. si ita. §. regula. vbi traditur regula quod si seruo data est hæreditas & libertas: non potest vnum adimi sine alio vel in d. l. sed si in conditione. in codicillis coram quinque testibus fœminis voluit facere illam ademptionem, ex quo sequebatur adẽptio hæreditatis, quod quidem fieri non potest: quia in codicillis hæreditas admi nõ potest. l. ij. C. de codici. secus qñ coram solenni numero testiũ fit ademptio hæteditatis: quia tacitè vident inuitari venientes ab intestato ad hæreditatẽ. Ergo debet tolli primum testamentum sicut quando expresse dixisset, velle decedere intestatũ p no. per Bar. in præallega. l. si iure. & dixi. s̃. Secundò principaliter fundatur intentio filiarum, ex his quæ not. Bartol. in præalle. §. veteranus. vbi inquit ꝙ si in primo testamento fuerunt instituti non venientes ab intestato, & postea testator coràm quinque testibus dixit velle irritum primum testm̃, & sic velle ab intestato decedere, tolleret primum testm̃: quia sufficit inter ipsos succedentes ab intestato quodcunque voluntatis indicium per d. l. hac consultissima. §. si quis. & l. ij. ff. de iniusto. test. & sic vult. ꝙ text. in. §. veteranus. procedat qñ venientes ab intestato erant instituti in primo testõ per d. l.
4 hac consul. §. si quis. ¶ † Tertio principaliter confirmatur dicta conclusio: quia inter liberos sufficit quocunque modo constet de voluntate testantis, reiectis omnibus solennitatibus à iure ciuili inductis, & quod interuenerint solennitates quæ sunt de iure diuino vel gentium, quo iure cautum est ꝙ in ore duorum vel trium stat &c. hæc probantur in l. hac consul. §. ex imperfecto, & ibi no. Bart. & alij in fi. C. fami. ercisc. & per not. in l. fin. ad fi. de codicillis. vnde tunc succedit id quod decidit in proposito
5 Bald. in repe. l. j. in vlt. col. C. de sacrosan. eccl. † vbi quærit quid si testator reuocat institutionem ad pias causas dicendo reuoco, non tamen alium hæredem facit, an valeat reuocatio, & dicit ꝙ sic inspecto iure diuino quo solum attenditur intentio testatoris. ergo cum esset inter liberos attendi debeat idem quod iure diuino & iure gentium introductum fuit. Sequitur quòd per vltimam dispositionem intelligitur esse reuocatum præcedens testamentum. & hoc etiam tenuit Pau. de Cas. in d. auth. inter liberos præallega. ¶ Hoc postremo iuuatur ex dispositione municipalis censuræ sub rubrica de testamentis & vltimis voluntatibus vbi hoc vr̃ expressum. ¶ Ex quibus patet non obstare si diceretur quòd Ful. in d. l. sancimus. videatur tenere quòd per illa verba, nolo primum testamentum valere. Sed volo decedere intestatus non inducit reuocatio prioris testamenti per. d. §. veteranus. alle. tñ pro opin. Bart. tex. in d. l. j. §. si hæres. ff. si tab. testa. nullæ exta. nõ rñdet Pau. de Ca. in d. l. sancimus. & in l. hæredes palã. §. si quid. ff. de testa. vr̃ tñ concordare cum opi. Ful. per d. l. sancimus. & per §. veteranus. quia dico ꝙ ex præmissis multiplex patet rñsio. primò. n. non ob. §. veteranus. ff. de testa. milit. quia fm intellectum Bar. ibi procedit qñ essent instituti in eo venientes ab intestato aliter non per d. §. si quis. ¶ Secundo, procedit ille text. qñ non interuenissent solennitates numeri septem testium, vt ibi patet & declarat Io. de Imo. in d. §. regula. ergo nõ procedit ille text. vbi extarent liberi qui viderentur vocati ex vltima dispositione testatoris per. §. ex imperfecto. & dixi in tertio principali fundamento: & istæ duæ rñsiones adaptantur etiã ad l. sancimus. ad quã. ¶ Tertio modo rñdet Bald. in præalle. l. si viri, s. ꝙ ibi dicit primũ testm̃ non aũt subiunxit se velle intestatũ decedere, per iura superius allega. ¶ Nec huic rñsioni obstat rñsio Ful. in d. l. sancimus dicentis ꝙ expresio eorum quæ tacitè insunt nihil operatur. l. iij. de leg. j. l. non rectè. C. de fideiuss. sed si dixit se nolle primum testm̃ valere inest tacitè quod vult ab intestato decedere: quia rñdeo ꝙ non sequitur, testator noluit primũ testm̃ valere, ergo voluit venientes ab intestato succedere, vt probatur per not. per gloss. & doc. in l. proximè. in gloss. ij. ff. de his quæ in testa. delen. & in l. in naturã. in glo. in ver. non valere. C. de testa. vel potest etiam responderi fm Io. de Imo. in d. §. regula. cuius verba superius retuli. ¶ Nec insisto an ista secunda voluntas sit intestati postq̃ omnino producit effectum reuocationis primi testamenti. d. §. veteranus. Igitur talis disputatio nõ est necessaria. l. Gallus. §. si eius. ff. de libe. & posthu. & l. ꝙ si dubitet. ff. de acq. hære.

ADDITIO.

a ¶ Dixisset coram septem testibus, tunc. n. aliud de iure non requirit & sequit Gu. pap. An. rub. consi. xlj. & verum puto indistinctè licet non fiat fauore liberorũ. & vt seq. Alex. j. lib. iij. consi. xxx. col. ij. licet Alex. in d. §. regula. & in d. l. sancimus. * & vtrobique Ia. & alij * crebrius sequuntur Bart. vt dixi in consu. paris. §. xcvj.

SVMMARIVM.

1 *Protocollo statur, si est differentia inter instrumentũ datum parti, & protocollum.*
2 *Protocollum q̃uo discernitur ab instrumento inde sumpto.*
3 *Scripturæ pleniori quomodo statur.*
4 *Notarij error probatur per ipsum cum vno teste.*
5 *Notarius rogatus præsumitur de clausulis consuetis.*

CONSILIVM CV.

IN causa correctionis erroris mota pro parte Fantutij de Fantut. rationibus quibus in processu apparet: vt vestris reuerẽtijs morẽ geram, scribam q̃ magis compen-
1 diosè. † Et primum quidem principale fundamentum erroris cõstat, quia cũ sit differentia inter scripturã authenticam datam à notario parti, & scripturã originalem, i. matricem quæ
a remansit apud notariũ ex discordantia stari debet originali [a] seu matrici. ¶ Et per ipsam dr̃ probari errorem fuisse cõmissum in authenticando scripturam seu instrumentũ datum parti, vt legitur & notatur in auth. de tabellio. §. illud. & l. si quis ex argentarijs. §. prætor. & in hoc notat Bar. & alij. ff. de eden. not. Specu. in titu. de libel. concep. §. restat. in princ. & per Bart. in l. si librarius. ff. de regu. iur. & in l. Sempronius Proculo. ff. de leg. ij. & Bart. consi. xxviij. inci. ex facto proposito. Bal. in l. nec exemplum. C. ad. l. Cor. de fal. & in l. imperator. ff. de sta. ho. & Ant. de Bu. in c. ex literis. de fide instrum. ¶ Sed ita est ꝙ in scriptura originali & matrice vltimo loco producta apparet renunciationẽ beneficij de fideiuss. & beneficij de duobus reis quæ quidem renunciationes non reperiũtur in dato per notarium parti, ergo dicitur esse probatum de errore & per cõsequens corrigendus est, fm quod dispositum est in statuto intẽtato & etiam est de iure cõi. ¶ Nec huic primo fundamento obstat, si diceretur ꝙ non apparet ista nota notarij vltimo loco producta, cum dictis renunciationibus sit prima originalis & matrix, attento quod reperitur esse in actis quædam alia nota & ratio eiusdem contractus & instru-

inſtrĩ quæ cõcordat cũ authentico dato parti: & ſic cum duæ ſint
notæ nec appareat quę ſit magis originalis non vr̃ ſtandũ vni ma
gis q̃ alteri:arg.l.duo ſunt Titij.ff.de teſt.tute.l.ſi fuerit.ff.de re-
bus du.in prin.l.ſtatu liberum.§.ſi inter.ff.de le.ij.l.ſcripturæ.
2 C.de fide inſtr.† quia rñ.quod imo apparet quod notariæ.vlti-
mo loco ꝓducta eſt matrix & prima originalis. patet: quia in ea
ſunt imbreuiaturæ, & in ea ſummatim & breuius eſt deſcriptus
effectus cõtractus: alia vero eſt extenſa & longa in omnibus per
omnia:prout eſt authenticũ:& per cõſequens illa quæ eſt imbre
uiata dr̃ eſſe matrix & magis originalis:vt no.Bal.de fide inſtr.in
rub.xj.col.& in l.teſtamẽta omnia. C. de teſtam. facit quod no.
Io.de Imo.in d.l.Sempronius Proculo.& in l. cum quæritur. in
fi.ff.de leg.ij.¶ Præthereà qđ illa ſit matrix & originalis ſcriptura,
atteſtatur ipſemet notarius de ipſa rogatus, & qui ipſam ſcripſit.
Nã in iſtis ſtari debet dicto notario.l.ſi quis decurio.& ibi Bart.
in l.ij.§.ſi quis neget.ff.quemad.teſt.ape. Nam in his quæ ſpe-
ctant ad officiũ tabellionis ſtatur dicto ſuo, ſi dicit ſe recordari:vt
no.Bart.in d.l.ſi librarius.ſed ad officium tabellionis pertinet cu
ſtodire penes ſe primam originalem ſcripturã cõtractus, ſeu ma-
tricem:vt in d.auth.de tabel.§.pe.& not.Bar.in d.l.ſi quis ex ar-
gentarijs.§.prætor.in fi.de eden.& in l.ſi librarius. cum ſimi.er-
go debet credi notario aſſerenti ſe ſeruaſſe ipſam matricẽ, & ori-
ginalem ſcripturã dicti contractus.¶ Nec etiam prædictis ob.ſi
diceretur ꝙ ſignificat ſer Signorinus in quadam ſcripta per eum
die xxvij. Aprilis.& vr̃ declarãdo ſuõ libellũ aſſerere ꝙ error fuit
cõmiſſus per notariũ etiam in prima matrice: aſſerens in ea fuiſ-
ſe omiſſas renunciationes, de quibus in libello & per conſequẽs
vr̃ ꝙ modo producit̃ tanq̃ matrix, & originalis in quo ſint dictæ
renunciationes, nõ debet intelligi ꝙ iſta not. vltimo loco produ
cta ſit nota illius inſtrĩ & cõtractus, de quo fit mentio in libello.
Sed debet intelligi ꝙ ſit nota alterius cõtractus inſtrĩ:niſi eſſet ca
pitulatũ & probatũ ꝙ ille cõtractus promiſsionis ſemel tm̃ inter
illos cõtrahentes fuit celebratus, & nõ pluries &c.per no.per Io.
de Bu.Bar.& Bal.in l.ij.C.de errore aduoca. Bar. & alios in l. ij.
C.de bo.po.ſm tab.& in l.j.vel ij.§.ſi quis neget.ad fi. quemad.
teſt.ape.in l.hæredes.palã.in prin.ff.de teſt. per c.cũ Io.de fi.in-
ſtru.& in l.j.C.ſi vnus ex pluribus appel.¶ Iſtud eſt in quo pars
aduerſa vr̃ facere potiſsimum fundamentum. Sed hoc in veritate
nullo modo obſtat, & pluribus modis rñdeo, quod ſi bene lega-
tur ſcriptura comparationis Signorini producta dicta die.xxvij.
Aprilis, nõ fundat intentionem partis aduerſæ: modo quo pars
aduerſa dicit. Nam in dicta comparatione in ſcriptura dicit ꝙ in
prima matrice ſeu originali notarij apparet ꝙ dictus notarius ro
gatus de prædicto ꝯctu ſcripſit cũ renunciationib. beneficiorũ,
de duobus reis & fideiuſſoribus, prout intentione Signorini cõ-
tinentur, iſta, ſcilicet in effectu verba ſcripturæ: cum ergo in no-
ta extenſa producta in actis non ſit illa clauſula cum renunciatio
ne beneficiorum &c.ſequitur quòd Signorinus in dicta compa-
ritione non ſenſit de illa ſcriptura extenſa: verũ quia illa clauſula
cum renũciatione beneficiorũ bene reperit̃ in imbreuiatura, &
no.in vlt.loco producta:ergo verba dictæ cõparitionis ſer Signo
rini debent referri ad illam imbreuiaturam, & intentio ac virtus
dictæ comparitionis erit quođ debeat corrigi inſtrumentum au-
thenticum ſecundũ formam contentam in libello, & ponantur
extenſæ renunciationes beneficij nouarum conſtitutionum de
duobus reis debendi, & de fideiuſſoribus epiſtolæ diui Adriani:
quæ renunciationes non reperiuntur ita latæ & abunde in vlti-
ma nota vltimo loco producta loco matricis originalis, quia in
ea non fit mentio epiſtolæ diui Adriani, & nouarum conſtitutio
nũ:& iſto modo apparet ꝙ cõparitio ſer Signo.quæ loquit̃ de ve
ro originali, non inducit iſtam notam vltimo loco productã eſſe
aliam notam alterius cõtractus præſertim cum debeant intelligi
& interpretari verba dictæ comparitionis, prout eſt fauorabi-
lius ipſi Sign. cauſa producenti.l.ſi quis intentione ambigua.&
ibi declarant doc.ff.de iud.no.do.in c.ij.de ordi.cog.& in c.exa
minata.de iud.¶ Secundo reſpondeo quod not.ſer Iac.cuius di-
cto in ſimilibus ſtandum eſt: vt in principio probaui atteſtatur
cum iuramẽto ſuo, ꝙ iſta eſt nota illius cõtractus & inſtrĩ de quo
fit mẽtio in libello Signorini:& ſic poteſt dici quod non ſit nota
alterius contractus.¶ Tertio rñdeo ꝙ ex identitate diei aut loci,
aut præſentia eorundẽ teſtiũ apparet ꝙ iſta no. vltimo loco pro-
ducta eſt de eodem contractu, de quo loquitur inſtrm̃ authenti-
cum datum parti:& de illis loquitur alia nota extenſa:quia idem
dies, idẽ locus ijdem teſtes ſunt deſcripti in inſtrõ authentico, &
in nota abbreuiata, & in nota extenſa:ergo q̃uis tunc aliqua eſſet
varietas inter vnam notam & aliã:tñ idem intelligeretur eſſe con
tractus, q̃uis aliter non eſſet probatum qđ ſemel tm̃ factum fue-
rit ille ꝯctus. ita expreſſe voluit Ab. Sicu.de fi.inſtr.c.cum Ioan.
circa.ij.co.in ver.no.ꝙ vbi teſtes viderũt, &c.vbi vult ꝙ allegata
in contrariũ procedant qñ nõ apparet de eodem dic.& idem eſt
de mente Io.de Imo.in l.planè.la.j.poſt.prin.ff.de leg.j.in ṽſic.
quid aũt qñ apparet, &c. ¶ Quarto rñdeo ꝙ etiã dato ꝙ iſta cõ-
paritio ſer Signorini voluit affirmare qđ in prima matrice nõ eſ-
ſent dictæ renũciationes beneficiorũ de duobus reis & fideiuſſ.
Non tñ habuit reſpectũ ad illã notam vltimo loco productã, quę
vera eſt prima originalis:& de illa non poterat ſentire.quia de ea
non habebat tunc notitiam:ſed ex poſt facto deuenit ad eius no-
titiam. Quinimo illã produxit:& poſtea cum iurõ qđ nouiter ad
eius notitiã deuenerat:qđ quidẽ iurm̃ ad hoc eſt ſufficiens proba
tio.c.paſtoralis.de excep.c.præſentiũ.& ibi gl.de teſt.c.ſi vero.
de ſen.excõ.& ibi gl.no.in c.vt circa.de elect.in vj.& in l.ſi cui.
§.ijſdemque.ff.de acc.cum ſimilib.ſed iſta ſcriptio & æqualitas
nõ erat in caſu iurium.alle.in contrarium.& iſta eſt veritas ſicut
Deus, ꝙ oẽs notæ ſunt de vno & eodẽ cõtractu, & etiã ex inſpe-
ctione earũ apparet:vt dixi.s̃.& magis nociuũ eſſet ad illam ſum
mam duplicatam. Prætereà vltra hoc eſt aliter probatũ de erro-
re:vt j̃.dicet̃.¶ Secũdo principali fundamento moueor ad oſten
dendum probatũ eſſe de errore per id quod dicit Bal.in d.l.impe
rator, circa.viij.col.ff.de ſta.ho.in verbo, ſed nunquid vnum in-
3 ſtrm̃ &c.† vbi quærit an per vnũ inſtrm̃ probetur error alterius
ſi ſunt ſcripta manu eiuſdẽ.& concludit qđ ſi vnũ continet plus
quàm aliud & illud plus poteſt probari & reduci ad minus: vt in
ſummis, & valet in minori ſumma.arg.l.diem proferre.§.ſi plu-
res.ff.de arbit.aut non põt reduci, vt quia ſcriptura eſt plenior q̃
altera, vt q̃a cõtinet plura capitula, & tunc pleniori ſcripturæ ſta-
bo, vt ar.l.ſi ita ſcriptũ fuerit Titius imò Seius.ff.de hære.inſti.&
l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initium.ff.de eden.¶ Sed ita eſt quod
not. imbreuiata vltimo loco producta cõtinet plura capitula in
ſubſtantia, q̃ cõtineat alia not.patet quia nota imbreuiata conti-
net renunciationẽ beneficiorũ de duobus reis & fideiuſſoribus
quæ non continet̃ in alia nota, ergo illi habẽti plura capitula ſtan
dũ.¶ Nec ob.ſi diceretur prout dicebat pars aduerſa, quia iſtud
dictum Bald.in l.imperator, facit pro parte aduerſa, quia ſi non
ſit renunciatum beneficio de duobus reis, vt videbatur impor-
tare no.primo producta. non poterit quilibet eorũ conueniri ni
ſi pro dimidia ſi opponerent exceptionem diuiſionis, vt habetur
in auth.hoc ita.C.de duo.reis.ſed ſi attendamus notã in vltimo
loco productã, per quẽ ſit renunciatũ beneficio de duobus reis,
& beneficio diuiſionis, poterit cum effectu cõueniri quilibet in
tota ſumma, ergo ſtat̃ illi ſcripturæ quæ continet minus.quia re-
ſpondeo primo ꝙ Bal.& iura allegata per eum loquunt̃ qñ obli-
gatio erat in vno inſtrõ ſcripto per notas importantes obligatio-
nẽ maioris ſummę, ſed in caſu nrõ in vtroque inſtrõ inſpectis ver
bis ſcripturæ quilibet reorum eſt obligatus inſolidum, & dato
quod qñ eſt renunciatũ beneficio de duobus reis ſeu beneficio
diuiſionis poſſit vnus ex correis cõuentus inſolidũ opponere ex-
ceptionem beneficij diuiſionis, vt nõ exigatur in totum, ſed pro
rata, q̃a verũ eſt quod quando correus eſt ſoluendo, vt in d.auth.
hoc ita.tamen hoc nõ eſt ſcriptum in inſtrumento, ſed ex verbis
inſtrĩ, & ex diſpoſitione iuris.¶ Secũdo rñdeo qđ in caſu nrõ il-
lud ſcilicet ꝙ in vna nota contineat̃ maior ſumma q̃ in alia, pro-
cedit ex pluralitate capitulorum, ſ. ex renunciatione beneficij
diuiſionis ſeu beneficij de duobus reis, quod capitulum eſt plus
in nota vltimo producta quàm in nota primo ꝓducta. vnde qñ
vnũ inſtrm̃ cõtinet plus quàm aliud ex pluralitate capitulorum,
tunc vult Bal.in d.l.imperator. quòd ſtetur inſtrõ cõtinenti plu
ra capitula.¶ Tertio reſpondeo ꝙ dato ꝙ reſpectu clauſulæ re-
nunciationis beneficij de duobus reis dictæ notæ poſſunt redu-
ci ad minus, vt dicit pars aduerſa, tamen reſpectu alterius capitu-
li continentis renunciationem beneficij de fideiuſſoribus qđ nõ
reperitur niſi in nota vltimo producta, non poteſt dici quod re-
ducantur in hoc dictæ notæ ad minorem ſummam. Et ſic cum
omnino nota vltimo producta habet plura capitula illi ſtandũ,
vt per illam probetur error alterius, vt inquit Bald.ibi: & tanto
magis

magis in caſu nr̃o, in quo apparet ꝙ. not. vlt. producta eſt matrix
& originalis, vt in ſuperioribus dictum fuit, quia dictum Bald. in
d. l. imperator procedit quando non apparet quod vna ſcriptura
ex illis eſſet matrix: quia tunc ſine dubio illi ſtandum eſt, vt dixi
in primo fundamẽto. ¶ Secundo principaliter probaṫ de errore
per Matthæũ de Gozadinis hominẽ probatæ fidei, & qui eſt de
agnatione aduerſarij. Nam dictus Matthæus deponit ꝙ audiuit
tpe ꝯ̃ctus notariũ dicentem, ꝙ in dicto inſtr̃o ꝙ apponeret clau-
ſulas in ſimilibus conſuetas apponi. & cõſtat: vt infra diceṫ qđ
iſtæ clauſulæ conſueuerunt apponi in contractibus ſimilibus tpe
quo tales cõtractus conficiunṫ & ſtipulantur. vt eſt probatũ per
teſtes: ergo ſi notarius non appoſuit prout dixit ſe appoſiturum
omiſit per errorem: vt dixit not. Bart. in d. l. librarius. in vlti. col.
4 quòd † ad probandum errorem notarij ſufficit[b] vnus teſtis cum
b notario affirmante errorem, allegant id quod habetur in auth.
de tabel. §. ſi mouenṫ. atteſtatur alius teſtis, ſ. Vincelaus de Goza
dinis, qui ſimiliter eſt de agnatione aduerſarij, qui ſilr̃ deponit ꝙ
tpe ꝯ̃ctus fuit dictũ ꝙ renunciabant beneficio de fideiuſſoribus,
& de alijs non recordantur. ¶ Nec ob. ſi diceretur ꝙ d. Vince-
laus de Gozadinis deponit ꝙ dictus ꝯ̃ctus fuit celebratus in ab-
ſentia Fantutij: & poſtea in fine dicit ꝙ per Fantutium fuerunt
dicta ſer Iacobo notario hæc verba, videlicet ſer Iacobo conzare
tela queſta charta in bona forma, &c. & ſic vr̃ teſtis in hoc vlti-
mo loco ſupponere quod Fantutius erat præſens: ſed ita eſt ꝙ te-
ſti vario ſibi contrario nullo modo creditur. l. eos. ff. de fal. & in
l. varia. ff. de teſti. ¶ Et non vr̃ ꝙ ſibimet ꝯ̃rius debeat poſſe redu-
ci ad concordiá, vt probat & not. Bald. in d. l. eos. circa finẽ: quia
ad hoc reſpondeo ꝙ dictus teſtis non eſt ſibi cõtrarius. quia in vl
timo dicto nõ dicit ꝙ illa verba per Fantutium fuerunt dicta tpe
ipſius contractus, vnde nõ debet hoc vltimo dicto fieri repetitio
tpis ne dictũ teſtis infringaṫ. l. Titia. §. j. ff. de ver. obl. l. ſeruo alie
no. §. ſi ab impubere. ff. de legi. ¶ Secundò reſpondeo ꝙ licet qñ
euidens eſt cõtrarietas nõ poſſit reduci, qñ tñ nõ eſt omnino eui
dens põt talis reductio fieri. vt voluit Bar. in l. Labeo. ff. de ſupel.
leg. & Bar. in l. j. in princ. in j. col. ff. de no. oper. nun. ¶ Secundò
etiã rñdeo ꝙ dato ꝙ Vincelaus eſſet ſibimet contrarius, tñ ſuffi-
ciunt notarius & vnus teſtis, ſ. Matthæus prædictus, vt not. Bart.
in d. l. ſi librarius. ad fi. Itẽ non obſtat ſi dicatur qđ iſti duo teſtes,
ſ. Vincelaus & Matthæus ſunt in alio ſibi adinuicẽ contrarij: quia
dictus Vincelaus dicit, ꝙ in die in qua fuit celebratus ꝯ̃ctus fue-
runt deſponſatæ filiæ Gabioni, Matthæus vero dicit quod non
fuerunt deſponſatæ die celebrati dicti contractus, ſ. quota die
menſis fuerit. vnde licet diſcordent de die ſponſaliorũ, cum iſtud
non facit ad cauſam, ſ. an die celebrati contractus fuerint facta
5 ſponſalia, vel die ſequenti. ¶ † Merito talis varietas non nocet cũ
ſit circa aliquã demonſtrationem, & non circa ſubſtantiã nego-
tij: ita dicit Bar. in d. l. eos. in ij. col. §. fi. de fal. & no. glo. in c. cum
eccleſia. in verbo, vacillaſſe. de cau. poſ. & proprie. & gl. in c. du-
dum. in ver. ſubſtantia. de conuer. coniu. & Bal. not. in l. j. in pe.
col. C. de teſta. ¶ Ad hoc accedit quod eleganter dicit Anton. de
de Butr. in c. ij. de regularibus. in fi. vbi dicit quod licet ille teſtis
in modico contrarieṫ, non vitiaṫ dictum eorũ. ¶ Itẽ reſpondeo
qđ dato qđ ex hoc quod dictũ vnius dictorũ teſtium elidereṫ, tñ
6 ſatis eſt qđ habemus tabellionẽ cũ vno ex dictis teſtibus: † quia
in cauſa erroris tabellio computaṫ pro vno teſte, vt no. Bar. in d.
l. ſi librarius. in fi. & duo teſtes præferunṫ vni: vt. l. ob carmen. §.
fi. ff. de teſti. c. in noſtra. cum ibi plenè not. de teſti. ¶ Quarto &
7 vltimo principali fundamento moueor: † quia notarius intelli-
gitur eſſe rogatus quòd in inſtrumento apponat clauſulas con-
c ſuetas:[c] etiam ſi de eis ſpecialiter non fuit rogatus. ita dicit Bald.
in l. fin. C. de fideiuſſ. dicens hoc ibi probari per illum text. in fi.
melius quàm alibi. nam inſtrumenta & contractus debent con-
fici ſecundum quod conſuetum eſt: vt plenè not. Bartol. in l. ſi
prius. §. recte placuit. ff. de aqua plu. arcen. & not. in l. ex ea in
prin. ff. de ver. obl. per l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. cum ſi. ff. de
ædi. edic. & no. etiam Bal. in l. contractus. C. de fi. inſt. & in rub.
eo. titu. in xj. col. in ver. ſed quæritur. cum ſimi. ſed ita eſt quod
per teſtes vtriuſque partis eſt probatum quod in ſimilibus con-
tractibus, & inſtrumentis conſuetum eſt tempore contractus
apponere tales clauſulas: ergo dictus notarius tacitè intelligitur
de eis fuiſſe rogatus: niſi aliud appareat. ¶ Nec adhuc ob. id qđ
no. Ang. in l. licet. C. locati. quia in hoc ſtandũ eſt deciſioni Bal.
etiam ꝑꝑ ſuam authoritatẽ, quæ maior eſt propter. d. l. fi. ꝑ quã
ipſe mouetur. ¶ Ex quibus apparet qđ ex pluribus fundamentis,
quorum quælibet pars eſt ſufficiens, dicitur conſtare de errore
commiſſo in authenticando dictum inſtrumentum.

ADDITIO.

a ¶ Originalis. j̃. li. vij. conſi. clxxv. Bal. cõſi. xj. li. ij. cõſi. ccccix.
li. iij. Pau. conſi. ccclxxj. in fi. j. col. lib. j. conſi. ccccxx. libro ij.
Roma. conſi. clxxvij. Cepol. cau. ciui. conſi. xxiij. Cor. conſi.
xxviij. col. j. lib. ij. Iaſ. conſi. lxij. co. j. lib. j. Bertr. conſi. xxxix.
data varietate conſi. cccxxj. ſi inter protocolum. lib. iij.

b ¶ Sufficit. fa. Sozi. conſi. xciiij. col. fi. j.

c ¶ Conſuetas. s̃. cõſi. xxvij. dicendũ vt dixi. s̃. eo. conſil. xxviij.

SVMMARIVM.

1 *Electio prioris iure cõmuni ſpectat ad ſuum collegium.*
2 *Epiſcopus cũ capitulo non poteſt immutare iura electionum.*
3 *Poteſtas ſtatuẽdi non intelligitur contra ius, nec põt derogari.*
5 *Donatio non venit in generali mandato. num. 22.*
10 *Eps quando poſſit ſtatuere in præiudiciũ inferiorũ prælatorũ.*
15 *Inferior poteſt legem ſuperioris diſtinguere.*
18 *Ius perpetuum eligendi dare, eſt alienare: ſecus ſi ſemel.*
20 *Electio non eſt ſi dependet à poteſtate alterius.*

CONSILIVM CVI.

PErſpectis his quæ in themate ſupraſcripto narrantur li-
cet de pluribus quæratur: omnes tñ dubitationes in vnã
principalem recidunt, videlicet. Vtrum dictum capitu-
lum generale ſtantibus his quæ in facto narrata ſunt, habeat au-
thoritatem & poteſtatem prouidendi vnicuique monaſterio de
priore. adeo ꝙ poteſtas eligendi priorem ſuum non ſpectet ad
vnũ quodque monaſteriũ ſeu conuentũ. ¶ In quo vr̃ prima con-
ſideratione dicendũ non pertinere ad dictũ capitulum generale,
ſed ad monaſteriũ, ſeu ad dictas regulares eccleſias, maximè ex in
1 fraſcriptis. ¶ † Et primò quia ſiue attendamus diſpoſitionem iu-
ris cõmunis, conſtat quod electio prioris in eccleſia conuentua-
li ſeu regulari vel collegiata ſpectat ad conuentũ, ſeu capitulum
vel collegiũ. xvj. q. vlt. c. congregatio. & de elec. c. j. & c. cũ terra.
& de ſtatu mona. c. ij. in fi. & plenè tradiṫ. in c. quanquã. in gloſ.
magna. de elec. in vj. ¶ Siue etiam attendamus conceſſiones apo
ſtolicas, præcipuè Gregorij xij. & Martini quinti, in quibus ap-
paret dictam poteſtatẽ eligendi priorem fuiſſe conceſſam dictis
canonicis regularibus: modo ſic, non põt per actum contrarium
derogari libertati eligendi prælatũ quem habent conuentuales
eccleſiæ, vt probari videṫ in præallegato. c. cum terra, vbi non va
let conſuetudo, quod prouiſio vel electio ſpectans de iure cõi ad
eccleſiã conuentualem debeat expediri per viam nominationis:
puta quod conuentus debeat nominare duas perſonas patriar-
chæ vel principi: & quod ad dictum patriarcham vel principem
ſpectet irritare dictã electionem, vel nominationem in totum,
vel vnã ex illis pſonis nominatis eligere. vnde dicit Anto. de Bu.
per illũ tex. nõ valere ſtatutũ eccleſiæ, per qđ diſponiṫ quod non
poſſit prouideri eccleſiæ, niſi per viam nominationis vel poſtu-
lationis: ſic non ꝑ viã electionis: attẽto ꝙ eccleſia põt ſibi tribus
modis prouidere: vel per viam electionis, vel poſtulationis vel
nominationis ſecundũ quod legi. & no. in c. bonę. el. j. de poſtu.
præla. ¶ Secũdò, quia prior generalis & capitulũ gñale põt con-
tra ius cõe vel ꝯ̃ diſpoſita & ſtatuta, à ſuo ſupremo ſuperiore ſta-
tuta condere circa ius eligendi vel circa quæcunque alia dummo
do tale ſtatutũ inferioris ſit contra ius comune vel contra diſpo
ſita à Romano pontifice ſibi ſuperiore, vt probatur in cle. ne Ro
mani. in princ. de elec. & ibi latè Pau. de Leazar. & hoc per plu-
res quæſtiones explicat & probat in c. quòd ſuper his. & in c.
cum inferior. de maio. & obe. xxj. diſtinct. inferior. c. dilectus.
de temp. ord. in l. formam. C. de offic. præfe. prætor. no. expreſ.
In. And. in add. Spe. in tit. de elec. in rub. in fin. & Old. in con-
2 ſi. cclix. incipien. impugnatur electio. † vbi dicunt non poſſe epi
ſcopum cum capitulo ſtatuere, immutando ea quæ ſunt de iure
communi ſubſtantialia electionis & eſt bona gloſſ. c. cum dile-
cti. in ver. conſtitutum de conſue. bene faciunt not. per gl. repu.
ſingula. in c. fi. de hære. in vj. in verſic. figura. & quæ plenè tra-
duntur per Hoſt. & Io. And. in c. fi. de offic. archipresby. & per
Ioan. And. in c. fi. de appel. in vj. in nouel. & per Fed. de ſen. cõſi.
xvij.

xvij.incip. queſtio talis eſt nunquid cōſtitutio epiſcopalis valeat
&c.& Ant.de Bu.& Io.de Imo.in c.j.de transla. præla. & in d.c.
quid ſuper his.& Pet. de Ancha. in commento. c. canonū ſtatu-
ta.de conſti.in xij.q. dum tractat ſuper quibus rebus ſtatuta fieri
poſsint. & legiſtæ maximè Bald. in l. omnes populi. in v. col.ff.
de iuſt.& iur.& Bal.in l.nulli. C.de ſen.& interlo. om.iu.in qui
* bus locis & fere vbique magis cōmuniter * concludit quòd infe
riores à Papa vel principe exceptis ciuitatibus ſeu populis earum
nō poſſunt ſtatuta condere contra ius cōmune: ergo non potuit
prior generalis, & capitulū generale ſtatuere vt fecit. ¶ Tertiò,
quia inter ea quæ facere poteſt capitulū generale quæ traduntur
in c.in ſingulis.& in c.fin.de ſta.mona.xviij. diſt. c. quoniā qui-
3 dem.non enumerat talis poteſtas ſtatuendi vt ſupra. ¶ † Quar-
tò quia licet per Romanū Pontificē fuerit data poteſtas, vt dr An
tonio presbytero cardinali Bononiēſi epiſcopo vt prouidere de-
beret circa mutationē correctionē & diminutionē vel augmen-
tum conſtitutionū dicti ordinis: aliàs dictarū per tres commiſſa-
rios apoſtolicos & præfatus epiſcopus Bononienſis authoritate
prædicta prouideret & diſpoſuerit ꝙ duę partes capituli genera-
lis addere minuere conſtitutionib. prædictis quibuſcunque eaſ-
que corrigere, mutare, & de nouo conſtruere poſſent prout eis
viſum fuerit expedire: tn̄ dicta poteſtas corrigendi non debet ex
tendi ad corrigendū ea quæ erant ſpecialiter à Romano pontifi-
ce prouiſa & decreta videlicet circa electionē prioris in eccleſijs
prædictis eligendi per dictos canonicos regulares: quia genera-
lis poteſtas ſtatuendi data à principe, nunquā extendit ad corri-
genda ſtatuta edita per ipſum principem niſi hoc ſpecialiter ex-
primat.vt probat per text.not.in l.ſi hominem.ff.mā.per quem
ita decidit Bart.in prima cōſtitutione. C.in prin. vlt. col. per illū
tex.in §.in quibus.& ibi Bald.& no. Ang in l.ex imperfecto.C.
4 de teſt. ¶ † Quintò, quia poteſtas ſtatuendi & reformādi, ac cor-
rigendi prouidendi data à papa præfato epiſcopo Bononienſi nō
vr quod per eū potuerit trāsferri & cōmitti dicto capitulo gene-
rali, ſeu in aliū transferri per ea quæ no.Bar. in l.oēs populi.in ij.
q.principali.in fi. vbi voluit quod dn̄i habentes poteſtatē ſtatu-
ta condendi non poſſunt illam poteſtatē alijs delegare, per l.j.in
5 prin.ff.de offi.eius cui manda. eſt iuriſdi. ¶ † Sextò quia illud ge
nerale mandatū datū ab eccleſijs regularibus priori ſuo & ſocio
priori euntibus ad capitulū generale non vr quod ſit tantæ virtu
tis vt illius generalis mandati vigore potuerint irreuocabiliter
abdicare à dictis eccleſijs ius eligendi priorem eis competens &
transferre in dictū capitulū generale: quia in generali conceſsio-
ne non venit quod fiat gratia vel donū iuris quæſiti, niſi ſpeciali-
ter exprimat.l.cōtra iuris.§.fi.ff.de pa.l.filiusfa.ff.de dona. l.cre
ditor.§.Lucius.ff.man.c.ij.de dona.& ibi nota. ¶ Septimò, quia
licet Martinus pontifex per ſuas literas dictas eccleſias, ſeu mo-
naſteria, & prioratus cum omnibus ſuis membris, iuribus bonis,
& pertinentijs ac perſonas in dictis monaſterijs degentes dicto
capitulo generali in omnibus deiecerit: tn̄ hoc non intelligitur
fuiſſe derogatū iuri eligendi priorem cōpetenti dictis canonicis:
6 † quia videmus quod omnes eccleſiæ de iure cōi ſunt regulariter
ſubiectæ diœceſano.x.q.j.c.j.ij.& iij.& vj.q.vij. oēs baſilicæ.&
tn̄ per hoc non intelligit qd diœceſanus habeat ius eligendi prio
rem ſeu prælatū in eccleſijs regularibus ſeu conuentualibus. di-
cto.ca.cū terra.cum alijs.s̃.allegatis. Præterea cum Martinus in
prædictis literis ſpecialiter confirmauit literas Gregorij duodeci
mi in quibus concedebat ius eligendi priorē dictis canonicis nō
eſt veroſimile, quod per illā generalē ſubiectionē eccleſiarū vo-
luerit in cōtinenti derogare illi facultati eligendi quā in eiſdē li-
teris ſpecialiter cōfirmauerat.l.vxorē.§. feliciſsimè.ff. de leg.iij.
l.ſanctio legū.ff.de pœnis.& in regula. generi per ſpeciem. li.vj.
facit.l.non.ad ea.ff.de condi.& dem. ¶ Octauò quia quāuis per
annos quinquaginta vel lx. fuerit obſeruatū quod ad libitū capi
tuli generalis fuerit prouiſum dictis eccleſijs de priore, per hoc
non poteſt dici ꝙ capitulū generale præſcriptione ſeu conſuetu-
dine quæſiuerit iſtud ius eligendi. quia dictæ prouiſiones quas
retro actis tēporibus facit capitulū gnale, proceſſerunt ex eo ꝙ
dictæ conuentuales eccleſiæ eligebant ſuos priores & petebant
à capitulo generali illud ſibi dari ſeu confirmari quatenus capi-
tulo generali viſum eſſet: & vbi aliter viſum eſſet ca. generali, di-
ctæ conuentuales eccleſiæ, & canonici omnem ſuam authorita-
tem concedebant capitulo generali, offerendo ſe paratos reci-
pere quęcunque à c.deſtinandum, vnde nō debet extendi dicta
conſuetudo aliter q̄ prout ſeruata fuit. Et ſic non debet extendi
Castr.per rationem Bar.ibi quod reputant notandum pro limi-
tatione.d.c.licet causam.sed istud non est capitulatū: ergo &c.
item vbi esset res vitiosa, vt dixi procederet opi. contraria.: quia
tunc titulus possidentis non suffragatur.d.l.siue.§.hęc actio.ista
aūt res non est vitiosa. ¶Et dato ꝙ allegaretur ꝙ author Seuerij
possedit clam respectu possessionis Antonij, rn̄deo primo ꝙ hoc
non est verum ꝙ imo author Seuerij possedit bona fide: quia cū
tit.producto.ex quo præsumitur bona fides.l.j.C.de euic. quia
imo dato ꝙ possedisset cum mala fide, illa mala fides non noce-
ret Seuerio.i.eum qui aliàs est.l.sed & si res.§.prætor.& ibi ple-
nè no.ff.de publ.¶Item dato ꝙ possessio fuerit clandestina apud
authorem Seuerij quod negatur,vt dixi, tamen nō per hoc pos-
3 sessio Seuerij dicitur vitiosa quia †vitium clandestinitatis nō est
vitium reale.insti.de vsuca.§.quod autem.l.furtum.§.fi.cum l.
seq.ff.de vsucap.firmat glo.Bar.& alij in l.Pom.§.cum quis.de
acqui.poss.& in l.Titio.C.eo.ti.itē opinio.dn̄i Ant.de But.non
militat qn̄ deductum est petitorium cum possessorio,prout in ca
su nostro.per d.§.si duobus.facit.c.cū dilectꝰ.de cau.pos.¶Nec
huic fundamento ob. si dicatur ꝙ Seuerius habet titulum in re
de qua vertitur controuersia:quia rn̄deo ꝙ ex inspectione con-
4 finium constat ꝙ titulus suus est de hac re:†sufficit.n. ꝙ in duo-
bus confinibus concordet ēt si aliqua alia demonstratio esset va-
ria,vt egregię tradit Bar.in l.demonstratio.in prin.in vj.q.de cō
di.& demō.& solum dicatur quod Seuerius emit pro facto rem
vt propriam authoris sui:ergo non potest idem corpus cum re de
qua vertitur cōtrouersia,quæ spectare vr̄ ad ecclesiam: quia hæc
non est bona consequentia,nec apud dictos viros deberet alle-
gari. ¶Præterea res quæ ad hoc est scripta per assertionem & cō-
fessionem agentis,qua confitetur Seuerium emisse à Ioanne re-
gu.de qua est qō vt patet in positionib.Ant.productis die xviij.
Ianuarij,in ij.positione quæ talis est:item quod dictus Seuerius
non obstante dicta denuntiatione processit ad emptionem di-
ctæ rei iuncta proxima præcedenti positione in qua dixit, quod
Ant.denuntiauit Seuerio rē de qua est qō: hoc etiā clare fatetur
pars aduersa in aliis positionibus per ipsum productis die xxv.Fe
bruarij.in v.positione in qua dicitur. item ꝙ dictus Ioā. regulus
vendidit d.Seuerio petiam terræ de qua fit qō inter ipsas partes
5 iure proprio,& ꝓ dicto iure ipse Seuerius tenet & possidet.†no
tissimum autem est quod quis vr̄ confiteri ea quæ in positioni-
bus continentur.l.cum precum.C.de lib.cau.l.ij.C. de insti.&
& substi.sub condit.fac.& Spec.in tit.de positio.§. quæro quid
sit actor.¶Item non ob.huic fundamento si diceretur quod da-
to quòd Seuerius habeat titulum:tamen habeat à Ioanne qui clā
destinam & minorem possessionem habebat respectu possessio
nis Antonij,& sic cōuinci potuisset ab Antonio:ergo talis titu-
lus non debuit iuuare Seuerium, per not.per Bart.in l.si duo.ff.
vti possi.& Ang.in l.j.in fi.eo.tit. quia ad hoc faciliter pluribus
modis respondetur: primo quod Ioannes possidebat bona fide
& cum titulo,& sic non habebat possessionem clandestinam.l.
clam possidere.in prin.de acquiren.posses.¶Secundo: quia dato
quod fuisset clandestinus & possessor malæ fidei:& sic esset vitio
sus possessor:tn̄ illud qđ no.Bart. in d.l.si duo. procedit tm̄ in in-
terdicto vti possidetis, non in interdicto & remedio possessorio
recuperandæ,seu vnde vi.& etiā ibi dicit Bart. sed istud possesso-
riū recuperandę etiā intentando remediū reintegrandę habet in
star possessionis vnde vi.vt dicit Anto. de Butr.in c.sępe. in vl.&
6 pe.col.de rest.spo.vbi dicit† qđ spoliato agenti interdicto vnde
vi,non obst.exceptio dn̄ij.l.si quis à se.C.ad l.Iul.de vi.l.si mari-
tus.C.de don.inter vir. & vxo. ita nec agenti remedio illius.c.re
integrando.& ita dicit velle. Inno.ibi,& similiter dicit quod dat
7 etiā malæ fidei possessori. ¶† Et ꝙ istud sit verissimum ꝙ reme-
dium istius.c. reintegranda. non detur contra titulo possidentē
etiā si possidens habuisset titulum ab eo qui potuisset excludi ab
agente:& voluit hoc clare Bar. in d.l.rem quæ nobis.cum cōcor
da.s̄.allegat.vbi vult quod nunquam obtineat agēs tali remedio
contra titulo possidentē nisi res sit vitiosa,per d.§.si duobus.quē
ipse alleg.nam clarum est ꝙ in casu illius.§.si duobus.dato quod
reus habuit titulum ab eo qui potuit cōuinci ab eo qui posside-
bat:mala fides authoris sibi non nocet:vt d.§.prætor.nisi quo ad
pręscriptionē vt in auth.malæ fidei.C.de præscri.xxx.annorum.
quæ aut non extenditur ad aliā materiam tanquā correctoria, vt
expresè tenet ibi Sal.& Bar.in d.§. prætor.& per Bar.in l.ancil-
8 læ.C.de fur.& in l.nihil. C.de vsuc. pro hærede. ¶† Item rn̄deo
quod vbicūque allegatur clandestinitas possessionis cōtra titulo
possidentē,si agenti opponit reus de titulo nunquā potest agens
obtinere pro parte sua capitulando quod aduersarius clam possi-
det respectu possessionis suæ: vt dixi.s̄. allegando not.per do.in
d.l.si de eo.& si dicatur ꝙ etiā doc. ibi loquūtur in interdicto vti
possidetis, dico quod etiā Bart. in d.l.si duo. loquitur in interdi-
cto vti possidetis.¶ Secundum principale fundamentum in hoc
possessorio est,quia dato quod esset verū quod remediū possesso
rium intentatum debetur contra titulo possidentē,seu quod titu
lus Seuerij habetur pro non titulo, aut qđ nullū titulū haberet,
adhuc ostenditur ꝙ Antonius non potuit obtinere stante instr̄o
transactionis initæ inter procuratorem Antonij, & authorē Se-
uerij.¶ Nec ad hoc ob. si dicatur qđ in transactione fuit actū ꝙ si
Antonius reperiret ꝙ ad eius manus peruenirēt iura virtute quo
rum appareat Antoniū habere ius in dicta possesione, quod tūc
trāsactio haberetur pro infecta,&c.Et ꝙ post transactionem inue-
nit titulum dationis insolutū acquisitum per patrem eius, & etiā
reperit ius suæ possesionis esse antiquius, & sic potentius: quia
ad hoc rn̄deo pluribus modis. ¶ Et primo qđ titulus acquisitio-
nis paternæ dato qđ esset nouiter repertus, non esset tale ꝙ esset
sibi necessariū in possessorio: quia attento ꝙ Ant. in positionib.
suis narrat se possedisse per xxx.annos & vltra,& ita conatur proba
re per testes de antiquiori possesione ipsius Antonij, talis sola
possesio in iudicio possessorio erat efficax ad obtinendū in pos-
sessorio: quia tale remediū datur etiam illi qui nullum habet titu
lum.d.c.reintegrāda.& no.Inn.in d.c.sępe.& ibi do.Ant.in vlt.
co. Quia cōtra agentem non obstat exceptio dominij, vt ibi per
eum.¶ Sic ergo sufficiebat sola antiquior possesio dn̄i Anto.&
9 istā non potest dicere Ant. se reperisse post transactionē: † quia
in facto proprio non est tolerabilis ignorantia: vt in iuribus vul-
ga. & etiā dicere non potest quia testes qui producunt per eum
sunt personæ quæ conduxerunt ab Ant.positionē,quod non ca-
debat ignorantia in facto proprio Ant.sed quod plus est ista con
ductio,qđ post transactionē reperit aliqua iura debuit adimple-
ri & verificari per agere volentem. Ludo. dicit ꝙ aut reperit ali-
qua iura post transactionem. hoc non est probatum, & licet par
ticulariter allegauerit Antonium de nouo inuenisse iura tamen
ad veritatem veniendo: quia non dicit quòd inuenerit de nouo
iura quibus vtitur in hoc dicto iudicio. Et sic non cōcludit quòd
ex istis iuribus tanquàm de nouo repertis post transactionē pos-
sit se fundare. Cōditio enim debet verificari & impleri in forma
specifica.l.qui hæredi.in principio. & leg. Meuius.ff.de condit.
10 & demonstratio. ¶ † Secundo dico quòd superueniens scientia
probatur per præstationem iuramenti.c,præsentium. de testi.in
antiquis.c.pastoralis.de exceptio.c.si vero aliquis.de senten.ex-
cōica.Vnde cum iura requirant iuramentū, non autē dicāt quod
si quis paratus fuerit iurare: ideo dicit quòd nō sufficit quòd pro
curator obtulerit se paratum iurare, sed debeat actualiter iura-
re.glo.est not.in c.vt circa,in ver.præstito,de elect.in vj.¶ Ter-
tio di-

tiò dico ꝙ requirebatur mandatũ ſpeciale ad iurandũ poſtquam
hoc pendebat ab animo & cõſcientia principalis.d.c.ſi non ali-
quis.in ver.propria manu.c.fi.de iur.cal. ¶Quartò dico ꝙ etiã
11 ſi tale iur̃m fuit præſtitum per Antonium non ſufficeret: † quia
in his quæ pendent ab animo ſufficit iur̃m,q̃n præſumptio non
eſt in ꝯrium:ita no.Bar.in l.inter omnes.§.rectè.in vlt.col.ff.de
fur.& in l.ij.§.ſi à pupillo.ff.pro emp.& Inn.& Io.An.in c.ij.de
conſti.& Pau.de Leaza.in c.conſtitutus,de ele. & eſt de mente
gl.in c.p̃ſumitur.de reg.iu.in vj.dum dicit ꝙ per iur̃m probatur
ignorantia q̃n ignorantia eſt probabilis. ¶Sed circa factum pro-
priæ poſſeſſionis Ant.quæ ſufficiebat in poſſeſſorio, non poteſt
Ant.allegare ignorãtiam:quia habet præſumptionem ꝯ ſe:q̃a in
facto proprio &c.ergo non ſufficit iur̃m.& attento ꝙ eſt dedu-
ctum petitorium cum poſſeſſorio,dato ꝙ in poſſeſſorio obtine-
ret:tñ quia in petitorio nos obtinemus,ſequitur ꝙ debet præfer
ri cauſa petitorij tanquam dignior.c.cum dilectus.de cauſa poſ.
circa ſm principale. ¶Sed circa petitorium dico ꝙ conſtat Ant.
obtinere non poſſe:quia de dñio directo in rei vendicatione nõ
eſt tractandum, quia de illo non probaret, & difficilimum eſt
probare niſi per modos traditos in l.cum res.C.de prob.cũ con-
cor. nec etiam in quaſi dominio obtinere nequeunt, & ſic Pu-
bliciana pro parte dimidia dictæ rei quæ fuit vxoris Franciſci.&
fatetur pater Antonium non habere iuſtum titulum, & bonam
fidem neceſſariam in Publiciana,per no.per Bar.in l.cum vir.de
vſuca.& etiam ab ea non habuit traditionem poſſeſſionis vacuę.
item quilibet habet cauſam ab eadẽ eccleſia, & Io.prius habuit
poſſeſſionem & titulum:ergo potior.l.quoties.C.de rei ven.Itẽ
illud non datur ꝯ titulo poſſidentẽ.d.l.ſi aũt.§.ſi duob. de pub.
¶Nec ad hoc ob.ſi dicatur ꝙ Seuerius non habet titu. huius rei
de qua vertitur qõ:quia ſuperius probaui contrarium circa arti-
culum poſſeſſorium.& ſimiliter non obſtat ſi dr̃ quod habet Se-
uerius titulum qui potuiſſet conuinci ab Ant.quia rñdeo primo
ꝙ hoc non eſt verum eo quia Io.Regulus ſimiliter habebat titu-
12 lum & bonam fidem,& ſic poſſet ab Ant.conuinci. ¶†Præterea
etiam ſi habeo titulum ab eo quem tu potuiſſes conuincere, vt
quia habeo titulum ab eo qui nullum titulum habebat & ſic po
tuiſſes eum conuincere:tñ me poſſidentẽ,cũ titulo & bona fide
nõ poſſes ꝯuincere.d.§.p̃t.&d.§.ſi duob.in fi.ſm Bar.niſi ego ꝓ
curaſſem hr̃e titulum à non dño,vt excluderem agentem. Nam
tunc haberem non bonam fidem, ideo non obtinerem. ita di-
cit ibi Bar.& alij &c.& Bar.in l.cogi.C.de pet.here.& in l.quo-
ties.C.de rei vendi. ¶Item nõ ob.ꝙ dicatur qđ Fran.potuit dare
pro parte d.Eliſabeth.dñium inſolutum tãquam fideiuſſor mu-
lieris.l.ſi procuratorem.§.ignorantes.ff.man.quia reſpondetur
per auth.ſi qua mulier.cum ibi no.per Bal.C.ad Vell. Item hoc
bene facere poterat ſi Franciſcus non erat ſoluendo. in authẽ.ſi
captiui.ſm Bal.& Fulg.ibi.C.de epiſ. & cle.& iſtud eſt fundm̃
intentionis eorum.ſ. ꝙ Franciſcus non eſſet ſoluendo : quia ha-
bemus regulam pro nobis in l.id quod nr̃m de reg.iu. Et ſic de-
bet ibi probari.l.ſi fideiuſſor.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſda. cogan.
¶Non ob.ꝙ vtiliter geſſit negotium mulieris:quia aliter fuit rñ-
ſum in ſcriptis.Et allegationes ſunt poſt cõſilia. Item iſta mulier
non fuit principalis imo cenſetur fuiſſe fideiuſſor. ¶Item accedo
ad id quod ipſi allegant nunc quandam inueſtituram cuiuſdam
Fran.Paſſeti,poſſumus dicere quòd non euincit pro dimidia do.
Eliſabeth,pro alia dimidia ſpectabat ad Franciſcũ niſi pro dimi-
dia dimidiæ:quia Paſſeto remanſerunt mulieres & Franciſci filij
& hæredes,vt ipſi capitulant & probant. & licet dicant ꝙ ex di-
uiſione obuenit Fran.non inuenio ſolenniter probatũ. Item illa
inueſtitura non vr̃ prodeſſe Fran. qui dedit tunc inſolidum iure
proprio,ſm Bald.in rub.C.de ꝯh.emp.ergo non põt iſte dicere
ꝙ vigore antiquæ inueſtituræ fuerit per dationem inſolutũ trãſ-
latũ vtile dñium. ¶Item ẽt eſt aduertendũ,ꝙ dato ꝙ dicta res da-
ta inſolutum per d.Fran.in Paſſetum & Iacobus fuiſſet in totum
ipſius Franciſci,cum non trãſibat dñium ex perſona ſua niſi pro
dimidia:quia data & accepta fuit tanquàm de bonis mulieris &
13 Franciſci.†ergo actus non operatur vltra intentionem agentiũ,
& inſpicitur quo nomine actus geratur.l.Caſſius.ff.de ſolu.l.iij.
§.ſed quid de tuto.ff.iudi.ſol.& eſt caſus.ff.de acqui.re. do.l.ſi
procurator.ergo non haberet titulum & bonam fidem : vt dicit
Bar.in d.l.cum vir. ¶Item non ob.ſi pars aduerſa diceret ſe p̃ſcri
pſiſſe poſſidendo iuſto titulo,& bona fide. ¶Quia ad hoc reſpõ-
deo:aut pars aduerſa vult dicere præſcripſiſſe dñium directũ qđ
erat & dr̃ eſſe apud eccleſiam:& fruſtra hoc allegat tũ quia Ant.
recognoſcit ab eccleſia, tum quia contra eccleſiam requirit̃ tp̃s
xl.ann.c.illud.de reſcri.& auth.quas actiones.C. de ſacro.eccl.
& tanto tpe non poſſedit Anto.& pater eius. ¶Aut pars aduerſa
vult dicere ſe præſcripſiſſe vtile dñium qđ conſueuit eſſe apud
emphyteutam,ſeu apud eum qui ad longum tp̃s conduxit ab ec
cleſia,iuxta l.j.in fi.cum l.ſeq.ff.ſi ager vec.& l.j.§.quod ãt.ff.de
ſuperfi.& in c.j.cum ibi no.de cap.Cõra.& certè ẽt in hoc non
14 põt obtinere pars aduerſa pluribus cauſis. † Primò, quia ad hoc
vt quis præſcribat vtile dñium recognoſcens directũ, oportet ꝙ
a formaliter [a] poſſideret tãquã vaſallus vel emphyteuta,præſtãdo
canonem conſuetum vel ſolitum ſeruitium,text.eſt in ca.ſi quis
per xxx.in ver.vt feudum poſſederit,in tit.ſi de feud.fue. contr.
inter do.& agna.& ibi ẽt illũ tex.ad hoc ponderat Bar.in ij. col.
¶Sed d.Ant.& eius pr̃ nunquam formaliter poſſederunt tanquã
emphyteutæ vel vaſalli: ergo id vtile dominium non potuerunt
præſcribere:quod fortificatur:quia licet alias dñium & poſſeſſio
nõ poſſit acquiri ignoranti:tñ q̃n aliqđ ius & dñium acquiritur
propter præſcriptionem,nunquam acquiritur ignoranti ius.l.j.
C.de acqui.poſ.l.j.§.fi.eo.ti.ſed Ant. tpe quo poſſideret & iure
iſto de quo eſt qõ,eſſet formatum vtile dñium recognoſcens di-
rectum dñium eccleſiæ:ergo de hoc habuit ignorantiam vt ipſe-
met fatetur in ſcriptura ſua:non impetrauit ab eccleſia:ergo non
15 potuit præſcribere. ¶†Quinimo ſi præſcripſiſſet,tñ nõ recogno
ſcendo poſtea ab eccleſia ſcienter vr̃ renunciare præſcriptioni.l.
Titius.ff.quib.mo.pig. vel hypo.ſol.ita voluit Spe.in ti.de præ-
ſcr.in fi.latius.& in ſimili no.Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.
in xij.q.ff.de verb.ob. ¶Approbatur alia euidenti ratione quam
ꝙ præſcripſerit.nam præſuppono quod ad hoc vt præſcriberet,
requirebatur poſſeſſio x.ann.inter præſentes.& xx.inter abſen-
tes cum titulo & bona fide.vt iurib.vulg. Et tñ conſtat quòd v-
traque pars,ſcilicet tam præſcribens quàm ille aduerſus quẽ præ
ſcribatur,fuerit in prouincia ſeu ciuitate,nam requiritur ad præ-
ſcriptionem complendam tp̃s xx.anno.l. fi.C.de præſcr.long.
16 temporis.& ibi hoc in terminis decidit Iaco.Bu.†volens ꝙ onus
probandi præſentiã incumbet ei qui allegat præſcriptionẽ : quia
præſentia eſt quid facti,& facta non præſumuntur niſi proben-
tur.l.denique.ff.quib.ex cau.maio.l. quæcunque.§.fi.de pub.
Ideo dicit Ang.in l.præſcriptio.C.qui.ob.lon.temp.p̃ſc. per il-
lum tex.ideo ſit cautus aduocatus in capitulando de p̃ſentia, a-
liàs deficeret in ſalutari ſuo ſm Ang.ibi. ¶Nec releuat ꝙ pars ad-
uerſa in poſitionib⁹ deduxerit ꝙ Trectulus ſtetit per annos xxx.
in ciuitate Ferrariæ,quia rñdeo ꝙ oportebat capitulare ꝙ ẽt pręſ
17 ſcribens ſtetit:vt eſt caſus in d.l.fi.C.de præſc.long. tẽp. ¶†Hoc
præſuppoſito præſuppono etiã vnum aliud ꝙ ad hoc vt allegans
præſcriptionem dominij obtineat, oportet ꝙ plures teſtes con-
teſtes probent ſe poſſediſſe per dictos xx.annos continuos in-
choatos tali tempore,& finitos tali tempore, aliàs vnus teſtis de
poſſeſſione xx.annorũ inchoatorum tali tempore, & alius teſtis
non deponat de illis videlicet xx.licet deponat de primis xx.an-
nis:non eſſet probata poſſeſſio : quia poſſet intelligi de aliis xx.
annis:vt clarè no.Bal.in l.Celſus.in vlti.col.ff.de vſucap. quem
alij ibi ſequuntur:vt no.Bal. in l.fi.in xxv.oppo.de edi. diui. A-
dria.& in l.iudicia.in fi.C.de rei vend.& Anto.de But.in c.licet
cauſam.de prob.per tex.in c.præſentia.eo.titu. Et ſimiliter dñt
doct.in dictis locis ꝙ teſtis qui dicit ꝙ Titius poſſedit à xx.annis
citra non dicitur probare ꝙ Titius poſſedit per vnum menſem,
quia illa verba verificantur etiam ſi vna hora poſſideat. nam dici
debet poſſediſſe à xx.annis & citra.vel per dictum tẽpus.& no.
Inn.in c.inter dilectos.de fide inſtr.& Bar.in d.l.ſi poſt.ff.de rei
vendicatio.& plenius in l.Celſus.& Bal.in d.l.Celſus in x.colũ.
¶Dico igitur ꝙ teſtes producti per Antonium nullo modo pro-
bant ipſum.& eius patrem poſſediſſe & xx.annos continuos in-
certos,& finitos certo & limitato tempore,& non ſunt in hoc a-
liquo modo conteſtes quo ad idẽtitatem principij & finis : & ſic
non probant.Capio enim primum teſtem,ſcilicet talem qui ſu-
per vj.& vij.c.dicit in effectu quod Iac.pater Antonij poſſedit à
tempore ſuæ acquiſitionis vſque ad tempus mortis : demum ſu-
per interrogatoriis vij. capituli interrogatus quo anno incepit
dictus Io.poſſidere.& etiam interrogatus de tempore d.acqui-
ſitionis dixit ſe neſcire aliter quam ſ.dixit: & ſic nunquam dixit

quo tẽpore incipit poſſidere, nec quo tpe fuit res acquiſita: imo
de conceſſione dicit ſe neſcire niſi ꝙ audiuit dici, vñ potuiſſet au
diuiſſe dici de acquiſitione longa poſt tp̃s factæ acquiſitionis. &
ſic in cã non concludit de aliquo tempore: ergo non probat. d. c.
in præſentia. ¶Item quia deponit de auditu acquiſitionis & teſti
monium de auditu nullũ eſt. l. ſi qñ. cum ſi. C. de teſti. item dicit
ꝙ Iac. poſſedit vſque ad tp̃s mortis & de tpe mortis nil cõſtat: er-
go de limitato tpe nõ deponit. ¶Secundus teſtis ſuper vj. c. dicit
ꝙ Iac. poſſedit per vij. annos, nõ dicit de quibus annis & de quo
milleſimo, & ſuper interrogatoriis dicit ſe neſcire qñ Iaco. ince-
pit poſſidere. ¶Tertius teſtis. ſ. Barth. ſuper vj. c. ſuper interro-
gatoriis dicit ꝙ Iac. tenuit à tpe acquiſitionis vſque ad tp̃s mortis
& poſtea ſubdit ꝙ non recordatur qñ inceperit poſſidere. & ſic
peccat in omnibus in quibus plures teſtes. ¶Quartus ſuper vj. c.
dicit ꝙ poſtq̃ dicta petia terræ peruenit ad manus Iac. fuit poſ-
ſeſſa per Iac. vſque ad tp̃s ſuæ mortis. Sed quo tpe ſciuerit ipſe te-
ſtis dictam rem perueniſſe ad manus Iacobi, hoc non deponit te
ſtis, nec ẽt de tpe mortis conſtat. ¶Quintus ſuper eo. c. deponit
ꝙ Iacobus tenuit tpe ſuo, de tẽpore mortis nõ deponit: & ſuper
interrogatoriis dicit ſe ſciuiſſe de acquiſitione, quia audiuit dici:
& ſic peccat in his in quibus teſtis primus. ¶Sextus ſuper eodem
c. deponit ꝙ Iac. emit dictam rem à Fran. de paſſetis, & abinde ci
tra vſque ad mortem poſſedit. nam quia dicit citra ſine copula,
non probat de aliquo tpe, vt dixi s̃. item de tpe mortis non con-
ſtat: & ſuper interrogatoriis dicit ꝙ non fuit præſens dictæ acqui
ſitioni & ſic non deponit de tpe quo acquiſitio facta fuerit ſm̃
ſuam ſcientiam. ¶Septimus teſtis de nullo mentionẽ facit. ¶O-
ctauus non deponit de poſſeſſione Iacobi, ſed ꝙ Antonius loca-
19 uit pro certo tpe. †Sed per locationem non probatur poſſeſſio.
c. inter dilectos, ad fi. de fid. inſtr. niſi probetur ꝙ locans merce-
dem percipit vt no. in l. qui vniuerſas. §. qui per colonum. & in l.
q̃uis. §. j. & vtrobique per Bar. ff. de acqui. poſ. & ſimile deponit
nonus teſtis. ¶Decimus etiã de nullo tpe poſſeſſionis deponit.
¶Vndecimus ẽt deponit de locatione tm̃: & ſic nõ ponit poſſeſ-
ſionem, vt dixi. ¶Duodecimus deponit ſuper vj. c. ꝙ Ant. poſſe-
dit tpe mortis patris citra qđ dicit citra ſine copula, & ſic nõ pro-
bat de limitato tpe, vt dixi. item de ipſius tpe mortis patris. reli-
qui teſtes nihil deponunt de aliquo tpe limitato. ¶Itẽ pp appel-
lationem partis aduerſæ potuimus iure petere reformari, pro-
ut per Ant. de But. in c. cum Io. de fid. inſtr. & Bal. in l. fi. in fi. C.
qñ prouo. & l. ampliorem, in princ. per illũ tex. de appõ. ¶Item
aduerte: quia petitio & ſpecificatio rei petitę eſt incerta reſpectu
partis petitæ quo ad quotam, & ſic verſus quẽ locũ ꝯ. l. ſi in rem.
de rei vendi. & l. forma. de cenſi. gl. in cle. ſæpe. in ver. pronun-
ciatio. & in ver. conteſtationem. de verbo. ſig. adeò ꝙ certa non
põt ferri ſententia prout ibi etiã requiritur in ſummariis, & in d.
cle. ſæpe. ¶Nec capitula nr̃a dñt ꝯ ſeu non certificant petitionẽ,
ſi bene inſpiciantur. item res quæ fuit acquiſita ab illis de paſſe-
tis non eſt illa ſi bñ inſpiciantur cõfines. & ſic non põt dici ꝙ ſibi
vẽdicat locũ pactũ de quo in inſtr̃o tranſactionis. ſ. de inſtr̃is no
uiter repertis. ¶Et dato ꝙ teſtes actoris dñt ꝙ res acquiſita ab il-
lis de paſſetis eſt inter cõfines, & pro parte quã tenet Seuerius eſt
inter confines: non ſequitur: ergo eſt idẽ corpus: quia multa cor-
pora claudunt & claudi pñt inter dictos confines. ¶Vltimò cõ-
cluditur ꝯ Ant. in petitorio pp inſtr̃m tranſactionis. Et ſi dicatur
ꝙ Ant. poſt tranſactionem reperit iſta iura, dico ꝙ non eſt alle-
gata & probata iſta ſuperueniẽtia iſtorum iurium eo modo quo
probari debebat, vt circa poſitionem dixi. Alex. Bononiæ.

## ADDITIO.

a ¶Formiter. ȷ̃. e. ꝯſ. clxix. col. ij. dixi in conſu. Pari. §. vij. nu. 9.

Titulus quæſtionis Antonius Lancilotus & & fratres obli-
gati erant Sancto virtute literarum cambij manu añ dictorum
debitorum in ducatis cccc. quos in termino non ſoluerunt. hinc
fuit lis inrer Sanctum & dictos debitores tam ſuper dictis duca-
tis cccc. quàm ex nonnullis aliis ex aduerſo petitis per dictũ An-
tonium, Lancilotũ, & alios fratres aduerſus Sanctum. Tandem
dictus Lancilotus ſuo proprio nomine & nomine d. Antonij &
aliorum fratrum pro quibus de rato promiſit ex vna parte: & d.
Sanctus ex alia conuenerunt ꝙ dicti duc. cccc. & duc. clxx. pro
reſto expenſarum factarum per Sanctum in dicta lite damnorũ
inde ſecutorum, deponerentur per dictum Lancilotũ apud cer-
tos depoſitarios tenendi ad petitionem & inſtãtiã Sancti vſque
ad menſem Februarij nũc elapſi: intra qđ tp̃s viderentur omnes
aliæ lites & quæſtiones vertentes, & quæ verti poſſent inter di-
ctas partes: & ita factum eſt depoſitum prædictum apud depo-
ſitarios conſtituentes ſe depoſitum: tenere ad petitionem & ꝓ
cautela Sancti pro caſibus prædictis cum hoc ꝙ Sanctus dictas
pecunias depoſitas petere non poſſet vſque ad dictum menſem
Februarij: & de omnib. aliis cauſis, litibus, quæſtionibus, con-
trouerſiis, & differentiis, de quibuſcunque rebus, iuribus, titulis
ſiue cauſis pro toto præterito tpe vſque ad diem præſentẽ: de liti
bus vertentibus, & quæ verti poſſent inter dictas partes fecerũt
cõpromiſſum in Iacobum tanq̃ in arbitratorẽ & amicabilem cõ
poſitorẽ, cũ omnibus ſingulis depẽdentibus emergentibus, &
connexis ex eis cũ latiſſima poteſtate duraturum per dictum to-
tum menſem Februarij, hoc adiecto ꝙ dictum depoſitum obli-
gatum remaneat Lanciloto & fratribus pro iuribus eius eis cõpe
tentibus & cõpetituris ratione determinatorum, vel ſententiæ
ferendæ per dictum arbitrum & arbitratorẽ: & ꝙ ſolui debeant
pecuniæ depoſitæ per depoſitarios. prout dictus Iacobus arbiter
determinabit: & in caſu quo priuſquã dictus menſis Februarij la
beret. & d. Iac. non determinaſſet quid fieri vellet in prædictis,
prædicto Lanciloto & fratribus non probantibus legitimè ha-
bere debere aliquid à Sancto, dictũ depoſitũ liberetur Sancto:
quæ omnia promiſerunt dictæ partes adinuicem obſeruare ſub
pœna cc. vnciarum: poſtea dictus arbiter ꝯ Sanctum ſententiam
tulit dictas literas cambij annullando, & irritando, & in ꝯñtiam
infringendo obligationem dictorum duc. cccc. quæ per dictas li
teras probatur: & etiam in ꝯñtiam obligationem pro dictis duca
tis centum dependentibus & occaſionatis à literis cambij. à qua
ſententia fuit per dictum Sanctum reclamatum & de eius nulli-
tate & iniquitate dictum.

## SVMMARIVM.

*1 Arbiter an poßit de exceptione cõpẽſationis cognoſcere. nu. 7.*
*& conditiones, & modos connexos apponere. nu. 2.*
*3 Compromiſſum ſicut tranſactũ non poteſt fieri ſuper liquido.*
*6 Aliàs dictio, denotat ſimilitudinem.*
*9 Probatio legitima non dicitur, quæ ſuppletur iuramento.*
*12 Cauſa iuſta an excuſat à pœna compromißi. nu. 19.*
*14 Cauſa non excuſat à pœna conuentionali. nu. 18.*
*21 Præſumitur pro laudo.*

## CONSILIVM CXIX.

QVæritur ergo an d. arbiter potuerit ſup dictis literis
cambij cognoſcere & iudicare, & in cõſequentiam
ſuper obligatione ducator. Dlxx. ¶Secundò quæri-
tur an dictum depoſitum de iure debuerit, & debeat
reſtitui Sancto an vero dictis Lanciloto & fratribus. ¶Tertiò an
ſi Lancilotus depoſitarius repeteret, pœnam in inſtrumento po
ſitã incurrit. Circa primã dubitationẽ videret prima ꝯſideratiõe
dicẽdũ arbitrũ cognoſcere, & ꝓnũciare de literis cãbij: & ſic de
obligatione duca. cccc. & ducat. clxxv. ab eis depẽdentibus po-
1 tuiſſe. ¶†Nã arbiter vr̃ poſſe de exceptione ꝯpẽſationis cognoſ-
cere. l. Mæuius. §. arbi. ff. fam. erci. & ideo ſi Titiꝰ eſt creditor Sẽ
pronij in certa cã in cẽtũ, & fecit ꝯpromiſſum de dictis cẽtũ vna
cũ Sẽpronio poterit arbiter inueniẽs Sẽproniũ debitorẽ princi-
palẽ ex alia cã creditorẽ Titij inuicẽ ꝯpenſare, & Semproniũ ab-
ſoluere, licet de credito Sẽpronij nõ eſſet factũ ꝯpromiſſum: &
hoc qñ ꝯpenſatio ipſo iure perimeret obl̃onem iuxta l. ſi conſtat
cũ ibi plenè no. C. de ꝯpenſa. & in l. ſi quid à fideiuſſore vbi gl. ff.
eo. & in §. in bonæ fidei. inſti. de act. & ita refert Bal. in l. j. C. de
arbi. in iij. col. ver. q̃ro. arbiter dicẽs ita fuiſſe iudicatũ & ꝯſultum
in quæſtione facti: & licet ipſemet Bal. ibi in l. pẽ. in fi. C. ſi à no.
ꝯpe. iudi. & in l. venio. aliàs eſt in l. cũ Papi. C. de ſent. & in l. ne-
que. C. de ꝯpen. vr̃ de hoc dubitare, imo firmare ꝙ arbiter non
poſſit de exceptione ꝯpẽſationis cognoſcere, præterq̃ in certis
caſibus. ¶Tñ quantum ad propoſitum noſtrum videtur faten-
dum

dum esse quod potuerit arbiter per viam cõpensationis pronun-
ciare de dictis duc.DLXX. ꝯpensandis tãtundem debitis ꝑ Sanctũ
Lanciloto,& fratrib.eius ex aliis causis,de quib.factum fuit cõ-
promissum:qa de hoc vñr apertè sonare verba dicti instri & cõ-
promissi dũ dicũt ꝙ dictũ depositũ obligat vt remaneat Lanci-
loto & fratrib.pro iuribus eis competentibus rõne terminatio-
nis & sententiæ ferendæ per arbitrum & ꝙ solui debeant pecu-
niæ depositæ per depositarios prout d.Iacobus arbiter determi-
nauerit &c.¶Accedit quod voluit Bal.in l.si sup possessione.C.
2 de trãsa.vbi dixit arg.illius.l.quod arbitrator†põt apponere cõ-
dõnes & modos cõgruos & adiacentes.Vñ si super fundo verte
batur lis de quo factũ est cõpromissum in arbitratorem, qui cõ-
demnauit possessorem ad restituendum actori fundum hoc ad-
iecto,quòd actor decem daret possessori, valebit sententia licet
in cõpromisso de decem nulla facta fuerit mentio.ita dixit Spe.
in tit.de arbi.§.excipitur ver .sed pono quòd litigantes, & Ant.
de But.in consi.suo.incip.visis actis & allegationibus cõtrariis
inter Marcellum &c.probatur in c.nisi essent.de præbẽ.no.do.
Ant.in c.quintauallis,de iureiur.& in c.cõstitutus.de relig.do-
mi.facit quod.no.Bar.in l.cum Aquilia.ff.de transac.& in l.si de
certa.C.eod.titu.ibi in transactione põt esse quòd ex parte acto-
ris.& Bal.in l.fi.§.sed & si quis.in iiij.col.C.cõmunia de leg.vbi
dixit Bal.quòd arbitrator põt declarare ex causa transactionis ꝙ
reus vendat actori ius qđ hẽt in re de qua factum est cõpromis-
sum.¶Sed præmissis non obstantibus cõtrarium arbitror de iu-
3 re verius quod ex pluribus ostendo.†primò quia cum compro-
a missum dicatur quædã transactio.[a] in auth.vt diffe.iu.§.j.& ibi
no.& in auth.si verò contigerit.C.de iud.declarat Bar.in l.si fur
ti.§.qui iussu.de infa.& l.quod si ephesi.§.j.ff.de eo qđ cer.lo.&
in l.si societatẽ.§.arbitor.ff.pro socio.& Bald.in l.j.C.si aduer.
trans.& in l.sed si in seruum.§.si iudex.ff.de arb.& in l.ij.ad fi.C.
de reputa.ad fi.& in l.si præses.C.de trãs.& in l.fi.in prin.C.de
4 cõtrahen.emp.& Can.in c.quintauallis.de iureiu.†cõpromis-
sum ãt sicut transactio fieri nõ põt super claro & liquido l.j.& l.
post rem.& ibi no.doc.ff.de trãs.& l.eleganter.in princi.§.j.&
ibi doc.ff.de cond.inde.& in l.causas.C.de transa, probatur in
c.exposita.de arbi.& ibi no.Inn.¶Et per dictum instrm debitũ
ducatorum DLXX.de cõi concordia remansit clarum & liquidũ:
quia pro resto damnorum & expẽsarum quæ & quas passus fuit
Sanctus & occasione retardatæ solutionis duc.cccc.fuerunt ta-
xati postea depositi ducati clxx.& pro sorte & pro debito prin-
cipali fuerunt ducati depositi cccc.soluendi, & restituendi San-
5 cto per mẽsem Februarij.†qđ quidem instrm dicitur facere rem
manifestam & liquidam.l.fi.cum gl.j.C.de reb.cred.in c.cum
olim.de ṽ.sig.no.Bar.in l.j.in prin.in ver.venio ad q.ff.de opę.
no.nun.¶Et de obligatione & debito literarum cambij & du-
catorum DLXX.non potest videri data ptãs arbitro cognoscendi
& pronunciandi.Secundò cõfirmatur per verba posita in dicto
instro compromissi, dicentia qđ partes prædictæ volẽtes sum-
ptibus parcere deuenerũt ad compositionem quòd dicti ducati
DLXX.deponantur restituendi Sancto post mensem Februarij in-
tra quod tempus videntur omnes aliæ differentiæ,lites, & quæ-
stiones vertẽtes, & quæ verti possint inter dictas partes &c. Et si
militer in eodem instro post narrationem depositi, dr ꝙ oẽs &
6 singulas alias differentias compromiserunt &c.¶†Nota ergo di
ctionem alias quæ significat ꝙ præter controuersiam iam ortam
pro dictis ducatis DLXX.& tunc tempore dicti instrumenti,sed e-
tiam omnes aliæ controuersiæ veniunt in compromisso.nam di
b ctio,alius[b],denotat similitudinem.l.si fugitiui.cum gl.C.de ser.
fugi.l.quidam.ff.de reb.dub.l.fin.C.de his qui à non do.& ibi
ponderat Bald.si ergo refertur ad causas similes causæ & contro
uersiæ literarum cambij:vt de dictis similibus causis intelligatur
factum compromissum:ergo non comprehenditur causa litera-
rum cambij,seu causã depositi: quia nullum simile est idem.l.
quod nerua.ff.depositi.l.non possunt.ff.de legi.l.si idem.C.de
codic.l.ad similitudinem.C.de episc.& cler.ergo, de similibus
causis est factum compromissum,sequitur ꝙ non de eadem.j.de
causa DLXX.ducatorum, & ꝙ certissima fuerit intentio partium,
patet:qm̃ de debito DLXX.duc.voluerunt cõtrouersiam illam se-
dare de cõmuni cõcordia.vt patet in præallegato instro.¶Non
obstant allegata in cõtrarium,videlicet ꝙ de exceptione cõpen-
sationis potuit disponere & pronuntiare arbiter per l.Mæuius
7 arbiter.ff.famil.ercis.†Quia respondeo.primò ꝙ de iure arbi-
ter potest super compensatione cognoscere, & pronunciare qñ
oritur ex eadẽ causa de qua factũ est compromissum,vt loquitur
d.§.arbiter.ẽm Bal.in d.l.j.C.de arbit.aliàs aũt non:quia com-
pensationis exceptio dr quædã recõuentio,l.neque, C.de com-
pensa.quæ locũ non habet corã arbitro,c.cũ dilectus.de arbi.ita
firmat Bal.in d.l.neque.& in præalleg.l.pe.C.si à non cõpe.iud.
& in l.nemo.aliàs est in l.cũ Pap.de sen.fallit ẽm Bart.in d.l.j.in
compensatione quæ fieret ipso iure, quia cũ illa respiciat nullita-
tem petitionis,merito põt arbitrari eò ꝙ actor nullum ius habet
agendi,l.si cõstat, C.de cõpen.no.em̃ ibi ꝑ eũ,& per doc.& in l.
si quis à fideiussore,ff.e.nam ibi sunt casus speciales in quibus fit
compensatio ipso iure,regula aũt est in contrariũ vt ibi no.& l.j.
§.si quid,& l.Labeo.eo.ti.& Bar.in d.l.j.de cõpen.& Dyn.in d.
§.in bonæ fidei.insti.de ac.post gl.¶Nõ obs.etiã verba d.instri
dicẽtia ꝙ solui debeant per depositarios pecuniæ depositæ pro
vt Iacob.arbiter determinauerit,&c.quia rñdeo ꝙ dato ꝙ dicta
verba innuant ꝙ posset arbiter ꝑ modũ compensationis declara
re ꝙ pecuniæ depositæ in totum vel pro parte reuerti possint ad
Lancilotum ex cã compensationis: tñ non per hoc dñt ꝙ arbiter
possit cognoscere & pronunciare an dlxx.duc.depositi sint verè
debiti Lanciloto virtute dictarũ literarum: vel non prout ipse co
gnouit & pronunciauit in effectu qđ quidẽ facere nõ potuit, vt
dixi:quia excedi nõ p̃t finis compromissi.l.si cũ dies,§.plenũ,&
l.nõ distinguemus,§.de offõ ff.de arb.& pręal.c.cũ dilectus.Sed
de aliqua controuersia super veritate debiti duc.dlxx.non est fa-
ctum compromissum:igitur, &c.¶Ex prædictis infertur ad de-
cisionem secundæ dubitationis.s.an dictum depositum de iure
debuerit & debuit restitui Sancto an vero Lanciloto & fratribus
in quo breuiter cõcludo Sãcto restituì debere de iure.¶Primò,
quia in instro continetr ꝙ intra dictũ tempus.i.ante mensem Fe-
bruarij dictæ pecuniæ depositæ non possent in totum vel pro
parte peti ꝑ Sanctum: & sic à contrario sensu verborũ post men-
8 sem Februarij debent posse peti.†nam etiã in contractib.fit in-
c terpretatio per argm̃ à contrario sensu[c] verborũ:vt tex.in l.inter
socerũ.§.cum inter,ff.de pac.dot.quem ad hoc pro singulari al-
legat do.Abbas Sicu.in c.cum apostolica de his quæ fi.à præl.si-
ne cons.& illud etiã ad hoc allegat Bald.in l.ven.la ij.C.de act.
empt.& in auth.sed & si quis.in viij.col.C.de secun.nupt.& in
l.apud antiquos.C.de fur.vbi etiã ad hoc allegant tex.in l.pecu-
niã.in ver.sub cõtraria conditione,ff.si cer.pet.¶Fortificatur ex
verbis eiusdem instri dicentis ꝙ in casu quo dictus mẽsis Februa
rij labatur & d.Iac.non determinauerit quid fieri velit in prædi-
ctis d.Lanciloto aut fratribus,vel aliquo,vel aliquibus eorũ non
probantibus, vel ostendentibus legitimè debere habere aliquid
à d.Sancto depositũ liberetur,Sanctus &c.Nam primò præsup-
ponitur ꝙ Lancilotus vel fratres legitimè probauerint se esse cre
9 ditores Sancti.†Et notandum est verbum legitimè.[d] quia opor-
d tet ꝙ probatio fieret: ideo ꝙ non sufficeret semiplena probatio
cum iuramento: vt no.gl.repu.sing.in l.cũ de indebito.in prin.
in ver.legitimis, ff.de prob.quã approbant moderni.ibi & in l.
patronum, eo.ti.quod tanq̃ incidens latius non attingo.¶Et si
dicatur:arbiter intra mensem Februarij determinauit ꝙ dlxx.du
cati non deberent Sancto restitui: ergo ex verbis instri verifica-
10 tur quod Sancto solui nõ debeant pecuniæ depositę.& †respon
deo ꝙ verba dicti instri debent intelligi de determinatione arbi
tri valida l.iiij.§.condemnatum,ff.de re iudic.l.non putauit,§.
non quæuis,ff.de contratab.& quod not.Bart.in l.penult.ff.de
adult.l.j.§.quod aũt.& quod ibi not.Bal.ff.de offi.præf.vrb.l.di
uus Traianus,& quod ibi Bar.ff.de testa.mili.l.ædiles,§.procu-
ratores,ff.de ædil.edic.& quod per illum text.dicit Bald.in l.si
prædiũ.in pen.col.C.eod.tit.Sed terminatio arbitri circa dlxx.
ducatos fuit nulla, quia non poterat cognoscere & pronuntiare
super vera & nõ vera obligatione,& debito dictæ quantitatis,vt
e superius est ostensum,ergo,&c.¶Quia subtiliter,[e] & copiosè al
legatum & consultum per clarissimum dominum supra consu-
lentem transiens in similibus cum eo arbitratus sum nihil adde-
re oportere.¶Circa tertiam dubitationem nouiter ortam,
videlicet an si Lancilotus depositum repeteret pœnam in in-
strumento promissam incurrerit.¶Et videtur prima facie di-
cendum quòd cum dicta pœna sit adiecta in effectu dationi
quantitatis pecuniæ, quantum ad casum de quo quæritur, ideo

 stat ma-

ſtat magis cõis* cõcluſio, ꝙ videatur † adiecta in fraudem [f] vſura-
* 11 rum & per ↄ̃ns exigi non poſſit. l. Iulianus. §. idem pa. & ibi not.
f ff. de act. empt. & l. cum allegas. & ibi plenè per gl. & doct. C. de
vſur. no. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. d. l. pœnam. ff. de vſur.
no. in l. cum ſeruus. de cõd. & demon. & Ang. in l. ſtipulatio iſta.
§. alteri. ff. de ver. ob. & canoniſtæ in c. ſuam. de pœnis. cum cõ-
cor. ¶ Secundò pro hoc facit: quia cum Lãcilotus videat' iuſta cã:
id eſt propter ſententiam arbitri motus ad repetendum depoſi-
12 tum: † talis iuſta cã videtur ꝙ excuſet eum à pœna [g] ſicut aliàs iu-
g ſta cã excuſat quem à pœna condemnationis expenſarum. l. qui
ſolidũ. §. j. ff. de leg. ij. in authen. de iud. §. oportet. not. in l. pro-
perandum. §. ſin autem. C. de iud. & in c. finem litib. de dolo &
cõtu. ¶ Et ſimiliter iuſta cã excuſat à mora & pœna interitus rei
debitæ: vt no. gl. in verbo detrimentum, in l. quod te. ff. ſi cer. pe.
& in l. vnum. in ver. cum eſſet petitum. eo. tit. & in l. in hac. in gl.
magna. ff. de tri. & etiam excuſat à pœna contumaciæ: vt not. gl.
in l. ex conſenſu. §. fi. ff. de appel. reci. in l. j. §. fi. ff. ſi quis ius di-
cen. non obtem. ¶ Item iuſta cã excuſat à pœna compromiſſi: vt
tenuit Io. An. tit. de arbi. §. fi. C. de arbi. l. j. & in l. non vtique. ff.
de rei vend. quem ibi ſequitur ẽt Pe. de Anch. in repe. & Bar. An
ge. & Pet. de Anc. in l. tres fratres. ff. de pac. & Bart. in l. quod te.
ff. ſi cer. pet. & in l. qui cum tutoribus. ff. de tranſactio. & in au-
then. generaliter. de epiſ. & cle. & Bar. & Ange. in l. qui Romæ.
§. duo fratres. ff. de ver. ob. de quo ibi aliquid per Bar. & Bal. in
l. ex diuerſo. ff. de rei vend. & in l. Iulianus. ff. de condi. & demõ.
& Bal. in c. j. imperator Loth. in feu. & Bal. in l. ſi iudex. ff. de his
qui ſunt ſui, & l. fi. in xj. q. C. de ↄ̃hẽ. emp. & in l. eos. §. cautione.
C. de appel. & in l. edita. in xiiij. col. C. de eden. & do. Ab. in d. c.
quintauallis. & iuſta cã excuſat quem ab oblõne intereſſe. Et no.
in §. ſi quis inueſtitus. qui ſucce. plenè allegat gl. ſing. quæ ſm eũ
non eſt alibi in d. l. in hac in gl. magna, in prin. ff. de tritica. Et fa-
cit ꝙ no. Io. An. in c. j. de elec. in vj. in nouel. Et ſimiliter iuſta cã
excuſat à pœna legali: vt no. gl. fi. in l. ab executione. C. quorum
appel. non recipiantur. in c. ſacro. de ſen. excom. ¶ Et not. Bal. in
addi. Spe. in ti. de arbi. & in l. ij. C. de epiſ. & cler. ¶ Et dicta ſen-
tentia arbitratoris videtur tribuere Lanciloto iuſtam cauſam:
13 † cum in dubio pro ſententia arbitratoris præſumitur: vt conclu-
dit Dy. cõſi. xix. inci. Tholomæus. col. ij. vbi ad hoc allegatur. l.
ab ea parte. ff. de probatio. & l. ſciendum. & l. Titia. §. idem rñ-
det. ff. de ver. ob. & in l. iure gentium. §. quod ſcire. ff. de pact. in-
ſti. de inuti. ſtipu. §. item ſcriptum, & inſti. de fideiuſ. §. fi. & ſeq-
tur hoc Io. An. in addi. Spe. in tit. de arbi. §. ſequit'. ver. q̃d ſi &c.
Et do. Ant. & do. Abb. in c. qm̃ ↄ̃ de proba. & do. Ant. & Ioã. de
Imo. in d. c. in præſentia. de renuncia. & Lud. Rom. in l. ſciendũ.
ff. de ver. ob. facit tex. in c. bonæ. el j. de elec. & in c. cum inter, &
c. ſicut. de re iud. & ſequitur hoc do. Abb. in c. quintauallis. de
14 iureiur. in xxviij. col. ¶ † Sed his nõ obſtantibus puto Lancilotũ
in pœnam incidere: quia cum conuentum fuerit inter dictas par
tes contrahentes quòd depoſitum vſque & per totum menſem
Februarij per Sanctum exigi non poſſet, vt plenius probaui ſ̃.
circa ſecundam dubitationem. & omnia cõtenta in dicto inſtru
mento promiſerunt dictæ partes inuicem obſeruare, & rata &
firma habere & contra ea vel ipſorum aliquod nõ facere, dicere,
opponere, vel venire per ſe vel per alium, vel de facto vel in iudi-
cio, vel extra quocunque mõ vel aliqua ratione ſub dicta pœna,
&c. Si ergo Lancilotus repetit depoſitum patet euidenter ꝙ ra-
tum non habet ꝙ Sanctus depoſitum à depoſitariis conſequatur
ipſum non ſolum verbis, ſed facto ratificatur vel non ratificatur
actus. l. Pau. aliàs incipit, non autem. ff. rem ratam haberi, & l.
quo enim. §. fi. & in l. indebitum. §. fi. eo. tit. ¶ Præterea ita debe
ret incidere in pœnam Lancilotus petendo depoſitum: & ſic prę
beñdo cauſam & dando operam, vt depoſitum Sancto non re-
ſtituatur ſicut incidit in pœnam depoſitarius nõ reſtituendo de-
poſitum prout ſibi ſub pœna reſtituere promiſiſſet. l. qui occi-
dit. §. in hac. ff. ad leg. Aquil. l. videamus. §. fi. & l. qui domum. in
fin. ff. de loca. cum ſi. ¶ Et tanto fortius procederent prædicta ſi
pendente reclamatione laudi repeteret Lancilotus depoſitum:
15 † quia pendentia reclamationis impedit executionem laudi, &
h aliquid innouari: cũ ſit quæda appellõ [h]. l. non diſtinguemus. §.
cũ quidã. ff. de arbi. & appellatione pendente nihil debet inno-
uari, ca. bonæ. de app. in terminis noſtris in pendentia reductio-
nis ad arbitriũ boni viri, firmat hoc Ab. Sic. in c. q̃ntauallis, de iu

reiur. in pe. char. & Bal. cum aliquali diſtinctione in l. nam & po
ſtea. in prin. ff. de iureiur. & in addi. Sp. in tit. de arbi. ¶ Nõ obſt.
ꝙ pœna adiecta dationi quantitatis videatur adiecta in fraudem
vſurarum: quia rñdeo pluribus modis. & primo, ꝙ quantum ad
Lancilotum & fratres pœnæ non erant adiectæ dationi quanti-
tatis, ſed facto: quia ipſe promiſerat firma & rata hr̃e contenta in
dicto inſtr̃o, & non contrauenire. Vnde eo ipſo ꝙ ratum non ha
buit repetendo depoſitum incidit in pœnam, quæ fuit à dicta ra-
tihabitione: quo caſu pœna prædicta facto adiecta peti poteſt:
nec cenſet' in fraudem vſurarũ appoſita, l. Lucius. & ibi no. gl. ff.
de act. empt. l. ſi dictum. in prin. & ibi no. ff. de euic. ¶ Secundò
16 poteſt rñderi † ꝙ etiã pœna adiecta dationi quantitatis in homi
ne non conſueto fœnerari non præſumat' adiecta in fraudem vſu
i rarum [i] vt tenuit gl. in l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de ver. obl. & l.
vtrum, ff. de pet. hæred. per illum tex. & in l. pœna, ff. de vſur. &
in c. illo vos. in gl. fi. de pign. & Inn. in c. tuam. de pœnis & Arch.
xij. q. ij. cum deuotiſſimam. & Bar. in l. cum ſtipulati, ff. de verb.
oblig. & maximè in alio cõtractu q̃ mutui ſm Pau. de Caſt. & in
17 l. Iul. §. idem Papi. ff. de act. emp. ¶ † Tertio rñdeo ꝙ dato quod
procederet opi. tenentium ꝙ pœna adiecta dationi quantitatis,
etiã in non ſolito fœnerari præſumatur adiecta in fraudem vſura
rum. Tñ id fallit in pœna appoſita in contractu tranſactionis. ita
tenuit Bal. in l. cũ allegas. in iiij. oppo. C. de vſuris. & Io. de Imo.
in c. dilecti. de arbi. & in d. §. altera. ¶ Nec ob. ꝙ ꝑp ſententiam
arbitratoris iuſtam cauſam habeat Lancilotus repetendi depoſi-
18 tũ, quæ iuſta cauſa excuſare debeat à pœna: quia rñdeo † primò
k ꝙ imo iuſta cauſa nõ excuſat à pœna conuentionali [k] petentẽ vel
agentem, quia anteq̃ petat & agat debet diligenter ius ſuum ex-
plorare, l. qui in alterius, ff. de regul. iur. ita in terminis decidit
Bal. in l. non ſolum, ff. de rei. vend. & in l. quod te, ff. ſi cer. pet.
pro hoc etiam allegat gl. not. in l. ſi mulier, §. ſi rem, ff. de lega. iij.
quæ voluit ꝙ licet iuſta cauſa litiganti excuſet à pœna expenſa-
l rum vt eſt dictum: tñ fallit in expenſis [l] debitis ex expreſſa diſpo-
ſitione hominis: puta ex diſpoſitione teſtatoris vel contrahen-
tis: quod reputat Bal. no. dignum. & idẽ etiã voluit gl. in §. opor-
tet. in auth. de iudi. quam ad hoc allegat Ang. in l. properandum.
§. ſin aũt alterutra, C. de iudi. & ibi idem etiã Bar. & Bal. in auth.
generaliter, in iij. col. C. de epiſ. & cler. & in l. eos, §. cautione, in
j. col. C. de appel. & ibi etiam tenet apertè Bald. quod iuſta cauſa
non excuſat à pœna contractus volũtarij: & idem Bal. in l. edita,
in ix. col. de eden. & ſic vult in effectu Bal. in dictis locis quod li-
cet iuſta cauſa excuſat à pœnis legalibus. c. ſacroſ. de ſent. excom.
vt dixi ſ̃. tñ non excuſet à pœnis conuentionalibus. & hoc facit,
quia mitius agitur cum lege q̃ cum homine, l. Celſus, ff. de arbi.
19 ¶ † Non. ob. deciſio Io. And. in addi. Sp. in tit. de arbi. vbi voluit
quod petens reduci laudum ad arbitrium boni viri, licet ſuccum
bat non incidat in pœnam compromiſſi ſi habuit cauſam iuſtam
litigandi: quia reſpondet primò Bald. in d. l. non ſolum. quod ibi
loquitur in eo qui petit reductionẽ laudi, qui habet ſimilitudi-
nem rei ſicut appellans qui dr̃ ſuſtinere vices defenſoris, c. cum
interdi. & c. ſignificauerunt, & c. fi. de excep. Secus ergo ſm eum
in eo, qui principaliter petit, vel agit. vel põt dici ꝙ opi. Ioan. An.
in loco præallegato non eſt vera, per l. ex diuerſo. §. j. de rei ven.
& ibi not. Barto. diſtinguens vt ibi latius per eum: & per d. §. duo
fratres. & cum opi. Bar. tranſit. Io. de Imo. & Pau. de Ca. & idem
Bar. in l. Iulianus, ff. de cond. indeb. & Bal. in l. iudex. ff. de his qui
ſunt ſui vel alie. iur. & dom. Abb. in d. c. quintauallis. ¶ Circa
hoc vltimum tamen, ſcilicet an opinio Ioan. And. ſit vera non in
ſiſto: quia non oportet ſtante prima reſponſione data per Bal-
20 dum. in d. l. non ſolum. & alijs infra proximè dicendis. † Secun-
dò principaliter reſpondeo quod Lancilotus & fratres virtute
laudi non dicuntur habuiſſe iuſtam cauſam repetendi depoſi-
tum attento quod dictum laudum fuit nullum, vt circa primum
dubium probaui. ¶ Et quod hoc ſit verum patet ex nota. per
Bartolum & alios in l. iuſte. ff. de acquiren. poſſ. in fi. vbi quæ
rit ſi ſtatuto cauetur quod ingrediens poſſeſſionem alienam
tali pœna puniatur, an ſi quis ingrediatur virtute inualidi de-
creti iudicis excuſetur à pœna? & decidit quòd non quia ex lata
culpa punietur. allegat text. inſtit. vi bo. rap. §. j. & l. j. ff. de men-
ſor. fal. mod. di. & l. j. §. non autem. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ.
fue. cum ibi not. per eundem & idem tenet Bartolus conſil. xcj.
incip. In quæſtione vertente in cura capitanei. Baldus in di-

ſputatione

ſputatione ſua incip. accuſatus de vi turbatiua. in verſi. tertio quę
ritur. & Bar. in l. ſequitur. §. fundum. ff. de vſuca. Et probatur ēt
in l. meminerit. ſecundum vnam lec. C. vñ vi. potiſſimũ ꝓcedit
hoc, ſi Lancilotus pendente reclamatione laudi depoſitum repe
tiiſſet. quo caſu in l. dubitandũ erat. vt ſuperius circa hanc vltimã
dubitationem tetigi. ¶Non ob. quod ꝓ ſententia arbitratoris in
21 dubio præſumatur. ¶†Quia rñdeo quod illud procedit vbicun-
que ſumus in dubio an laudum ſit æquum vel iniquum. Nã quo
ad hoc vt intelligamus cui incumbit onus ꝓbandi iniquitatem
ſeu nullitatem laudi, vel econtra præſumitur pro laudo: & quod
propterea alleganti iniquitatem vel nullitatem incumbit onus
probandi. ita loquitur lex ab ea parte. ff. de probatio. & alia iura
ad hoc allegata per Dy. & nos ſumus in caſu certo: quia cognoſci
tur clarè ex inſpectione compromiſſi & laudi laudum non tene-
re: vt in primo dubio deductum eſt. Secundo poteſt reſponderi
22 primo dubio † quod vbi reclamatum eſt non præſumitur amplius
m pro laudo [m] ita tenuit Ant. de Bu. & Abb. Sicul. de probat. c. qm̃
contra Rom. in l. ſciendum. ff. de ver. obli. ſicut ēt dicimus in ſen
tentia à qua appellatum eſt, de qua pro ea nõ præſumitur, in au-
then. de his qui ingre. ad app. §. iſtud quoque determinate. & cir
ca v. co. vt no. Spe. de inſtr. edi. §. reſtat. in ſumma, & in ti. de ſen.
prola. §. vt autem. ver. & no. ſm quoſdã. Hoc idem ēt tenuit An.
de Bu. conſi. xxiiij. incip. quæſtio hæc dubia vulgaria habet &c.
vbi ad confirmationem prædictorũ ſcilicet ꝙ nõ præſumatur ꝓ
ſententia arbitratoris à qua eſt reclamatum. ¶Adducit quod no.
Inn. in c. bonæ. de ele. in c. qm̃ cõtra. & in c. ſacro. de ſent. excõ.
vbi voluit quod licet ſententiæ cenſuræ non tranſeant in rem iu-
dicatam: tamen appellatio tollit vires præſumptionis talis ſenten
tiæ: ita ēt dicendũ eſt in arbitramento licet nõ ſpectet tranſire in
rem iudicatam: quia non eſt propriè ſententia, ſed quidã cõtra-
ctus tranſactionis: vt dixi ſ. in prin. quinimo dicit Ant. de But. in
præall. conſi. plus ſcilicet ꝙ pro ſententia arbitratoris etiam quã
do nõ eſt reclamatum nõ præſumatur. quia arbitramentũ magis
accommodatur naturæ contractuum quàm iudiciorum, vnde di
cunr quòd eſt quædam tranſactio: vt eſt dicendum: & in contra-
ctibus non præſumitur pro requiſitis extrinſecè. l. quæcunque.
§. fi. ff. de publicia. ergo &c.

## ADDITIO.

a ¶Tranſactio. ſ. lib. j. conſi. xxij. nu. 3.
b ¶Alius. Rom. conſi. clxxx. col. pen. Aret. d. l. ſi fugitiui. Cep.
cau. ciu. conſi. vlt. col. ij. Iaſ. ſi vnus in prin. ff. de pac. adde. j. e.
conſi. cciiij. nu. 4.
c ¶Senſu. ſ. eo. conſi. xlvj. nu. 5.
d ¶Legitimè. Hypp. Marſil. rep. rub. de prob. fol. 16. Iaſ. l. ſi qñ.
col. ij. C. vnde vi.
e ¶Quia ſubtiliter. qđ ſequitꝰ vſque ad fi. conſi. eſt cõſiliũ ſepara
tum ex interuallo & poſt intermedia cõſilia aliorũ ſuper de-
pendentibus à præcedenti eodẽ themati additũ. quare rectè
debuit immediatè ſubiungi, niſi ꝙ melius ſtetiſſet vt cõſilium
ſeparatũ immediatè ſequens ꝓut tanq̃ cõſilium ſeparatũ du-
plicatur ad verbũ. j. lib. vj. cõſ. xliij. quã duplicationẽ erroneã
reſecare potui, numeros vero mutare non.
f ¶Fraudem. imo. cõis* & vera eſt non præſumi hanc fraudem
* in cõpromiſſo: vt ēt tenet Alex. hoc eodem cõſi. nu. 15. & in
l. v. §. ſi ſortem. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. col. pen. de ver. ob. di
xi in l. eos. C. de vſuris.
g ¶Pœna. j. lib. iiij. conſi. cxv. nu. 15. Hypp. Marſ. l. patre. n. 22.
ff. de quæſtio. Are. conſi. cxlix. col. v. Iaſ. l. Iulianus. col. ix. de
condi. indeb. conſi. xlj. in fi. lib. iij. Cur. iunior. l. quod te. col.
ij. ſi cer. per.
h ¶Appellatio. Cur. ſen. conſi. xxxiij. in fi.
i ¶Vſurarũ. de vſuris putatoriis plenè dixi in d. l. eos. q. xvj. ꝙ re
probatur in mutuo niſi quatenus de vero intereſſe cõſtet non
ãt extra mutuum, ſed moderandæ ſunt iuxta. l. vnicam. C. de
ſent. quæ pro eo quod inter. vbi dixi. q. 4.
k ¶Conuentionali. Iaſ. d. §. duo fratres. col. vj. Ant. Corſ. ſing.
verſ. pœna. Dec. l. qui cum alio. de reg. iur.
l ¶Expenſis. ſup. eo. conſi. xxxvij. in fi.
m ¶Laudo. And. Alcia. de præſum. reg. iij. præſum. xij. Alex. j.
eo. conſi. cxxiiij. nu. 7.

Caſus talis eſt: Raynaldus de Fauiolis locauit Petro quondam
Gundi ad affictum ad francandum ad terminũ xij. annorũ tunc
proximè futurorũ vnam petiã terræ xl. tornaturarum vel circa.
ita tñ qđ quantũcunque ſit &c. cedat præſenti locationi ad ratio
nem torna. prout latius in inſtro poſito in terra An. iuxta viam
publicam, iuxta flumen Rheni, iuxta illos de Achariſiis, & alios
ſuos confines pro certo annuo affictu, & pro certo pretio franca
tionis prout in inſtro. Mõ vertitur dubiũ inter locatorẽ & cõdu-
ctorẽ, vtrũ certa pars dictæ poſſeſſionis quę vocatur Berleta in &
ſup qua ſint arbores diuerſi generis naſcuntꝰ herbæ ad paſcendũ.
Et ſi cultiuaretur naſceretur frumẽtũ & alia blada, quæ petia ter
ræ Berletæ eſt cõfinata iuxta flumen Rheni, debeat mẽſurari cũ
tota reliqua parte dictæ poſſeſſionis, & pretiũ ex ea debeatꝰ dicto
locatori ſicut de reliqua parte poſſeſſionis prædictæ: qa ꝓ parte
dicti locatoris dr̃ ꝙ dicta Berleta debet mẽſurari, & de ea ſibi pre
tium debetꝰ ad rationẽ tornaturarũ ſicut de alia parte poſſeſſio-
nis. primo qa dr̃ in d. inſtro locationis qđ locat dictã petiã terræ
iuxta flumẽ Rheni, & ſic includit d. Berletã q̃ eſt cõfinans iuxta
dictũ flumen Rheni. ſecundo quia d. Berleta tam ratione arbo-
rũ q̃ ratione herbarum & ſi nil araretur eſt fructifera. Pro parte
runt tacitè remissæ: quia non fuerunt oppositæ ante publicatio-
nem testium c.præsentium. de testi. in antiquis & Cy. in auth.si
testis. C.de testi.& Io.And.in addi.Spec.in ti.de teste.§.sæpe.cir
ca prin. vbi expressè dicit remitti posse per partem hanc exce . ꝙ
testis.sit criminosus. ¶ Præterea requirebatur ꝙ talia crimina de
ducentur in articulis specificè,& cum expressione loci & tempo
ris: per id quod habetur in l . præsentium. § . testes. cum ibi not.
per doc.de testi.lib.vj.& per Bar.in l.j. circa.iij.col. de exce.per
Bal.in auth.si dicatur.in fi. C. de testi.l. edita. in viij. col. in rep.
Paduana.C.de eden.¶ Non ob.etiam si dicatur quòd iudex cau-
sæ principalis detulit iuramentum in supplementum probatio-
nis : & quod ita reus iurauit nullam factam fuisse promissionem
13 de retrouendendo: † quia dico quod talis delatio iuramenti fieri
non potuit,prout facta fuit scilicet absente do. Stephano, & nõ
citato.l.in bonæ fidei ver.causa cognita.de rebus cred. & ibi per
illum text. not. Ang . dicens cautum debere esse aduocatum per
14 illum text.iuncta.l.in causæ.§.causa cognita.de mino.¶ † Circa
secundum principale , videlicet an obstet quòd non fuit trans-
missa consultori , prout cauetur in statuto sub rubrica , de libel.
obla . respondeo quòd non : quia potest responderi ad statutum
quod intelligitur parte petente.l.iiij.§.hoc autem interdictum.
de dam.infec.& no.gl.& doc.in c.fi.de rescri.& An.de But.in c.
pe. de iud . cum si . Sed dictus Gaspar non petit causam legitimè
committi consilio sapientis non suspecti simpliciter, vt dicit sta-
tutum.sed dicit quòd offerebat se paratum mittere ad consilium
sapientis Bononiæ , vt aliàs dictum est & conclusum inter dictas
partes: dicebat, & lis de tali conclusione non apparet in act. de-
buit petere causam mitti per capitaneum ad consilium sapientis
partibus non suspectis secundum dispositionem statuti , à cuius
forma non debuit recedere.l. prætor.§. docere.ff. vi bo.rap.l.j.
§.ait prætor.ff.ne quid in flu.pu.& quod no.voluit Io.An.in c.j.
in ver.christianorum,de homi.li.vj.in nouella.& Bal.in l.si quis
non dicam rapere.circa.iiij.col.de epis. & cler. ¶ Præterea quan
docunque fuerit sibi præsentata copia processus & omniũ acto-
rum.& non apparet ꝙ Gaspar in hoc fecerit id quod sibi incum-
bebat circa præsenta.dictorum actorũ : oportebat enim mittere
acta ad consultorem.iuxta.l.fi.C. de rel. vnde iste qui non adim
pleuit pro parte sua non potest alteri moram allegare.l.Iulianus.
15 §.offerri. ff. de ac.emp.l.ædiles etiam.§.fi. de ædi. edi. ¶ † Insu-
per posito ꝙ sententia fuisset nulla, potest per iudicem appella-
tionis cõfirmari:vt no.per gloss.& doc.in l.j.C. qñ prouo.& per
doc.in l.si expressim.ff.de app.qñ causa nullitatis quę erat in pri
ma sententia cessat in secũda, vt in casu nostro. ¶ Vel etiã põt re-
formare iudex appellationis qñ ex actis talia apparẽt , ex quibus
veniat reformãda.l. absentẽ. C.de acc. & si aliter non fuit petitũ
reformari sm Io.de Imo.in d.l.expressim.circa vlt. co.per ratio-
nes ibi redditas per eum. ¶ Ex quibus omnibus concludo partes
dicti iudicantis esse in confirmando primam sententiã latam in
16 fauorem dicti Stephani.† præterquam quo ad expensas,attento
quod Stephanus vicit & superauit ex iuramento Antonij delato
in supplementum semiplenæ probationis, per ea quæ singulari-
ter traduntur per Bal.in authen.generaliter.circa.iiij.colu.C.de
episcopis & clericis . vnde in expensis tã principalis causæ quàm
appellationis iudex vtramque partem ab expensis absoluat pro-
pter prædicta:& etiam quia in hac causa vterque est victus, & vi-
ctor poterit etiam iudex si sibi placuerit priusquam pronuncia-
ret repetere dictum Antoniũ testem , vt supra dixi, sed non puto
esse necessarium per supradicta. Alexander.

### ADDITIO.

a ¶ Repetere.ĩ.li.vj.consi.ccxxxviij.
b ¶ Approbari. Alex .l.iij.§. hoc autẽ iudicio.ff. de dam. infec.
Ant.Cor.sin.ver.testis.j.Fe.c.si diligenti.col.viij.de fo.cõpe.
Deci.l.j.de off.asses.l.qui iurisdictioni. in fi.de in om.iud.Ias.
l.patre furioso. col.iiij. ff.de his qui sunt sui vel ali.iu.in rep.l.
admonendi. col.vij. de iureiu. Dec.c. ex insinuatione.col.fi.
de app.doc.in l.etiam C.de testib.
c ¶ Modico.s̃.eo.consi.xlviij.nu.5.
d ¶ Comparitionem . Per quam vitiũ citationis purgatur And.
tiraq.in consu.pict.§.ix.gl.ij.nu.18.cum seq.

### SVMMARIVM.

1 *Præsumitur pro sententia.*
2 *Sententia potest ferri contra non citatum præsentem.*
3 *Nuncius si refert se citasse, præsumitur pro eius commissione.*
5 *Possidere se respondens intelligitur de toto , & censetur se liti offerre.*
6 *Exceptio post sententiam non potest opponi eam infringens.*
9 *Inferior non potest vti clausula non obstante.*

## CONSILIVM CXXIII.

VIso processu causæ agitatę inter syndicum societatis S.Ma
riæ de cotignola ex parte vna agentem,& Rogeriũ quon
dam Matthæi deluechio & Petrũ quondam Matthæi ex
altera se defendentes. ¶ Videndũ est in primis vtrũ sententia lata
per dñm vicarium cuius petitur executio valeat stantibus exce-
ptionibus ꝯ eam oppositis. ¶ † Ad quod vr̃ sententiã valere, & ꝓ
1 ea præsumitur regulariter.c.bonæ.el.j. de ele.c.in præsentia. de
renun.c.cũ inter.& c.sicut.de re iud. & no.plenè in c.cũ in iure.
de of.deleg.c.qm̃ ꝯ.de prob.& l.sciendũ.ff.de ver.ob. cũ si. Nec
ob.exceptiones ꝯ prædictam sententiã in præsenti iudicio execu
tionis oppositæ : quia primo non obstat ꝙ fuerit lata ab incom-
petenti iudice : quia responsio patet ex rescriptis delegatorijs re-
gistratis in processu: per quæ rescripta constat causam à principe
fuisse delegatam vicario Lugi,& indubitatum est principem hoc
facere potuisse.l.j.C.qui pro sua iuri.l.more. cum l. seq.ff. de iu-
ris.om. iu. & quod plus est pronũciatum est per iudicem aditum
se fore iudicẽ cõpetentem , & ab ea pronunciatũ est prouocatũ,
ideo illi stare oportet.c.cum dilecti.de ele.c.significantib.de of.
dele. ¶ Non ob. secunda exceptio , qua dr̃ ꝙ sententia nõ valuit
eò quia non fuit condẽnatoria nec absolutoria , prout esse debet
ꝙ in ea nõ fuerunt condemnati dicti Rogerius & Petrus ad resti
tuendũ dictas petias terræ: quia contrariũ patet euidenter ex in-
spectione sententiæ prædictæ in qua condemnatur Rogerius &
Petrus & eorum procuratores ad restitutionem dictarum terra-
rum.

rum.¶ Et similiter fragilis est tertia exceptio, qua dr̃ quod ver-
ba sententiæ nõ fuerũt relata ad ser Paulum Andreę de margotis,
qui erat dñs litis seu causæ. sed ad alios syndicos, qui nõ erant dñi
litis: & sic nõ deberet valere sentẽtia, per ea quæ habent̃ in l. j. C.
de sen. & interlo. omniũ iud. q̃a imò ex inspectione sententiæ ap
paret verba esse relata ad ser Paulũ. ¶ Non ob. etiã quarta exce-
ptio in qua opponit̃ ꝙ nõ valuit sententia. q̃m fuit & est absque
eo q̃d dictus Rogerius & Petrus nunquã fuerũt citati ad audien-
dã sententiã, saltẽ legitimè & perẽptoriè, iuxta. l. ad perempto-
riũ. ff. de iud. & l. consentaneũ. & l. tres denũciationes. C. q̃uo &
q̃n iud. q̃a ad hoc r̃ndeo ꝙ citatus fuit ꝓcurator dictorum Ro-
gerij & Petri: & etiã ipse Rog. & Pe. personaliter, vt comparere
deberent die x. mensis Martij, & ita postea dicta die cõparuit ꝓ-
curator dictorũ Rog. & Pe. & eo præsente lata fuit sententia. &
ideo si cõparuit reus in prima citatione ad audiendũ sententiam,
quãuis fuisset peremptoria non erat necesse aliã citationẽ facere:
vt in auth. qui semel. C. q̃uo & q̃n iud. l. properandum. §. j. C. de
iud. Nã tertia citatio de qua in l. ad peremptoriam. fiebat ad con
uincendũ malitiã & ꝓteruitatẽ nõ cõparentis. d. l. ad perempto-
riũ. cũ seq. vnde si in prima citatione reus citatus cõparet, non est
2 vlterius citandus. † Ideo iura dicunt quod sententia ferri potest ꝯ
non citatũ præsentẽ, vt erat dictus ꝓcurator reorũ. l. de vnoquo-
que. de re iud. l. etiã. §. hęreditatẽ. & l. in causa. la. j. §. causa cogni
ta. ff. de min. & no. Io. An. in c. fi. de ele. lib. vj. in nouella. & cla-
rè ponit prædicta Io. An. in addi. Spe. in ti. de sen. prola. §. vt aũt.
in addi. quæ inci. Citatũ supplè peremptoriè. & no. per Bar. in l.
prolatã. C. de senten. & Bal. in l. nã ita diuus. ff. de adop. & in l. si
accusationibus. C. de accusatio. & Ange. & Io. de Imo. in d. l. de
3 vnoquoque. per docto. plenè in c. j. de iud. cum simil. ¶ † Et cũ
nil appareat de cõmissione citationis, sed solũ de relatione nun-
cij, tamẽ præsumit̃ commissionẽ præcessisse, vt no. Guido de su-
za. in d. l. ad pemptoriũ. & refert Ant. de But. in d. c. j. de iudicijs.
& idẽ tenet Tancre. in opere suo in sc̃da euidẽtia. q. x. per. l. ma-
gis puto. §. ne t̃n. de reb. eorũ. & l. j. §. quod eius. ff. de offi. præ-
fec. vr. per id q̃d legit̃ & not. in c. cũ parati. de ap. t̃n q̃a in hoc ali-
qui ꝯdicunt nisi appareat in hoc consuetudinem loci ita se habe-
re: ideo tutius est respondere quod dicta præsentia procuratoris
sufficiat, per prædicta. ¶ Pro quo etiã facit: quia apparet ꝙ præ-
sentia procuratoris nõ fuit ibi propter aliud, sed ꝓpter ipsam sen
tentiã: & quia nuntius eum ad hoc citauerat: quo casu præsumit̃
ꝙ fuerit præsens ad hoc, vt not. Bart. & alij post eum in l. furioso.
ad fi. ff. de iu. ar. l. hæredes palam. §. in testamentis. ff. de testa. Et
posito ꝙ ista citatio aliquo modo posset dici nulla ratione defe-
ctus cõmissionis, vt s̃. proxi. t̃n propter præsentiã & cõparitionẽ
a subsecutã in termino dictæ citationis conualidat̃: vt est gl. not.
in l. j. in princ. in ver. sententia valebit. ff. de ferijs. vbi no. doc. &
probat̃ in l. si vt proponis. la. ij. in ver. absentẽ à contrario sensu.
C. q̃uo & q̃n iud. quam ad hoc allegat Ioan. An. in d. c. fi. de ele.
4 in vj. ¶ † Præterea prædicta sententia quæ lata fuit, iam est vltra
tempus x. annorũ, & in qua fit mentio de renuncia. de citatione
& monitione aduersariorũ præsumit̃ q̃d fuerit rite lata, & inter-
ueniente legitima citatione, vel præsentia: vt probat bonus text.
in c. bonæ. el. j. de elec. vbi refricabit̃ in dubium de cita. & tamen
pro sententia præsumit̃, & no. ibi doc. & Host. in c. cũ inter. de re
iud. & Spe. in ti. de senten. §. fi. versi. in summa. vbi hoc tenet sal-
tem q̃n parte præsente fuit lata. vt in casu nr̃o. & not. plenè Io.
de Imo. in l. iiij. §. condemnatũ. de re iu. & in c. q̃m contrà. post
alios doc. de prob. Et circa hoc plura dici possent: sed quia supe-
rius dicta abundant & sufficiunt ideo istũ articulũ vlterius quàm
expediat non prosequar. ¶ Non obst. etiã quinta exceptio: quia
dr̃ quod sentẽtia fuit nulla eò quia lata cõtra dictum Petrũ mino
rem, & indefensum non habentem curatorẽ nec legitimam per
sonã standi in iudicio iuxta. l. acta. §. fi. & l. cõtrà. de re iudi. quia
respondeo quod de minori ætate nõ est probatũ, præterea appa
ret in processu quod dictus Petrus constituit procuratorem qui
5 in causa pro eo cõparuit & prosecutus fuit. † Et posito, sed non
concesso quod Petrus esset tunc adultus, tunc non potuit pro se
constituere procuratorem ad lites cum ipse careret curatore: vt
not. Barto. in l. neque. C. de proc. in ver. venio ad secundã partẽ,
&c. & per. l. si curatorẽ habẽs. C. de in integ. restit. mi. ¶ Nec de
resti. in integrũ dicti Petri tractandũ est: q̃a elapsum est quadrien
niũ à die sententię & vltra, & etiam non probauit se esse intra tp̃s
scilicet xxix. annorũ ætatis suæ: intra quod tp̃s durat facultas pe-
tendi restitutionẽ in inte. l. fi. C. de temp. in inte. pe. c. j. e. ti. li. vj.
¶ Non ob. etiã vj. exceptio nullitatis, qua dr̃ quod dicta senten-
tia condemnatoria non fuit lata ꝯ procuratorẽ dictorum reorũ,
qui erat dñs litis, sed ꝯ principales, iuxta id q̃d habet̃ in d. l. j. C. de
sent. quia r̃ndeo quod imo etiã lata fuit ꝯ procuratorẽ, vt ex ver-
bis suis euidenter apparet. Et similiter in quantũ in vij. exceptio-
ne opponitur quod non fuit lis contestata: quia ex processu con-
trariũ constat. ¶ Cũ ergo nulla exceptio nullitatis iustificata sit
contra dictam sententiã. & lapsa sint tempora appellationis pro-
sequendæ. quia iam sunt x. anni & vltra quibus lata est, clarũ est
quod in rem iudicatam transiuit. Et posito quod ab ea appellatũ
fuisset, t̃n elapso dicto tpe, & parte citata ad cõtradicendũ ne fiat
executio, debet sententia exequi prout petitũ est: & perinde est
ac si nunquam appellatũ fuisset. l. si contra. C. de appel. l. si illud.
C. de tempo. appel. iũcta auth. ei qui. eo. ti. & in d. c. ex ratione.
de app. & declarat̃ in l. j. in fi. ff. nil no. cũ si. ¶ Et per hoc est respõ
sum ad primum dubiũ principale, & omnia ab eo dependentia.
6 ¶ † Circa secundũ dubium quæritur an possit fieri executio sen-
tentiæ in totum pro bonis contentis in sententia: quia dr̃ dictus
Petrus habere duos fratres: qui nõ fuerunt nominati in dicto iu-
dicio. r̃ndeo omnino sententiã exequi debere ꝯ dictum Petrum
& Rogeriũ in totum: quia respondendo interrogatorijs factis in
principali iudicio, dixerunt se possidere bona contenta in peti-
tione: & intellige in totum, vt no. gl. & doc. in c. ij. de libel. obla.
& ideo in totũ debet fieri executio. & si reperiretur quod nõ ha-
buissent facultatẽ rei restituendæ in totum, t̃n cum se obtulerit li
ti in totũ tenet̃ quanti interfuit actorẽ nõ decipi, per d. Pe. & Ro
ge. asserentes se possidere dicta bona. s. in totum prout intelligi-
tur s̃m quod dixi. ita probatur in l. is qui se obtulit. ff. de rei ven.
iuncta. l. qui se liti. ff. de peti. hære. ¶ Quo ad tertium dubiũ quo
quæritur dato quod. d. Petrus fuisset adultus minor videlicet
xxv. annis tpe dictæ sententiæ, & modo sit maior. xxx. possit dice
re sententiã nullam respectu minoris ætatis, licet de minori æta-
te probauerit. r̃ndeo quod non, vt dixi. s̃. circa exceptionem nul
7 litatis. ¶ † Circa quartũ dubium quo quæritur an dicti condem-
nati possint in causa executionis probare aliquid de dominio &
iure ipsorũ, an vero differendum in aliud iudicium. respondeo ꝙ
post sententiam prædictam, quæ in rem iudicatã transiuit, non
possunt ad impediendam executionem admitti in causam. d. ex-
cep. vel proba. quæ ipsam sententiam impugnaret. l. perempto-
rias. C. sen. rescin. non pos. l. fin. in fi. C. de ord. cog. c. cum inter.
de re iud. & plenè in l. j. C. de iu. & fac. ig. ¶ Postremò circa vlti-
mum quæsitum quo quærit̃, vtrum præfatus. d. Theophilus po-
tuerit concedere dictũ rescriptum dicti Rogerij continens ꝙ nõ
obstãte sentẽtia lata ex desertione appellationis subsignanter fa
ceret iustitiam partibus. respondeo ꝙ non: quia per desertionem
appellationis prima sententia in rem iudicatam transiuit. d. l. fi.
8 §. illud. & d. l. si contra. ¶ † Nec potuit aliquis dominus saltem
superiorem recognoscens prout præfatus. d. Theophilus prædi-
ctam sententiam tollere saltem in præiudiciũ partis. l. nemo. C.
de tem. ap. l. fi. sen. rescin. non pos. l. ij. & iij. C. vt lit. pe. & ibi no.
l. fin. C. de err. adu. cum si. ¶ Nec in dicto rescrip. etiam est clau-
sula, non obstante. l. in contrarium faciente. quæ clausula esset
necessaria quando princeps superiorẽ non recognoscens vellet
dictæ sententiæ & desertioni derogare, vt not. in l. causas. C. de
9 trans. & in d. l. fin. C. sen. rescin. non pos. ¶ † Inferior vero à prin
cipe, prout. d. Theophilus. non potest vti clausula, non obstante
vt l. formam. C. de offic. præfe. præt. & c. cum inferior. de maio.
& obe. & no. in c. fi. de hære. in vj. & per Ioan. An. & alios in d. c.
fi. de offi. archi. ¶ Et tanto minus potuit dicta concessio per præ-
fatum dominum fieri cum facta fuerit parte ad hoc non citata. l.
cum ita diuus. de adop. l. ij. de nat. resti. c. inter quas. de maio. &
obedien. & not. Barto. in l. adoptio. ff. de adopt. vbi inquit quod
quando impetratur à principe rescriptum lædens aliũ, debet iste
citari ad impetrationem. & no. Bar. in l. ij. C. de temp. ap. & Spe.
& Io. And. in tit. de rescri. præsen. §. fi. ver. item quod ad rescr. &
no. docto. in c. cum olim. de re iud. cum suis concor. &c.

ADDITIO.

a Comparitionem. Per quam vitium citationis purgatur And.
Tiraq. in consu. pict. §. ix. gl. ij. nu. xviij. cum seq.

## SVMMARIVM.

*1 Compromissum in iure non valet ad arbitrium duorum.*
*2 Concorditer fieri non dicitur quod sit à maiori parte.*
*4 Arbitri nõ possunt supplere in alijs rebus, sed bene in pecunia.*
*5 Clausulæ generales non referuntur ad lites dependentes ex te stamento.nu.8.*
*7 Reclamatum si sit à laudo, pro eo non præsumitur.nu. 10.*
*9 Laudum non valet admisso eo qui tunc caret potestate.*
*13 Laudum quid si latum sit partibus absentibus, nec vocatis.*

## CONSILIVM CXXIIII.

IN causa & lite inter Franciscinam quondam Ioannis
Bertini, & Vetium fratrem dictæ dñæ Franciscinæ ex
parte vna:& magistrũ Bartolũ quondã magistri Franci
a sci ex alia. ¶ Visis * & ponderatis his quæ in themate
narrantur. & viso compromisso & arbitramento. Breuiter sen-
tio dictum arbitramentum latum inter dictas partes non tenere.
primò:quia ex instrumento cõpromissi apparet factũ fuisse com
promissum in dictos arbitros & arbitratores.s. L.& A.in casu quo
essent discordes, tunc partes in tertiũ arbitrum & arbitratorem
elegerunt. F. promittentes partes prædictæ id quod per omnes
eorum arbitros fuerit laudatũ & arbitratum, concordatũ obser-
1 uare & adimplere. † Sed ita est ꝙ per oẽs dictos arbitros nõ fuit
laudatum, sed solum per duos scilicet dictos L. & A.ergo non va
let arbitramentum:quia recessum est à forma compromissi, con
tra quam nullã habent potestatẽ arbitri. l. non distinguemus. §.
officio. ff. de arbit. ¶ Et hoc ad propositũ nostrum deciditur per
Io.An.in addi.Spe.in ti.de arb.§.fi.versi.quid si actum est in cõ-
promisso ꝙ concorditer,&c.vbi quærit Spec. quid si in compro
misso electus est etiam tertius, & actũ est in compromisso quòd
concorditer pronuncient: an valebit sententia maioris partis?
& dicit ꝙ non:quia verba debent aliquid operari.l.si quando.in
prin.ff.de lega.j.l.j.in fi.ff.ad munici.l.si stipulatus.in prin.ff.de
vsur.& pro hoc Io.An.ibi in addi. dicit quod idem tenet gl. in c.
ij.in gl.pe.de arb.in vj. & quod pro hoc facit text.in c.ij. in fi.de
testa. in vj. Subdit tñ Spe. quod in contrariũ probat, ar.text.in l.
iurisgen.§.fi.cũ l. seq. ff. de pac. vbi sufficit aliquid factum esse à
maiori parte. ¶ Sed Io. An.super.d.ver.sed quid si actum, &c. in
addit.incip.hæc vera,&c.respondet, ad hoc quod est verũ quod
sufficit factum à maiori parte scilicet nisi contrariũ sit actum ex-
pressè vel tacitè.prout intelligitur esse actum ſm eum in casu prę
dicto.videlicet propter dicta verba concorditer,&c. ¶ Hoc etiã
apertè vult gl.pe.in d.c. ij. quæ vult ꝙ si actũ est in compromisso
ꝙ non valeat sententia arbitrorũ nisi omnes concordent,& tres
erant arbitri non potuerunt duo pronunciare etiã si tertius vo-
luerit interesse.secus si dicta clausula non esset apposita:vt d.c.ij.
* & ibi gl.quam cõiter * sequuntur doc. ¶ Et sic apparet idem esse
actum.siue actum sit ꝙ concorditer pronuncient, siue actũ sit ꝙ
oẽs pronuncient vt patet ex no.per gl.in d.c.ij. & per no.per Io.
An.in dictis addi.post Spe.pro hoc facit quod no.gl.in c.cupien
tes.§.ad hoc.in ver.concorditer.de ele.lib.vj.& in cle.ne Roma
2 ni.in ver.concorditer.de ele.quæ † voluit ꝙ qñ requirit aliquid
b concorditer [b] fieri debere, nõ dicat factum concorditer si est fa-
ctum à maiori parte, & probatur in c. causis. de ele. in antiquis.
vbi ista duo.s.concorditer esse factũ, & esse cum consensu maio-
ris partis, ponunt tanq̃ diuersa. ¶ Et ideo dicit Do.de sancto Ge.
in d.§.ad hæc.per no.ibi per gl. ꝙ hæc dictio concorditer, de sua
propria significatione requirit ꝙ nemine discrepãte fiat, sed vbi
habetur ꝙ non requiratur fieri nemine discrepante tunc impro-
priè dř concorditer fieri.& ita procedit id quod no. gl. in c. non
põt.de re iud. & gl. in c. vbi periculum. & idẽ in ver.sing.de ele.
in vj. ¶ Et ideo dicit Ioan. de Imo.in c.nõ põt.ꝙ illud factum est
à maiori parte, non dř vere esse factum ab omnibus seu concordi
ter:sed per iuris fictionẽ censet factũ ab omnibus, vt probat tex.
in l.qđ maior.ff.ad munici.ibi dum dicit, qđ maior pars facit:pro
eo habetur ac si oẽs fecerint.nã illa verba posita in d.l.qđ maior.
dum tex.dicit habet ac si &c.importãt similitudinẽ. denoto em̃
fictionem qñ dico ꝙ habetur pro tali. l. iure ciuili. de condit. &
demon.l.si maritus sit in magistrum.§.j. ff.de adul. & no.glo.in
l.merces.la.ij.ff.de ver.sig.cum si.ita etiã cõcludit Io. de Imo.in
c.j.de maio.& obed.vbi etiã ad hoc ponderat ibi no.per gloss.fi.

¶ Hoc expressè dicit Pe.de An.in l.iurisgen. §. adeo vbi dicit qđ
ibi in tex.probat quod illud quod est factum à maiori parte, non
dř esse factũ cõmuni consensu seu concorditer.Et dicit ꝙ nõ ob.
tex.in d.l.quod maior.vbi factum à maiori parte habetur ac si fa
ctum esset ab omnibus:quia respõdet quod illud est per fictionẽ
iuris, & quòd in instrõ non bene dicitur aliquid esse concordi-
ter factum qñ est factum à maiori parte. ¶ Ita etiam in effectu te
net Pau.de Leaza.& do. Car. in cle. ne Romani. vbi dicunt ꝙ si
aliqua iura appellant elec. concordem qñ est facta solum à maio
ri parte, debet exponi concordẽ.i.canonicam. Sed propriè dicit
concorditer fieri, qñ nemo discrepat, & ibi plenius prosequunt.
Idem concludit Archi.lxxvj.dist.§.dilectionis. & in c. quorun-
dam.de elec.lib.vj. idem etiam tenet quo ad casum nostrum do.
Card.floren.in d.c.non põt. vbi vult ꝙ licet factũ à maiori parte
videatur concorditer factum per ibi no.per gl.& per no.in c.vbi
periculũ.§.eisdem.in ver. singulis.de ele. li.vj. tñ illud procedit
qñ aliquid explicandum est à pluribus vt singulis, per l.Sabinus.
ff.cõi diui.& in regula, in re cõi. li.vj. & in casu nostro dicta ptãs
arbitratorum nõ debet spectare ad eos vt singulos, vt de se patet.
& no.Io.An.in addi.Spe.in tit.de arbi.§.fi. in prin. in addi.quæ
inc. quod si taceat. ¶ Sed.d.Abb.in d.c.non põt. dicit quod etiã
qñ à pluribus vt collegio venit aliquid explicandum, non potest
dici concorditer factum qñ fit aliquo discrepante, allegat tex.in
d.c.in causis.& tex.in c.quorundam.de ele.in vj.& id quod not.
in d.cle.ne Roma.& in d. c.cupientes. ita etiã tenet Lu. Ro. in l.
quarta.§.Cato.de ver.ob.in vlt.co.& in l.inter oẽs.ff.qui satisd.
cog.bene facit quod not.gl.in c. cum olim.in glo.fi.de re iud.&
3 quod ibi no.Io.de Imo. ¶ † Cum ergo nos sumus in materia con
tractus cõpromissi, in qua materia contractuũ fit stricta interpre
tatio.c.cum dilecti. de dona.l.veteribus.de pactis.l.quicquid a-
stringendæ de verb.obl.ergo ista verba compromissi per quæ ꝓ-
missum fuit obseruare illud quod ab omnibus arbitris laudaret,
non possunt verificari in maiori parte arbitrorum.saltem cum in
dubio non sit recedendum à prima significatione verborũ.l.j.§.
si is qui nauem.ff.de exerc.l.ille aut ille.§. cum in verbis. de leg.
iij.l.si ita quis.§.is cui. de le.ij. ¶ Secunda principali ratione fuit
nullum dictũ arbitramentũ:quia compromissum fuit factum de
lite quæ vertebatur seu verti sperabatur inter magistrũ Bartolũ
& dominam Franciscinam, eo ꝙ magister Bart.prædictus petere
intendebat tanquam hæres Ioan. fratris sui olim mariti dictæ do
minæ Franciscinæ certos pannos & mobilia, quos & quæ dice-
bat dictus magister Bartolus ipsam habuisse de bonis & rebus di
cti Ioannis, & generaliter de omnibus & singulis eorum diffe-
rentijs inter eos vertentibus, & dependẽtibus, & cõnexis ex cau
sa prædicta, vel aliqua alia ratione. vel causa quoquo modo. dicti
vero arbitri seu arbitratores non cognouerunt, & pronunciaue-
rũt super dictis pannis & mobilibus quos & quæ dictus magister
Bar.petijt tanq̃ peruentis ad manus dictæ dñæ Franciscinę de bo
nis dicti quondã Ioa.exportatis per dictã dñam Franciscinã, sed
etiã condemnauerunt dictam dñam Franciscinã & dictũ Vetiũ
eius fratrem ad reddendũ.d. magistro Bartolo rationẽ acquisito
rũ per eam ex operibus manuũ suarũ pro tpe, quo stetit vidua in
domo magistri Bartoli prædicti, seu saltẽ ad tradendũ seu consi-
gnandũ libras centũ bonon. de summa & quantitate ꝓbata in ꝓ
cessu acquisitorũ p d. Franciscinã ex industria manuũ suarũ, seu
eius exercitio.& declarauerũt dictũ Bar. teneri d. Frãciscinæ seu
eius fratri ad dandũ dotes.d.d.Frãciscinæ, quas habere debet ab
hřde dicti Io.in dotibus prædictis vsque ad summã dictarũ centũ
lib.ad quas compensandas cũ dicta dote cõdemnauerũt dictam
dñam Franciscinã. ¶ Sed ita est ꝙ ex dictis acquisitis ex opera di-
ctæ.d.Franciscinæ ꝓ tpe quo fuit vidua, nulla potuit fuisse inter
dictas partes differẽtia celebrationis compromissi prædicti, nec
4 fuit dictũ de dicta dote, ergo apparet fuisse latũ † laudũ extra de
quo fuit cõpromissum, & p ꝯñs nõ valuit.d.§.de officio. Accedit
id quod no. voluit Bart.in l.aquiliana. ff. de transact. vbi quærit
quid si inter me & te erat contentio de quodã fundo, & cõpromi
simus in aliquẽ dando ei plenã ptãtẽ arbitrandi: vtrũ iste arbitra-
tor poterit cogere reũ vt det aliam rem de qua non erat conten-
tio?& decidit ꝙ nõ.d.§.de of.& per d.l.si cum dies.§. plerũque.
ff.de arbi. Pro hoc etiã adde quia iudex assumptus in actione cõi
diui.nõ põt occasione rei cõis ponere manũ in aliam rem nõ cõ-
munẽ.l.arbor.§.de vestibulo.ff.cõmuni diui. sed circa illa rẽ, de

qua erat contentio, bene pôt se intromittere arbitrator iubendo dari pecuniã pro dicta re, vel rem pro ista pecunia de qua erat cõtentio. l. cũ in fundo. §. si fundus. ff. de iu. do. insti. de offi. iud. §. officiũ. Pecunia. n. est per quã omnes aliæ res æstimantur: & ideo alia res esse nõ vr̃. l. si ita fideiussorem accepero. ff. de fideiuss. ita dicit signanter Bar. in d. l. cum aquiliana. & Ange. in l. de his. eo. ti. & An. de Bu. in c. constituit. ad fi. de relig. domi. per illum te. & gl. in c. quintauallis. de iureiu. & in c. vbi essent. de præben. & est de mente Spec. in ti. de arbi. §. excipit. ver. sed pone ꝙ litigantes. ¶ Sed dicti arbitratores nõ condemnauerunt dictam dñam Franciscinã in dictis libris centũ pro dictis pannis & mobilibus quondã Ioan. sed pro acquisitis ex opera & in dustria dictæ dñæ Franciscinæ: de quibus apparet nullam fuisse factam contentionẽ inter dictas partes: ergo nõ valuit laudũ. ¶ Facit quod no. Bal. in l. j. C. de arbi. in ver. quæro, arbiter nõ põt aggredi, &c. & in l. itaque. ad fi. C. de cõpen. & in l. nemo. C. de sen. & Bald. in addi. Spe. in tit. de arbi. in iij. co. in ver. an arbitrator, &c. ¶ † Nec ob.
5 si diceretur ꝙ in compromisso dr̃ ꝙ compromittunt de lite quæ vertebatur seu verti sperabat quia dico ꝙ ibi declarat & specificat quæ esset ista lis. s. de istis pãnis, & mobilib. quæ dictus magister Bar. petere intẽdebat tanq̃ Io. sui fratris hæres: quæ q̃ dẽ magister Bar. dicebat fuisse de bonis & rebus dicti Io. sed cũ ipsis nihil habent cõe ea quæ ipsa dña Franciscina vidua ex industria seu opera manuũ suarũ acquisiuit. s. de quibus dicti arbitratores iudicauerant. & licet in d. cõpromisso subiungatur, & generaliter de omnibus alijs eorum differentijs inter eos vertentibus, & dependentibus & cõnexis ex causa prædicta, vel aliqua alia ratione vel causa quoque modo: tñ non comprehendentur prædicta acquisita ex industria per dictam do. Franciscinam. nec causa dotis seu eius compensationis ex causa dictarum operarum siue librarum centum: quia dicta verba compromisi restricta sunt ad differentias vertentes inter dictas partes, & dependẽtes ab eis. ¶ Et
6 ponderanda sunt ista verba vertentes † & dependentes, &c. quia
c sunt participia [c] præsentis temporis, quæ resoluuntur in relatiuũ & verbum præsentis temporis, vt est gl. ordinaria in clemen. j. in ver. dignitatibus. de præben. & no. Bar. in l. Centurio. ff. de vul. & pup. in quæstione quam mouet de substitut. facta pauperibus Christi, in fi. illius. q. & in l. j. ff. de condit. & demon. ¶ Sed tunc scilicet tempore compromissi, nõ apparet fuisse vllam cõtrouersiam inter partes de prædictis acquisitis ex industria per dictam dominam Franciscinam viduam: ergo non veniunt ista in compromisso, dato quod ex post facto suborta esset inter eos differẽtia. l. si stipulatus fuerim illud aut illud. §. j. & l. si à colono. & l. cum stipulamur. de ver. obl. ¶ Et si dicta domina Franciscina allegat, quia inter eam & magistrum Bartolum tempore celebrationis compromissi non erat alia differentia nisi super dictis pannis & mobilibus, quæ dicebantur fuisse dicti Ioannis: incumbit dicto magistro Bartolo onus probandi quod fuerunt tunc inter eos dictæ aliæ differentiæ, per not. per gl. in l. cum de lege. ff. de proba. & per not. per Bar. in l. conficiuntur. §. codicilli. in pe. q. de iure codicil. cum simi. ¶ Non enim potest fundare intentionem suam magister Bartol. ex illis verbis generalibus. s. de omnibus singulis & eorum differentijs inter eos vertentibus, &c. nisi probet aliter quæ essent istæ, per not. per Dyn. & Bart. in l. si sic.
7 §. j. in vlti. quæstione. ff. de leg. j. cum suis concor. ¶ † Nec præsu
d mitur pro sententia arbitratoris à qua pendet reclamatio, [d] vt est in proposito nostro: ita concludit An. de Bu. in c. quoniam contra. de prob. in antep. col. in ver. quæro nunquid pro dicto arbitri vel arbitratoris. & ibi etiam do. Ab. & An. de Bu. in c. cum ad sedem. in fi. de rest. spo. & in c. quintauallis. in ver. venio ad sextum, &c. de iureiu. per not. per Inn. in c. bonæ. el. j. de ele. in d. c. quoniã contra. & ita consuluit Ant. de Bu. consi. xxiiij. inci. quęstio hæc dubia. & ita etiam no. Lud. Ro. in l. sciendum. ff. de ver. ob. in xxv. co. in ver. & ex his infertur ad quæstionẽ an præsumi-
8 tur pro laudo. ¶ † Præterea dicta verba generalia apposita in cõpromisso non referuntur ad lites & causas dependentes à testamento: quia generalis conuentio non refertur ad ea quæ dependent ex testamento: etiam si ꝯhentes, habebant scientiam testamenti: vt not. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. ob. in xvj. q. per not. in l. tres fratres. ff. de pac. ¶ Quanto magis in casu nostro in quo non apparet ꝙ tempore compromissi ipsa domina Franciscina seu eius frater haberent notitiam contentorum in testamento. l. de his. cum ibi not. ff. de transac. l. j. ff. quemad. te. ape. ¶ Et ipsi præsumuntur ignorasse contenta in testamento vt no. gl. in l. quidam ita. §. si quis filium. ff. ad Treb. & in l. non hæres. ff. de lib. leg. & per Barto. in d. §. duo fratres. in iij. q. & Ang. in l. eius qui in prouincia. post Bart. ibi. ff. si cer. pet. cũ sim. ¶ Et causa acquisitorum ex operis dictæ do. Franciscinæ pendet à testamento dñi Io. vt eius inspectione apparet ergo, &c. ¶ Tertia ratione principali moueor: quia dictus. F. fuit electus pro tertio in casu quo alij duo arbitri essent discordes & de dicta discordia
9 ante sententiam seu laudũ non constat: † ideo arbitramentũ latum ab eo qui carebat potestate & authoritate arbitrandi non valet licet ex post facto. s. post sententiam superuenerit per no. per gl. & doc. in l. licet. ff. de iud. & in l. instar. C. de iur. fisci. li. x. & in c. cum ab vno. in gl. in ver. mandantibus. de re iudi. in vj. & not. In. in c. prudentiam. de offi. dele. & Bart. in l. obseruare. in fi. de
10 offi. procons. cũ si. ¶ † Nec stari debet verbis narratiuis dicti laudi, in quo fit mẽtio de discordia: quia dicta verba non probant saltem cum actũ fuit absente dicta dña Franciscina, & eius fratre, & stante quod à dicto arbitramento est reclamatũ, ita colligitur ex no. per Spe. in ti. de prob. §. videndũ. ver. sed pone iudex. & in ti. edi. §. restat. ver. in summa, & per Inn. & alios in d. c. qm̃ ꝯ. per illum tex. & probat in auth. si quis in aliquo in fi. C. de eden. & in l. j. C. de relat. & in l. fi. ff. qñ app. sit. & Ioan. An. in addi. Spec. in tit. de sen. §. vt aũt. in addi. quæ incipit supple peremptoriè, &c.
11 cũ suis cõcordantijs. ¶ † Nec ob. si diceret constare q̃d die xvij. mensis Octobris dictus. M. fuit interpellatus à duobus notarijs dictæ causæ vt deberet die sequenti de mane interesse ad allegandũ & ostendendum iura sui principalis. eo quia arbiter à tertio vna cũ dicto. M. intendebat dictã cãm expedire: quia rñdeo primò ꝙ per hoc non apparet de vlla discordia. Secundo rñdeo q̃d dicta asserta requisitio & interpellatio nõ releuat ꝓp multos defectus: nã est in certa ratione loci in quo haberet. d. M. adesse: ergo non valet. l. aut qui aliter. §. j. ff. quod vi aut clã. & no. Bart. in l. si vt proponis. la. ij. C. quomodo & qñ iudex. & Spec. in tit. de cita. §. j. ver. itẽ quod ciuitas. ¶ Et Ang. in l. vt perfectius. C. de anna. exce. dicit q̃d talis interpellatio debuit fieri per aliũ arbitrũ.
12 vel arbitros, vel ex eorum cõmisione. c. fi. de arbi. li. vj. † Sed dictus notarius nõ asseruit se interpellare ex commisione alterius arbitri vel arbitratoris. & ideo nõ valuit, debet enim ex cõmissione fieri talis requisitio. & q̃d de cõmissione appareat. l. neminẽ. & ibi no. Dy. & alij. C. de exh. reis. & no. Bar. in l. j. §. circa. de of. præfe. vr. do. in c. cũ parati. de ap. cũ si. habet enim alios defectus dicta interpellatio: sed breuitatis cã omitto cum nõ expediat, eò quia prædicta sufficiũt. ¶ Et nõ insisto an etiã laudũ prædictũ sit nullũ ex eo, quia dictus. M. nõ fuit vocatus legitimè ad discutiendũ negotiũ principale. nã dato quod dictũ laudũ fuerit latũ præsente. d. M. & cõtradicente. vt in scriptura laudi dicit: videt istud caput non ita afferre nullitatem sicut cætera, per l. si in tres. ff. de arb. & no. Spe. & Io. And. in tit. de arbitris. §. fi. ver. & nota quod nisi tres, &c. & gl. & Bar. in l. itẽ si vnus. §. itẽ si plures. ff. de arbi. & no. doc. in c. fi. de arbit. in vj. ¶ Sed satis vt dixi ꝙ antequã illi duo proferrent laudum non constabat de discordia dictorum arbitrorũ prius electorum. ¶ Et etiã ꝙ attenta forma compromissi debebat ab omnibus laudari. si ergo traxisset alios duos in suam sententiam: & sic quòd ab omnibus iudicabatur erat promissum obseruari: laudarunt etiam vltra cõtenta in compromisso vt fuit superius deductum. ¶ Et quia prædicta sufficiunt pro nullitate laudi, superuacuum esse arbitror, quod fuerit nullum discutere,
13 † eo quia latum fuit partibus non præsentibus neque vocatis, vt tenuit Petr. Bart. & Ang. in l. si quis arbitratu. de verbor. obliga. & Bar. in l. Theopompus. de do. præle. & in l. j. ad fi. ff. de leg. ij. & consuluit ipse in consi. incipiente. Thalionus de Spoleto. & Bal. in auth. ei qui. C. de temp. ap. & saltem hoc secundũ multos alios procedere posset, si ad discussionem & expeditionem nego-
14 tij partes non fuerunt præsentes seu vocatæ legitimè. ¶ † Posset etiam quis arguere contrarietatem & repugnantiam quæ videtur esse in laudo dum arbitri condemnãt dictam dom. Franciscinam ad reddendum rationem acquisitorum per eam ex operis manuum suarum seu ad libras centum, per quæ verba erat in electione debitricis reddere prędictam rationem: vel soluere libras centum. l. plerumque. ff. de iure dot. & in regula, in alternatiuis, & postea præcisè verba sequentia arctant dictam. do. Franciscinam

nam ad compensandũ libras centũ:& ratione contrarietatis red
ditur sententia nulla, vt no.gl.xj.quæst.iij.c.cũ ergo.in gl.in ver
bo posse.& Bar.in l.duo iudices. in fi. ff. de re iud. & Bald. in l.j.
C.de fur.in ix.col.facit.l.si pure. C. de fide instru. & l.vbi repu-
gnantia.de reg.iu. Ex quibus omnibus concluditur dictum arbi
tramentum non valere,&c.

## ADDITIO.

a ¶ Visis.Confirmatur.ĩ.lib.vij.consi.xlviij.
b ¶ Concorditer.Alex.l.& suum.§.hodie.col.j. ff.de pac. Ro.
consi.dxij.col.v.cano.c.non potest.de re iu.Ia.l.rescriptũ.de
pac.l.de fideicommisso.C. de tran.sed Ale.hic impertinenter
hæc allegat quia ex hypothesi non fit compromissum in tres
sed solum in duos nisi sub conditione discordiæ quæ non eue
nit,etiam si ex hoc capite non est nullitas.
c ¶ Participia.s̃.li.j.consi.cxix.nu.2.
d ¶ Reclamatio.s̃.eod.consi.cxix.in fi.

## SVMMARIVM.

1 *Tempus immemoriale requiritur in vectigalibus.*
3 *Princeps non censetur velle derogare iuri tertij, nec primæ cõ cessioni.nu.6.*
7 *Princeps consuetudini nec pactis confirmatis velle derogare censetur.& nu.8.*
10 *Immunitas est stricti iuris, & restringenda.*
13 *Clausula, ex certa scientia, non operatur nisi in his quæ princeps scire præsumitur.*

## CONSILIVM CXXV.

Viso titulo quæstionis premissæ, & capitulis, & scripturis
de quib.in themate & exceptionibus insinuationũ, do-
nationũ per dñm Sigismundum factarũ dicto Gofredo.
¶ Omnis dubitatio reducitur ad hæc,s.an dictus Gofredus tenea
tur soluere dictũ datium cõi,& hominib.terrę Lenziani pro ho-
spitio qđ voluit tenere sup vna ex petijs terræ cõprehensis in do-
natione facta ei per dic.do.Sigismundũ.de possessione de Gam-
1 berula. ¶ † In quo qdẽ fundata est intentio dicti cõmunis ex for
ma & consuetudine dictæ terræ quib.inductũ est qđ quicunque
tenet hospitiũ in comitatu dictæ terræ, teneat̃ soluere dictũ da-
tiũ. Nã hæc possessio inducitur priuilegio vel cõsuetudine vetu-
sta.l.imperatores.§.itẽ rescripserũt.ff.de publ.& c.super quibus
dam.§.præterea.de verb.sig.& no.Cyn.in l.j.C.noua vectig.&
Bar.in l.si publicanus.§.fi.ff.de pub.cõsulo tñ hominibus dictę
cõmunitatis vbi negaret̃ debere capitulari & ꝓbari qđ dicta cõ-
suetudo exigendi fuit à tãto tpe citra quod in contrariũ nõ extat
* memoria,seu quod est cõis * opi.in dicto loco non extante me-
moria in contrariũ,per ea quę tradunt̃ in locis s̃.alle.& qđ etiam
capitulet̃ ꝙ dicta exactio datij facta fuit sciente,& patiente iudi-
ce, officiali, seu rectore seu vicario ad quẽ spectabat curia loci, ꝑ
no.per Bart.in præalle.l.si publicanus.§. fi. licet nonnulli tene-
ant non esse necessarium probare dictam scientiam & patientiã:
tñ tutius erit eam probare. ¶ Accedit cõfirmatio dictarũ consue
tudinum facta per legatũ sedis apostolicæ & approbata inde per
2 secundum Romanũ pontificẽ † qui legatus etiã poterat statuta
condere.c.fi.de of.deleg.& pari rõne statuta edita & cõsuetudi-
nes confirmare.§.interim.in auth.de defen.ciui.l.adoptio.non
iure.ff.de ado. ¶ Videndũ est ergo an per concessiones factas. d.
Gofredo,infringatur intentio cõmunitatis. & rñdeo ꝙ nõ, siue
consideramus donationes factas per do . Sigismundũ. d. Gofre-
do & dici non potest etiã per eos derogatũ iuri dictæ cõmunita-
tis quo ad dictum datiũ exigendi : quia vt mihi refertur in dictis
donationibus de hoc nulla immunitas concessa est, vnde licet
concesserit ei do. Sigismundus possessionem seu villam Gambe-
rulæ. tamen per hoc non debet intelligi ꝙ iuri competenti dicto
cõmuni Lenziani in exigendo datium vini intelligatur esse dero
3 gatum : † quia princeps dando non videtur derogare iuri tertij l.
ij.§.merito.& §.si quis à principe. ff. ne quid in loco pub. c. su-
per eo.de offi.deleg. ¶ Et no.traditur per compo. Ioan.And. &
alios in c.causam quæ. de rescrip.vbi in tantũ dicunt hoc esse ve-
4 rum † quod si per Papam confertur alicui beneficium cum hac
clausula non obstante collatione alteri facta dicta clausula intel
ligatur de collatione inualida . vt ibi plenius per eos . ¶ Cum er-
go possit intelligi donatam esse dictam villam absque eo ꝙ aufe-
ratur ius percipiendi datum dictæ cõmunitati, debet ita intelligi
& præsertim cum nunquam ius dicti datij spectauerit ad dictam
villam Gamberulæ, nec villa de iure habeat huiusmodi pertinen
tias & iura, vt no.In.in c.cum ad sedem.de restitu.spo. ¶ Non eti
am derogat̃ iuri dictæ cõmunitatis in percipiendo datium prædi
ctum per confirmationem dictarum donationũ factam per lega
4 tũ sedis apostolicę, per easdẽ rationes quas proximè dixi. ¶ † Nã
in confirmatione facta à superiore, semper intelligitur exceptũ
ius alterius: vt inquit Bal.in l.j.in prin.ff.de const. prin.allegat.l.
authoritate.& l. meminerint. C.vnde vi. ¶ Et propterea dicit ꝙ
in generali confirmatione solũ iusta vident̃ confirmata , allegat
qđ no.in l.ij.C.de diuer.prædi.li.xj. & in c.si gratiosæ.de rescri.
& no.Bar. & alij post eũ in l.j.ff.de his qui sunt sui vel.ali.& Cy.
in l.ex his.C.de do.inter vi.& vx.& Cy.& Bal.in l.cũ oportet.in
prin.C.de bo.quæ lib.& Bal.in c.j.in prin.& ibi bonus tex.in ti.
per quos fiat inuesti.& Bald.in l.j. de monop.& in l.oẽs populi.
in vj.co.de iust. & iur. & in l.ij. C.de preci.impe.offe. ¶ Tũ etiã
quia in concessione facta ꝑ legatũ Gofredo vltra confirmationẽ
dictarũ alienationũ,dr̃ ꝙ dictus dñs legatus volens dicto. d.Go-
fredo deuotionis fidei,& meritorũ suorũ intuitu maiorib.bene-
ficijs cumulare, eximebat Georgium Guidonis de Gamberula
cum familia, vnũ de hominibus nominatis in altera ex donatio-
nibus prædictis:etiã quo ad onera spectantia ad cõe Lenziani cã
stri,& illum subijciebat dicto Gof. per quæ verba apparet ꝙ istis
non erat concessa immunitas ab oneribus spectantibus ad castrũ
Lenziani:& ostendunt illa verba ex tunc eximẽtes in cle.j.de cõ
5 ce.præb.l.huiusmodi.ff.de ver.ob. ¶ † Pręterea exceptio declã
rat regulam ac etiam eam confirmat in casibus non exceptis.l.nã
qđ liquidæ.§.fi.de pe.le.§.& aũt.in auth.de non ali.l.quæsitũ.§.
denique.ff.de fun.instr.l.in his.& cũ ibi no.ff. de legi.ergo si le-
gatus voluit derogare iuribus dictæ cõmunitatis, & diminuere
onera applicanda dictæ cõitati quo ad personam dicti Georgij
Guidonis : sequit̃ quòd quo ad alia non excepta remanet firmat
clausula, ꝙ non sit concessa immunitas quò ad alia onera nõ spe
cificata,& pertinentia ad dictũ cõmune. ¶ Denique cũ per prius
præfatus.d.legatus concessisset per capitula dictis hominibus &
cõmuni Lenziani,quòd suæ consuetudines deberẽt ei seruari, &
ꝙ dicta terra Lenziani & sua curia districtus ius & iurisdictio in
futurũ non possit nec debeat subijci alicui ciuitati, vel terræ,vel
alicui alteri iurisdictioni.& qđ possessiones dictæ terræ & distri-
ctus terræ Lenziani cõtribuere debeant ad dictã terrã Lenziani
6 vt plenius in dictis capitulis continet̃: † non intelligitur per se-
quentẽ concessionẽ derogatũ primæ cõcessioni, de qua nõ erat
facta specialis mentio in secunda concessione facta per eundẽ le
gatum.d.Gofredo.c.bonæ.de confir.vti.vel inuti.c.ex literis.de
of.dele.c.cũ ordinẽ.& c.cum in nostra. de rescri.c.ij. & ibi doc.
de dolo & contu.c.veniens.de præsc. facit qđ no.gl.in l.decurio
nibus.C. de silentiarijs.li. xj. ¶ Nec ob. quod in dicta posteriori
don.facta per legatũ Gof.dicatur non obstantibus quibuscũque
in contrariũ facientib . quia saltẽ cũ non dicat quibuscunque lite
ris seu quibuscunque cõcessionibus,dr̃ generaliter loqui nõ spe-
cialiter : & ideo non sufficit vt in iuribus . s̃. allegatis, & per not.
per Bart.& alios in l.fi.C.si cõtra ius vel vti.pu.& per Bart.in l.j.
in fi.ff.si quis in ius vo.non ie.& no.doc.in c. nonnulli. de rescr.
7 cum suis concor. ¶ † Accedat ꝙ dicta concessione facta per lega
tum præfato Gof. non fit mentio de dicta cõsuetudine exigendi
datiũ : vnde ad hoc, vt per dictas literas legati intelligeretur esse
derogatũ cõsuetudini prędictæ, oportebat de ea fieri mentionẽ.
aliàs ꝯcessio nõ valet tanq̃ surreptitia.c.j.de cõsuetu.in vj. ¶ Ideo
per hoc dicit Bal.in d.l.fi.C.si ꝯ ius vel vti.pub.ꝙ multæ conces-
siones possunt per hoc infringi, quando non fit specialis mentio
de cõsuetudine contra quã fieret cõcessio: quia dicit ꝙ do. tenẽt
qđ debet de consuetudine fieri specialis mẽtio , & ꝙ istud est mẽ
ti tenendũ ſm eũ. ¶ Non ob. si diceret̃ ꝙ in dicta concessione fa-
cta per legatum sedis apostolicæ Gofredo dicitur submittẽtes &
submittens villam homines & familias, & vnumquemque eorũ
potestati iurisdictioni , & ditioni tuæ volẽtes eos esse immunes
& exemptos ab hominibus & vniuersitatibus dicti castri Len-
ziani,ab omnibus oneribus personalibus, realibus, mistis,ac gra
uaminibus tam ordinarijs quàm extraordinarijs, & alijs quibus-
cunque:& esse ad onera prædicta tibi subditos, obnoxios, obli-
gatos , & de ipsis tibi in futurum responderi . Quia respondeo
multipliciter, primò quod quò ad dictũ datium vini exigendum

ex vetusta cõsuetudine,nõ intelligitur esse derogatum,tum quia
de tali consuetudine non est facta specialis mẽtio, prout require
batur.tũ quia de cõfirmatione dictę consuetudinis prius facta &
concessa per eundem dictum legatũ dictæ cõmunitati Lenziani,
non fuit facta mentio in cõfirmatione facta per legatum. d. Go-
fredo prout de iure requirit᷑,vt dixi.¶ Accedit ꝙ voluit gl.not.in
8 cle.dudũ.in verbo pacta.de sepultu. quæ dicit † quod licet sit de
rogatũ pactis vel statutis, non intelligitur derogatũ pactis vel sta
tutis confirmatis. ¶ Item rñdeo quod referuntur dicta verba ad
concessionem villæ Buschi, & certarum familiarũ de dicta villa
Buschi, quæ consueuerunt ire extra curiã Lenziani, de qua villa
Buschi & hominibus proximis mentionẽ fecerat,qđ apparet:qa
si intellexisset etiã de villa Gamberulæ dixisset villas, & nõ villã:
9 cũ essent duæ.l.fi.ad Tre.¶ † Hoc etiã apparet:quia clausula præ
dicta non debet referri ad villã Gamberulæ:quia de ea erat s̃. spe
cificè locutus.& circa eã fecerat specificã prouisionẽ: ideo clau-
sula prædicta sequens non debet referri ad villã Gamberulę cir-
ca quam specialiter prouiderat ꝙ fieri volebat.l.sed si p prętorẽ.
§.deinde.ff.ex quib.cau.ma.l.j.§.eũ.ff. de postu.l. cohæredi.§.
qui patrẽ.de vul.& pu.& no. doc.in l.talis scriptura.ff.de le.j.&
in l.si idẽ cũ eodẽ.§.fi.ff.de iuris.om.iu. ¶ Itẽ rñdeo ꝙ in d.clau-
sula cõceditur quædã immunitas aliquibus ex dictis hominibus
dictæ villæ ibi specificatis:non aũt per hoc est concessa immuni-
tas loco.nec d.Gofr.patet ibi dũ dicit,volẽtes eos esse immunes,
10 &c.† & immunitas est stricti iuris tanq̃ contra vtilitatẽ publicã.
l.j.in fi.ff.de iu.immu.c.porro.de priui.no.gl.in d.l.si ita sit scri-
ptũ filiabus.in prin.in ver.masculo.de legat.ij.¶ Non ob.etiam
si contra prædicta adducatur concessio & confirmatio facta per
Pium Romanũ pontificẽ, præsertim ibi dum referendo dictam
concessionem factam per legatum domino Gof. dicit, ac prædi-
cta & Buschi eius cõitatis & diœcesis villas cum eorũ incolis à di-
cto comitatu demẽbratis, &c. nec nõ ad cuiuscunque alterius su
perioritatẽ eximens,&c.& papa ex certa scientia dictã concessio
nem factã legato confirmat,ex certa scientia & de nouo pro po-
tiori cautela concedit:quia rñdeo quod dicta concessio facta per
papam est surreptitia,& etiã obreptitia:nam tacuit.d. Gof. dictã
consuetudinem exigendi datiũ per dictum cõe Lenziani confir-
matũ per dictum legatum:& tacuit ꝙ per legatũ sedis apostolicę
concessum fuerat dicto cõi Lenziani, quod dicta terra Lenziani
districtus ius & iurisdictio in futurũ non posset nec deberet subij
ci alicui ciuitati vel terræ vel alicui alteri iurisdictioni: & qđ pos-
sessiones dictæ terræ, & districtus Lenziani contribuere debeãt
ad dictã terram Lenziani, vt latius in dictis capitulis continetur,
11 merito non tenet dicta cõcessio sicut dixi, s̃. ¶ † Accedit quia in
his concessionibus strictè fit interpretatio prout fit quando agi-
tur de immuni.conceden.quæ dicitur de iure tendere contra pu
blicam vtilitatem, tunc etiã si de aliquo quantũcunque minimo
omittatur mentionem fieri.redditur concesio inualida.i.surre-
ptitia.c.si proponente.de rescrip.c. si motu proprio. de præb. in
vj.notant doct.in c.nostra. de rescr. vbi per hoc voluit ꝙ si in li-
teris ad beneficia etiam omittat᷑ fieri mentio de alijs literis, quam
uis inefficacibus, reddantur secundæ literæ subreptitiæ. ¶ Item
respondeo quod alia ratione fuit obreptitia dicta impetratio
Gofredi, quia fuit narratum Papæ quod legatus sedis apostoli-
cæ dimembrauit dictas suas villas scilicet Gamberulæ & Buschi
cum illarũ incolis à dicto comitatu Lenziani, & ꝙ eas & homi-
nes à cuiuscũque alterius superioritate exemit: certe & per hanc
dimembrationẽ vult Gof.intelligere, quod in dicta villa Gambe
rulæ cõe Lenziani non possit exigere datiũ, & quod ita disposuit
legatus proculdubio nõ narrauit verum Gof. Papę: quia legatus
quo ad possessionẽ seu villã Gamberulæ solum confirmauit do-
nationẽ factã per d.Sigismundũ,& subiecit.d.Go.Georgiũ Gui-
donis de Gamberula, eximendo eũ ab oneribus petinentibus ad
dictũ cõmune Lenziani, per quæ per legatum non intelligitur es
se derogatum iuri percipien.datium competens dicto cõi.vt pro
baui. s̃. per plura media: ergo carere debet impetratis. d. Gof.
propter obreptionẽ prædictam.l.sed si hac.§.patronum.ff.de in
ius vocan.l.fin.ff. de diuer. præscrip.c. super literis. de rescript.
12 ¶ † Præterea Papa se refert ad literas. d. pap. vt patet ex quibus-
dam verbis dum dicit,prout ex quibusdam literis authenticis ip-
sius legati sigillo munitis, quantum plenius dicitur contineri.
& ita est quòd per literas dicti legati non intelligitur esse facta di
minutio saltem quo ad effectum de quo nunc quærit᷑ vt iam di-
ctum est:ergo nec p concessionẽ Papæ se referẽtis ad concessio-
nẽ legati intelligitur esse facta.l.ij.C.de erro.aduo.cũ ibi no.per
Bald.in ver.vlterius not.ꝙ qñ quis,&c.facit.l.in testõ.la.j.& l.si
ita scripsero.de condi.& dem.l.asse.ff.de hære.insti.l.ait pręto r.
§.j.ff.de re iud.cum si. ¶ Ex quibus apparet ꝙ Papa non intelle-
xerit cõcedere nisi illa quę erãt cõcessa per legatũ & in concessio
ne claudebant᷑:& ad hoc tendũt verba concessionis Papæ,vt cla-
rè ex inspectione apparet.Igit᷑ nõ potest per Gofredũ allegari di-
cta immunitas datij, quæ nõ fuit cõprehensa in dicta cõcessione
legati.¶ Et pro hoc apparet non ob.si diceret᷑ quod Papa dicit se
facere ex certa sciẽtia,&c.quia vt dixit signãter Bal.in l.fi.C.sen.
13 rescin.nõ pos.† Illa clausula nil operat᷑,nisi in his de quibus prin-
ceps præsumit᷑ habere scientiã sicuti sunt ea quæ consistunt in iu
re,nõ aũt in his quæ princeps præsumit᷑ ignorare sicut sunt bonę
consuetudines locorũ & in alijs quæ in facto alterius cõsistunt.
d.c.j.de constit.in vj. ¶ Ex quibus concludo dictũ datiũ percipi
& exigi debere, & posse per dictũ cõmune Lenziani, &c. Alex.

SVMMARIVM.

*1 Præscriptio an currat hæreditate iacente nu.2.*
*3 Sententia lata contra hæredem scriptũ circa inualiditatem testamenti nocet legatarijs, quorum ius dependet ex testamento.*

## CONSILIVM CXXVI.

IN causa & lite vertente inter dñam Elizabeth vxorem
Iacobi Leonardi agentem,& Ioannem & Martium de
maranis se defendentes. ¶ Sentio partes dicti iudican
tis esse in absoluendo.d.do.Martium.nam dicta Eliza
beth tendit ad consequendũ duo asserta debita: vnum est li. du-
centũ pro dote quondã dñæ Catharinæ matris suæ: aliud est lib.
cc.pro legato sibi facto in testõ Leonardi prædicti.¶ Quò ad pri
mũ dubiũ ob.agenti exceptio allegatæ præscriptionis.nam præ-
mittit᷑ qđ rei conuenti possederũt ante pręsens iudiciũ per annos
decem cum titulo, à tpe quo per mortẽ dicti Leonardi fuit solu-
tum matrimoniũ:& ab eo tempore cœpit currere dicta præscri-
ptio.l.in rebus.§.omnis.C.de iur.do. maximè in ver. exceptio-
nem.& in l.cum notissimi.§.illud.C.de præsc.xx. ann.& decla-
rat Bal.& Ang.in l.ita stip.in j.q.ff.de verb.obl. ¶ Et hypotheca
ria tollitur tali spatio quo ad agendum contra tertium possesso-
rem,qui titulo & bona fide possedit.l.j.& ij.C.si aduer.credi.li.
1 vij.¶ † Nec ob.si diceret qđ tpe vitæ dictæ d.Catharinæ,isti em-
ptores,s.Ioannes & Martius nõ præscripserunt, nec præscribere
potuerũt ea mortua & iacente eius hæreditate. iuxta.l. si seruus
hæreditarius.ff.de stipu.seru. quia respondeo quod aut dicimus
decessisse dictã.d.Catharinã tali tpe ꝙ isti rei conuenti vel autho
res eorum cepissent præscribere ꝯ eã. expeditũ est ꝙ quãuis ante
præscriptionẽ cõpletam decesserit dicta Catharina,tñ iacente ad
huc hæreditate eius potuit perfici præscriptio prædicta,vt no.in
l.si intra.C.de non nu.pe.& in l.ea quæ.C.de tẽp.in integ.resti.
pe.& not.Ange.in d.l.si seruus hæreditarius.¶ Aut tẽpore mor-
tis dictæ d.Catharinæ nondũ erat præscriptio inchoata ꝯ eam:&
adhuc s̃m Ang.& Io.de Imo.in l.furtũ.§. fundi. aliàs est in l.po-
2 test.cum.l.seq.ff.de vsur. † potest etiam dici ꝙ præscriptio lon-
gi tpis in qua requiritur titulus & bona fides potest incipere hæ-
reditate iacente,per dictum.§.fundi.& idem per Bart. in l.sed si
sub condi.§.si seruus alienus.& ibi hoc no.Ang.& Ioan.de Imo.
ff.de hære.insti.& etiam probat᷑ in l.Iul.aliàs incipit,non solũ.in
pri.ff. ex qb. cau.ma. & firmat expresè etiã in præscri. lon.tem.
Raph. Ful. in l. licet de iure delib. & ita etiam de mente Spec. in
ti.de præscri.§.j. ver.item not. ¶ Alia insuper ratione non debet
fieri positio in libello pro dictis lib. cc. ex causa dotis maternæ:
quia d.dom. Elizabeth agit tanquam insolidum hæres matris ex
testamento. & d. dom. Catharina eius mater decessit ab intesta-
to, superstitibus quatuor filijs: & sic cum non probauerit cau-
sam ex qua agitur obtinere non potest.l. habebat. ff. de instit.l.
cum quærimus.in princ. ff.de except. rei iud. ¶ Nec ad hoc ob-
stat si diceretur quòd d. Elizabeth conata est probare per attesta
tiones quinque testium receptorum in alio iudicio moto.s.inter
Ioan.proc.ex vna parte agentem,& d.Leona. ex altera se defen-
dentem quòd.d.do.Catharina instituit sibi vniuersalem hæredẽ
d.d.Eliza-

d.d.Elisabeth: quia respondeo ꝙ isti testes fuerunt excepti inter
alias personas, & in alio iudicio non citatis dictis de maranis, me
rito non faciunt fidem saltem plenam in isto iudicio. l.ij.C. qui.
res iud.non no.& C.res inter alios acta, per totum. ¶ Nec ob. ꝙ
sicut sententia lata super irritatione testamenti vel eius validita-
te facit ius quo ad omnes. l. Papi.§. si ex causa.ff. de inoff.test.&
ibi no.in l.si patroni.§. fi.cum.l.seq.ff.ad Treb.ita & probatio-
nes & reliquæ actio.ca. inter dilectos. ver. nec attestationes. de
fide instrumento.no.Inno.in c.causam quæ.el.j.de testi.& Bar.
in l.sæpe.cum si.ff.de re iudic.Quia respondeo quod illud est ve
rum quo ad eos quorum ius dependet ex testamento, prout lo-
3 quuntur iura præallegata.† vnde sententia lata contra hæredem
scriptum circa inualiditatem testamenti nocet legatarijs & fidei-
commissarijs, quorum ius dependet ex testamento:& ideo stan-
te ipso testamento nullo non possunt ipsa legata vel fideicõmis-
sa petere, quæ nõ debentur nisi in dicto testamento valido, vt iu-
ribus præall.secus quo ad eos quorum ius non dependet ex testa
mento: vt quo ad creditores, vt probatur in l.si superatus.ver.eti
am.de pig. ¶ Præterea dictum testamentũ conditum à. d.d. Ca-
tharina, dato quod probatũ fuisset etiam per quinque testes præ
dictos: tamen non valuit etiam inter liberos: quia attenta proba
tione dictorum testium interuenit defectus præteritionis Fran-
ciscinæ filiæ dictæ do. Catharinæ, de qua Franciscina nullam ap-
paret fuisse factam mentionem in dicto testamento, testamentũ
redditur nullum. in §. aliud quoque capitulũ. in auth. vt cum de
appel.cog.& plenè not.in d.auth. ex causa. de li. præter. ¶ Nec
ob.id quod habetur in d.l. hac consultissima. §. ex imperfecto.
de test. quia illud non procedit in testamento imperfecto ratio-
* ne præteritionis secundũ communem * opi. vt legitur & notat
in l.si filius q in potestate.ff.de li.& posth.& in l.filio præterito.
& ibi not.do.ff.de in integ.rest.& ibi Ang.& Bald.in d.§.ex im-
perfecto. ¶ Et ideo dato ꝙ dicti testes probarent in hac causa: ta-
men illa dispositio testamenti ita probata est nulla: etiam si fuis-
set lata sententia in dicta causa pro validitate testamenti contra
d.Ia.per d.Io. ¶ Posito etiam ꝙ illa sententia esset de illis quæ fa-
ceret regulariter ius quo ad illos tantũ, tamen quia fuisset in cul-
pa do. Iac. si non appellauit, eò quia sententia ex proximè dictis
erat iniusta: ideo non faceret talis sententia ius quo ad alios pro-
pter dictam culpã commissam in non appellando: vt est text.no.
ff.de leg.j.in l.si seruus plurium.§.j.ver. quid ergo. iuncta gloss.
quę incipit, quod appellauit, &c.in vltima responsione quam ap
* probauit ibi Dy.Bar.Ang.& communiter * doc.si tamen legiti-
mè constaret dictam dominam Franciscinam dictum testamen-
tum approbasse: nõ facerem vim in hoc vltimo fundamento per
ea quæ habentur in d. l. filio præterito. circa aliud debitum libr.
cc.in testamento relictarum non scribo quia super hoc non sum
requisitus, &c. ego Alex.

## CONSILIVM CXXVII.

Viso processu causæ principalis & appellationis inter Do-
minicum quondam Ioannini Nicolai de compillo no-
mine suo ex parte vna agentem & nobilem virũ de Com
pillo ex alia se defendentem. ¶ Visisque consilijs quæ hincinde
reddita sunt: Sentio ex his quæ actitata sunt debuisse absolui à pe
titione dictum Nicolaum prædictum de Compillo: & non be-
ne fuisse iudicatum per iudicem appellationis: quia non sunt pro
bata necessaria pro parte agentis, vt locum habeat remediũ. l.ij.
C.de rescin. vendi. cum si. Eo quia non est probatũ quod res ven
dita fuerit minus dimidia iusti pretij. Ad quod ostendendum pręę
suppono quod dictus quondam Ioanninus vendidit Nic. petiam
vnam terræ laboratæ Bubulcarum. xxv. & quantacunque esset
in curia compilli iuxta viam communis, iuxta riuum, iuxta Gui-
donem, iuxta Franciscinum achilini pro pretio libra. lxxxv. &
sic non fuit facta mentio ad mensuram seu ad numerum Bubul-
carum, adeo quod etiam si per mensurationem non reperiamus
dictam petiam terræ esse nisi Bubulcarum decem, tamen pre-
tium prædictum deberetur nec repeti posset: quia partes non vi-
dentur se restringere ad numerum mensuræ seu Bubulcæ: sed so-
lum ad corpus quod tunc esset circa dictos confines, qualiscun-
a que esset in mensura: vt concludit Old.[a] in consi.cxcvij.incip.in
concessione.Ioan.And.in addi.Spe. in titu. de emption. & ven.
§.sciendũ est.& Bald.in rub.C.de contrahen.empt.in xxij.q.&
Pet.de Anch.in c.per tuas.de donat. & Sal.in l.ij.C.de contrah.
emp.& Pau.de Ca.in l.si seruũ.§.j.de actio.emp.& Pau.de Lea-
za.in c.fi.de emp.& ven. in pe. col. in repe.per id quod habetur
in l.si venditioni hominis.in prin.ff.de act. emp. & per not.in l.
iiij.§.fi.eo.tit. cũ si. ¶ Et tanto magis vbi fuerint adiecta illa ver-
ba.& quantumcunque &c.prout in casu nostro fuit.l.Balista.ad
Treb. ¶ Testes autem producti pro parte agẽtis ad probandum
valorem dictæ petiæ terræ deponunt de valore cuiuslibet Bubul
cæ.s.ad valorem.vij.vel viij.li.cum dimidia pro qualibet Bubul-
ca: & non constat de numero Bubulcarum per aliquam mensu-
rationem: igitur non potest ex dictis testiũ concludenter inferri
ꝙ in vendi.dictæ petiæ terræ dictus Io. fuerit læsus vltra dimidiã
iusti pretij: & testes ipsi dicunt nescire mensurã dictæ petiæ ter-
b ræ: igit̃ dicta probatio [b] testiũ nõ videt̃ de iure concludere prout
1 concludere debet.c. in præsentia. de prob. ¶ † Præterea dictum
remedium rescindendi dictũ contractũ vendi. occasione dece-
ptionis vltra dimidiam non competit ei, qui sciuit se lædi vltra di
ctam dimidiam: quia scienti & volenti dolus siue deceptio non
infertur.l.cum donationis. C.de transa.l.j.in fi.ff.de act.emp.&
* in proposito no. doc. * cõmuniter in l. ij. & in l.si quis cũ aliter.
de verb.ob. Sed videt̃ ꝙ dictus Ioanninus intellexit se decipi vl-
tra dimidiã qñ vendidit: quia paulo ante emerat dictam petiam
terræ pro lib.cxxvj.& sol.v.vt cõstat ex instrumento in actis pro
ducto. nã est præsumendũ dictum Ioannẽ putasse se emere iusto
pretio.l.cum de indebito. de proba. & tamen qñ dictam petiam
terræ vendidit dictus Ioanninus dicto Nico. apparet habito re-
spectu ad pretium quo Ioanninus plus emerat, ꝙ ipse intellexit
se lędi vltra dimidiam iusti pretij: ergo non competit sibi dictum
remedium quia non censetur deceptus iste qui fuit sciens, quòd
est verum etiam in rustico secundum Sal.in d.l.ij. in vij. q. C.de
rescin. venditio. quia secundũ eum error in sciente præsumi non
potest. & propter hoc ipse reprehendit Bald. aliter dicentem.
2 ¶ † Confirmant̃ prædicta quia d. Ioanninus in dicto contractu
venditionis iurauit se non venire cõtra dictũ contractũ ratione
modici vel enormis dãni: aut aliqua quauis ratione vel causa. Et
enorme damnũ in maiore. xxv. annis ꝯhente dr̃ qñ est deceptus
vltra dimidiam, per d.l.ij.vt expressè firmat Ant.de Bu.in c.cum
contingat.de iureiur.in ver. quæuis causa.vbi etiam Ioa.de Imo.
post medium.in versi.Item aduerte quòd quando minor lęditur
&c. ¶ Pro hoc etiam bene facit quia videmus: quia licet mulier
minor & rusticus æquiparentur quo ad ignorantiam præsumen
dam.d.l.cum de indebito.ver.sinautem.& l.ij.§.fin.ff.de iur.fis.
l.regula.in princi.ff.de iur. & fac.ignoran.l.j. in fin.de eden. tñ
quando minor iurauit nõ simpliciter, sed iurauit non venire con
tra ratione minoris ætatis vel aliqua quacunque de causa per ver
ba æquipollentia: tunc excluditur beneficio. d. l. ij. secundum
Bar.& alios in l.ij. ergo eodem modo in proposito cum d. Ioan-
ninus iurauit non simpliciter, sed in forma satis lata vt patet ex
verbis prædictis, debet excludi à remedio prædicto. Nec dicam
quod debuit certiorari de beneficio. d. l. ij. quia dico quod vbi
aliàs fuisset necessaria certioratio: tamen propter virtutem iura-
menti, ad quod præsumitur quis deliberatus accedere, non re-
quiritur alia certioratio, ideo mulier minor, &c. excluditur à be-
neficio in resti.in integ.& beneficio senatuscon. Velleia. secun-
dum Bar.Ang.& Mod.in l.sciendum. de ver.ob.& in d.l.ij.& in
auth.sacramenta puberum.per illum tex.C.si aduer.ven.& in l.
si duo patroni.§.Iulianus.de iureiur.& Archi. & Ioan. And.in c.
ij.de pac.in vj.ar.illius text.& Ant.de But.in c.si diligenti.de fo-
ro compet.& bene probatur in c.ex rescripto.de iureiur. & hoc
etiam ibi tenet Bal.& do.Abb.in c.pe.de emp.& ven. Et ista vi-
detur de iure opi.verior quam sum solitus consulendo & legen-
do sequi. Alex.

### ADDITIO.

a ¶ Old.s̃.eo.consi.cxx.
b Probatio.hæc sola ratio valet.sequentes non valent.

### SVMMARIVM.

1 *Proxeneta non est idoneus testis.*
2 *Gabellæ commodum percepturus non est idoneus testis.*
4 *Venditionem contrahentes nõ probant: nisi probando pretiũ.*
5 *Indicia imperfecta non iunguntur.*

## CONSILIVM CXXVIII.

Ponderatis narratis in themate & tenore sententię latæ inter Nicolaum caualarium agentem, & Christophorũ conleriatũ se defendentẽ. Et visa attestatione facta per Anto. de guis. ¶ Sentio in dicta causa non fuisse recte iudicatũ, & per ɔ̃ns bene reclamatũ à dicta sententia. ¶ Nã d. iudicans pronunciauit contractũ venditionis, de qua in petitione actoris, habuisse & habere debere locum & effectũ: & contractũ ipsum fuisse completũ inter ipsos Nico. & Christophorũ, iurante tñ dicto Nico. cõtenta in dicta eius petitione fuisse & esse vera, quod iuramentũ declarat deferendum esse. d. Nico. Ita tñ quod quidam Nico. suellus attendat promissa per eum dicto Nico. caual. & dicto Christophoro, quantũ est pro venditione certarũ terrarum de quibus tractatũ seu conuentum fuit inter d. Christophorũ & Nico. suellum, sed si Nico. suellus nõ obseruaret promissa dicto Christophoro, culpa ipsius Ni. suelli eo casu absoluit dictum Christopho. à dicta petitione Nic. caual. vt latius in dicta sententia continetur. ¶ Hoc aũt iustè facere & inducere non potuit dictus iudicans. ¶ Primo quia dicta venditio facta inter actorem & reum non erat sufficienter probata per Anton. de guis. Primò: quia non dr̃ aliqua vendi. purè contracta aut purificata inter actorem & reum patet dum ipse deponit & dixit ꝙ Christop. dicit se velle ire Quarantulã & habere colloquium cum Nico. de suel. & ei dicere quòd si esset in ea opinione de faciendo sibi certã venditionẽ prout aliàs dicit, ꝙ tunc denunciaret vtranque vendi. & ante purificatã conditionem non potest agi ex contractu prout actum extitit. l. cedere diem. ff. de ver. sig. l. legata. ff. de condi. & demon. ¶ Præterea cõtractus emptionis & venditionis non põt cõtrahi nisi interueniat cõsensus vtriusque cõtrahentis præsentis: vel si vnus est absens oportet ꝙ pro eo interueniat nũcius vel procurator, seu epistola. l. consensu in princ. de actio. & ob. l. j. in fin. de contrahen. empt. Et vt inquit gl. fi. in d. l. j. in fi. requiritur ꝙ talis nuncius fuerit ad hoc specialiter destinatus, sed nõ probauit de simultaneo consensu, per d. Christoph. & Anto. pręsentes. nec quòd etiã consenserint per epistolam aut per procuratorem, neque per nuncium ad hoc destinatum. Non enim dicit do. Anto. se fuisse constitutum procuratorem à dictis contrahentibus: vel altero eorũ: nec dicit se fuisse nuncium destinatum ab altero eorum. ¶ Sed dr̃ ꝙ fuit medius ad tractandũ dictum mercatũ & accordium de cõmuni consensu & voluntate prædictorũ: & per ɔ̃ns asserit se fuisse pro dicto contractu celebrando proxenetã, qui mediator appellatur. c. j. de testi. in vj. & in. §. quoniam vero proposuimus in auth. de te-
1 sti. † Et fm veram opi. talis proxeneta,[a] etiam si nullũ expectat
a salariũ de contractu, nõ est legitimus testis ad probandum dictũ contractũ qñ non producitur ex consensu vtriusque partis ad testificandum quamuis sponte ipse velit testificari, vt no. gl. in tit. de instrum. cau. & fide. §. in his. ver. ad numerationem. probatur in d. c. j. de testi. in vj. iuncta glos. pen. quia est speciale in casu posito in d. c. j. quòd proxeneta seu mediator inuita altera parte possit testificari, & sic in contrariũ est ius cõmune. l. ius sin. de ll. & ita Io. Andre. & Ant. de But. & do. Card. Flo. & Ioa. de Imo. in c. dilectorum. de testi. cog. vbi reprehendunt vnam opin. positam per gloss. in. §. quoniam vero legem posuimus. in ver. prohibitione. in auth. de testi. quæ vult ꝙ nisi vtraque parte consentiente proxeneta non possit cogi testificari: tamen sponte potest testificari etiam si vna pars consentiat. & vt dicit Ioan. And. & alij in d. c. dilectorum. ratio posita per gloss. in d. §. quoniam vero. innuit quod nõ. proxeneta etiam sponte testificari nõ potest quando vtraque pars non consensit: quoniã dicit gl. ꝙ non creditur proxenetæ: quia præsumitur quòd oportet perfici id propter quod laborauit. & quod firmum remaneat ne ei imputetur quod minus caute se habuit. Et istam partem etiam tenet glo. in c. fi. in gl. antepe. de testi. in vj. & Bart. in l. om nibus. C. de testi. & in l. deferre. §. idem dicam. ff. de iur. fis. & Pet. de Anch. in d. c. j. de testi. in vj. Ioan. de Imo. in l. si cui legetur. §. si Titio. ff. de leg. j. & in c. ex literis de transac. & Ant. de But. in c. cum à nobis. de testi. Saly. in l. nullus. C. de testi. licet Bald. aliter dixerit in d. l. omnibus. Et multo magis dici posset per dictum Anton. non probari
2 legitimè de dicto contractu: † vt datiarius ex eo contractu esset percepturus gabellam: vt in themate narratur per id quod not. Bart. in d. l. deferre. facit. d. l. nullus & d. l. omnibus. Et idem etiam dicendũ esset si dicto Anton. diceretur ꝙ fuit ꝓcurator constitutus ad dictum contractũ incundũ: quia etiam non esset idoneus testis ad probandũ perfectionẽ ɔ̃ctus, vt per gl. & Bart. in d. l. deferre. cũ si. ¶ Nec etiã de dicta vẽditione est probatũ per aliũ testẽ do. Ni. caual. qui vt narrat in themate, deposuit se audiuisse à dicto Christopho. ꝙ concluserat mercatum cum. d. Nico. quia deposuit de confessione facta absente parte, quæ non probat. l. certũ. §. si quis absente. de confes. l. fi. de interro. act. & est vnicus & singu. ideo nõ probat. l. iurisiuran. de testi. c. in omni de testi.
3 † hã si essent duo testes legitimi & plenè deponentes de confessione dicti Christophori facta absente parte, nõ facerent nisi semiplenã probationẽ: per id quod habetur in c. fi. de suc. ab intesta. & per no. in l. capite v. ff. de adulte. & per no. per Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu. in viij. & xij. col. ¶ Præterea si dictus testis cuius attestationis copia mihi transmissa non est: solum deponeret
4 qđ audiuit a. d. Christoforo ꝙ ɔcluserat mercatũ cũ. d. Nico. † & non dicit fuisse expressum certũ pretiũ dicti ɔ̃ctus. nõ releuaret: quia cũ vertatur quęstio inter assertũ emptorẽ & venditorẽ de ɔ̃ctu
b venditionis, oportet qđ probetur de pretio[b] certo ipsius ɔ̃ctus, per id quod habetur in. §. pretiũ. insti. de emp. & vend. no. Rapha. in l. j. C. de ɔ̃hen. & cõmit. stipu. & Bal. in l. j. C. de re. alie. nõ alie. bñ facit id qđ not. Bart. ff. de verbo. obl. l. sciendũ. in j. col. in versi. ɔ̃
5 hoc oppo. no. insti. de empt. & vendi. ¶ † Et dicti duo testes non sunt perfecti & integri, sed singulares: & quo ad dictã ꝓbationẽ nõ possunt adinuicẽ coniũgi, vt faciãt adinuicem vnã semiplenã probationẽ: vt no. determinat Bal. in l. si quis ex argentarijs, circa princ. ff. de eden. & in l. spadonem. §. quarta. de excu. tu. & in d. l. iusiurandi. & Ioan. Cal. & Anto. de But. in c. veniens. el. j. de testib. ¶ Et Nico. de Neapo. in l. ij. in prin. ff. de excu. tu. & Pet. de Anch. in consi. ccxv. incip. in Christi nomine visa diligenter, &c. facit id qđ habetur in c. licet causam. de probat. & in l. ob carmẽ. §. fi. ff. de testi. cũ ibi not. ¶ Cum igitur non esset probatũ de dicto ɔ̃ctu etiã semiplenè tantũ. sequitur ꝙ non erat deferendũ à iudice iuramentũ dicto Nico. actori. d. l. admonendi cũ ibi no. & in l. & in bonæ fidei. C. de reb. cre. & in c. fi. de iureiur. & sic nõ potuit iudex in iuramẽto necessario supplẽte probationẽ imperfectã fundare suã delegationẽ & sententiã, cũ requirat probationẽ actorũ esse saltẽ semiplenã. vt no. in locis proximè alle. nec etiã in iuramẽto iudiciali potuit iudex fundare suã delegationẽ, q illud debet deferri à parte parti iudicis authoritate. l. j. cũ gl. fi. ff. de iurei. Sed istud iuramentũ non fuit delatum per d. Christopho. d. Nico. ergo iudex non potuit illud deferre imo prius fuit delatũ iuramentũ iudiciale per do. Nic. Christophoro, qui iurauit se nõ vendidisse dicto. Nic. & qđ nõ recordabatur ꝙ dederit ipsi Christopho. mandatũ. d. Anto. de guis. vendendi terram, de qua est quæstio. ¶ Et dato qđ dictus Nico. iuraret præcisè, an dederit mandatũ do. Anto. vendendi dictã terrã: & Christop. recusauerat iurare: tñ per hoc nõ potest dici iudicẽ prædictũ iustè iudicasse: quia quãuis iste cui defertur iusiurandũ à parte iudice approbante si sine iusta causa recuset iurare vel deferenti non referat iusiurandũ haberi debeat pro confesso iuxta. l. manifestæ. de iureiuran. cum ibi no. & l. generaliter. §. j. C. de rebus creditis. tamẽ hoc non habet obstare dicto Christoph. quia posito qđ haberetur pro confesso quantũ ad hoc ꝙ ipse dederit mandatum dicto Ant. vendendi: tamen hoc non sufficiat: quia non est probatum legitimè quod dictus Ant, vt procurator dicti Christophori dictam venditionem fecerit do. Nico. ¶ Non enim probauit sufficienter per ipsummet Anton. testẽ productum pro d. Nicol. tamen vt s̃. fuit ostensum neque alius testis de vendi. facta per An.
6 Christoph. prædicti procuratorẽ aliquid dicit. ¶ † Præterea ille qui sine iusta causa recusauit subire iuramentũ sibi delatum vel deferenti referre non habetur pro confesso nisi iudex super hoc sententiam ferat declaratoriam: per quam pronunciet eum haberi pro confesso. l. eius qui delatorem. in prin. ff. de iure fis. & d. l. generaliter. §. j. in versicu. æstimaueris. C. de rebus creditis. ibi istum tex. ad hoc põderat Bal. in ij. col. & nota. Barto. & alij in d. l. manifestæ. Sed hoc non facit. d. dominus iudex: ergo &c.
7 ¶ † Alia etiam ratione ostenditur ꝙ dicta sententia non suffragatur dicto Nic. quia dictum iuramentum delatum per dictum iudicẽ. d. Nico. debuit præstari & subiri per Nico. in ipsa sententia, seu parum post sententiã si sententia appellari contingebat, vt d. l. generaliter. iuxta pri. & ibi declarat Barto. in l. cum iudex. C. de

C.de sent.& interloc.omn.iudic.sed post ergo nō pōt iurare am
plius & implere sententiam.postremo per appellationem debet
rescindi: quia fuit lata sub ista conditione extrinseca, si Nicolaus
suellis attenderet promissa dicto Christophoro circa quandam
aliā vendit. alterius rei de qua conditione non fit mentio in libel
lo actoris,nec in exceptionibus rei,hoc probat in l.j.§.biduum.
ff.quando appellandum sit. & not. in d. l.cum iudex.Ex quibus
concludo ego Alex.de Imo. non fuisse bene iudicatum per dn̄m
iudicem, & bene fuisse appellatum per d. Christophorum, & d.
primam sententiam esse retractan.&c.

ADDITIO.

a ¶ Proxeneta.dic vt dixi.s̃.lib.j.consi.xiij.nu.14.

CONSILIVM CXXIX.

PVto de iure concludendum esse dictum Mezadrū & ru-
sticum qui terras non laborauit secundum formam sta-
tu.Bonon̄. posse expelli ante decennium: quia actū fuit
in contractu quod nō posset expelli per spacium. x. annorū ipso
1 laborante ad arbitriū boni viri. ¶ † Et in cōtractibus habet locū
a argumentū à ꝯtrio sensu [a] vt tex.optimus in l.inter socerū.§.cum
inter.de pac.dot.quem videt allegare Bald.in l.vendit.C.de act.
empt.& not.Guido de suza.in l.j.§.rei.ff.de offi.eius cui. Bal. in
auth.sed si quis,in viij.colum.C.de secun. nup.& in l.ij.C.de fi-
deius.& in l.apud antiquos.C.de furtis.& dn̄s Abba.in c.cū apo
stolica.de his quæ fiunt à præla.sine consensu capi.vbi ad hoc re-
singula. tex.d.§. cum inter.idem probat in l.pecunia. ff. si
cert.petat. per hoc cessat disputatio. an de iure cōmuni colonus
malè versatus in prædio rustico non laborando arbitrio boni vi-
ri possit expelli,iuxta.l.ædem.in glo.in versi.versat. C.locati.&
in auth.qui rem.C.de sacrosa.eccl.cum ibi not.per Guil.de cug.
2 Cy.in c.ꝑpter.de locato. ¶ † Qui aūt non dicuntur laborare ar-
bitrio boni viri: respon. q̄n nō laborāt secundū ordinē & statuta
loci. apparet quia q̄n aliquid est explicandum arbitrio boni viri
intelligitur id est iudicis. l.continuus. §.cum ita.ff. de ver. obl.l.
sed si vnus.& ibi no.ff.de iureiū.in §.prætor. & in l.vir bonus.ff.
iud.sol. Et constat quod iudex debet arbitrari s̄m statuta loci iu-
xta.l.j.C.de emanc.libe.l.an inter.C.de edi.priua.l.cunctos po
pulos.& ibi plenè not.C. de sum.tri.cum simil. ¶ Et si quæratur
qualiter non laborauerit arbitrio boni viri id est secundum statu
b ta loci respōdeo quod Mezadro incumbit onus [b] probandi se la
borasse arbitrio boni viri id est secundū statuta: quia ista promi-
sit locatori.& ita tenebatur. & satis est ꝙ sit elapsum tp̄s laboran
di,nisi ille Mezadrus probet se arbitrio boni viri laborasse.l.j.C.
de probatio.& no.gloss.magna. & ibi doc.in l.ij. C.de iure em-
phy.canonistę in c.super his.de accusat.Bart.in l. in illa stipulat.
si calendis.de ver.obli. cuius doctrina ab omnibus est vbique ap
probata. ¶ Posset etiam adduci quòd ex dispositione statuti sub
rubrica de Mezadris,& quot vicibus debeat terra arari,&c.suffi-
cit probatio per sacramentum locatoris qui erat vsufructuarius
rei locatæ.nam dicit statutū quòd de hoc.s. quod Mezadrus non
laborauerit secundū ordinē traditum ibi in statuto, stetur sacra-
3 mento domini:† & licet aliàs appellatione domini [c] non videa-
c tur venire vsufructuarius.l.j.§.seruis.ff.ad Sylle,l.ij.§.iubemus.
de relig.& sum.fu.facit.l.j.ff. si ager. vecti. vel emphyt.peta.ta-
men hoc non ob.videtur quòd in proposito appellatione domi-
ni veniat vsufructuarius.probat in l.in vendi.cum gl.in ver.con-
tinetur. ff. de bo. au. iudi. pos. per quam ibi dicunt Bartol.Ang.
quod aut fit mentio rei: & tunc non venit vsufructuarius appella
tione dn̄i. aut fit mentio dn̄i largè absque eo qđ dicat de dn̄io rei
seu fundi, & tunc continetur vsufructuarius: quia habet dn̄ium
iuris vsusfructus: & sic dn̄s dici potest. Sed in proposito statutū
loquitur de domino largè:non autē dicit prædij: ergo &c. ¶ Pro
hoc etiam facit.l.cum exhibuissent.§.quod ait.ff.de publica. di-
cta.l.j.eo.tit.vbi probatur secundum Bar.ibi quòd ratione subie
ctæ materiæ dominus appellatur ille qui habet maioritatem ali-
quam seu præeminentiam alia ratione quàm ratione dominij rei
& istum respectum habuit statutum: quia loquitur de domino,
quo ad Mezadrum: & sic iste cui Mezadrus dare tenetur dimi-
4 diam fructuum,est dominus ex mente statuti.† & verba debent
d intelligi secundum subiectam materiam [d] etiam si illa oporteat
impropriare: quamuis essemus in materia in qua fit stricta inter-
pretatio.l.insulam.de præscrip.verbis.l. si stipulatus.de vsur.l.si
vno.in prin.ff.locati. ¶ Accedat id quod no.gl.in l.ij.in prin.ff.
de ori.iu.Bar.in l.quintus.§.argento.ff.de auro & arg. vnde per
ea quæ no.Bart.in d.l.ij.in princ.in rubr.de ope.no.nun.dicit ꝙ
quamuis casus genitiuus de propria signific. importet dominiū.
d.l.ij.§.in bonę,tamē ex communi vsu loquendi, dicimus quod
statutū etiam comprehendit illum qui nō est dominus, sed pos-
sessor.& no.An.de Bu.in c.j.de postu. præla. & statuta quando-
que recipiunt interpretationem à cōi vsu loquendi, per id quod
habetur in l.Labeo.& ibi Bar.ff.de sup.le.& in l.librorū.§.quòd
tamen.de le.iij.& no.Bar.in l.libellorū.§.sed si aliud.in fin.ff.de
accus.& in l.omnes populi.in iij.q.in princ.ff. de iusti. & iur. ibi
Bald.& not.Iac.But. in j.constit.C. Ant.de Bu. in procemio de-
cretaliū.cum suis multis concordantijs. ¶ Confirmant prædicta
per id quod habetur in l.si quis conductionis.C.loca.vbi condu
ctor non pōt locatori opponere ꝙ locator non sit dn̄s, tn̄ tutius
puto superius fundamentum circa modum probandi. ex quibus
concludo dictum Mezadrum posse ante finitum tempus expelli
ex causis & rationibus quibus supra.Alexander.

ADDITIO.

a ¶ Sensu.s̃.eo.consi.xlvj.nu.5.
b ¶ Onus puto ꝙ in hoc valde erret Alex. quia ex quo colonus
ostendit se laborasse si dominus opponat non esse probe labo
ratum ei tanquam dicenti & obijcienti incumbit onus l. ij. de
proba.
c ¶ Domini.plenius omnibus dixi in consue.pari.§.j.gl.j.q.j.
d ¶ Materiam.dixi in consu. pari.§.xxx.nu. 109.adde Alex.j.
lib.iij.consi.xxxvij.& li.v.consi.xxj.co.ij.Deci.l.quoties.idē
de reg. iur. And. Tiraq.repe.l. si vnquam.ver.reuertat.num.
31.C.de reuo.do.adde.j.lib.iiij.consil.lxxix.vbi Alex.cōtra
eundem rusticum rursus consuluit.

SVMMARIVM.

1 *Casus à testatore omissus habetur pro omisso sed fallit quādo testator verisimiliter prouidisset si cogitasset.nu.4.*
7 *Residuum,verbum,verificatur in toto.*

CONSILIVM CXXX.

ATtentis verbis testamenti. ¶ Videtur prima facie dicen-
dum dictum residuum hæreditatis non esse erogandum
inter dictas filias sororū testatoris, eo quia disposuit di-
ctus testator dictā erogationē residui fieri debere si contingeret
dictū Iaco. institutū decedere sine filijs masculis, & ex eo super-
esse aliquas filias fœminas legitimas & naturales, vnā,vel plures,
quas mandauit dotari arbitrio communi commissariorum suo-
rum:vnde licet vna ex dictis condi.euenerit:quia sine liberis ma
sculis decesserit legitimis: tn̄ quia alia condi. deficit eo quia non
remanserunt ex eo filiæ fœminæ, dispositio facta sub dictis dua-
bus conditionibus copulatiue appositis non potest sortiri effe-
ctum.l.si hæredi plures.de cond.& demon.l.si is qui ducenta.§.
1 vtrum.de rebus du. ¶ † Secundo probatur quia casus à testatore
omissus regulariter pro omisso habetur:& in eo statur dispositio
ni iuris cōmunis.l.commodissimè.de lib.& post.l.si ita quis.§.is
cui.de leg.ij.l.si extraneus. de condit.ob. causam.l.fideicom.de
condi.& demon.Et ideo dicimus quod conditio debet in forma
specifica adimpleri.l.qui hæred.& l.Meuius.de cōdi.& demon.
¶ Accedit id quod no.voluit.Bald.in l.si plures.C. de condi. in-
ser.in x. colum. in versic. iuxta prædicta formatur talis quæstio,
vbi quærit: statuto cauetur quòd filia dotata à patre nō succedat,
modo contingit quòd Titius decessit relicta posthuma in vtero
ita quòd eam dotare non potuit,vel decessit ea infante vel furio-
sa relicta,quærebatur nunquid fratres vt hæredes vniuersales do
tando eam excludant à successione: arguit ad vtranque partem.
& finaliter concludit quòd non:quia iste est casus à iure omissus:
ideo remanere debet in dispositione iuris communis per iura.s̃.
alleg.Et cum decisione Bald. prædicta transit Pet.de Anch.com
mento.c.canonum statuta.de consti.in verb.pone statuto caue-
tur quòd filia dotata,&c. ¶ Ita in proposito mandauit quòd cum
dictæ filiæ Iac.erant dotatæ residuum debet erogari in filias soro
rum testatoris.sed istæ filiæ Iac. non potuerunt dotari: quia non
remanserunt in rerum natura: ego censetur casus omissus sicut
in quæstione Bald. quando filia non fuit nata viuo patre: & sic
non potuit dici à patre dotata, & dispositio statuti & testatoris

à pari ꝓcedunt: vt inquit Bal. in titu. de pa. cõstan. in versic. in criminalibus. & in l. si post tres. in viij. col. ff. si quis cau. probatur ex his quæ traduntur per gl. not. in l. j. de his qui. vt indig. C. quã ibi ponderat Bar. ex ea colligens qđ dispositio legis æquiparatur dispositioni vltimæ voluntatis. & no. Bart. in l. nõ solum. §. morte. ff. de oper. no. nun. & in l. in cogni. cũ simi. ad Sylla. ¶ Tñ præmissis nõ obstan. in casu de quo quæritur contrariam sententiam
2 de iure veriorem esse puto: † quia in dispositione vltimæ voluntatis, de qua tractamus, magis attendenda est mens testatoris q̃ verba attendi debeant. l. iij. §. conditio. de adi. le. l. si quis filium. C. de libe. præte. c. in his, & c. intelligentia. de verb. sig. Sed mẽs testatoris fuit ꝙ si nõ remanerent filię ex Iaco. residuum quod superesset facta constru. & donat. altaris seu capellæ erogaretur in dictas filias sororum testatoris: ergo in eas debet fieri erogatio. ¶ Quod autem ita se habuerit mens testatoris probat᷑: quia testator magis dilexit filias sororũ suarũ, quam patrẽ Iacobi, & quoscunque alios exceptis descẽdentibus Iacobi: patet quia post mortem dicti Iacobi testator nõ vocauit patrẽ dicti Iacobi, sed descẽdentes Iac. & vna cũ descendentibus Iacobi fœminei sexus, vocauit etiam filias sororũ ipsius testatoris: ergo illæ filiæ sororũ tanq̃ ad successionem prius vocatę ex expressa dispositione testatoris, dñr à testatore magis dilectæ, vt in auth. hoc amplius. C. de fideicom. l. pupillus. §. j. de cõdi. & demon. l. cũ ita. §. in fideic. de leg. ij. si magis dilectæ sunt, ergo proximior vr̃ voluntas testatoris ad ea per d. auth. hoc amplius. l. cum acutissimi. C. de fideic. ¶ Comprobatur etiam quia si diceremus patrem dicti Iaco. præferri: sequeret᷑ absurdũ & inconueniens, quod si dictus Ia. decesserit nullis relictis ascendentibus, neque descendentib. neque transuersalibus, sed relicto extraneo hærede ex testõ, qđ extraneus hæres dicti Iacobi habiturus fuisset hanc successionem huius testatoris, exclusis filiabus sororum testatoris qđ non est præsumendũ esse
3 de mente testatoris. tum † quia magis præsumit᷑ testõr diligere illos qui sunt de cognatione vel agnat. quã extraneos. l. generaliter. §. cũ aũt. C. de insti. & substi. l. cum auus. de cond. & demon. l. cũ alienã. C. de leg. l. j. cum gl. in versi. patrono. ff. in ius vocat. vt eant. imo etiã quia testator post mortẽ Iac. dilexit magis filias sororũ ipsius testõris q̃ hr̃des extraneos ipsius Iac. vt ex dictis verbis testamenti apparet. bene facit quod no. voluit Bar. & alij in l. Gallus. §. etiam si parentes. ff. de lib. & post. Bald. in c. j. de natu.
4 feu. ¶ Confirmãt᷑ prædicta: † quia prouisio facta in vnum casum à testatore extenditur ad aliũ in quem sil'r prouidisset, si de eo co
a gitasset, [a] hic est text. quẽ ita summat Bart. in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. sed existimandũ est dictum testatorẽ si cogitasset. d. Iac. decedere etiã sine filiabus, qđ voluit potius dictũ residuũ peruenire ad filias sororũ ipsius testatoris quæ erant de cognat. sua, quàm ad patrẽ dicti Iac. qui erat sibi extraneus vt etiam colligit᷑ ex cõiecturis dilectionis de quibus dixi. s̄. Igit᷑ dicta pro
5 uisio testatoris debet ad istũ casum extendi. ¶ † Fortificant᷑ per id quod no. voluit Io. An. in add. Spe. in tit. de secun. nup. in rub. post Richar. vbi quærit quid si testator filios hæredes instituit, & vxori suæ legauit mille fruẽda toto tpe vitæ suæ si in viduitate honestè vixerit, & disposuit quòd post mortẽ dictæ suæ vxoris Titius habeat illa mille, demum mortuo testatore dicta eius vxor nupsit & sic legatum expirauit. quæritur an interim viuẽte dicta vxore prædicta mille deberẽt esse penes hæredes testatoris, an vero spectarent ad d. Titium, & videt᷑ dicendũ ꝙ deberent remanere apud hæredem testõris, & non apud Titium: quia testator solum dixit quòd post mortẽ vxoris prædictæ peruenirent ad Titium, sed vxor non est mortua licet transiuerit ad secunda vota: ergo non debet fieri extensio de casu mortis ad casum qñ transiuisset ad secunda vota: tñ contrariũ decidit: quia testator vr̃ potius voluisse commodũ dictorum mille peruenire ad dictum Titium, quã ad hr̃dem suũ: igitur dẽt præferri Titius. l. si quis Seium ff. de cond. & demon. mouetur etiã principaliter: quia si testator cogitasset quòd mulier transiret ad secunda vota eã priuasset in eo casu sed credidit vxorem non nubere: ideo de morte locutus fuit. propterea fit extensio ad istum casum. alleg. l. mulier. iuxta princ. ff. ad Treb. & l. si ita. ff. quando di. le. ced. Idẽ tenuit Bart. ꝑ plures rationes in repe. auth. hoc locũ. circa. vj. col. C. si secundo nup. muli. quæ repetitio inseritur in moder. lec. Bart. idem tenet Pau. de Cast. in l. si mater. C. de insti. & substit. & in l. si quis hæres ita. ff. de acq. hære. Ita in proposito testator cogitauit Iacob. decedere cum filijs masculis aut fœminis: propterea in eo casu prouidit: & si cogitasset eum decedere etiã sine fœminis reliquisset dictis filiabus sororum cum etiã reliquisset in inferiori casu, s. qñ decessisset Iac. cum filiabus fœminis. ¶ Corroboratur etiã hoc per illa verba testamenti, quib. cauetur ꝑ hæc verba, residuũ vero suę hæreditatis: & cũ dictæ filiæ. d. Iaco. si extabunt, erunt dotatę, voluit distribui & erogari in dictas filias sororum ipsius testatoris, & c. per quæ verba ostendit᷑ ꝙ de residuo hr̃ditatis erogandæ in filias sororũ deduci voluit dotẽ dandã filiabus Iaco. & si inquantũ cõtingeret filias Iac. superesse. igit᷑ à cõtrario sensu verborũ testatoris si nõ extarent filiæ d. Iac. prout non extant noluit deduci
6 aliquid de residuo dictæ hæreditatis pro dotibus † nã in vltimis volũtatibus ꝓcedit arg. à ꝯrio sensu. l. aliqñ. de cond. & demon. l. si legatum pure ff. de adi. le. & nõ habet ob. ꝙ testator vsus fuerit verbo residuum. & sic præsupponere videat᷑ ꝙ locus sit detractioni dotiũ. vt sit locus dictæ erogationi faciendæ in dictas filias
7 sororũ. † quia rñdeo ꝙ etiã verbũ residuũ verificatur in toto, qñ non est pars seu non reperit᷑ in cuius reliquũ possit ista dictio verificari. l. ij. C. de hæred. instit. l. qui non militabat. §. fi. cum duabus. ll. seq. eod. tit. ¶ Præterea illa dictio residuũ, põt in casu nr̃o verificari minus q̃ in totum habito respectu ad illud quod fuit relictum pro altari, & c. Et per hoc patet rñsio ad allegata in contrarium: & primo nõ obst. ꝙ duæ conditiones copulatiuè fuerũt insertæ & non euenerit vtraque: quia rñdeo ꝙ dictæ duæ conditiones copulatiuè fuerunt adiectæ quo ad relictũ dotiũ filiarum Iacobi: voluit enim eas dotari sub duplici cõd. videlicet si decesserit Iacobus sine filijs masculis: & si contingeret ex eo superesse filias fœminas. sed non fuit adiecta duplex conditio copulatiua, quo ad residuum erogandũ in filias sororũ, sed bene ad modificandum dictũ residuũ fuit adiecta illa cõditio, s. si extabunt filiæ Iac. quia tunc voluit eas dotari de dicta hęreditate. Et sic dicimus
8 dictum residuum vltra id qđ relictũ erat pro altari. ¶ † Præterea etiã copulatiua dissoluitur in disiunctiuam ex coniecturata mente testatoris sicut disiunctiua tunc resoluitur in coniunctam l. si is qui ducenta. §. item si pater. ff. de rebus dub. l. generaliter. in prin. C. de insti. & subst. est enim vtroque casu eadem ratio: ergo idem ius esse debet. l. à Titio. de ver. oblig. c. ij. de transla. præla. & in casu isto repugnat mens testantis quòd vbi filiæ Iacobi non extant, debent interim excludi filiæ sororum testatoris, vt s̄. dictum est. Et eodem modo respondeo ad id quod allegabatur de casu omisso, quod debet haberi pro omisso: imò dico quòd iste casus non est omissus prout. s̄. declaratũ est. & posito quod omissus fuit in verbis: tamen non fuit omissus quo ad mentem testatoris qui magis præualet & magis debet attendi, vt supra fuit ostensum. & prout clare patet ex decisione Io. And. in d. rub. de secundis nup. cum alijs supra alleg. Et hanc puto fuisse intentionem dicti testatoris, quæ iudicio meo euidenter ex inspectione testamẽti colligitur. Ita dico & consulo ego Alexander.

## ADDITIO.

a ¶ Cogitasset, Ro. consi. ccccviij. Pau. consil. ccclxxviij. nu. 3. lib. j. Cor. consi. ccxliij. li. ij. Cur. senior. consi. xxix. col. latius consi. lj. col. ij. col. x. & fi. Ias. l. j. col. iiij. de vulg. & pu. d. §. Lucius. l. cũ res. col. ij. de leg. j. consi. clxij. col. ij. lib. ij. consi. lxvj. colum. iij. consi. cliiij. col. iiij. lib. iij. Matth. afflic. Deci. neap. cxlj. Bertran. consi. cxxxiij. ponitur in facto. col. ij. iij. lib. j.

## SVMMARIVM.

*1 Laudi deductio spectat ad ordinarium iudicem.*
*4 Consentire aliud est facienti, aliud se obligare.*
*6 Patientia in dubio habetur pro consensu.*
*7 Sententia est executoria contra fideiussorem contractus.*
*8 Societatis natura, est æqualitas damni & lucri.*
*9 Consuetudo qualiter & quibus probanda.*
*10 Consuetudo non valet quod capitale sit saluum sine participatione damni.*
*11 Condemnatus est in dolo, quando ex actis patet absoluendũ.*
*12 Reductioni ad arbitrium boni viri non potest renunciari.*
*16 Consuetudo soluendi decem pro centenario, non valet.*

CON-

## CONSILIVM CXXXI.

IN causa vertẽte coram prætore ciuitatis Imolæ &
eius vicario inter Andreã de binis ex parte vna.
& Turam citadinũ, & Thomaxium de la Vedra-
na ex altera plura videnda sunt. Et primò contra
fundamentũ iuris dicẽtis, an potestas q̃ est iudex
ordinarius dictorũ litigantiũ sit iudex cõpetens
1 in causa reductionis, an vero debuerit adiri iudex app. † & vera
* cõis * est cõclusio ipsum potestatẽ, hoc est iudicẽ ordinariũ [a] esse
a iudicẽ cõpetentẽ, & nõ deuolui ad iudicẽ appel. c. exposita. de ar
bi. Iac. But. & Bart. l. societatẽ. ff. ꝓ socio. d. Ant. & Imo. in c. q̃n-
tauallis. de iure iurand. & Pet. de anch. in sua disputa. incipi. cũ.
C. laicus. hoc etiã attestatur ser Ant. de mon. & testibus ser An-
2 dreæ. ¶ † Et pręsuppono vnũ pro fundamento eorum quæ dici-
mus quod iudex ordinarius ad quẽ recurritur pro reductione ad
arbitriũ boni viri, nedũ potest reducere ad arbitriũ boni viri. &
pronunciare super iniquitate laudi, verũ etiã potest pronuncia-
re laudũ esse nullũ, si ita sibi cõstitit. ita decidit Baldus in l. sanci-
mus, quo tp̃e miles in vsibus feu. sicut dicimus in iudice causæ ap
pel. l. cornelia pia. ff. de iure patro. l. quædam mulier. fami. ercis.
plene nota. per doc. in l. si expressiue. ff. de appel. & in l. j. C. q̃n
prouo. non est neces. & in c. dilecto. de appel. est enim hæc peti-
tio reductionis quasi quædã appel. l. nõ distinguemus. §. tñ qui-
dã. ff. de arbi. ita dicit Bal. in l. ij. vt lit. pen. C. ¶ Præsupposita er-
go cõpetẽtia iurisdictionis, videndũ est quæ futuræ sint partes iu
dicis in hac causa reductionis. ¶ Et omissis argu. ad partes, venio
ad veritatem concludens iudicis partes esse in pronunciando pri
mo dictũ laudum esse nullum in ea parte in qua condemnauerit
Turã citadinũ, & Tomaxiũ insolidũ dictis de binis in lib. centũ
Bonon. nomine veræ sortis. cum enim dictis arbitris & arbitra-
toribus per cõpromittentes tm̃ fuerit data potestas specialiter &
nominatim ad videndũ & calculandũ oẽm lucri seu damni debi-
ti rationẽ dictis de binis, & secuti ex factis & gestis ꝑ Turã in arte
calzolariæ cũ quantitate lib. centũ Bonoñ. habitarũ per dictum
Turã à Christophoro de binis in arte calzolariæ vt formaliter dr̃
in instr̃o cõpromissi, si dicti arbitratores cõdemnauerũt dictum
Turã citadinũ, & Thomaxiũ ad dictas lib. centũ in quibus consi-
3 stebat capitale clarũ est ex prædictis † ꝙ excesserũt formã com-
promissi, & per cõsequens laudũ est nullũ. l. non distinguemus.
§. de officio. l. si cũ dies. §. plenũ. cum seq. ff. de recep. arbi. plenè
no. in c. cũ dilectus. de arbi. plenè Bart. in l. cũ aquiliana de tran-
sac. Spec. in tit. de arbi. §. excipit. ver. expone. & §. j. ver. arbitra-
tor. no. Bal. in l. j. C. de arbit. & do. Ant. in c. constitutus. de reli.
do. vbi prædicta ꝑ pulchras. q. declarat. ¶ Itẽ eadẽ ratione debet
dictũ laudũ declarari nullũ in ea parte, in qua condẽnati sunt ci-
tadinus, & Thomaxius in libras octuaginta Bono. & in solidos.
xx. restituendos illis de binis quia per dictũ cõpromissum nulla
fuit attributa ptãs dictis arbit. per d. cita. & Thomaxiũ, licet solũ
per d. Turã & Andream, quod probatur, nam vt comprehendo
ex verbis appositis in laudo lato per reuerendum dominum epi-
scopum Imol. die ij. Martij, compromissum factum fuit in ipsum
reueren. d. episcopum per Andream & Turam prædictos cum
præsentia & consensu magistri citadini, & Thomaxij. vnde dico
quòd tale compromissum sic factũ non fuit nec erat talis virtu-
tis, vt ex eo potuerit fieri aliqua cõdemnatio cõtra citadinũ & tu
4 rã: † quia illa verba cũ præsentia & cõsensu non operant̃ vt citadi
nus & Thomaxius sint obligati ad ea quæ obligarentur & lauda
rentur per dictum arbitratorem, quia aliud est consentire tibi fa
cienti talem actum, & aliud est me obligare ad illum talẽ actũ fa-
ciendũ. ita no. dixit Bar. in l. Lucius Titius Caius per illum tex. ff.
de admi. tu. & idẽ in effectu voluit Bar. in l. si cum dotem. §. tran
sigere. ff. sol. ma. & in l. j. de dec. li. x. no. glo. in l. j. §. si ratũ. ff. qđ
iussu. ¶ Quinimo fortius posito quòd dictũ cõpromissum factũ
in do. episcopũ obligasset citadinũ & Thomaxium, ꝙ est falsum:
tñ videamus quid pronũciauit. d. episcopus. nã ipse in effectu ꝓ
nũciauit ꝙ omnes prædicti citadinus Tura & Thomaxius tenen
tur illis de bonis reddere rationem de gestis per turam in arte cal
zolariæ, pro dictis libris. c. & hoc nõ pondero: quia ad hoc tene
rentur ex forma instrumenti. sed pondero ꝙ successiuè. d. episco
pus in dicto laudo voluit & mandauit quòd Tura & Andreas eli
gerent vnum artificem & calculatotem pro quolibet, qui habe-
rent videre & calculare rationem damni & lucri prædicti quo ad
hoc nullã fecit mentionẽ de citadino & Thomaxio. ac etiam il-
lud ad quod condẽnauit. d. ep̃s iam est adimpletũ, quia electi fue
runt calculatores prout ipse pronunciauit: & sic vigore compro-
missi facti in d. ep̃m, & laudo lato per eum, nõ p̃nt cõueniri cita-
dinus & Thomaxius ad aliquod certum, sed solum ad reddendũ
rationẽ posito ꝙ dictum cõpromissum obligasset eos, ꝙ negaui
¶ Modo videamus an aliud dicendũ esset de secundo cõpromis-
so & laudo lato per d. ep̃m & Bart. & Siuerim r̃ndeo ꝙ adhuc mi
nus conueniri p̃nt ex isto cõpromisso & laudo. nam factum fuit
cõpromissum per Andreã & Turam, nam præsentia citadini &
Thomaxij. qui erant fideiussores in instr̃o debiti. certè vt dixi q̃n
dictũ est cum p̃ntia & consensu nihilominus nõ obligant̃: quan-
to minus q̃n simpliciter dictũ est cum præsentia, quæ p̃ntia sola
indubitãter in casu nostro nõ inducit cõsensum, vt est in propo-
sito decisio clara do. Dy. in l. si filius. per illum text. ff. de tut. re-
5 pro. gloss. † item quia extat regula, ꝙ vbi ego sum præsens actui,
& taceo, non videor consentire si illum talem actum per contra
dictionem meam non poteram impedire. l. Caius, & ibi plenè
no. ff. de pi. actio. & l. Titia. §. Lucia. ff. de leg. ij. & l. fideiussor. §.
pater. cum sequ. & ibi not. ff. de pign. & in l. sæpe. ff. de re iud. &
Dy. plenè in c. is qui tacet. de re. iur. lib. vj. Cy. in l. inuitus. C. de
procu. Bart. in l. quæ dotis. ff. solu. ma. Bal. in l. si sine. C. ad Vel-
le. cano. in c. nónne. de præsump. ¶ Sed ita est quòd citadinus &
Thomaxius etiã si contradixissent non potuissent prohibere Tu
ram facientẽ dictum compromissum, cum in re sua quilibet est
moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. cum vulg. ergo
eorũ præsentia & patientia non inducit consensum nec obliga-
6 tionem. † Item in dubio patientia habetur pro sola patientia nõ
pro consensu. d. c. is qui tacet. no. plenè per gl. & doc. in c. ij. si de
inuestitu. inter. d. & vasallum lis oritnr. in vsibus feu. ¶ Si ergo ci
tadinus & Thomaxius nõ obligauerunt se in cõpromisso cui du-
bium ꝙ condemnatio ꝯ eos lata per arbitratores est nulla? quia
quo ad eos non erant arbitratores. d. l. si cum dies. de offic. & sic
patet esse releuatos dictos fideiussores adeo ꝙ non habent time-
re executionem aliquam dicti laudi ꝯ eos fieri posse eò maximè:
* quia stat cõis * conclusio, † ꝙ sententia lata contra principalem
7 debitorem, non potost executioni mandari contra fideiussorẽ
contractus. l. grege. §. si debitorẽ. ff. de pig. l. à sententia. in prin.
ff. de app. l. præsenti. §. adijcientes. C. de his qui ad eccles. confu.
not. Spec. in tit. de exec. sententiæ. §. sequitur. ver. quid si senten
tia. gl. in c. j. de iniu. & damno dato. in l. j. & Cy. in l. fi. C. de vsu-
ris rei. iud. gloss. Guil. de Cu. in l. ij. §. fi. ff. qui satisda. cogan. Bar.
in l. j. ff. iud. sol. est ergo opportunum quod ex ipso primo cõtra-
ctu & instrumento agatur ordinariè contra fideiusso. ¶ Nunc
est videndum vtrum saltem contra Turam dictum vltimum lau-
dum valeat vel non, aut saltem sit iniquum: & ad arbitrium
boni viri reducendum, in quo dico quòd dictum laudum ma-
xima iniquitate non caruit, primo enim colligitur dum arbitra-
tores condemnant Turam ad libras octuaginta Bonon. pro lu-
cris xij. annorum, & clarè constat eis ex libello producto per il-
los de binis quòd de dictis lucris satisfactum fuerit pro duobus
annis vsque per sol. libro xxij. cùm quis videatur fateri vera esse
quæ in libello producto per eum narrantur. l. cum pactum. C.
de lib. causa. l. ij. C. de instit. & sub. sub condit. fac. vnde non de-
buerunt condemnare Turam ad lucra pro tempore xj. anno-
rum, sed ad plus pro tempore nouem annorũ: quia à die cõfecti
instrumenti debiti vsque ad tempus dicti laudi in totum nõ tran
siuerunt nisi anni. xj. ¶ Secunda ratione videtur. d. laudum ini-
quum esse quia contractus celebratus inter Christophorũ de bi-
nis, & Turam dicit̃ contractus societatis in quo vnus ponit pecu
8 niam, alius operas. l. j. & quod ibi no. Bald. ff. pro socio. † sed de
natura contractus societatis est quòd si non est expressum di-
ctum qualiter diuidi debeant lucra & damna, quod lucrum &
damnum debet esse cuiuslibet pro dimidia. l. si non fuerunt. & l.
cum duobus. §. quidam sagi. & in l. vnus ex socijs. in princ. ff. pro
so. etiã quando damnũ resultat, ex eo, quia à debitorib. exigi non
possit, cessante tamen culpa & negligentia socijs. l. si vnus ex so-
cijs. & l. verum. §. si cum tres. & l. non obstat eam. cum. l. seq. ff.
pro socio. Merito videtur quòd dicti arbitri & arbitratores in di-
cto calculo lucrorum debeant declarare dicta lucra ascendere ad
dictam quantitatem per eos taxatam, si & prout contingeret
exigi posse nomina debitorum contracta per turam occasione

dictæ societatis, & pro rata pro qua exigeretur assignanda esse lu
cra hæredib.d.Christ. vel debeant condemnare Turā ad ceden-
dū illis de binis iura & actiones quas habet Tura ꝯ debitorē pro
rata lucrorum debitorū illis de binis, quod minimè fecerunt, sed
9 simpliciter Turā condemnauerūt. ¶ † Nec ob. si diceretur quod
per testes productos pro parte Andreæ proba. consuetudinē esse
in contrarium: & responder quod si bene aduertatur dicti testes
b nullatenus. d. consuetudinē probant [b] cū deponere deberent de
actuali frequētia & tpis diuturnitate. & tales actus visitatos fuis-
se publicè ac præsentibus & scientib. multis & infinitis personis
adeo qđ possit cōprehendi interesse tacitum consensum maioris
partis populi. ita declarat Azo in su. C. quæ sit lon. cōsue. Cy. in
l. ij. e. ti. in ver. sed quæro quid deponēt testes. Bald. in l. de quib.
ff. de legi. Cano. in. c. fi. de consue. imo requirit etiam ꝙ concor-
dent testes in tpe & idētitate actuū, alias tanq̃ singulares nō pro-
barent: vt firmat Cy. in. d. l. j. C. de test. do. Ant. in c. licet ex qua-
dam. de testi. Imo. in l. inter pares. ff. de re iud. sed dicti testes pec
cant in omnib. prædictis, vt ex eorū inspectione clarè colligit: er
go, &c. ¶ Præterea posito ꝙ testes consuetudinē probarent, qđ
10 nō est verū, adhuc dico qđ nihil releuarēt: † quia talis cōsuetudo
in effectu induceret quod lucrū deberet inter socios cōicari, &
ꝙ capitale remaneret saluum, damnū vero spectaret ad alterū ex
socijs tantū. sed hoc sapit vsurariam prauitatem, vt format Bal. in
l. j. in ix. q. C. pro socio. Consuetudo autē inducens permissionē
vsurarū tanq̃ inducens peccatū nō valet. c. fi. de consu. in cle. j. de
vsuc. cū sim. ¶ Probat etiā de iniquitate laudi: quia in actis factis
corā arbitratoribus nō apparet probatū aliqđ, videlicet qđ Tura
lucratus fuerit ex dicta arte. & quod deterius est nō apparet pro-
11 batum de aliquo interesse dictorū de binis. † vnde iudex vel arbi
trator qui aliquē cōdemnat si ex actis apparet ꝙ debeat absolui,
dicit esse in dolo. ita no. cōcludit Ange. in sua dispu. incip. duo ad
inuicem litigantes. Petr. de Anch. in dispu. sua, incip. cum C. lai-
cus. & Bal. in l. j. in viij. col. C. de his quæ pœnæ no. vbi alle. not.
per Bar. in l. fi. de præto. stipu. & idē dicit Bal. in l. iubemus. in fi.
princ. C. ad Treb. & Ant. in. d. c. quintauallis. ¶ Sed ita est quod
fundamentum intentionis Andreæ erat probare de quantitate
lucrorum, cum sit actor: vel si saltem non poterat probare lucra.
gl.in l.j.§.nec in verſi.ſed quid ſi me turbet.& ibi Bald.in v.col.
C.vti poſ.gl.in §.hodie.inſti.de interdi. ¶Et quod iſtud interdi-
ctũ ſit intẽtatũ patet ex ſerie libelli vbi omnia requiſita ad dictũ
interdictũ ſunt narrata & cõcluſa. ¶Sed ad hoc vt quis poſſit ob-
tinere in dicto interdicto oportet qđ probet ſe poſſidere tpe litis
conteſtatæ,& in §.hodie.inſti.de interdi.no.gl. & doc.in l.j.C.
vti poſ.Bar.in l.j.§.qđ ait.ff.eo.ti. ¶Sed dictus Iacobus hoc non
capitulauit nec deduxit:ergo neceſſario ſuccũbere debet, vt no.
declarat Bal.in d.l.j.in vlt.col. ¶Itẽ ad victoriã in dicto interdi-
cto requiritur quod probetur actorem turbari & moleſtari.l.j.
§.hoc interdictum.& ibi Bar.in ver.vlt. q̃ro qualiter formet' li-
bellus.gl.& doc.in l.j.C.eo.ti.Spe.in d.§.retinendę.& §.ſi duo.
§.fi.ſecundum vnum intellectũ gl.vti.poſ.Inn.in c.ij.de reſti. in
inte.in quo interdicto nõ ſufficit verbalis interdictio,vt quis di-
catur turbari & agere poſſit hoc interdicto, ſm Inn.in d.c.ij.in
medio magnæ gl.& Bar.in d.l.j.§.huius aũt.in princi.ff.vti poſ.
ſed de hac moleſtatione nõ eſt capitulatũ nec probatũ:ergo acto
8 re non probante reus eſt abſoluendus. ¶†Quinimo etiam ſi ca-
ſu noſtro diceremus negatoriã eſſe intentatam,non poſſet obti-
nere:quia illa non datur poſſidenti tm̃,ſed dño vel quaſi, & non
aliter.l.ij.& l.loci corpus.§.competit.ſi ſer.ven.l.vti frui.ff.ſi v-
ſufruc.pet.in Spe.in ti.de cauſa poſ. & propri.§.in confeſſoria.
ver.& no.ꝙ dñium vel quaſi.qđ non eſt ꝓbatũ,neque deductũ,
neque allegatum. ¶Prętere ẽt in negatoria requiritur turbatio.
l.at ſi forte.§.j.& l.harum.& l.egi.ſi ſer.vẽ.l.ſi prius.de ope.no.
nun.in c.examinata.per doc.de iudi.in c.abbate.de verbo.ſign.
¶Itaque ſiue negatoria ſiue vti poſſidetis egerit,obtinere nõ po-
teſt. ¶Item alia ratione oportebat ip̃m capitulare, & ꝓbare qđ
ad dictum Iacobum ſpectaret poſſ.aut dominiũ : quia alia ratio-
ne non poteſt imponi collec.vel aliquod onus,niſi rebus vel per
ſonis pro rebus imponitur.l.libertus.§.ſola ratio.ff. ad munici.
l.reſcripto.§.ſciendũ.de mune.& hon.l.j.C.de mulie.& in quo
loco.lib.x.& ibi plenè no. ¶Si ergo hoc vel alterum eorum non

probatur,manifeſtè cõſtat qđ ei nõ cõpetit actio ſeu ius agendi
ad id qđ agit qa nemo ſine actiõe potuit experiri.l.ſi pupilli.§.
videmus.de neg.geſt.l.quoties ſi in tẽporali. de adminiſt.tuto.
9 ¶†Imo iudex cum videt actorem actione carere etiam ex offi.po
teſt agentẽ repellere:iuxtà gl.not.& doc.in l.vbi pactum.C.de
tranſac.& in l.ſi vnus.§.pactus.in verſi.in oppo.de pac.& quod
no.Inn.in c.j.de offi.vica.cum ſimi. ¶Quinimo nec poſſet reus
ſponte pati ꝙ quis ageret ꝯ eum actione quę nunq̃ nata fuit.tex.
eſt no.& ibi Bar.in l.ij.ff.de do.præleg. ¶Rurſus dico ꝙ poſito
ꝙ omnia incumbentia dicto agenti eſſent probata: tamẽ ex quo
10 conſtat† quod dictus Iacobus ſponte ſoluit collec.vt ſ.probaui.
poſito etiam ꝙ ſi priuilegiatus fuiſſet:tamen ſuo priuilegio renũ
ciauit.l.ij.& iij.C.de his qui ſpõ.mu.pu.ſu.lib.x. & in terminis
noſtris firmat hoc Bar.in l.j.de his qui ſpon. qui dicit ꝙ iam ſibi
fuit impoſita præſtantia,à qua ipſe voluit ſe excuſare: tamen pro
conſeruatione ſui priuilegij ipſe fecit apparere in cataſtro quali-
ter ipſe non per hoc intendebat ſuo priuilegio renunciare. addo
Io.And.in c.ij.de immu.ecc.& quæ no.per gl. & doc.in c.cum
acceſſiſſent.de conſti.in c.accedentibus.& in c.ſi de terra.de pri
ui. ¶Præterea etiam poſito ꝙ omnia incumbentia dicto Iacobo
fuiſſent probata:tamen dico alia ratione eum neceſſario ſuccum
bere oportere:quod probo ratione inconuincibili iudicio meo.
nam dicit multum ſingula.Ang.in l.j.§.ſi quis tutor.ff. quando
appel.ſit. per illum text.qui hoc aperte probat in ver.alia cauſa
11 corũ.dicit Ang.ibi notari qđ hic eſt caſus in terminis† qui à mul
tis ignoratur communiter,ꝙ ſi quis habet exemptionem & im-
munitatem à datiis vel collectis,deinde ſcribat̃ in libro deben-
tium ſoluere datia collectas & alia grauamina:ꝙ ſi poſtea conue
niatur vel ſoluat,nõ ſufficit ſibi priuilegium immunitatis allega
re excipiendo vel excuſando ſe qđ non debeat ſoluere pp immu
nitatis beneficium:imo incõtinenti cũ ſcit ſe ſcriptũ vel aliter vo
catum ad munera ſoluenda,debet appellare intra x.dies aliàs e-
lapſis x.diebus præiudicaret ſibi:quod dicit perpetuo menti te-
nendum,& hoc dictum ẽt ſequuntur moderniores. ¶Vnde in
caſu noſtro cũ dictus Iacobus ſciuerit dictam poſſeſſionẽ fuiſſe
æſtimatam & allibratam per homines & cõe Duciæ,vt ipſemet
fatetur in conclu.ſui libelli:illud idem ẽt fatetur Iacobus in pro-
ceſſu in ſententia lata per commune Fauenciæ,quæ hic ꝓbat,li-
cet de actis nõ cõſtat,vt inferius dicã,item cũ dictus Iacobus ſci-
uerit ſe à tribus vel à quatuor annis proximis citra fuiſſe vocatũ
ad ſoluenda munera & collec.ab hominibus & cõe Ducię,vt ip-
ſemet fatetur in narratis in ſuo libello etiam reſpondẽdo ꝙ poſ-
ſit:debuit intra x.dies appel.à die vocationis vel deſcriptionis æ-
ſtimi,vel grauationis:nunc vero non audiatur cũ non cõſtat ip-
ſum intra tp̃s appellaſſe:quod reputo multũ cõſiderandum in ca
ſu nr̃o:quia profecto ex hoc ſolo conſtat abſolutoriã ferendam.
¶Præterea vltra prædicta dico ꝙ poſito ẽt ꝙ omnia eſſent pro-
bata pro parte dicti Iacobi:tñ attento qđ dicta poſſeſſio nũc vlti-
mo peruenit ad dictũ Iac.ab alio,nõ nobili,vt à R.de B.de C.vt
patet ex ſententia adiudicationis in ſolutũ producta in actis per-
uenit ad dictũ Iac.tanquã ex bonis eius matri debitis : quia Mar-
cus dicti quondã Iacobi pater exiſtens debitor d.Zanæ ſuæ vxo-
ris in libris xxx.Boñ.dedit ei dominæ Zanæ ꝓ dicta quãtitate di-
ctã poſſeſſionẽ,& ꝓ ea.d.Zana in eodẽ inſtr̃o de eius voluntate
& cõſenſu dictã poſſeſſionẽ dedit Iacobo eius filio,vt patet in in
ſtr̃o rogato & reſcripto ꝑ ſer Ang.de quo inſtr̃o & eius effectu
fit mẽtio in dicta ſententia lata per cõſiliũ Fauentiæ,præſente di-
cto Iacobo.quæ ſententia ẽt probat effectũ d.inſtrumẽti,vt pate
bit ex his q̃ infra dicã. ¶Stãte igitur dicto inſtr̃o,videt̃ dicta poſ-
ſeſſio data in ſolutũ dictæ d.Zanæ creditrici: & breui manu vr̃ ꝑ
eũ data filio.l.ſingularia,ff.ſi cer.pet.l.licet.§.quoties.ff.de iur.
do.& l.iij.§.fi.ff.de dona.inter vir. ¶Et ꝙ dicta poſſeſſio ad eũ ꝑ
uenit tanq̃ de bõis matris ꝓbat.F.de du.nr̃i cũ dicta poſſeſſio ad
12 eũdẽ Iacobũ ꝑuenerit à nobili:†res trãſit cũ onere ſuo, ſicut di-
cimus in re trãſeunte ad eccleſiã,vt no.Arch.Ioan.And.in c.j.de
immu.eccl.lib.vj.in nouella.Io.An.poſt Spe.in tit.de cle. cõiu.
§.j.ver.ad huius.& Inn.idẽ tenuit in c.nõ minus.in prin.de im-
mu.eccl.no.gl.& doct.in c.j.de cẽſi.no.Bal.in l.oẽs.C. ſine cẽ.
vel reliq.& in l.neminem.C.de ſa.ſan.ec.& ibi Bal.in l.fi.C.de
bon.damn. ¶Pro hoc quod no.Bar.in l.reſcripto.§.fi.ff.de mu-
ne.& honori.& in l.j.C.de mulieri.& in quo loco.lib.x. Bal.de
pace ꝯſtã.in ver.munitione ciuitatũ cũ ſi. ¶Quinimo huic diſpo
ſitioni iuris conſonat conſuetudo allegata & probata per teſtes
noſtros deponentes ſuper xx.capitu.ſtante etiam dicta ſentẽtia.
13 ¶†Nec.ob.ſi dicatur ꝙ dicta ſententia nõ probat acta iudicij &
proceſſus : quia rñdeo ꝙ imo ſententia lata ꝯ præſentes, & quæ
tranſiuit in rem iudicatam,in caſu noſtro, habet præſum. pro ſe
quo ad rectitudinem proceſſus,&etiam quo ad iuſtitiam,vt no.
gl.Inn.& Ant.de But.& doct.in c.quoniã.ꝯ. de proba.Inn.in c.
bonæ.el.j.de elect.& in c.cum in iur.de offic.deleg.idem Fede-
ri.de ſen.in cõſi.clxv.Gui.de cug.in l.ij.ff.de in ius vocan.c.in
præſentia.de renun.dñi de Rota ſuo cõſi.ccccxviij.vr̃ caſus in d.
c.bonæ.el j.de elec.Imo.in l.ſciendum.de verb.ob.Bal.in l.j.ad
fi.C.de exce.rei iudi.Inn.in c.j.de con.vtili vel inutili. Spe.in ti.
14 de proba.§.j.ver.negatiua autem videtur. ¶†Imo idem etiam ſi
lata fuiſſet ꝯ abſentes,& elapſum fuiſſet biennium poſt ſenten-
tiam:quia tunc præſumitur pro ſententia etiã ſine actis:ſm Hoſ.
in c.cum inter.de re iudi.& in c.in præſentia.de renun. quod ſe-
quitur Ioan.And.& Cardi.in d.c.qm̃ contra.& Bal.in c.j.de mi
li.vaſal.qui contu.eſt.col.v.in prin.verſi.quæro.& in l.j.verſic.
extra quæro.C.ne lic.ter.prouo.& in l.emanci.ꝑ Cy.C.de fide
inſtru.& Io.de Imo.in l.hac ſcriptura.ff.de dona. ¶Et ꝑdicta ꝓ-
cedunt ẽt ſi in ſententia nulla fit mentio particulariter de actis:
vt patet in locis prædictis & pari rõne idẽ eſſet ſi non fieret per-
15 fecta mẽtio de actis omnib⁹.C.de rei vxo.act.l.j.in prin. ¶†Vbi
autem in ſententia fieret mentio de actis, vt puta viſo libello lit.
conteſt.cõfeſſio.taliter facta:ſi talis ſentẽtia eſt lata p̃ſentib⁹ par-
tibus:probat acta & confeſſiones & omnia proceſſiſſe mõ quo
in ſententia narrant̃.l.j.C.de rela.& ibi Bart.Cy.Bald.& doc.in
auth.ſi quis in aliquo.C.de edẽ.Ber.in l.ſciendũ.de ver.ob.in l.
j.qñ appellan.ſit,in l.acta.ff.de re iudi.Inno. & doc.in c.quoniã
cõtra.& in c.cum in iur.& Bal.in d.l.j.in verſic.extra quæro.C.
ne lic.iij.prouo.Specu.de inſtru.edi.§. reſtat. verſic.in ſumma.
¶Vnde pro dicta ſententia præſente parte & non cõtradicente,
præſũmit̃ quo ad iuſtitiã & rectitudinẽ, cum tranſiuerit in rem
16 iudicatã,& tranſlatũ ſit bienniũ vlterius. ¶†Non ob. quod no-
ſtri teſtes ſunt de vniuerſitate:qa dico ꝙ nõ hñt obſtare,vt firmat
Spe.in ti.de teſti.§.j.verſic.ſed nunquid in cã vniuerſitatis.pro-
batur in c.inſuper.in c.tuis.in c.veniens.de teſti. ¶Nõ ob.quod
tractat̃ de commodo particulari omnium de vniuerſitate,per ea
quæ no.Cy.Bal.in l.omnibus.C.de teſti.per Guil.de cug.in l.in
tantũ.§.vniuerſitatis.de re.diui.& Ang.in l.ſed ſi hac:§.qui ma-
numittitur.de in ius vocan.cano.in c.nuncius.de teſti. quia rñ-
deo quod hic non tractatur de cõmodo particulari:nam nos tra-
ctamus de onere qđ imponitur perſonæ pro rebus, & iuxta not.
in l.reſcripto.§.fi.de mu.& ho. ¶Imo fortius dico ꝙ non ob. qa
ſi cõe Duciæ tenet̃ ꝓ collectis ſoluere puta mille, & in caſtro Du
ciæ reperiant̃ aliqui exempti, cõe Duciæ pro rata exẽptorum &
nobilium,debet exgrauari,vt no.Guil.de cu.per illum tex.& in
l.ſi vnus.§.ſi cum mihi.x.ff.de pac.firmat do.Ant.poſt Io. And.
in c.peruenit de immu.eccle.de quo in Spe.de cen.§.nunc dicẽ-
dum.verſi.facit quia legi.no.in l.actore.C.de exac.trib.lib.x.&
in l.oẽs.la j.C.de anno.& tribu.eo.ti.in l.vacuatis in gl.fi.C.de
decu.lib.x. ¶Et per cõſequens poſito quòd dictus Iacobus eſſet
exemptus,non tractaretur de incommodo aliorũ de dicto loco.
¶Nec ob.quod ſtatutum dicit ꝙ in cã vniuerſitatis non producã
tur teſtes de vniuerſitate : quia rñdeo ꝙ ſtatutũ loquitur expreſ-
ſe vbi eſt quæſtio inter vniuerſitatẽ & aliã perſonã de ciuitate vel
diſtrictu.nos vero ſumus in vniuerſitate : ergo hunc caſum non
comprehendit.l.ſi vero.§.de viro. ſol.mat.l. qđ vero.de legi.c.
ea quæ de reg.iur.in vj. ¶Præterea dictus Iacobus tam in ſuo li-
bello quàm in reſcripto fundat ſe ex cõſuetudine præterita vigo
re cuius dicit ſuã poſſeſſionem fuiſſe & eſſe exemptam,& ſe fuiſ-
17 ſe & eſſe nobilem ſicut ſunt de cõſuetudine alij Catanei †ſed qñ
fit mentio de conſuetudine,intelligitur de præſcripta.tex.no.in
c.cumana.de elec.quem allegat Bald.in l.binos.C. de aduo.di-
uer.iudi.& in c.j.in prin.de cog.feu. ¶Sed ad hoc vt iſta conſue-
tudo quæ habet cãm diſcontinuã.l. foramen.de ſer.vr. prædio.
ſit præſcripta,requiritur curſus tanti temporis cuius in contrariũ
non extat memoria.l.hoc iure.§.ductus aquæ.de aqua quoti.&
hoc firmat Inno.in c.cum dilectus.in fin.de conſuetudine. in gl.
fi.& ita procedit gl.fi. in fi.§.ex non ſcripto.inſtit.de iure natu.
gen. & ciui. ſed hoc non eſt capitulatum neque probatum.e-
tiam de x.annis ſicut requiritur in conſuetudine, iuxta not.in l.

de quibus.

l.de quibus.& in l.diuturna.ff.de legi.& in rub.C.q̄ sit lōg. cō-
18 suetudo.¶†Quinimo dico ꝙ testes[a] debent deponere de vsu cō
a suetudinis,& declarare vsus frequentiam & tpis diuturnitatē, &
tales vsus fuisse vsitatos publicè præsentib. & scientibus multis
& infinitis personis:adeo qđ cōprehendatur intercessisse consen
sum maioris partis populi,declarat Azo in summa.C.quæ sit lō.
consue.in versi.quæro quod deponunt testes.Bal.in d.l. de qui-
bus.imo vt dicit Cy.oportet ꝙ concordent testes in tpe & iden-
titate actus, aliàs essent singulares.sequitur do. Ant.in c.licet ex
quadā.de testi.Bal.in l.j.C.de test.Io.de Imo.in l.inter pares. de
re iudi.¶Præterea hic aliquo modo non est probatū de tpe lon-
go vel longissimo:imo vt dixi cum in casu isto requiratur cursus
tanti temporis,cuius in cōtrarium non existat memoria : ad quā
probandam testes debent de necessario dicere ꝙ cōis opi.est me
moriam non extare in contrarium.tex.est in l.si arbiter.ff.de ꝓ-
ba.no.Bar.in l.ij.§.item Labeo.ad fi.de aqua plu.arc.not.in c.j.
de præscrip.in vj.Bal.in l.conuenticulam. de epis.& cleri.Inno.
in c.veniens.de ver.signi.quod non deponunt illi testes. ¶Præ-
terea si Iaco.dicit ꝙ licet alij collectentur quod tamen ipse & alij
catanei ex consuetudine sunt exempti:dico ꝙ licet testes dicant
ꝙ in præteritum nō fuerunt collectati catanei:nec ipse Iacobus,
19 dico quòd per hoc nihil probant:†quia per non vsum[b] collectā-
b di cataneos non tollitur lex consuetudo vel ius collectādi, quod
habet commune Duciæ : quia per non vsum non tollitur lex vel
consuetudo,vt no.quasi in terminis declarat Cyn.in l.ij.C.quæ
sit long.consue.in versi.expediti sumus de prima principali.q.&
eum sequitur Bar.in procœmio digestorum.§.& antea.& Hos.in
sum.de consensu.§.fi.& Io.And.& Ant.de But.in c.Ioā.de cler.
coniug.¶Item quia per non vsum vel ex non actibus non indu-
citur cōsuetudo.maximè nisi probetur de contemptu.l.vel iur.
verbi gratia:si probaretur ꝙ catanei fuerint per longum tp̄s gra-
uati ad collectas soluendas:& ipsi per dictum tp̄s semper ꝯdixe-
runt,& præcepta contempserunt, aliàs non probatur talis con-
suetudo:ita notabiliter ex prædictis Bald.in l.de quibus,de legi.
in versi.sed nunquid ex non actibus, sed iste contemptus hic nō
est probatus:ergo &c.¶Item ad hoc vt dicti catanei & dictus Ia-
cobus præscripsissent libertatē ab onere collectarū, requireba-
tur probari in processu plura.primò ꝙ fuerint aliquo tpe requi-
siti vt collectas soluerent,aliàs nunquam præscribūt hāc liberta-
tē.l.cū scimus.& ibi no.Bar.in versi.tex.ibi ait illud quoque.C.
de agric.& cē.lib.xj.& in l.filius.C.de decur.lib.x. Bal.& Ang.
in l.malè agitur.C.de præscrip.xxx.ann.in vlti.col. ad idem.l.is
qui.aliàs incipit,& Attilicinus.de ser.rusti.prædi.Io.An. in cap.
fin.de consue.in rescrip.in nouella.& in capitulo, vt priuilegia.
ad fin.vlt.glossæ de priuileg.in anti.Spec. de iu.omn.iud. in ver
sicu.illud etiam not.in titu.de præscrip.in princip. versi. quid si
omnes.& quod no.Inno.in c.dilectus.in gloss.poss.la ij.de cap.
mona.¶Item ad hoc vt præscriberetur libertas, requirebatur ali
quod factum dicti Iacobi vel Marci eius patris.l.hęc autem iura.
& in l.eos.ff.de ser.vrb.prædi.vbi dicit Bart.quod requirebatur
bona fides præscribentis circa ius quod præscribere quærit, &
idem in l.j.C.de serui.& etiam Bart.in l.qui fundum.ff. quibus
mod.serui.amit. sed hic non est probatū de aliquo facto homi-
nis interdicente.¶Item nedum quod sit probata bona fides,sed
20 non est allegata : † nam vbicunque præsumitur bona fides, non
sufficit tamen nisi allegetur.l. si adulteriū cum incestu. de adul-
te.in §.idem polli.& ita dicit Bald.in l.superlongi.in iij.colum.
de præscript.long.temp.Ange.in l.eum qui.§.fi.de publi.& fa-
cit quod no.doct.in c.ij.vt lite non contes.& in clem. apel.cum
simi.de appel. ¶Item oportebat probari dictas consuetudines
obtentas fuisse in contradictorio iudi.l.cum de consuetudine.
ff.de legi.firmat gl.in §.ex non scripto.insti.de iure natu.gen. &
ciui.& in rubrica.C.quæ sit long.consue. ¶Item requirebatur
saltem allegare titulum præscriptionis, & etiam consuetudinis,
ſm Inno.in c.cum dilectus.in gl.fi.de consuetudine. ¶Item re-
quirebatur allegari & probari de scientia & patientia dictorum
hominum communis Duciæ.l.j.& ibi Bar.& doct.in fin.C.de
seruit.& aqua.in l.j.ad fin.ff.de aqua plu.arc.per cano.& in cap.
cum ecclesi.& in c.fin.de causa pos.& latissimè per do. Anto.in
c.peruenit,de cen. ¶Addo etiam quòd multi ex dictis testib.ni-
hil dn̄t nisi quod in primo dicto dixerunt : quia causa scientiæ &
ratio testis debet esse diuersa.d.l.fi.& ibi Bar.ff.de offi.ꝓcu.Cę-
sa.¶ Præterea sunt aliqui testes qui deponunt super eo quod re-
sultat ad eorum commodum , cuius contrariū resultaret in eorū
præiudiciū:ergo nec est eis fides adhibenda.l.omnibus.C.de te-
sti.l.nullus.eo.tit.ff. ¶ Præterea examinatio testium non valuit.
quia à nō compe.C.si à non cōpe.iudi.per totū. quod probo:nā
21 in rescrip.princeps rescripsit nō declarando cui cōmitteret † vn-
de vbicunque in aliquo est ambiguū rescriptū principis non po-
test per illud ad aliquid procedi,donec fuerit declaratū per dele-
gantem.c.cū contingat.de of.deleg.c. cum venerint, de iudi. &
ita dicit Spe.de rescrip.præsenta.§.fi.ver.item qn̄ est aliquod ver
bum ambiguū,& quod no.Bal.in c.j. apud quem contro.feu.&
in l.qui ad ciui.in prin.C.de appel.¶ Item examinatio testiū non
habet diem neque indictionē sicut requirūt acta.c.quoniā con-
tra.& ibi gl.& doc.in verbo tempora.de proba.& quod no.in l.
ij.maximè per Bal.C.de eden.& in l.j.§.editiones.ff.eo.ti. habe
tur in c.abbate.de re iudi.in vj.¶ Item dictus Iacobus vult proba
re negatiuam,videlicet quod d. Iacobus & sui antecessores pro il
la possessione nunq̄ soluerunt collectas.nam dicta negatiua ma-
22 ximè nō coarctata per testes est improbabilis: † imo si testes pro
ea deponunt sunt suspecti de falso.c.cum ecclesia.de cau.pos.&
pro.& idē no.Dy.gl.Ia.de Are.Bar.in l.j.§.hoc interdicto.de iti
ne.actu.priuato.Cy.Bal.in l.actor.in iij.col.C. de prob. & in c.
si quis per xxx.si de feu.fue.contro.inter do.& agna. Bart.l.j.in
prin.ff.si quis ius di.non obtem.Ang.in l.si per alium.§.docere.
ff.ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. ¶ Vlterius sunt aliqui te-
stes interrogati si dictus Iacobus potuisset soluere collectas,ꝙ ip
si nesciuissent . respondet ꝙ non . quanta igitur sit eis fides adhi-
benda tu magis scire debes.l.iij.§.diuus.de testi . ¶ Nō habet ob
stare quòd quidam respondendo positionibus partis aduersę ne
gant , & quidam fatentur . nam stari debet responsioni maioris
partis:imo si essent pares numero , staretur negantibus in fauorē
rei,iuxta no.per Inno.& doc.in c.nostra.de procu. Io.And.in c.
præsentium.de testi.in vj.in gl.& in c. si duo. de procu. eod.lib.
Spe.de confes.§.postremo.versi.sed pone feci.Bal.post Cyn.in
l.j.in antepen.col.in versicul. quæro duo procura. C.de confes.
¶ Non omitto quòd d.iudicare debens non potest sumere fun-
damentū ex instrumentis & sententijs productis pro parte ad-
uersa:licet in eis cōtinerent aliqua quæ proficua essent dicto Mar
23 co ex eo:† qa omnia instrumenta iura & sententiæ producta fue
runt per dictum cōmune & eius procur . in parte & partibus sibi
duntaxat fauorabilibus , quæ protestatio operatur quòd quo ad
ea quæ non sunt in fauorē producentis non intelligantur instru
menta producta,vt eleganter firmat[c] Inn.in c. cum olim.in gl.
c in versi.instrumenta.de censi.& ibi sequitur Ant.de Bu.circa vl.
col.idem tenuit Bal.in l.j.C.de confes.circa.v.colu.Iac.But.in l.
nimis graue.argumento illius tex. C.de testi.Bal.in l.publi.§.fi.
24 in fi.ff.deposi.¶ † Præterea pars aduersa impugnare conatur in-
strumenta & sententias productas pro parte cōmunis Duciæ: er
go ex eis se fundare minimè potest iuxta no. per Bar.in l. post le-
gatum in prin.de his qui.vt indi.& in d.c.cum olim.Alexan.

## ADDITIO.

a ¶ Testes.s̄.eod.consi.xlv.
b ¶ Non vsum.dixi.in consue.pari.§.j.gl.iiij.nu.12.
c ¶ Firmat. & malè quia non videtur huiusmodi protestatio,vt
per gl.Sal.Pau.Ias.l.j.§.editiones.de eden.l.Lappus alle.cix.
Imo.c.g.perpetuus.col.fi.de fide inst.Bal.l.j.co.ij.& ibi Ale.
C.vt quæ desunt aduoca.Ro.consil.ccccxxxiij.Bertr.consil.
cxx.producens.li.ij.

## SVMMARIVM.

2 *Iudex & partes non possunt prorogare tempus instantiæ.*
4 *Hypothecaria si agatur,quid in ea probandum.*
6 *Verba,pro suis vel tanquam sua, non inferunt dominiū sed possessionem.*
7 *Agens iure cesso debet de cessione mentionem facere.*
8 *Testimonium confusum non valet.*
11 *Citatio generalis non sufficit ad constituendum curatorem bonis defuncti.*
12 *Contumacia in vno nocet in illo actu.*
14 *Fieri in domo vel ad domum differunt.*
15 *Forma statuti ad vnguem seruanda.*

*18 Reſeruatio exceptionũ dilatoriarum poſt lit.conteſt.valet.*
*20 Poſsidere hodie non præſumitur ſi neget, qui aliquãdo poſſedit.*
*21 Dominium an transferatur ex diuiſione.*

## CONSILIVM CXXXVII.

Simplex allegatio Alex.in fauorem reorum.

IN cauſa & lite vertente inter Lanzalotum quondã ſer
Ant.de purmartinis agentẽ actione hypothecaria tã-
quam hęredem ab inteſtato quondã ſer Raynutij eius
fratris, & Ia.& Bartholomæũ fratres filios, & hr̃des olim Marci
quõdã Iacobi de caſali.& do.Conſtantiã matrẽ & tutricẽ dicto-
rũ Iacobi & Bartholomæi pupillorum ſe defendentes. ¶Multa
a poſſent allegari ad abſolutoriã dictorum pupillorum, paucis ta-
men cõtentus ero:& primò†dico inſtãtiam ipſius cauſæ actoris
1 negligentia fuiſſe peremptã, attenta forma decreti ſtatuentis tp̃s
à die productionis libelli duorum menſiũ continuorũ tã iudici,
& iuriſdictioni, quã inſtantiæ ad cãm p ſententiã diffinitiuã ter-
minandã : quo caſu ſi ſententia poſt dictũ tp̃s ferretur eſſet ipſo
iure nulla.l.ſcire oportet.§.conſequens. de excuſ.tu.l.cum non
eodem.C.qñ prouoca.nõ eſt neceſſe.ff.de iudi.l.ſi iudex. not.
gl.& doc.omnes.C.de iudi.in l.properandũ. in prin. Ioan. An.
in addi.ad Spec.in ti.de iudi.deleg.§.reſtat.ſuper ver.item quid
ſi inſtãtia.& cano.oẽs.in c.de cauſis.de offi.deleg.Bal.C.de epi.
& cleri.in auth.clericus.& in c.j.ſi de inueſt.inter do.& agn.lis
oriat̃.& in l.obſeruare.§.ꝓficiſci.ff.de off.ꝓcõ.& legati.cũ igit̃
dictus libellus ab actore fuerit ꝓductus die xviij.mẽſis Angu.&
ſic lapſi ſunt tres menſes vltra officiũ iudicis, ſupereſt in pronun-
ciando inſtantiã cauſæ fuiſſe peremptam, & partẽ in expenſis cõ
demnare.l.j.& ij.C.vt intra cer.temp. cauſa ciui. ter.& l.ſi p̃ſes
quaſi deſertã.C.qũo & qñ.in gl.oportet & ibi doct.& Bar.in d.
l.properandum.§.illo proculdubio.& quod no.Inn.in c.fin.de
2 iur.calum.¶†Nec habet obſtare ſi diceretur quod iudex vel vtra
que pars cõſenſit certo tp̃e inſtantiã non currere : quia rñdeo ꝙ
iudex hoc facere non põt, vt apertè dicit tex.in d.l.properandũ.
ibi non eſſe concedendum vlterius litem quam per triẽnium ex-
tendere not.Bart.clarius Bal.in l.petendæ C.de in inte.reſti.pe.
¶Nec ẽt partes hoc poſſunt cõuentione etiam iurata inducere,
vt no.gl.& ibi Bar.& doct.in d.l.properandum.in prin. Bart.in
l.Seius.& Aug.ad l.Fal.Anto.de Butr.in c. venerabilis.de iudi.
¶Secũdo vltra prædicta dico quo ad proceſſum, ꝙ libellus acto-
ris fuit ineptus, vt ſtatim probabo. igitur ſequi debet abſoluto-
ria ab obſeruatione iudi.ff. menſor.ſal.mo.di.l.j.§.j.de iudi.in
3 c.examinata.¶†Et ſi ſententia diffinitiua ferretur ſuper inepto
libello eſſet ipſo iure nulla, vt eſt gloſ.ſingu. inſti.de obli.§.j.in
Bal.qui ita dicit in l.actori.C.de re.creditis, pro quo tex.in capi-
tulo cum dilecti.de emp.& vendi.¶Quod autem libellus fuerit
ineptus oſtenditur. nam cũ dictus Lanzalotus egerit actio. hy-
pothecaria non contra debitores principales ſcilicet contra Ant.
& Philip.ſed contra dictum Iacob.& Bartholomæum tanquam
contra tertios poſſeſſores non habẽtes cãm vel titulũ à dictis de-
bitoribus principalibus, debeat actor in libello deducere : & ẽt
4 poſtea†probare ꝙ d.domus & petia terræ ꝓ quibus agitur hy-
pothecaria, ſpectauerũt & pertinuerunt ad dictos Anto.& Phi-
lip. tempore contracti debiti vel poſt iure directi dominij, vel
ſaltem vtili l.rem alie.& ibi gl.& latiſſimè Bar.ff.de pig.ac.& gl.
in l.j.de fal.inter.& gl.inſti.de acti.§.item Seruiana.lege,& quę
nondum.§.j.& lege ſi ab eo.ff.de pigno.Barto.Bald. per Cy.in
lege cum res.C.ſi ali.res pigno.da.Cy.& no.Bal.C.de dona.an-
te nup.l.de rebus. ¶Imo ſi etiam ageretur hypothecaria contra
ipſum debitorem principalem, licet non eſſet neceſſe creditori
probare contra debitorem de dominio directo vel vtili ipſius de
5 bitoris,†ſed ſatis eſſet probare contra eum de poſſeſſ.tantum:tñ
requireretur quod creditor ſaltem allegaret, & deduceret debi-
torem fuiſſe dominum:quia licet hoc caſu ex poſſeſſione præſu
matur dominus:tamen non præſumitur niſi allegatur & dedu-
citur.ita nota.dixit Bar.in d.l.rem alienã. de pigno.actio. quod
ſequitur Sali.C.locati.in l.certi iur.no.Bald.C. de execu.rei iu-
di.lege etiam.in ij.colum.¶Facit in ſimili in l.ſi adulterium cum
inceſtu.§.idem pollioni.de adul.& quod no.gl.in cle.appellan
ti.de ap.Io.And.& doct.in c.ij.vt lite conteſta. ¶Sed in hoc iu-
dicio, nec in libello, nec in poſitionibus, nec alibi eſt dominium
directum vel vtile dictorũ Antonij & Philippi deductũ nec pro-
batum: ergo ſequitur libellum prædictum neceſſe eſſe ineptum,
& firmant prædicti docto.maxime Bar.in d.l.rem alienã.¶Nec
prædictis obſtat ſi in libello & in iudicio reperiatur deductũ per
6 actorem quod dicti Anton.& Philip. tenuerunt & poſſederunt
b dicta bona pro ſuis, & tanquam ſua: quia per hæc verba non de-
ducitur nec probatur titulus vel dominiũ, ſed ſola poſſeſſio pro
ſuo, vt eleganter dicit Inn. in capitulo illud.in fi. de pręſum.Bar.
& Ang.in l.j.in fin.per gl.ibi.ff. pro ſuo. ¶ Secundò ex alio capi
te dictus libellus redditur ineptus : quia dictus Lanzalotus pro
duabus partibus ex tribus quantitatis petitæ eſt ceſſionarius, &
habens iura ceſſa à d.con. & fratre ipſius Lanzaloti ſororibus, &
hæredibus pro duabus partibus ex tribus dicti ſer Raynutij credi
7 toris defuncti: tunc ſuccedat doctrina † quod ille cui competit
actio ex iure ceſſo, debet expreſſam mentionem facere de tali iu
re ceſſo, ſaltẽ in narratione:aliàs ineptus eſt libellus.l. qui ſtipen
dia.& ibi Bar.& doct. C.de procur. tex.op. in propoſito in lege
planè.ff.fami.erci.no.Bart. & latius Bald. in lege ſi quis in rem.
per illum tex.ff.de procur.& in lege ſi duo.ff.de ſol.Bart.in lege
ſi culpa.ff.de rei vendi. Dyn. in l. ſi mihi & tibi.in prin. de leg.j.
Bald.in l.j.in fine.C.de action.& oblig.Ioan.Andre.Spec.in tit.
de procura.§.ſequitur. verſi. ſed quæritur an talis libellus.& in
verſ.ſed quæritur an agens ex iure ceſſo.¶ Sed dictus actor nullã
mentionem facit in dicto libello de dicta ceſſione, nec declarat
ſe tanq̃ ceſſionariũ agere : ergo non p̃t quoquo modo obtinere,
cum ſibi ſoli non delata fuerit integra hæreditas dicti ſer Raynu
tij, ſed ſibi & dictis ſuis ſororibus vt ipſemet etiam fatetur in ſuis
poſitionibus.¶ Tertio etiam oſtẽdit ſequi debere abſolutoriam
ex capite excuſſionis non factæ ſeu non legitimè factæ contra di
8 ctos Anto.& Philipp.debi.principales ſeu eius hęredes.Nam ne
mini dubium eſt ꝙ antequã agatur hypothecaria contra tertios
poſſeſſores, hodie neceſſe eſt excuſſionem prius ſolenniter fieri
cõtrà debitores principales & eius bona. C.de pi.auth.hoc ſi de
bitor.& in auth.ſed hodie.C.de act.& ob.& hoc nedum de iure
cõi, ſed etiam municipali. & hoc habet locum etiam ſi in inſtru-
mento debitor ſe conſtituerit precario nomine creditoris poſſi-
c dere:quia tamẽ agendo hypothecaria requirit̃ excuſſio. firmat
Bal.in l.j.in ver.quæro quid ſi debitor.C.de reu.his quæ in fi.au.
credi.licet fortè ſecus ſi aliud remedium intentaſſet, ſed etiã ſta-
tutũ remouet quodcunque obſtaculum vltra ius cõmune.¶Et
licet ſit deducta quædam excuſſio, peccat in his primò.nam cum
talis proceſſus excuſſionis fuerit factus contra quoſcunque vo-
lentes eſſe hæredes dictorum Anto.& Philip.oportebat in dicto
iudicio ꝓbari de morte ipſorum debitorũ, qđ minimè erat ꝓba-
9 tum:itẽ † quia teſtes ſuper hoc inducti nõ fuerunt vnus ab alio
ſeorſum & in diuerſa ſcriptura examinati. ſed in ſimul & in eadẽ
met ſcriptura redacta eſt eorũ atteſtatio, quo fit vt talis atteſtatio
omniũ teſtiũ & in eadẽ ſcriptura, & per eundẽ præmeditatũque
ſermonẽ nullã fidẽ faciat, vt eſt text.in l. iij. §. ideoque diuus.ibi
inter vnũ eundemque pręmeditatũ ſermonẽ.ff.de teſt.& ibi no.
Bar.Spec.in ti.de teſte.§.nunc tractandũ. ver. cautionem quo-
que.no.Ioan.And.in c.nihil obſtat.de verb.ſig.Bal.in l.teſtium.
in iij.col.C.de teſti.& in ti.de pace conſtan.in vlt.verbo.text.in
l.verbũ volo.C.de fideico. & in l.ampliorẽ.§.vt refutatorijs.C.
de app.& in l.j.C.de emen.iuſti.codi.& Angel.in auth.vt iudic.
ſine quoquo ſuffragio poſt principi. ¶Itẽ & fuit delatũ iuramen
tum dictis teſtibus non citatis dictis hæredibus Antonij & Phi-
li.nec aliquo citato generaliter vel ſpecialiter de cuius præiudi-
cio tractaretur:ergo & pro non receptis habentur. l. ſi qñ. C.de
10 teſti.c.in nomine domini.& c.ſignificauit.de teſti.¶ † Præterea
ſunt quidam actus facti die feriato in honorẽ Dei. & per ꝯñs ha-
bentur pro infectis.l.omnes.& l.fi.C.de fer.& in clem.ſæpe.de
ver.ſig. & in c. conqueſtus de fer.vnde accuſationes talis contu-
maciæ ſunt nullius effectus.l.ꝓperandũ.§.& ſi q̃dẽ.C.de iud.l.
arbiter calendis.ff.de arbi.no.Bar.in l. conſentaneum. in fin.C.
quomodo & quãdo iud.& in l.ſi finita.§.Iulia.de dam.infe.Inn.
in c.conſuluit.de offi. deleg. ¶Imo debet apparere actorem die
iuridico in fine termini licentiatum deceſſiſſe ſecundum Inn. in
c.calumnia.de pœnit.& in d.c.conſuluit.& Bart. & doc. in locis
11 prælleg.Bar.& doc.& omnes in c.j.de iudi. ¶ † Præterea pecca
uit in alio proceſſu:quia qñ fit miſſio in poſſ. ex primo decr.& ad
conſtituendum

cōstituēdum curatorem in bonis defuncti ad alios opportunos
actus, non sufficit gñalis citatio omniũ volentiũ esse hæredes sed
debēt nominatim & specialiter citari hi, quibus prima cã succes-
sionis defert̃.l.j.§.denunciari.ff.de ven.inspi.doctrina est Bart.
in l.si diu.qui.ex cau.in pos.ea.in l.si quis instituatur.§.itē si cō-
ditioni.ff.de hære.insti. & ibi Bal.& Ang.Bal.in l.si bona.C.de
bo.auth.iud.poss.Bal.in l.cum proponas.eo.tit.in versi.& not.
idem Bal.in l.si curatoris.in prin.C.de iur.delibe.facit quod no.
Bar.in l.si eo.tēpore.C.de remis.pig.¶Sed in processu prędicto
hæc seruata nō fuerũt: ergo &c. Et quãq̃ illi sint citati quibus pri
ma causa est succedendi nō fuerũt ad videndũ consti. cur. bonis
12 citati.sed ad alios actus.†Nam citatus ad vnum actũ licet sit in il
la citatione contumax: tñ vigore dictæ cōtumaciæ non pōt ad a-
d lios[d] actus sine noua citatione procedi.c.cũ olim.in fi.& ibi doc.
de testi.& est gl.in c.ij.de dolo & cōtuma.in vj.& no.Bart.in l.
statu liberos.§.Stichus.de sta.lib.ff.& in l.consentaneũ.C.quo
modo & qñ iu.& in l.reprimendum.in verbo per edictum.& in
l.iij.§.si ad diem.de re mil.& Inno.in c.consuluit.de offi.deleg.
& in c.petitionē de accu.¶Præterea in citatione dr̃ quòd nunci⁹
personaliter si inuenire poterit citet: & si inquirendo non pote-
rit inuenire eos ad domum citet, & in relatione nuncius non re-
e fert eos personaliter citasse nec perquisiuisse, sed refert eos[e] ci-
13 tasse & alia fecisse quæ habuit in mandatis: † & huiusmodi cita-
tio ē ambigua & non reddit citatos cōtumaces. vt inq̃t Bart.in l.
iiij.§.prætor.in versi.sed quid debet nuncius &c. & in versic.se-
quitur de dam.infect.sequitur Anto.de But.in c.causam.de do-
lo & contu.¶Itē dictæ citationes non fuerũt factæ p̃ nuncios pu
blicos vt requirit̃ l.ij.C.de spor.& ibi doc.& in authē.de iudi.§.
vno quoque.& §.hos aũt.no.Bal.in l.ij.C.quomō & qñ iud.&
est negatum dictam excussionem factã fuisse corã habēte iuris-
dictionē, qđ nō est probatũ per actorē, vt requirit̃ iuxta no.in c.
cũ in iure.de offi.dele.& in c.quoniam contra.de proba.cũ sim.
¶Peccat & in alio dictus ꝓcessus excussi: quia in citatione qua
fuerũt citati generaliter hr̃des dictorũ Anto.& Philip.fuit facta
cũ tuba ad scalas palatij.sed s̃m formã statuti Imolēsis debuit fie-
ri in scalis palatij.vel in logia quæ est supra scalas, & ad hoc vt ēt
longinqui possent audire nuncij ꝓclamationē, sed est differētia
14 aliquid fieri ad scalas.& aliquid fieri in scalis: † quia illud dr̃ fieri
in loco qđ fit intus locum.l.j.§.in flumine.ff.de flumini.& in l.
si alius.§.meminimus.ff.qđ vi aut clam.& ideo illud ēt ꝙ fit in
ostio non dr̃ fieri in domo.no.Bar.in l.j.§.hoc interdictũ.ff.de
cloacis.Bald.in l.data opera.in xv.colum.C.qui accusa.& in l.
Gallus.§.ille casus.ff.de libe.& posthu.& Cyn.in l.obseruare.
ff.de offic.procon.Arch.xl.distin.c.si papa.& est gl.de pœni.di.
ij.& in c.dum sanctam.in gl.quæ incipit, de Ezechiele tractum
est.illud vero dicitur factum ad scalas, quod fit non in scalis, sed
iuxta scalas.l.qui filium.§.j.ff.ad Treb.no.Iacob.de Are.& Bar.
in l.item apud Labeonem.§.conuitium.de in iur.Idem Iacob.de
Are.& doct.in lege cætera.§.hoc senatus, de legat.j.& in l.qui-
dam iberus.ff.de serui.vrba.prædi.& tex.cum gl.in l.militis co-
15 dicillis.in princi.ff.de testa.mili.& ibi Barto.¶†Sed forma tra-
dita à statuto si ad vnguem & in specie non seruetur, reddit actũ
ipso iure nullum.l.cum hi.§.prætor.ff.de transa.l.qui Romæ.§.
Flauius.de verbo.ob.ita dixit Bald.in l.ij.C.quomodo & quan
do iu.in ver.ibi tres.vbi dicit quod licet aliàs de iure communi li
ceat citare vno edicto peremptorio pro tribus.l.contumacia.§.
16 j.de re iudica.l.non vna.ff.de iudic.¶‡Tamen si statutum facit
mentionem de trina citatione non sufficit citare vna citatione
f peremptо.pro tribus:[f] quia secundum eum debet seruari ad vn-
guem dictum statutum: & pro hoc est gloss.in clemen.j.in versi.
iij.de vita & honest.cle.& in capitulo primo in verbo tertiam.&
ibi Bald.de mil.vas.qui contu.fu.¶Et dicit Bal.in l.ij.in iij.col.
de pat.qui fil.dis.quod statutum est ad literam seruandum: &
non sufficit seruari statutum per æquipollens, vt no.Bal.& Ang.
in lege prima de liberis & posth.Bald.in l.executorem.in v.col.
C.de execu.rei iudi.¶Item secunda commissio debuit fieri à di-
uersis nunciis, vt in forma statuti continetur. Item vltima com-
17 missio debuit fieri per bannitorem in scalis.¶Aliud obstat: † q̃a
dictus processus fuit pro parte scriptus & publicatus per ser Lu-
cam, ser Antonij de Monte.in reliqua parte fuit scriptus & roga-
tus apud acta ser Michaelis de Nainis quod fieri non potuit: q̃a
processus vitiatur.l.j.C.de spor.& ibi hoc firmat Iacob.But.&

Bald.in l.j.& ibi not.de offic.procon.not.Bartol.post eum Bal.
in l.cum sententia.C.de sententijs, clare Bald.in l.ij.in vltim.
col.C.quomodo & quando iudex.& in lege gesta.C.de re iudi-
ca.vbi limitat̃ nisi iusta causa absentiæ interueniat.argu.l.si lon-
gius.& ibi hoc Bald.ff.de iudi.qui defectus validari non potuit,
etiam si partes consensissent.not.Bald.post alios in l.testamen-
18 ta.C.de testa.& in l.repetita.C.de episc.& cle.¶†Et est aduer-
tendum quia licet sit deuentum ad lit.contesta.tamen exceptio
nes competentes dictis pupillis contra excussionem reseruatæ
fuerunt: quæ reseruatio fieri potuit & tenuit not.per gloss.in ca-
pitulo cũ contingat.de offi.deleg.& qđ no.Bar.in l.ille à quo.§.
si de testamento ad Trebel.not.Bartol.in l.peremptorias.in ver
si.de exceptio.C.senten.rescin.non pos.& in l.exceptio.in vlti-
ma col.C.de proba.& in l.criminis.C.qui accus.Iac.But.in l.fi-
deiussor.in princ.ff.qui satisda.cogan.Archi.ij.quæst.vj.& casu
quo nō fieri debuisset dicta reseruatio: tamen postq̃ non fuit ap-
pellatum valuit, & effectũ sortita est: etiã si sit contra ius litigato-
ris.l.j.§.item cum contra sacras.ff.quæ sententia sine appellare.
capi.cum inter vos.de re iudica.¶Vltra prædicta quo ad proces-
sum opposita dico ex meritis causæ ipsam absolutoriam debere
ferri in fauorem pupil. Nam alterum ex substantialibus quod in
cumbebat actori prædicto ꝓbare in hoc iudicio erat, quod pro-
baretur dictos pupillos possidere dictam petiam terrę, & dictam
domũ: alias contra eos non dat̃ hypothecaria.l.si cũ venditor.in
princ.ff.de euic.in auth.de fideiusso.§.si neque.¶Certũ est aũt
nō esse probatũ dictos pupillos possidere dictam petiã terræ: ve-
rum est qđ ser Anto.actor consti.per dictã tutricem responden-
do cuidã petitioni in qua ponit̃ ꝙ ipsa tutrix & filij.d.Marci pu-
pilli post mortē dicti Marci dictã domum continue tenuerũt &
possederunt, & hodie tenent & possident rñdit, credit vt in pri-
mo: licet ad respondendũ & confitendũ mandatũ nō habet.quæ
responsio est ambigua.l.de ætate.§.nihil.de interrog.acti.l.cer-
tũ.§.j.ff.de cōfes.l.sicut.C.de repu.hære.c.cum dilecti de accu.
¶Nec pōt dici qđ referat̃ ad dicta in prima positio. quia dixisset
19 credit, vt in prima. † vnde hæc relatio fienda non est cũ fieri ne-
q̃t salua recti ratione sermonis.ff.de auro & arg.leg.l.Plautius.
& qđ no.doc.in l.si de certa.C.de transa.& in l.Aurelio.§.Caia.
de libe.le.¶Præterea illa responsio & illa verba, credit, vt in pri
mo sunt tantæ importantię qñ referunt̃ ad aliquod de præterito,
qđ est apparēs, ꝙ intelligunt̃ limitatiue & restrictiuè in omnibus
& per omnia, vt in primo cōtinet̃ vt probat̃.in l.edita.maximè
p̃ Bal.C.de eden.& in c.si duo de procu.in.vj.not.Bart.in extra-
uag.ad reprimē.in versi.prout.¶Sed in responsione ad primam
positi.continent̃ hæc verba: credit tenuisse & possedisse nomine
suo & nomine patrui sui.considero ꝙ ista verba sunt de præteri-
to: vnde si hæc rñsio secunda referat̃ ad primã, importat ꝙ actor
confiteat̃ dictos pupillos & dictã tutricem possedisse dictã do-
mũ de præterito & sic sufficit si vna die post mortem dicti Marci
possederint, & possedisse dicunt̃, vt declarat Bart.in l.Celsus.in
vl.col.ff.de vsuca.Host.& Ioa.And.in c.licet causam.de proba.
& In.in c.inter dilectos de fi.instr.Bar.in l.iudicia.C.de rei vēd.
& in l.falsis.C.de fur.¶Sed licet ꝓbatũ vel cōfessum sit ꝙ dicti
pupilli possederint aliquo momēto: nō tñ sequit̃ eos hodie pos-
20 sidere: † quia qñ tractatur de incommodo rei si ipse reus negat
se possidere hodie licet probet̃ prius possedisse, nō præsumit̃ ho-
g die possidere[g] adeo qđ possit condemnari ad restitutionē veræ
* possessionis vt est cōis * conclu.gl.& doc.omniũ in l.siue possi-
detis.C.de proba.in l.non ignorabit.C.ad exhibendũ.qđ & ibi
Bald.in l.si minore.C.de in integ.rest.mino.& hoc post multo
rum opin.firmat etiam Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de peti.&
poss.§.j.ver.quid si peto.& in tit.de act.& peti.§.j.ver.sed nun-
quid: & versi.quid si ago.ita concludit Anto.de But.in c.cum ad
sedem.de resti.spo.fuit etiam negatum in exceptionibus ad libel
lum dictos pupillos possidere.¶Secundũ vero qđ necessariò in
cumbebat actori probare est ꝙ dicta domus pro dimidio petita
spectasset ad dictos Ant.& Philip.iure directi dominij vel vtilis:
alias nō competit hypothecaria: nec releuat probari quòd tenue
rint & possederint ꝓ sua, & tanq̃ sua: q̃a hoc nō importat dñium
sed pos.tantũ vt no.Bar.& Ang.in l.j.in fi.ff.pro socio.& Innoc.
in c.illud de præsum.¶Nec etiã probat̃ per quoddã instru.diui-
sionis factæ inter dictos Phi.& Ant.suis proprijs nominibus, &
vice & nomine Christophori eorũ fratris ex parte vna.& inter

Iacobū eorū fratrem suo nomine, & vice, & nomine Luciæ filiæ quondam Bitinelli olim fratris prædictorū, de omnibus bonis cōmunibus inter dictas partes, in qua diuisione dicta domus ob uenit in partē dictis Ant. & Philip. Christophoro & Andreæ cōmuniter: & sic dimidia ꝓ indiuiso spectabat ad dictos Anto. &
21 Philip. quia respondeo, & primo ꝙ † titulus diuisionis extraiudicialiter celebratæ nō trāsfert dñium directum vel quasi nisi pro ea parte quæ spectat ad tradentē ꝓ aliis vero partibus nullū titulū dicit habere socius in quem res cōmunis transfert. vt est text. valde no. fm vnā lectu. gl. & ibi hoc firmat Bar. & doc. in l. cū solus. ff. de vsuc. ¶ Itaque in proposito cum dicta domus esset cōis vna cum aliis bonis inter dictos Anto. & Phi. & Christop. And. Lu. & Iac. vt in prin. dicti instrumenti diuisionis fit mentio, non transtulit nec transferre potuit dictus Iac. in dictos Phi. & Ant. vigore dictæ diuisionis nisi dñium sextæ partis dictæ dom⁹, quæ ad eum pro dicta parte spectabat. ¶ Pro hoc quia non potuit nec voluisse præsumitur dictus Iaco. plus iuris in Ant. & Philip. trāsferre quam habuerit. l. cū tabernam. ff. de contra. empt. l. nemo plus iuris cum vulg. de reg. iur. ¶ Et hoc esset verum quoties dictus Iac. tradidisset possessionem dictæ domus dicto Ant. & Philip. Sed cum in dicto instrumento nec in processu cōstet dictum Iacobum vere vel fictè transtulisse possessionē domus in d. Ant. & Phil. dico ꝙ nullum dñium translatū fuit in eos & etiā ꝓ illa sexta parte: qa sine traditione dñium quæritur. C. de pact. l. traditionibus. quod etiam procedit in re transferenda in alium ex titulo diuisionis, vt in casu nostro, vt no. firmat Bart. & doc. in l. & ideo. reprobata gl. ff. de cond. fur. & Bal. in l. j. in fi. C. de inof. do. per gl. ibi. & idē Bal. in l. j. C. cō. vtri. iudi. & qd ipse no. in l. j.
22 in j. q. C. si qd in frau. pat. † nisi talis diuisio fieret in bonis cōibus ex vniuersali societate de qua hic non constat: quia tunc sicut est speciale in contractu societatis vniuersalis qd transit dñium sine traditione. l. ij. ff. ꝓ socio. ita & in dissolutiōe. ita dicūt pfati doc. & probat primam sententiā tex. in l. si diuisione. C. fa. ercis. ¶ Itē posito ꝙ illud ius habuissent dicti Ant. & Philip. iure hæreditario Bar. & eorū pris. q. d. rē tenebat & possidebat, vt patet in positionibus quæ positiones cōfessionē & probationē inducunt.
23 c. fin. de iureiu. in vj. ¶ † Præterea prohibitio facta à testatore qd nulli hæredū diuiderēt, & promissio ipsi facta vt in testamento continet fieri potuit iuxta ea q̄ legunt & no. in l. filiusfami. §. diuus. de leg. j. dicti igit qui contrafecerunt añ. d. tempus videntur exclusi, & partes ipsorum spectant Christo. & Andreæ ipso iure qui in ipsa diuisione nō interuenerūt: & isto casu opponūt dicti pupilli de iure tertij qd est in totū exclusiuum iuris agentis ipso iure nimirum si audiri debeat, iuxta no. Bar. in l. ij. ff. de excep. rei iudi. no. gl. Cy. Bal. & doc. in l. cum seruum. C. de seru. fugi. & Bar. in auth. qui rem. C. de sacrosan. eccl. Ray. in l. fi. de bono. poss. secundum tab. cano. in c. mandata. de rescrip. ¶ Nec ad hoc obstat si dicatur ꝙ dictus Bar. & Iac. pupilli nō possunt quicquam opponere ꝯ dictū instrumentū diuisionis. & quia sunt hæredes dicti Iac. eorum aui mediante persona Marci eorū patris: quia respondet ꝙ nullibi in processu est probatum quod dictus Marcus hæreditatem dicti Iac. eius patris vllo tēpore adiuerit seu
24 illi se immiscuerit: † & in his q̄ filio generare possunt præiudiciū, filius ex potentia suitatis non dicit hæres patris, nisi de aditione seu immixtione hæreditatis per allegantem probetur, vt est tex. in l. cum bonis. ff. de acqui. hære. l. nā nec emancipatos. de leg. j. gl. & ibi omnes in l. necessarius. ff. de acqui. hær. & in l. j. §. fin. vt se ab hæredit. absti. gl. & ibi Ang. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. mat. & Bal. in l. ij. C. ne fil. pro pat. ¶ Imo etiam posito quod dictus Marcus agnouisset dictā hæreditatē paternā, & per consequens dicti pupilli sunt in effectu hæredes dicti Iac.
25 prædicti: † tamen dico quòd nedum ipsi sed etiam dictus Iacobus si viueret, posset venire contra instru. diuisionis prædictæ: quia cum diuisio fuerit facta. l. prohibente, vt no. in d. l. filius. §. diuus de leg. j. quis continuè audiendus est etiam contraueniēs facto proprio. C. de agri. & censi. l. quemadmodū. lib. x. & l. iubemus. §. œconomus. C. de sac. san. eccl. c. ex tenore. de conces. præbend. & quæ plenè not. per gloss. & doc. in l. post mortē. ff. de adop. & in c. si quis presbyter. de reb. eccl. non alienan. & in c. diuersis fallaciis. de cleri. coniuga. ¶ Rursus contra dictum agentem fuit oppositum ꝙ instrumentū qd producitur, non erat
26 instru. sed priuata scriptura: ex eo quia dictū instr. † nō fuit sumptum & authenticatū per notariū rogatum, sed per alium: quod fieri non potuit nisi authoritate iudicis ordinarij ad petitionem eorum ad quos pertinet. extra de fide instr. c. cū. p. & in auth. de tabel. §. j. & per totum. ¶ Et si dicatur fuisse sibi à iudice datam licentiā, vt constat publico instru. &c. dico ꝙ dictum instrm cum non reperiatur productū, non facit fidē dicto. c. cum. p. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. c. j. & c. cum cōtingat. de fide instr. c. cum personæ. de priui. in vj. Et fortius cū non reperiat seruata tradita forma statuta: quia requirit interuenisse licentiā & consensum hæredis notarij defuncti. fm no. per Bal. in l. conuenticulam. C. de ēpis. & cleri. ¶ Præterea iudex pronunciauit viam esse apertam hypothecariæ: & dictum Lanzalotum agere posse contra possessores bonorū Antonij & Philippi. & quę per ipsos tenebant & possidebantur tpe olim cōtracti debiti: debet igit dictus Lanzalotus probasse ꝙ tempore dicti contracti debiti quod fuit contractum de anno. Mccccxv. ꝙ dicta domus est possessa per dictos Ant. & Philip. quia fundans se ex dicta sententia necesse habet probare tempus qualificatū & limitatum in dicta sententia. l. eum actum. ff. de neg. gest. l. matrem. C. de proba. not. gloss. in clem. literas de rescrip. plenè Bart. & docto. in l. nō solum. §. sed & probari. ff. de oper. nou. nun. & Cald. in l. fin. C. an seruus ex suo facto. qd minimè est probatū. ¶ Quinimo vltra prædicta, dico ꝙ Lanzalotus non est nec esse potuit hæres de iure directo ser Ranutij: quia vt ipse deducit post mortē d. eius. R. deuoluta fuit hæreditas dicto Lanzaloto & duabus eius sororibus æqua lance ab intestato, & per consequens diuisæ sunt inter hæredes actiones hæreditariæ, vt quilibet pro ea rata qua est hæres, pro ea agere possit. l. pro hæreditarijs. C. de hæred. actio. l. j. C. si cer. pet. ¶ Et licet dictus Lanzalotus se fundet ex quadam renunciatione
27 iuriū & actionum facta per dictas suas sorores: † tamen dico qd dicta cessio & renunciatio est nullius valoris: & in ea non continet aliquis titulus: videlicet venditionis, aut donationis, vt. l. per diuersas. & ibi gl. & omnes doctores. C. manda. no. gl. Cyn. Bal. & doctores in l. ij. C. ne liceat po. & in proposito Bald. in l. eius. per gloss. ibi in principio. C. de compens. & Inn. in c. ex parte. de alien. iudi. mut. causa fac. Specu. in titu. de procura. sequitur videre. in principio. & in tit. de ces. ac. §. j. ver. si vero. & versi. sequen. in quibus locis dicitur quod non presumitur titulus donationis: etiā inter coniūctos. ¶ Imo: etiam si expresse fuisset vel tacite intelligeret titulus donationis requirens insinuationem ex forma statuti dictantis quod vltra summā & valorem lib. xxv. Bono. re
28 quiritur insinuatio †, quæ insinuatio requiritur ita in remissione seu renun. debiti, sicut etiam in expressa donatione, vt not. gl. in l. si quis in obligatione. de reg. iu. & probatur. in l. ędibus. §. j. ff. de dona. firmat Bart. in l. Modestinus. eo. tit. & Bald. in l. contra iur. §. fi. & in l. tale pactū. in pn. ff. de pac. & in l. si inter. C. de sol. vbi refert ita fuisse consultum per Bart. & Fran. tig. de pi. Bal. per illum text. in l. si donationis. C. de donat. & in l. illud. C. de sacr. san. ecc. & in l. pactū. in xvij. q. C. de colla. Io. de Imo. in l. Aquilius. ff. de donat. quæ donatio in casu proposito excessit dictam quantitatem, & caruit insinuat. ergo nulla. ¶ Non omitto ꝙ iudex etiam debet aduertere quod iste processus fuit inchoatus super hypothecaria apud acta ser Michaelis de vatiñis completus per ser Ludouicum de Iolo. quod fieri non potuit. l. j. C. de spor.
29 ¶ Item reperitur quòd in capitulis deducitur † quòd dictus ser Ranutius decessit relictis liberis: de quorum liberorum morte non est probatum. vnde cum prima causa sit suorum liberorum in succedendo l. si mater. & in auth. in successione. C. de suis & legi. cū suis vulg. & sic aperte constat nullam actionem posse cōpetere dicto Lanzaloto vt hæredi dicti ser Ranutij iuribus allegatis. allegatio. d. Alexandri de Tar. de Imo.

## ADDITIO.

a ¶ Multa no. ꝙ istud non est consiliū seu responsum Alexand. sed sunt simplices allegationes per eum velut aduocatum factæ in fauorem reorum, in contrariū aūt pro actore allegauit & consuluit Ang. Aret. in consi. seq. sed non omnino conueniunt in factis.

b ¶ Sua. hoc esset verū in testibus sed non in articulis quæ debēt intelligi secundum intentionem ponentis. l. si quis intentione. de iudici.

c Excussio. Hyppo. marsil. no. clviij. Ale. l. exitus. de acqu. pos.

d ¶ A

d ¶Ad alios.Pau.consi.cccxvj.li.j.Bal.cõsi.4.libr.v.& in marga.ver.citatio.Maria. Soci.trac.de cita.art.v.nu.61.Iaso.l.si prius.col.viij.ff.de ope.no.nunci.limitat in connexo Gemi. Phi.Fran.c.si capitulum.§.fi.de conces.præben.in vj.
e ¶Refert.ĩ.lib.iij.consi.ij.
f ¶Pro tribus. Alex.Ias.l.j.col.fin.de lib.& posth. Card.cle.j. no.iiij.de vit.& ho.cle.
g ¶Possidere.late Alcia.trac.præsump.reg.ij.præsum.xxj.

## SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria agenti quid probandum.*
2 *Obligatio causata quæ sit.*
3 *Omissio leuis solennitatis non vitiat.*
4 *Discussio principalis debitoris quando non requiritur.*
5 *Statutum de non petendo debitum post decem annos, quid.*

## CONSILIVM CXXXVIII.

Ange.Are.contra.

LAnzalotus de Imola agit contra certos pupillos hypothecaria detentores certorum bonorum. vñ quia obtinuit primã sententiã & sumus in casu appel. ¶Videndũ est primò an do.Lanzalotus fecerit & ꝓbauerit sibi incumbentia. ¶Secundò dato ꝙ sic allegata per partem aduersam noceant d.Lanzaloto. ¶Et vltimò erit cõclusum quæ erũt partes iudicis
1 ad quem. ¶†Capio primum:clarum est quod agens hypotheca-
11 duo. ¶ † Circa vltimum dubium an filia possit detrahere legiti-
mam de dictis omnibus bonis breuiter concludo quod sic, quia
cum dicta substitutio facta fuerit fideicommissaria vt probaui: er
go sequitur ꝙ per fideicom. filia non potuit grauari in legitima.
l. quoniam in prioribus. cum ibi not. C. de inoff. testa. & Bart. &
doc. in l. j. §. fi. & l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vul. & pup. & Cy.
& Bal. in l. cum virũ. C. de fideic. cũ si. saltem si dicta filia excessit
pupillarem ætatem tempore mortis ipsius filiæ. & sic tempore
euentus casus substitutionis: vt not. per docto. in d. locis. quantũ
autem ad Treb. an possit detrahi non scribo: quia non consueui
e in hoc consulere contra piam [e] causam, licet plures magnæ au-
thoritatis viri teneant quartam Treb. detrahi posse de fideicom-
mis. vniuersali ad pias causas relicto. Et ita consulo ego Alexan.
Bononiæ.

ADDITIO.

a ¶ Totam. Ias. consi. xxij. col. ij. lib. iij.
b ¶ In consilio. Alex. & omnes attribuũt istud. con. Pau. sed nõ
est consiliũ Pau. sed illud. Ro. vt patet inter eius consilia. cõ.
lxxj. vbi tñ habetur truncatè ad fin. sed integrè cũ subscriptio-
ne Ludo. Ro. habet inter con. Pau. li. j. cõ. clxxx. & quia hæc
materia est frequens sed valde perplexa & controuersa inter
doc. vt paucis decisiuè habeas quantum temporis & marginis
fert breuitas. Duo casus precipuè exagitant. primus qñ testa-
tor reliquit vxori vsumfructũ omnium bonorũ suorũ: & post
vxoris mortẽ instituit Titiũ. secundus qñ instituit vxorẽ in di-
cto vsufruc. & post eius mortẽ instituit Titiũ. Primo casu Dy.
con. iij. quidam condidit testamentũ. Io. Andre. in addi. Spec.
de pig. §. fin. Alex. in l. extraneũ. col. fi. C. de hære. inst. & in l.
filius à patre cũ pluribus quos allegat. ff. de libe. & post. tenẽt
legatũ vsusfructus nõ valere. Contrariũ tenet Ro. d. con. lxxj.
vbi tñ non bene loquit. veritas est ꝙ Titius statim est hæres,
adire potest etiã transmittere tanquam purè institutus. tem-
pus enim mortis non est adiectũ institutioni ad infringendã
institutionẽ vel ne Titius statim mero iure succedat vel trans-
mittat: sed quominus vxor turbari possit in vsufructu sibi le-
gato. non ergo hæc verba suspendũt, vel in plus limitant insti-
tutionem,

tutionem, sed ostendunt enixam testatoris voluntatem super
efficacia legati. & ita tenẽt Bald. Pau. Christoph. de castel. Ias.
in d. l. filius à patre. Bal. in l. id quod pauperibus. q. xiiij. C. de
episco. & cleri. Philip. Cor. in d. l. extraneum. col. pe. vbi dicit
ꝙ ita iudicari. & ibi Ias. C. de hære. instit. ideo dico quòd quo-
cunque modo finietur ille vsusfructus viua vxore Titius ple-
no iure fruetur. præcedens aũt opinio est iniqua contra natu-
ram materiæ subiectæ mentemque testatoris Benedic. autem
in repe. c. Raynutius. de testa. verbo reliquit. nu. 7. multa ver
ba effudit & plures alij quos omitto. Secundo casu verbosam
& intricatam sententiam suã tradit Matthe. mathesi. not. iiij.
quam non curo referre. Ego idem dico ꝙ in primo casu vt ver
ba intelligant secundũ subiectã materiã & verisimilem men-
tem: & sic institutio vxoris non censetur nisi legatum, prout
dicitur de quolibet instituto in re certa, alio dato hærede vni-
versali. & teneo ꝙ statim potest Titius adire & hæreditatem
aditam vel non aditam prout aliàs de iure transmittere. & in-
uenio ꝙ ita tenet Pau. picus. in l. Titia. repe. §. Titia cum nu-
beret. q. xxvj. & q. lix. charta. xx. Si vero aliquis esset institu-
tus in totum vel certa parte hæreditatis. & post eius mortem
alius in eadem re substitutus tunc secunda institutio obliqua
* tur in fideicommissum vt communiter * tenẽt. Quare in hoc
vltimo non est insistendũ. Adde Alex. s̃. eo. consi. cxj. j̃. li. iij.
consi. lxviij. & quæ dixi in consue. pari. ti. vij. in rub. & §. cxx.
c ¶ Communis. vide. j̃. lib. iij. consi. iij. nu. 11.
d ¶ Accrescẽdi. idẽ tenet Alex. in l. quoties. in fi. C. de hær. inst.
* & est cõis. * Sed veritas est indistinctè ꝙ tenet prohibitio vt
probatur in consu. par. §. cxx.
e ¶ Piam. vides perpetuam huius superstitionẽ hinc partem ne
gatiuam tenet. j̃. lib. iij. consi. xij. in fi. vbi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Ignorans non transmittit hæreditatem non aditam.*
5 *Iudex non potest supplere vltra petita.*
7 *Restitutio non datur ex clausula generali contra præscriptio nem xl. annorum.*

## CONSILIVM CLXIII.

Viso processu inter do. Franciscam vxorem. d. Anto. Lu-
douici agentẽ: & filios & hæredes quondam ser Gaspa-
ris Budi de Rauenna se defendentem: deueniens ad ea
1 in quibus difficultas & rei substantia consistat. † Dico breuiter
videri mihi partes iudicãtis esse in absoluendo dictos filios & hæ
redes ser Gasparis, & ser Anton. de monte maiori actorem tutri
cis & dictorum filiorũ, & hæredem ser Gasparis à contentis in pe
titione prædicta ex infrascriptis. ¶ Et primò, quia principaliter
fundata est petitio dominæ Franciscæ in eo ꝙ attento ꝙ domina
Bernardina quondam eius mater, ignorauit tempore suæ vitę &
mortis sibi esse delatas ex testamento hæreditates dictarum dua-
rum Gnexiæ eius proauiæ, & Luciæ eius auiæ, decessit. d. d. Ber.
non aditis per eam hæreditatibus prædictæ. G. & non debet talis
probabilis ignorantia subsecuta morte dñæ Bernardinæ, nocere
dictæ dñæ Franciscæ eius hæredi. maxime circa ius deliberandi
ad dictam do. Franciscam. Et propterea petit procurator dictæ
dominæ Franciscæ eam restitui in integrum: & sic valet ipsa do.
Francisca hæreditates dictarũ dominarũ Gnexiæ & Luciæ adire.
2 † Nam de iure si hæres cui dilata fuit hæreditas ignorans eam si-
bi delatam decessit, constat quod non transmisit ius deliberandi
in hæredem suum. l. cum antiquioribus. in ver. scien. & in versi.
cognitum. C. de iure delib. ¶ Nec occasione talis ignorantiæ po
test concedi restitutio in integrũ: ita in indiuiduo decidit Bald. in
l. j. in xxiiij. opposi. C. qui admit. vbi dicit quod si in actu de quo
quæritur non consideratur mora, sed aliud accidens, vt transmit-
tendo ius deliberandi vbi scientia est de substãtia, & iuris autho-
ritas requirit scientiam: & tunc excluso vigore talis ignorantiæ
non datur aliqua restitutio in integrum: quia hoc contingit,
3 quia in l. ita disponitur. † vnde non videtur circunscriptus qui
iure communi est vsus. l. fin. C. de in integ. restitut. l. si verum. §.
sciendum. cum simil. ff. de mino. & idem etiam tenet Rapha.
Cu. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. & idem tenet Pet.
de Ancha. in consi. clxx. incip. principaliter contra istos legata-
a rios siue ipsorum successores etiam & in hoc non reperio [a] inspe-
ctis terminis inter scribentes nostros authenticos quippiam con
tradicere. ¶ Et si diceretur ꝙ dato ꝙ non possit peti restitutio in
integ. ad transmissionẽ iur. delibe. saltem debet concedi restitu-
tio in integ. ex clausula. si qua mihi iusta causa aduersus læsionẽ
secutam: ex eo quod domina Bernardina probabiliter ignorans
dictas hæreditates esse delatas morte præuenta, non potuit eas
adire mediante dicta ignorantia per illam singularitatem. l. Pan-
tonius. cum ibi no. maximè per Bart. ff. de restit. mili. ¶ Quia ad
hoc põt multipliciter responderi. Primò, quia illa lex Pantonius
procedit solum qñ illa læsio causata est absentia probabili, secuta
c postea morte. Secus [c] vbi læsio à sola ignorantia, secuta postea
morte: vt probat Ioan. de Imo. in l. ventre. in xvj. colu. de acquir.
hære. subtiliter ad hoc inducens. l. j. C. de his qui ante apertas ta-
bul. & d. l. cum antiquioribus. circa vlti. colum. & tenet expressè
Raph. Cu. in d. l. cum filius. §. in hac. de verbo. oblig. tamẽ in hac
responsione non persisto. ¶ Vnde & secundò respondeo ꝙ at-
tento quod in libello dictæ dominæ Franciscæ asserit quod dictę
dominę Gnexia & Lucia erant ascendentes dictæ dominæ. B. &
quod dicta domina Francis. est de descendentibus. d. do. B. ꝙ li-
cet. B. ignorans dictas hæreditates. s. dictarum suarum ascenden-
tium sibi esse delatas decesserit illis non aditis ex testamento: tñ
ipsas hæreditates etiam non aditas iure communi transmitteret
ad. d. Fran. eius filiã. per. l. vnicam. C. de his qui ante aper. tabu. si
vel iure substitutionis, vel alio obstaculo non erat exclusa do. B.
à iure adeundi. ergo sequitur quod cum beneficium restitutio-
nis in integrum intentatũ & imploratũ non possit habere locum
vbi potest quis via iur. cõis absque restitutione sibi succurrere: vt
in l. cause. la. ij. ff. de mino. ergo nõ potest obtinere dicta do. Frã.
præsertim cum in libello suo neque sit deductum quod ipsa. d.
B. vel filia sit exclusa præscriptione aliqua à iure adeundi, nec pe-
tita est restitutio aduersus præscriptionem aliquam: sed solum ad
uersus læsionem causatam ab ignorantia: & mors excluserit d.
do. B. per d. l. j. C. de his qui ante aper. tabu. ¶ Vtrum autem per
testes probauerit ꝙ d. dom. Gnexia & Lucia fuerunt ascenden-
tes suæ vel non. puto verũ ꝙ non sit sufficienter probatũ: tamen
satis est ꝙ libellus suus in quo ipsa hoc asserit eam excludat. l. ij.
C. de insti. & substit. sub condi. fac. l. cum pretium. C. de lib. cau.
¶ Non fortasse etiam in testibus ipsis productis in iudicio, non
tamen modo exhibitis apparet quod ista Bernardina est institu-
ta vt de descendentibus dictarum mulierum testantium, & pro-
4 curator. d. d. Franciscæ † producendo illa testamenta videtur fa-
teri verba illa quæ in eis continentur. l. j. §. j. ff. de eden. l. si quis
testibus. cum ibi not. per Bald. in j. col. C. de testi. no. Inn. in c. cũ
olim. de censi. & in c. venerabili. de excep. & Bart. in l. post lega-
tum. ff. de his quibus vt indig. & no. Bal. in l. j. C. de eden. & in l.
5 ij. C. de fideicom. li. & in l. alia. C. de his quib. vt indig. ¶ † Cum
ergo non sit deducta in libello præscriptio, nec petita aduersus
præscriptionem restitut. in integ. non potest iudex super non pe
tito pronunciare. l. fi. C. de fideicomm. li. l. vt fundus. communi
diui. c. licet Hely. de simo. & si vna causa deducta in libello &
probatur alia, non potest obtinere agens. l. habebat. in princ. ff.
de instit. no. Inn. in c. ex parte abbatissæ. de priuileg. & Bartol. in
l. j. in princ. ff. de eden. & Spec. in tit. de teste. §. j. versic. sed pone
egi. & Bart. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pe. no. ca-
no. in c. examinata. & in c. dilecti. de iud. cum concor. ¶ Vnde
inquit Bald. in c. j. de mili. vasal. qui contu. est quòd iudex non
supplet si plus est probatum quam petitur. allegat not. per gloss.
in l. verbum oportere. aliàs est in l. præcedenti. ff. de verb. sign.
¶ Vnde etiam dato quod ex processu appareret probatum de
præscriptione decursa aduersus dictam aditionem hæredita-
tis, non posset iudex concedere restitutionem in integrum ad-
uersus talem præscriptionem cum non sit in libello deducta re-
stitutio ex tali. ¶ Fortius videtur quod etiam si deducta esset
in libello ipsa præscriptio & læsio tanta à præscriptione lon-
gissimi temporis. xxx. & xl. an. & vltra iuxta contenta in posi-
tionibus actoris per quæ tempora secundum veras & magis
* communes * conclusiones præscribitur iuri adeundi hæredi-
tatem. l. licet. cum ibi not. per glo. & doc. C. de iure delib. per gl.
& doc. in l. quamdiu. la. j. de acqui. hære. per Bar. in l. j. & legitur
6 & probatur in l. iij. in ver. iu. C. de instit. & substit. † vbi apparet
d quòd potestas adeundi hæreditatem dicitur ius [d] non facultas,
merito tollitur spatio longissimi temporis sicut alia iura. l. sicut
&l.om.

& l. omnes. C. de præſcri. xxx. an. tamen non deberet concedi.
d. Fran. reſtitutio in integ. aduerſus præſcriptionem & excluſio-
nẽ ex pluribus. & primò per ea quæ dixit Pet. de Anc. in d. conſi.
clxx. vbi in caſu ſuæ con luſionis quęſtio vertebatur an certis le-
gatarijs quibus obſtabat præſcriptio longiſſimi tpis eſſet conce-
denda reſtõ in integ. ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa
ex capite allegatæ ignorantiæ: iuxta no. per Bar. in l. j. §. ſi quis au
tem propter. ff. de iti. ac priua. cũ multis concor. & concludit ex
pluribus ꝙ non tñ propter tex. l. fi. C. de preſcr. lon. temp. quem
pluribus modis põderat: & per no. per Bal. in d. l. j. in xxiiij. opp.
C. qui admit. Et etiam ex præſumpta ſcientia coniun ctorũ cum
dicti legatarij eſſent coniuncti teſtatoris. Et ſic præſumantur ha-
bere facilius eorũ notitiã quæ à coniunctis ſuis geſta ſunt. l. octa
ui. ff. vnde cog. l. de tutela. C. de in integ. reſti. mi. Vnde ſm eum
poſito ꝙ illud quod not. Bar. in d. §. ſi quis autem. poteſt eſſe ve-
rum: tamen non procederet in caſu prædicto: vt latius per eum.
7 ¶ † Secundo nõ deberet cõcedi dicta reſtitutio aduerſus præſcri
d ptionẽ: quia attento ꝙ lapſum eſt tempus. xl. anno.[d] & vltra vt
deprehendit ex contentis in poſitione ſecunda & tertia pro par
te agentis: vnde dato ꝙ aliàs aduerſus ignorantiam poſſet conce-
di reſtit. in integ. ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa. &
hoc ratione probabilis ignorantiæ vt probatur in d. §. ſi quis au-
tem propter. cũ concor. tamen illud non videtur militare in præ
ſcriptione. xl. an. quia tex. in d. l. ſicut. in fi. de præſcrip. xxx. ann.
dicit ꝙ talis præſcriptio parit pleniſſimam munitionem & ſecuri
tatem. & pleniſſima ſecuritas dr̃ eſſe qñ non poteſt peti reſtitu-
tio in integ. vt gl. in l. ait prætor. in §. permittit. in verſi. imputan
dum. ff. de mino. Et ita in quibuſdam lecturis reperitur Ang. te-
nere in l. ſicut. ad fi. C. de præſcrip. xxx. anno. ¶ Idem probari vi-
detur in l. fi. C. de fun. patrimo. li. xj. verſi. nullam moleſtiam vel
inquietudinem formidari. vt illi qui tuti ſunt præſcriptione. xl.
anno. non habent timere vllam moleſtiam vel inquietudinem.
8 † Et moleſtia dr̃ inferri etiã qñ quis iudicialiter vexatur perſona-
liter in l. j. cum ibi nota. per Bald. C. de nundinis. & probatur in
auth. de fideiuſ. in prin. ver. moleſtus ſit. col. j. ergo non poteſt pe
ti contra eum reſtitutio aduerſus præſcriptionẽ talem, quia mo-
leſtaret. ¶ Ex quibus infertur quod etiã dato quod. B. non fuiſſet
de deſcendentibus dictarum dominarũ Gnexiæ & Luciæ, & ſic
nõ eſſemus in caſu. l. vnicæ. C. de his qui ante aper. tab. tamẽ non
poſſet obtinere. d. do. Franc. quia cũ in libello ſuo ipſa deducat
læſionem procedentem ab ignorantia & morte. d. d. B. aduerſus
læſionem prædictam petit reſtitutionem in inte. & appareat ꝙ
ex alio capite quàm ignorantię & morte fuit excluſa. d. B. à dictis
hæreditatibus, quia fuit excluſa præſcriptione longiſſimi tpis,
qua pręcluditur via iuri adeundi tam ſcienti quàm ignoranti. d. l.
licet. cum ibi no. & l. fi. C. de præſcrip. lon. temp. de qua præſcri-
ptione eſt oppoſitum pro parte reorũ & aduerſus quam præſcri-
ptionem non eſt petita reſtitutio in integ. ¶ Et dato quod eſſet
petita, nõ eſſet concedenda vt probaui: ergo nullo modo poteſt
dicta Franciſ. obtinere. ¶ Vltra prædicta etiam aduertatur quia
in actis mihi tranſmiſſis non reperio talia eſſe geſta, quę probent
quod dicta Franc. adiuit hæreditatẽ. d. Bern. & licet in libello &
in alijs ſcriptis curator ipſius. d. Franciſ. dicat ſe gerere pro hære-
9 de. d. Ber. & per d. Fran. † tñ ſolus curator ſine adulto nõ potuit
adire hæreditatẽ. l. potuit. C. de iure delib. l. cum quidam. C. de
admi. tut. & d. Fran. per procuratorem etiã non potuiſſet adire.
l. Paulus. aliàs incipit per procuratorem. cum ibi plenè no. ff. de
acq. hęred. & plenè in l. j. C. qui admitti. ita quod ſi alibi quàm in
actis mihi tranſmiſſis non appareat aliter quod. d. B. adiuerit hæ-
reditatem. d. B. conſtat & ex illo capite debet ſuccũbere quia ius
intentatũ non poteſt cõpetere niſi vt hæredi. d. B. ¶ Inſuper etiã
aduertatur quod non vr̃ quod ſit legitimè probatũ per duos te-
ſtes & conteſtes dictas dñas Gnexiã, & Luciã deceſſiſſe ſuperſti-
te. d. B. maximè quia teſtes agentis non deponũt concludenter.
nec aſſignarunt rationem quam in tali caſu aſſignare debent: ſm
no. plenè per Cyn. in l. ſi quidem. C. ſol. mat. Bart. & omnes in l.
ij. §. ſi dubitem. ff. quemad. teſta. aper. & in ſuo tract. de teſte. Et
cano. in c. præſentia. de proba. & Guil. de cug. l. cum debitores.
C. de iudi. & Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſ. & cler. ¶ Et etiã
quia dicti teſtes videntur iurati parte abſente, & non citata. l. ſi
quando. C. de teſti. & c. ij. de teſti. hoc vltimum tamen nõ pono
pro conſtanti niſi per extenſum exhibeantur omnia acta. hoc di
co propter quædam verba poſita in actis, dum dr̃ quod ſtatutus
fuit terminus partibus ad probandum cum monitione generali.
Ex quibus concluditur quod ex multiplici capite conſtat dictam
do. Franciſcam obtinere non poſſe in ipſa petitione reſtitutio-
nis in integrum, propterea dico reos conuentos eſſe abſoluen-
dos. Alex.

## ADDITIO.

a ¶ Non reperio. imo quos allegat Iaſ. d. l. cum antiquioribus.
co. ij. Ale. ſ̃. lib. j. conſi. lxx. & quæ ibi no.
b ¶ Secus. hæc vera concordia de iure: & ſic Alex. non contradi
cit ſibi in locis allegatis. ſ̃. li. j. conſil. xx. Sed hæ ſcrupuloſita-
tes ceſſant apud nos vt dixi. j̃. lib. iij. conſi. lxxxvj.
c ¶ Ius. vide. ſ̃. e. conſi. lxxxviij. nu. 5.
d ¶ XL. ann. ſ̃. eo. conſi. clj. in fi.

## SVMMARIVM.

1 *Appellatio incerta non valet.*
*Opinio vltima videtur approbari.*
2 *Diligentia quæ requiritur in appellante.*
6 *Incredulus non excuſatur niſi proteſtetur.*

## CONSILIVM CLXIIII.

VIſo proceſſu cauſarum verſatarũ inter. R. do. Bonauen-
turam quondam magiſtri Dominici de Ceſena, ex vna
parte, & Alexandrum de la mancula ex altera: viſiſque
allegationibus ſubtiliter factis per clariſſimum dominum aduo-
1 catum. d. R. & d. B. ¶ † Dico breuiter appellationem. d. à ſenten
tia lata per dom. Anto. de plantaporis eſſe deſertã ex multis cau-
ſis, & maximè quia appellatũ fuit copulatiuè ad dñm Malateſtã
de malateſtis, & ad quemlibet iudicẽ competentẽ. & intra termi
nũ. x. dierum ad appellandum: & aliter non declarauit appellans
corã quo iudice intenderet proſequi cauſam appellati. hoc enim
decidit Spe. in ti. de app. §. nunc tractemus. in verſic. ſed pone ali
quis quærit. an ſi quis dicat, appello ad archiepiſcopũ & ad Papã
ad quẽ omnibus omiſſis appellatur. c. cum dilecti. cum ibi no. de
app. ij. q. vj. ad Romanã. pro hoc allegat in argumentũ. l. per fun
dũ. ff. communia. prædi. & c. ſi duo. de app. cũ ſi. poſtea finaliter
ſubdit ꝙ quidã tenent talem appellationẽ non valere propter in
a certitudinẽ.[a] arg. l. de ætate. §. nihil. ff. de inter. ac. & l. prætor,
edixit. in pri. ff. de iniur. & c. indemnitatibus. extra de ele. & iſtã
2 opi. vr̃ expreſſè approbare attento † ꝙ ipſe vltimo loco recitat
b iſtã: & opi. vltimò[b] recitata vr̃ in dubio approbata: vt not. gl. in l.
qui filium. §. ſabinus. ff. ad Treb. & l. bona fides: & ibi Bar. ff. de-
poſi. Inn. Io. An. in c. j. de ſen. exc. in vj. in nota. & in c. j. de pœ. in
vj. & Bal. in auth. ex teſtamẽto. in prin. C. de col. & in l. ſi mater.
C. ne de ſta. defun. facit. l. iij. §. Neratius. ff. de acq. poſ. & l. ſi idẽ
cũ eodẽ. in fin. ff. de iur. om. iud. ¶ Et iſtam partẽ etiã clarè appro
bat Io. And. in addi. Spe. ſuper. d. ver. ſed pone aliquis niſi intra
tp̃s datum ad appellandũ alterum elegerit: & hoc vbi probabilẽ
cauſam habuerit ſic appellans: vt qñ probabiliter eſſet incertus
appellans an poſſit appellare ad ſubdelegantẽ: vt quia ſubdele-
gans fuiſſet poſt delegationẽ excõmunicatus: & dubitaretur an
tempore dato ad appellandũ eſſet abſolutus. nã tunc poterit ap-
pellari copulatiuè vel alternatiuè ad ſubdelegantẽ, & ad Papam,
qui tñ ſubdelegaſſet dicto ſubdeleganti ita inquit gl. in c. ſi is cui.
in verſ. durãte. de of. deleg. in vj. ¶ Hanc opi ꝙ dicta appellatio
3 copulatiuè interpoſita non procedat † niſi intra decendium ele-
gerit vnũ certũ coram quo proſequi velle dixerit. tenet Io. And.
in c. in alternatiuis. de re iud. in vj. in mer. quia iudex ad quẽ ap-
pellat debet eſſe certus: & appellans in caſu nr̃o appellauit ad ma
gnificũ do. Malateſtã, & etiã legatũ. c. j. de off. leg. & ibi no. & eti
am Papã. in d. c. ad Romanã. & c. cum dilecti. præallega. attento
ꝙ de iure canonico poteſt appellari ad eos etiam omiſſo medio:
vt ibi habetur. ſequitur quòd ad plures dr̃ appellatum & non ad
vnum certum. ¶ Idem etiam tenet Ange. in l. j. §. ſi quis. ff. de ap-
pel. allegat not. per Spec. & Ioan. And. in d. verſic. ſed pone ali-
quis. Et ſic apparet quòd Ang. intelligit quod Spec. approbat il-
lam vltimam opin. ¶ Idem tenet Ioa. de Imo. in d. l. j. §. ſi quis vo
lens. quod cum de iure canonico poſſit appellari ad proximum
nedum ad ſuperiorem: vt erat in caſu noſtro magnif. dominus
Malateſta, ſed etiam ad legatum & Papam, vt dixi, ideo ratio-
ne incer-

ne incertitudinis vitiatur appellatio. sed s'm eum aliud esset de iure ciuili vbi omisso medio non potest ad alium superiorem appellari.l.imperatores.ff.de appella.quia tunc ad proximum superiorem tantum censetur appellatum: quia vtile per inutile vitiari non debet.l.sancimus.C.de donat.l.j.§.si stipulanti.ff.de verb.ob.& in causa ista seruari debet ius canonicum quia sumus in terris ecclesiæ:vt not.in c.ij.de regu.iur.in vj.& in c.ij.eo lib.de arbi.& per legistas in l.priuilegia.C.de sa.san.eccl.¶ Ad prædictorum confirmationem benefacit quod no.gl.in d.c.si cui.quę concludit ꝙ quando alternatiuè est appellatũ ad duos, ad quorũ quemlibet põt appellari:nõ valet appellatio, nisi in tempus quo durabat facultas appellationis & declarauit coram quo iudice velit prosequi. Et idem tenet Archi.ij.q.vj.§.post actum.& Io.de ligna.in c.si duobus.de appe.remittit se ad not.per Spe.in d.§.nunc tractemus.& Ioan.de Imo.in l.qui Romæ.§.Seia.ff.de verb.ob.etiam simpliciter sequũtur illam opi.quam tenet gl.d.§.is cui.& licet dixerit illam appellationem alternatiuam valere.arg.l.j.§.si quis.ff.de ap.& l.si eius.ff.de app.recipi.tamen illud potest procedere vbi seruanda essent iura ciuilia, quę allegat Bal. vel vbi ad vnum tantum ex illis potuisset appellari, vel vbi intra tempus appellationis declarasset corã quo velit prosequi.¶ Nec istis ob.id quod habetur in c.cõstitutus.de resti.in integ.vbi etiã admittitur libellus alternatiuus & incertus: quia respondeo vt ibi no.Inno.& alij, ꝙ ibi intelligit' quando actor dubitabat probabiliter quod remedium sibi competeret, aliàs secus.l.j.§.ꝙ autem.ff.quorum leg.iuncta l.vbi aũt non apparet.§.qui illud.ff.de verbo.obli.& l.prætor.§.qui aũt.& quod vtrobique no.Bar.de iniur.ff.& quod no.gl.in c.abbate.de re iud.in vj.& etiam ita est de mente Abb.de appel.in c.ij.¶

4 † Confirmantur prædicta: quia non in continenti post appellationem est in potestate appellati & prosequi & agere in causa appellationis.l.fi.§.in his.versi.nulla licentia.C.de tem.ap.c.abb.de ap.& per Spe.in tit.de ap.§.nunc breuiter.ver.licet autem.no.Iac.Bu.& Bart.in auth.ei qui.ad fi.C.de temp.ap.& d.Abb.in c.ex insinuatione.de appe.sed si diceremus.d.ap.valere absque eo quod intra tempus datũ ad appellandũ declaretur per appellantem coram quo velit prosequi, fieret præiudicium appellato: quia nesciret coram quo velit prosequi appellationem, & oportet expectare quod appellãs prosequatur coram vno ex illis. Est etiam deserta dicta appellatio alia ratione: quia aut cõsideramus ius commune lapso anno, & ex causa impedimenti statuitur biennium, quo elapso sententia est executioni mandanda.in auth.ei qui.C.de tem.ap.& in c.ex ratione.de ap.sed nunc sumus prope finem triennij à tempore appellationis:ergo dicta appellatio est deserta.¶ Aut consideramus dispositionem statuti: & tunc prout in themate narratur statutũ vult ꝙ appellans debet intra mensem fecisse causam appellationis expediri, aliàs eo elapso appellatio est deserta ꝙ talis mensis currat à die cõmissionis qñ pro habendo iudice opus est supplicari, vt erat in casu nostro:sed ita est ꝙ causa ista non est terminata intra mensem: ergo, &c.& si diceretur ꝙ dictus mensis non currit nisi à die cõmissionis, & quod causa commissa adhuc

5 nõ est,† dico quod appellans debet facere diligentiam suam, petendo causam committi instanter & instantissimè.l.fi.§.illud.in vers.in summa.C.de temp.ap.& in auth.sed lis.eo.tit.iuncta pri

* ma opinione ibi posita in gl.quæ est cõiter * approbata.dicit gl. ibidẽ quod spectat ad appellantẽ notificare principi ad quem appellatũ est, vt causam committat proceribus dirimendam:& illã opi.approbat ibi Saly.Cal.Ang.Ray, & dicit ibi Saly.quòd doc.

* cõiter * ibi tenent.& pro hoc allegat legem qm̃ nonnulli.C.de appell.& l.ij.in fi.C.de temp.ap.& quia ipse appellans est huius rei causa & origo.arg.in l.tribus.ff.de iudi.¶ Ita etiã tenet Ant.de But.in c.ex insinuatione.in j.col.de app.& neminẽ inuenio contrariũ tenentẽ.¶ Vnde dicit Ang.in d.auth.sed lis.quod dũ tex.ibi dicit ꝙ causa intacta qñ deuoluerit ad consistorium principis, donec causam dirimendam commiserit etiam debet intelligi si appellatus fuit solicitus in traducendo causam:sed non potuit:quia non habuit aditum ad principem.& ideo secundũ eum est introductum quod appellantes vadũt ad cameram principis & solicitant portarium, & pulsant ad cameram pro inducenda appellationis causa, & faciunt rogatum notarium coram testib.quod non possunt habere aditũ.¶ Bene facit quod no.gl.in c.cupientes.§.quod si per viginti.de elec.in vj.in versi.proposítam.

6 & gl.in c.j.& in c.plerunque.de rescri.† quæ volunt qđ vbi quis est impeditus facere actũ in termino sibi statuto, nõ excusat' nisi protestet' de impedimẽto.¶ Vnde dicit Io.de Imo.in d.§.si per.xx.vbi refert Dñi.de sancto Gemi.qđ semel obtinuit causam appellationis in qua appellans non poterat habere copiam iudicis, & transiuit sibi tempus sine protestatione: quia per illã negligentiã in non protestando succubuit:& no.Bar.in l.j.§.dies.qñ appellandũ sit.& Ant.de But.in d.c.ex rõne.& in c.fi.de app.¶ Et in proposito nostro consuluit Ang.in consi.cxl.inci.quidã Mattheus etiã vbi dicit ꝙ quidam appellauit ad dños priores, qui dñi debent cõmittere appellationẽ vni iudici ciuitatis neutri parti suspecto intra tres dies, ex forma statuti ciuitatis Castelli.& qđ iudex terminare debet causam intra.x.dies commissionis, aliàs sit deserta.& si contingat qđ dictam appellationẽ priores non com miserunt non solicitati, an appellatio sit deserta.consuluit quod sic:quia s'm eum deberent dicti priores requiri per appellantem.& cũ opportunitate.¶ Et sicut dicimus in iudice qui requirit' vt det apostolos.l.j.ff.de lib.d.c.ab eo.de ap.in vj.¶ Quibus apostolis assimilat' talis cõmissio.nã sicut per apostolos appellans dimittit' à iurisdictione prioris, & sumit iurisdictionem iudicis ad quẽ, ita hic transmittit' ad iudicẽ cui sit commissio:nisi dicat' in casu nostro, ꝙ non sit prȩfixũ tempus in quo fieri debeat dicta commissio: quia dico qđ si ad faciendũ terminare causam appellationis nõ habet appellans nisi vnum mensem, non habemus dicere quod ad faciendã suam indulgentiã faciendo cãm committi debet habere plus: quia sequeret' absurdũ quod in eo in quo minor exigeret' dilatio, maius spatiũ haberet, quod non est dicendũ vt l.

7 j.C.de dila.¶ † Et statutũ debeat interpretari ne contineat absurditatẽ.l.scire oportet.§.aliud.ff.de excu.tuto.l.nã absurdũ.ff.de bo.libe.no.Bal.in l.quicũque.in vij.col.C.de ser.fug.& in l.oẽs populi.in xiiij.col.ff.de iusti.& iur.& bene facit qđ ibi no.Bart.in vj.q.prin.& l.nõ dubiũ.C.de legi.& qđ ibi no.gl.in l.damni.§.is.ff.de dã.infec.& gl.quæ incipit, quidã iudaizare.¶ Et etiam non vr̃ quod sufficiat quòd semel tentauit adire superiorem pro impetranda cõmissione, quamuis impeditus fuerit appellans, nisi impedimentũ perseuerauerit: quo casu narrari debet per appellantem.ita colligitur ex no.per glos.in d.§.quod si per viginti.in ver.proposita.ibi dũ gl.dicit, donec Papa sui copiam faciat.& ibi hoc expresse volunt oẽs doc.& Ant.de Butr.in c.ex ratione.circa.v.vel vj.col.in ver.ex his etiã.& in c.fi.in iij.col.de ap.¶ Bene facit tex.in d.l.fi.§.illud.in versi.summa ope.& text.in auth.de his qui ingred.ad ap.§.j.in ver.neuter.¶ Si ergo prædicta non sunt seruata:ergo, &c.¶ Hoc alio effectu appellatio est deserta si etiam consideremus constitutiones prouinciales, quibus prouisum est quod causa appellationis intra tres menses à die appellationis connumerandos expediatur: certũ est quod appellatio sit deserta: quia indistinctè dictæ constitutiones siue sit opus impetrare commissionẽ, siue non, volunt qđ causa terminet' intra tres menses à die appellationis.& sic etiam in dictum tempus expediri debeat appellatio, sine qua causa appellationis terminari non potest.l.ij.ff.de iuris.omn.iudic.c.præterea.de of.deleg.Alex.

### ADDITIO.

a ¶ Incertitudinem.idem Phi.Fran.d.ca.in alternatiuis.Panor.c.ij.de appel.Alex.ĩ eo.consi.clxvij.consil.clxxxv.& lib.vij.consi.lxxix.col.ij.

b ¶ Vltimò.Cur.Senior.consi.j.col.iij.cõsi.xliiij.col.vij.Ant.cor.in rep.ver.opi.Ias.l.pacta nouissima.C.de pactis.limitat Ias.l.si seruum.l.sequitur.col.j.de verb.ob.l.si idem cũ codẽ.& ibi Dec.de iur.om.iud.Ias.l.filio pater.co.j.de leg.j.

### SVMMARIVM.

1 *Locatio ad modicũ tẽpus cũ pacto de renouãdo, est alienatio.*

2 *Emphyteuta non potest locare ad longũ tempus etiã cum pacto quòd nõ transeat vtile dominium ne fiat fraus.nu.4.*

### CONSILIVM CLXV.

VIsis duobus elegantissimis consilijs celeberrimorum Iurisconsultorum domini Francisci Aretini, & domini Andreæ siculi concludentium quodlocatio facta de nouennio in nouennium cum pacto de reno-

a derenouando, [a] dicatur esse alienatio: adeo quod in illa vendi-
cet sibi locum bulla Bonifacij Romani pontificis in ea parte in
qua loquit᷑ de solutione sextæ partis, vel capsoldi, & de inuestitu
ra recipienda per eum in quem alienatio facta: adeo compendio
sè ac subtiliter ac rectè per eos allegatum ac consultum, vt nullus
1 fere dicendi locus ceteris relictus videatur. ¶ † Confirmo itaque
eandem conclusionẽ in primis per text. no. in §. neque. in auth.
de non alie. col. ij. iuncto. §. emphyteusim, in eo. tit. nam text. in
d. §. emphyteusim. prohibebat concedi posse rem ecclesiasticam
in emphyteusim perpetuam: sed solum pro recipiente pro filijs
& nepotibus & sic vsque ad tertiã generationẽ inclusiuè. modo
dicit tex. in §. neque. qđ si in prædicta concessione facta recipien
ti pro se, filijs, & nepotibus fuerit actũ quod post secundã gene-
rationẽ factam debet concedi tertiæ, vel quartæ, non valet talis
conuentio allegata quia si hoc fieri permitteretur nihil aliud es-
set quàm per reuelationem & machinationes concessiones red-
dere & efficere perpetuas. & priuationes rerum ecclesiasticarũ
inducere. ¶ Et ideo in proposito refert Ang. in d. §. neque. per il-
lum text: qđ ibi vr̃ esse casus expressus. & sicut tutor vel curator
minoris alienare non pōt sine decreto, ita nec locare alicui pro
vno vel duob. annis hoc acto ꝙ finientib. istis duob. annis debet
eidem conductori pro se & successorib. suis locari: quia hæc est
species alienationis, sed vbi esset talis persona quæ posset aliena-
re & locare cum d. pacto, pactũ tenet: vt est de mente gl. fi. ibi ſm
Ang. ibidẽ. ¶ Secũdo adducit id qđ no. Car. in cle. j. in §. fi. in pe.
q. de reb. ec. nõ alie. vbi quærit quid si prælatus qui prohibet lo-
care ad longũ tẽpus. i. ad x. annos: vt in d. cle. j. cũ ibi not. locaue-
rit ad nouem annos, & finito vlt. anno locauit ad alios nouẽ an-
nos inchoandos à die finitæ primæ locationis: an valeat. & vr̃ ꝙ
non: quia istud dictum de locatione concludi vr̃ in fraudẽ legis
prohibẽtis prælato posse locare ad longũ tps. alleg. no. in c. quan
2 to. de priuil. ¶ † Sed ita est in proposito ꝙ prædicti emphyteutæ
habentes vtile dñium, nõ possunt de iure cõi locare ad longum
tps, nisi consentiente dño & soluta quadragesima: iuxta. l. fi. C.
b de iure emph. hoc voluit Spe. [b] in ti. loca. §. nec aliqua. ver. cxxiij.
cum duob. ver. seq. & expressius Io. de Imo. in c. potuit. de loca-
to. in xiiij. co. in ver. item quæri pōt an emphyteutæ possit loca-
re, &c. nisi ex forma bullæ possunt alienare quin teneatur acqui-
rens ad solutionem dictæ sextę partis. & ad inuestiturã petendã:
ergo de tali locatione facta de nouẽnio in nouenniũ debet iudi-
cari tanq̃ de locatione ad longũ tps: quia videretur illa reiteratio
temporis locationis & renouationis apposita in fraudẽ: vt dicit
do. Card. quia vtrobique est eadem ratio s. tam in casu suo, q̃ in
3 casu nostro. ¶ † Tertiò bene facit qđ no. Cy. in l. j. in iij. quæstio.
C. de iure. emph. vbi vult ꝙ si conceditur res in perpetuũ, vel ad
longissimũ tps ad renouandũ de quinquennio in quinquenniũ
dr̃ propriè concessio quæ de iure vocatur precaria: iuxta. c. j. de
preca. quę non differt ab emp. vt no. Bar. in l. j. C. de iu. emph. ac
cedunt concor. de quibus in j. consil. ¶ Sed ita est ꝙ vbi habens
vtile dñium concessisset in emphyteusim, & haberet locũ dispo-
sitio bullæ, quæ vult ꝙ pro translatione vtilis dñij facta ab ipso
habente vtile dñium, dẽt solui d. sexta pars, & peti inuestitura p
concessionem omniũ in emphyteusim factam ab emphyteuta,
vel ab alio habente vtile dñium in ipsum ſm conducentem: & ni
hil amplius remaneret penes illum qui huic secundo concessit:
vt in gloss. & doc. in l. fi. in verb. alijs vendere. C. de iu. emph. no.
Bar. post gl. in l. j. §. econtrario. & in vlt. col. C. de acq. poss. & gl.
& Bart. in l. j. ad fi. C. vti possi. expressius Bart. in l. ex asse. per ibi
no. per glo. ff. ad Treb. & Ioan. And. in c. potuit. de locato. & An
ge. in l. si quis vi. §. differentia. ff. acqu. pos. ¶ Et idem dicendũ in
locatore ad longum tempus, qui quantũ ad materiam non vr̃ dif
ferre ab emphyteusi cum in vtrũque tam in emphyteutã quàm
in conductorem in longũ tempus transferatur vtile dñium. l. j.
in fi. cũ l. seq. Et ibi no. ff. si ager vectig. & in proposito not. Ang.
in §. quia vero Leonis. in auth. de reb. eccl. non alien. ergo idem
dicendum est in casu nostro qui ęquipollet locationi ad longum
4 tempus, vt est s̃. probatum. ¶ † Nec prædictis obstat si diceretur
quod per illam numerationem temporis, videlicet de nouennio
in nouennium vr̃ tacitè actum quòd vtile dominium non trans-
feratur prout agi potuit. l. cum manu sata. §. fi. de contrah. empt.
& no. Saly. & Ioan. de Imo. in l. si domus. §. fin. ff. de leg. j. & Bal.
in c. j. §. aut si libellario. in fi. in tit. quibus mo. feu. amit. vbi di-
cunt ꝙ si res locatur ad longum tempus, & agatur ꝙ non transfe
ratur dominium vtile: quòd tunc talis locatio non dicitur aliena-
tio, & ita saluetur gl. in d. §. institutio. & circa responsionem hu-
ius articuli satis laborauit secundus consultor. ¶ Sed vera respon
sio esse videtur quia aut si per illam dinumerationem temporis
videatur actum quod non transferatur vtile dominiũ, nulla com
mittit᷑ fraus in alterius præiudiciũ: & tunc procedat argumentũ,
aut si tunc diceremus tacito actum videri quod non transferatur
vtile dominiũ resultare posset fraus legi in alterius præiudicium:
vt in proposito nostro quo ad euitandam solutionem sextæ par-
tis seu capsoldi. & in illo casu non procedit arg. vt not. Bal. in c. j.
in prin. x. col. in ver. extra quæro quid de locationibus &c. in tit.
qui feu. dare possunt. & in c. j. in prin. in iij. vel. iiij. col. eod. ti. de
5 prohib. feud. alie. per Federi. ¶ † Bene faciunt notata per Barto.
in l. Modestinus. in fi. ff. de donatio. vbi dicit ꝙ si instrumẽto aga
tur quod tot sint donationes quot sunt iugera terræ donatæ, vel
quòd tot sunt donationes quot sunt res donatæ: & tamen omnes
res coadunatæ excedunt summam vltra quam sine insinuatione
donari non potest: per hoc non valebit donatio sine insinuatio-
ne: quia intelligitur facta in fraudem: vt in simili habetur in l.
quemad. C. de agri. & censi. li. xj. & in l. sancimus. §. si quis autẽ.
& ibi not. doct. C. de dona. & idem no. Io. And. in addi. Spec. in
titu. de instru. edi. §. porro, in vlt. addi. magna. & Oldr. in consil.
ccliiij. incip. factum tale est domina Sa. &c. & Bald. in l. illud. C.
de sac. san. eccl. Io. de Imo. in regula. c. cum contingat in antepe.
char. de iureiur. & per Ang. & melius per Pau. de Cast. in l. scire
debemus in prin. ff. de verb. ob. ¶ Et per istud etiã patet non ob-
6 stare id quod no. Bal. in l. voluntas. C. de fideicom. † vbi dicit ꝙ
vasallus potest vendere fructus feudi ad modicum tempus irre-
quisito domino: quia non est alienatio. & idem putat si ad inte-
grandum de modico tempore in modicũ tempus: quia tot sunt
venditiones quot apparent tempora distributa, & non apparet
vnus contractus perpetuus, argu. d. l. scire debemus. in prin. ſm
eum. Nam r̃ndeo ꝙ dictum Bal. posset saluari vbi licet intellige-
remus plures esse contractus ad modicum tempus nulla fieret
fraus legi: vt in proposito nostro tunc dictum Bal. non procede-
ret, vt ipsemet declarat. in d. c. j. in prin. in x. col. in ti. qui feu. da.
pos. & in c. j. in prin. in ij. col. de prohi. feu. alie. per Federi. & di-
7 ctum est supra. ¶ † Per prædicta etiam patet respõsio ad id quòd
consuluit Ange. in cons. suo in ordine meo. cxcj. incipien. Ex for
ma & serie dictorum instrumentorum: vbi concludit quòd si Ab
bas locauit ad libellum pro tempore. xxviij. an. Titio pro se, &
suis filijs masculis, & vna fœmina tantum, ad renouandum vni
ex eis si finitis dictis. xxviij. annis non renouabit dictæ filiæ su-
perstanti, sed concessit cuidam extraneo, quod iste extraneus
erit potior iure prædicto quàm sit dicta filia, quæ non fuit reno-
uata ante concessionem factam extraneo: quia per illam pro-
missionem de renouando non fuit acquisitum aliquod ius rea-
le illis, qui debebant renouari: sed sola actio personalis sic vt di-
cimus in eo cui facta est promissio de vendendo: quia ei nullum
ius quæritur iur. sed sola actio in persona contra talem promis-
sorem: vt teneatur ad interesse si non vendat. l. si sterilis. §. si
fundum. de acti. emp. ¶ Et circa responsionem huius obiecti
insudauit secundus consultor forte plusquam oporteret. nam
vera responsio videtur & quando concessio fuit facta de no-
uennio in nouennium cum pacto de renouando: tunc est spe-
cies alienationis: quemadmodum precaria & emphy. vt not.
Bart. in d. l. si finita. §. si de vectigalibus. in iiij. q. ff. de dam. inf.
& Cyn. in l. j. C. de iur. emph. cum concor. sed in casu quo con-
suluit. Ang. non fuit facta ab initio concessio de. xx. annis cum
promissione de renouando: & sic à principio concessio non
fuit facta nisi pro vno tempore. secus in casu nostro. ¶ Secun-
do respondeo quòd in casu in quo consuluit Ange. cessabat su-
spicio fraudis: non enim ibi poterat dici quod illud pactum de
renouando esset adiectum, ne prima concessio transcenderet
longum tempus: & sic ne esset alienatio: & non debetur cap-
soldius ipsa prima concessione: quia constabat quòd in casu in
quo consuluit Ang. illa concessio erat facta ad longum tempus.
s. ad vigintiocto annos: & sic erat alienatio & translatio totalis
dñij facta ab habente directum dñium nomine ecclesiæ: quo ca
su etiam nullus capsoldus venit soluendus: sed nos loquimur qñ
habens vtile dominium vult facere plures locationes per dinu-
merationem

meratione m temporum, quorum quodlibet erat modicũ. & sic euitaretur solutio sextæ partis seu capsoldi. quo casu præsumitur facta illa dinumeratio illorum temporum in fraudem, & non releuat: vt superius est ostensum. Ego Alex.

ADDITIO.

a ¶ Renouando.j.lib.iij.consi.ciiij.col.j.& li.v.consi. cxvij.plenè dixi in consu.paris.§.xlj.q.viij.

b ¶ Spec.Imo.Spec.ibi contrarium sentit & est verius vt dixi.j. li.iij.consi.cxix.

EPITOME.

TRACTAT de intellectu statuti de compromittendo inter coniunctos nisi appareat de instrumento liquido.

CONSILIVM CLXVI.

1 Viso puncto mihi transmisso & statutis & alijs scripturis, de quib. in eo fit mētio, resecatis superfluis. ¶ † Circa primum dubium quo quæritur an licitũ fuerit d.Io. reconuenire dictam matrem eius & auunculum non obstante ꝙ veniā nõ petierit, & dico ꝙ de iure dicta reconuentio & processus tenuit: quia nõ est de substantia ad validitatem processus fm Guil. de cu.Bar.Ful.in l.fi.de in ius vocan.& per l.quamuis.ff.eo.ti.& ibi ponit Guil. vbi põt remitti per partē, & si esset de substantialib.iudicijs non posset per partē remitti: vt no.glo.in c.de causis. de off.dele.& in c.fi.de re.iu.in vj.& in c.j.de lib.obla.& in cle. sæpe de ver.sig. & in auth. offerat. de litis contest. ¶ Et hoc saltē procedit in casu nostro: quia præsupponitur ꝙ mater non fuit in ius vocata, sed sponte venit: quo casu cessat prohibitio, vt in.d.l. quāuis. ¶ Et etiā in prima comparatione & oppositione facta p matrē contra reconuentorē vel eius procuratorē non fuit oppositum de venia non petita, vnde cum à principio non opposuerit, videtur cõsensisse fm Bar.in d.l.quamuis. per l.finalem. C.de ex ce.l.sed si susceperit.in prin. C. de iu. Præterea etiā iudex postea veniā concessit. ¶ Super scđo principali quæsito, quo quærit an dictum assertum instrm̃ dotale dicatur publicum instrm̃ liquidum: adeo quod ea quæ petita fuerunt per do. Thadeam occasione dicti instrĩ non debeat fieri cõpromissum stante statuto sub rubrica, qđ causæ vertentes inter coniunctos debeant compromitti, maximè in ver.inci. hæc omnia sunt verba, &c. & stantib. exceptionib. positis in parte dicti Io. Et dico ꝙ non debet iudex pronunciare super dicta causa principali inchoata super dote vel non esse faciendũ cõpromissum prout pronunciauit: quia statutum ponit regulā, quod quælibet causa, lis, vel controuersia vertens inter coniũctos debeat compromitti nisi de debito, de quo esset lis, & quæstio, vel controuersia, appareret publicum instrm̃

2 & liquidum: † & instrm̃ dr̃ esse publicũ qñ est publica manu factum, in forma solenni auth.c.ij.de fide instr.cũ ibi not.per doc. Not.plenè Spe.in titu.de instru.edi.§. nunc dicendum restat.in prin.& ita etiā habet in repe. quæ ascribit. Barto.in l.si quis ex argentarijs.§.si initiũ.ff. de eden. vbi ad hoc all. text.in §.sed si sic instra.cũ.§.seq.in auth. de instr. cau. & fi. ¶ Sed ita est ꝙ contra dictũ assertũ instrm̃ fuit oppositũ: quia non erat confectũ & rogatũ per publicā personā, neque in authenticā formam redactũ: & antequam constaret de istis perfectè, & esset facta plena fides quod pro parte dñæ.F.fuit pronunciatũ per iudicē illam causam non esse cõpromittendam quod fieri non debuit: quia & antequam pronuntiatio talis fieret, oportebat constare illud instrm̃ esse solenne & publicũ & liquidũ, cum statutũ de tali loquat & intelligat. l. non putauit. §. non quauis. de contratab.& ibi hoc no.Bar.circa fi.de re iudi.l.diuus Traianus.cum ibi no. per Bart. ff.de testa.mili.l.non ignorat.C.qui accu.nõ poss.l.ij.§.prætor. cum ibi no.per Bar.ff.qui satisda.cog.& est doctrina Bar.in l.j.§. j.qđ vi aut clam. Et no.Io.An.in addi.Spe.in ti.de sen.prola.§.vt autem.in additione quæ incipit: cum hæc.& Bald.in l.si causam.

3 C.de execu.rei iudi.& Saly.in l.ita pudor.C.de adult. ¶ † Et de iure si producit scriptura tanquam publicum instrm̃, potest opponi quod non est instrumentum quod nõ fuit rogatum à persona publica, seu ab eo cuius manu diceretur esse scriptum vt latè Sp.in ti.de instr.edi.§.ergo.ver. & postquam de ipsius & versi.seq.& not. plenè in c.j. de fide instr. Et maximè cum personæ dicti ser Andreæ & ser Lud.non essent notæ in loco, quia erant instrumenta de longinquo: vt alibi dicunt doc.& maximè Cyn.in l.comparationes.C.de fide instru.& ibi etiā Bal. & Spe.in tit.de instru.edi.§. refert. versic. sed quid si procedit. & ver. & scias.& ver. si illud autem. ¶ Vnde quando prædicta negant oportet ꝙ probetur instrumentũ esse scriptum manu illius qui est ibi scriptus: & de hoc statuit dicto illius si viuit. Et si non viuit deuenitur ad comparationem literarum.l.si quis decurio. & ibi not.C. de fal.in auth.si contractus.cum gl.in ver.solo.circa fi.C.de fide instr.& in auth.de instr.cau.& fi.§.sed si moriantur. cum §.seq. & ibi no.Bart. in l.j.§.si quis neget.ff.quemad.tes.ape.per Bart. in l. computationes. in v. col.& in l.in exercendis. in vj. colum. C.de fide instru. ¶ Et sic oportebat probari per comparationem ꝙ scriptura ex qua sumptum fuerat dictum instrumentum erat scripta manu dicti ser Andreæ, & similiter quod illud instrumentum authenticum erat scriptum manu dicti ser Ludo. & ser Andreæ. ¶ Et quod erant tabelliones: vt no. Spe.in §.instrumentum.ver.item quod tabellio non fuit.& etiam per doct.in c.j.de fid.instru.Cy.& Bal.in d.l.comparationes. & Spe.in d.§.restat. in versi.supra allegato. vbi concludunt ꝙ onus probandi incumbit producenti instrumentum. ¶ Nec prædictis obstat si diceretur quòd satis est probatum per licentiam datam dicto ser Lud. de authenticando instrumenta ex rogationibus & protocollis ser Andreę defuncti, iuxta id quod habetur in c. cum p.tabellio. extra de fide instru. & constat de dicta licentia scripta per ser Fe-

4 de. Quia respondeo primo † quod per supradictam licentiam non probatur quòd dictum instrumentum dotis sit de rogationibus & protocollis d. ser Andreæ defuncti: imo illud erat opus probare per cõparationem: vt iam.s. est ostensum. ¶ Et etiā per d.licentiam, non est probatum quod dictum instrm̃ authenticũ sit scriptũ manu ser Ludouici: quinimo nec etiam per illam licentiam probatur d.ser Andream fuisse notarium publicum: quia dato ꝙ in d.licentia fieret mentio expressa vel tacita ꝙ d.ser And.& ser Lud.fuerint tabelliones, adhuc non sufficerent: quia oporteret ꝙ incontinenti ser Lud.eo tempore quo vt dicitur, fuit rogatus de dicto contractu dotis esset notarius: quia aliàs non concluderet illa probatio: vt l. matrem. C. de prob.l. eum actum. ff.de neg.gest.cle.fi.cum ibi not.de rescrip. c.in præsentia. de prob.tamen etiam quia illa verba enunciata iudicis non probant, saltem quo ad eos quid. licentiæ non fuerunt præsentes. vt in auth. si quis in aliquo.& ibi not. Bart.C.de eden.no.Inn.in c.cum in iure.de offi.deleg.& in c.quoniam contra.de prob. & Ioan.An.in c.post cessionem. eod.titu. & not. Bartol. & doc.in l.sciendum. de verb.obli.cum concor. ¶ Alia ratione etiam non debuit pronunciare iudex causam non esse compromittendam: quia requirit statutum quòd res sit liquidata per instrumentum. Sed ita nõ erat.nam dato quòd Io. confessus fuerit respondendo interrogatorijs partis aduersæ se esse hæredem patris, tamen per hoc non constabat quo tempore mortuus esset pater dicti Io. adeo ꝙ constaret euenisse diem quo potest cum effectu peti & exigi dos cõsistens in quantitate, quæ quidem dos exigi non potest eum effectu post annum à die mortis mariti.l. vnica. §. exactio. C. de rei

5 vxo.acti. ¶ † Opponebatur & insuper contra instrumentum dotis ex simulatione. quo casu instrumentum non retinet amplius nomen instrumenti: vt vult Bal. in l. cum precib. per illum text. C.de proba.& in l.fi.§.in computatione.C.de iu.delib.& in l.j. C.plus valere quod agitur.& in l.si non sortem.§.j.ff.de condit. inde. & Io. de Imo. in l. fin. ff.à quibus appel.non li.& in c.cum contingat. de iureiur. in septimo membro. ¶ Et præsertim quia statutum prædictum loquens de instrumento puro & liquido, videtur accipere instrumentum purum & liquidum pro debito puro & liquido de quo constat per instrumentũ: sic accipitur ibi continens pro contento: vt etiam accipitur in l. solent. in princ. cum gloss.in ver.custodiarum.ff.de offi.proconsul.cum concordan.ibi allegatis, iuncta l.fi.ver.causali. quidam. cum ibi not.C. de compen.& in c.fin.de po.& l.pure.in prin.ff.de doli excep.l. cedere diem.in ver.pu.de verbor.significatio. & ita est mens statuti. ¶ Accedit ad prædictorũ confirmationem id quod no. Bal. & Saly.in l.neque.C.de compen. vbi per ibi no. dicunt quod licet debitum sit liquidum, tamen non potest fieri reconuentio, nec debet procedi ad executionem ante reconuentionem. quod intelligitur verum si de facili & cito posset liquidari. per id quod habetur.in l.fi.eo.tit.& per nota. per Innoc.in c.ij.de ordi.cog.

¶ † Et

6 ¶ † Et quando intelligatur potuisse de facili vel cito liquidari, com
mittitur iudicantis arbitrio: vt not. Cy. in l. fi. in. iiij. q. C. de com-
pensa. post gl. & ibi etiam Bal. & ibi no. in gloss. & Bart. in l. si is à
quo. ff. vt in pos. lega. & Innocen. & alij in c. veniens. el. ij. de te-
sti. & Bal. in l. ij. C. de edic. diui Adri. toll. & in l. fi. C. de ord. co-
gni. ¶ Et satis videtur potuisse cito liquidari, si intra tempus instan-
tiæ causæ dotis circa quod erat determinata causa dotis potuisset
expediri & liquidari causa reconuentionis per no. per Bar. in di-
cta. l. si is à quo. & expressius hoc vult Ang. in l. ille à quo. §. si de
7 testamento. ff. ad Trebel. vbi dixit † quòd quoties opponitur in
causa aliqua exceptio quæ potest liquidari intra tempus intra
quod instantia ipsius causæ debet sopiri ita quod in illud tempus iu-
dex potest deliberare maturè qualiter sententiam ferre debeat,
talis exceptio dicitur requirere altiorem indaginẽ: allegat. d. l. si
is à quo. cũ ibi not. ergo cum dicta causa dotis ageretur ordinariè
& nõ executiuè, vt patet in processu, eadem erat in instantia cau-
sæ reconuentionis & prin. ¶ Et sic apparet ex his quæ not. Bald.
& Saly. in d. l. neque. quod propter dictam reconuentionem il-
lud debitũ dato quod fuisset liquidum non habetur pro liquido, nec
eius fieri debet exactio stante recõuentione facta super eo quòd
poterat cito liquidari, & intra eandem instantiam. aliud dicerem
si do. Thadea intentasset viam executiuam petendo executionẽ
instrumenti, quę via habet breuem & celerem expeditionem ex
forma statuti, & hanc differentiam an petita sit executio instru-
menti, an vero sit via ordinaria ad debitum de quo apparet instru
mentum. facit Bald. in d. l. si non sortem. §. j. in fi. ff. de condi. in-
de. & istud bene attendendum. Ex quibus cõcludo fuisse minus
bene iudicatum per dominum iudicem. & bene appellatum per
dictum Ioannem. Ego Alexander.

## ADDITIO.

a Intra Pau. l. ij. C. de compensa.

## EPITOME.

NON valet appellatio incerta nisi intra tempus appellandi
declaretur.

## CONSILIVM CLXVII.

VIso processu inter Iacobum de Spinellis ex vna, Antoniũ
ex alia: & visa appellatione interposita per dominum An
tonium ad Serenissimum dominum legatum Bononiæ.
Et ad Vicarium Reuerendissimi domini archiepiscopi de Rauen
1 na, & ad quemlibet alium iudicem competentem. ¶ † Dico bre-
uiter quòd cum non appareat intra. x. dies datos ad appellandũ,
quòd d. appellans declarauerit coram quo iudice intendebat di-
ctam appellationem prosequi, quod appellatio nõ procedit per
tionem erat deſtinata , videtur iudicandum eſſe prout ſi pecunia
ipſa fuiſſet conuerſa in vſum ad quem deſtinata erat.Et ſic perin-
de ac ſi de ea fuiſſet ſatisfactum creditori prædicto , quantum ad
interpretationem dicti legati, vt in ſimili probatur in l.cum qui-
dam.ff.de auro & arg.lega. ſecundum intellectum quem ad hoc
12 dat Pe.& Cy.in l.grege.ff.de leg.j.† vbi dicunt quòd licet etiā le
gatum factū per illa verba ſeu indefinita non comprehendat niſi
res quæ erant teſtatoris tēpore teſtamenti.l.ſi ita. & l.medico ff.
de auro & arg.leg.tamen fallit niſi acquiſitio vnius rei eſſet para-
ta tempore teſtamenti: quia illa res cōprehendet̃ in legato, vt eſt
tex.in d.l.cum quidā.ff. de aur. & argen.leg. Nam ſi teſtator le-
gauit lanam purpuream vxori . & tunc miſerat teſtator Maſiam
ſeruum ad emendas purpureas lanas , certè comprehendētur il-
læ quæ poſt teſtamentum emptę per ſeruum fuerunt:quia illa ac
quiſitio fuerat pręparata tranſmittendo ſeruum ad eas emendas:
quantū enim ad interpretationem legati res deſtinata & cœpta
hr̃ pro cōpleta.l.& nō ſint.§.quid ergo.ff.de aur.& arg.leg.ergo
ſicut ſi facta fuiſſet ſatisfactio dicto creditori ex dicta pecunia
exacta non cōprehenderetur in dicto legato:ita etiam videtur in
caſu iſto . ¶ Et prædicta dico procedere attento quod verbo fert̃
quod dictum capitale legatum.d.Iac.longè excedebat ſummam
ccc . aureorum in quibus idem teſtator aſſeruit ſe teneri d . Iaſ,
13 ¶ † Non obſtant allegata in contrarium videlicet.l.ſi quis ratio-
nes.& l.quid mihi.& d.§. ſi debitori. quia reſpondeo quòd in d.
l.ſi quis rationes.alia fuit forma legati . nam teſtator ibi grauauit
hæredem: vt quicquid ab illo qui adminiſtrauit exigeret, redde-
re deberet vel actiones remitteret ei , ſed in caſu noſtro teſtator
legauit Iaco . quicquid potuiſſet, &c . per quæ verba non viden-
tur

tur relicta ea quæ erant in domo testatoris. & vendicare poterāt
aduersus Iaco. & videtur probari in d.l.si cui fundum. cum ibi no
ta. per Bart. in d.l. Aurelius. §. Meuia. cum alijs. s̃. allega. aliud est
quando testator grauat hęredem vt debitori actionem remittat:
& sic inter viuos liberet eum hæres. & aliud quando simpliciter
testator in testamento liberet debitorem vt declarat Bart. in d.§.
4 Caius. in versic. quæro quādo fit liberatio, &c. ¶ † Præterea tex.
in d.l. si quis rationes. loquitur respectu obligationis reliquo-
rum. nos autem quærimus de eo pro quo cōpetebat rei vendica-
tio. quæ duo in hac materia longè differunt, vt per Barto. in d.§.
Caius. in ij.q. ¶ Ad tex. in d.l. quod mihi. & d.§. si quis debitori.
cum ibi no. respondeo prout respondet Bar. in dicto. §. Caius. in
j. & ij. quæstione. vbi dixi, & illa iura intelliguntur in eo qui esset
obligatus tm̃ ad pecuniā vel aliā rem in genere. Ita quod ibi non
poterat in plus obligari ratione doli vel culpæ. Nam tunc legatū
liberationis relictū debitori, importat vt hæres eum perfectè li-
beret. ¶ Secus qñ legatum relictum est ei qui tenetur ex contra-
ctu in quo veniebat dolus vel culpa leuis vel lata: quia tunc vide-
tur sibi relicta liberatio pro eo quod peti possit ratione doli vel
culpæ vel reliquorū: non autē à restitutione rerū testatoris quæ
vendicari poterant, ſm eū, per l. si cui. ¶ Sed ita est quod ipse Iac.
erat debitor ex contractu mandati in quo veniebat dolus lata
culpa & leuis: vt dixi, ergo non videtur sibi relicta liberatio prędi
ctæ pecuniæ exactæ, quæ erat in domo testatoris, & vēdicari po
5 terat. d.l. si ego. cum ibi notatis. ¶ † Præterea gl. in d.§. Caius. &
d.§. si quis debitori. æquiparat illa duo, s. relinquo tibi quod mi-
hi debes. & peti nolo à Titio quod mihi debet. & tñ qñ dixit, pe-
ti nolo à Titio & similia verba. nō comprehendit quod poterat
vendicari. l. si cui. præallegata. & quod ibi not. Bar. ergo eodem
modo quando dixit, relinquo tibi quod mihi debes, &c. ¶ Et ꝙ
dicta iura, s. tex. in d.l. quod mihi. & in d.§. si quis debitori. cum
gloss. non comprehendat casum: scilicet quando legatarius pote
rat conueniri rei vendi. patet quia loquuntur qñ legat creditor
debitori id quod sibi debet. Sed ille qui potest conueniri rei ven
dicatione, non dicitur propriè debere, quia non est obligatus. in
sti. de act. §. j. ergo, &c. ¶ Nec obstant dicta verba de bonis eius,
&c. quia respondeo ꝙ illa non denotant quod relinquat sibi res
testatoris quæ vēdicari possent. Sed quod relinquit sibi id in quo
possit iure teneri occasione regiminis & administrationis, tam
de liberatis quā de recept. fact. per d. Iaco. pro dicto testatore. &
eius nomine, & de eius bonis: etiam non videtur relinquere id in
quo tenet̃ pro eo qđ administrasset non aũt bona. ¶ Præterea il-
la verba recipiūt intellectū, ꝙ si possit teneri de bonis ipsius testa
toris vr̃ permissum: & ista verba verificarentur, si ad ipsum Iaco.
bona peruenissent quāuis ante tempus testamēti distraxisset vel
consumpsisset: adeo quod ab eo vendicari non possent. Et qđ di-
ctum legatum non comprehendat ea pro quibus competebat in
illis verbis, s. si possit teneri dicto testatori. Nam ille qui conueni
ri potest rei vendicatione non tenetur domino tanquam obliga
tus ad restituendum, vt d.§. j. insti. de actio. Aliæ responsiones ad
prædicta colliguntur ex tertio & quarto fundamento supra de-
ducto. Ego Alexander.

ADDITIO.

a ¶ Vendicari. s̃. lib. j. consi. xvj. num. 4.
b ¶ Morte. Hyp. marsi. no. xliiij. vide do. Pet. stellam in l. Papi.
de publi. in rem act.

SVMMARIVM.

1 *Deueniat, verbum, est commune.*
3 *Relictū cognatis intelligitur de his qui sunt tpe testamenti.*
4 *Legatum alimentorū futuræ vxori alicuius intelligitur de omnibus.*
5 *Indefinita circa psonas æquipollet vniuersali in fauorabilib.*
7 *Vxor si tempore testamenti adsit, tūc illi soli debetur legatū.*
9 *Agens tempore actus necesse est quod habeat legitimā psonā.*

CONSILIVM CLXXI.

Viso processu inter dominā Antoniam vxorem Io. de Ve-
rona, & eius filios agentes, & Syndicū hospitaliū Crucifi
xi & Scorzatorū se defendentē. Est primò videndū vtrū
actio intentata, sit rite intentata cōtra dicta hospitalia p hæredes
dominæ Nitæ quondam Iacobi, carmoli, prout actum est contra
capellā testatoris, seu etiam sancti Augustini. ¶ Et videtur ꝙ sic:
qa dato qđ p fideicōmissum fuit substituta dicta capella hæres. d.
l. post mortē. d. N. vt colligit̃ ex verbis testamenti, vbi apparet il-
1 lam capellā fuisse cōpendiose substitutā. d. Nitæ per verbū, † de-
ueniat, ꝙ est verbum cōmune aptum cōprehendere substitutio-
nē fideicōmissariam vt in ca. Raynal. de test. no. Bart. in l. Centu
rio. circa pe. col. & in l. Lucius. in ij. q. prin. de ff. vul. & pu. Et ex-
pressius ponit Bart. in consi. inci. pater filio suo impuberi. &c. &
in l. fi. C. de sac. san. eccl. & in l. iam hoc iure. §. sed si aliter. ff. de
vulg. & pup. ¶ Quæ cōpendiosa substitutio facta per verbū com
mune, cōprehendit fideicōmissariā substitutionē post aditā hęre
ditatē: vt in c. Rayn. de testa. & in l. precibus. & ibi plenè not. C.
de impu. & alijs substit. ¶ Si aũt fuisset verbum directū, tunc est
locus dubitationi de qua p Bald. & Ang. in l. miles ita ff. de testa.
mil. & per Bal. & Io. de Imo. in hæreditas ex die. ff. de hęred. inst.
& Bal. & Ang. in l. ij. ff. si pars hr̃ditatis pet. & Ang. in l. si ita. in fi.
ff. de hr̃. insti. & Pet. de Anc. in c. fi. de pig. & Io. de Imo. in l. filius
à patre. in prin. ff. de lib. & post. quia quidā dixerūt ꝙ tunc reijcit̃
tps mortis de medio, & etiā substitutio venit statim iure directo.
* ¶ Quæ disputatio hic nō est necessaria postq̃, vt dixi cōis * cōclu
sio est ꝙ verbum deueniat, sit verbum cōe. ¶ Cū ergo non appa-
ret restitutā per fideicōmissum ipsam hæreditatē Iac. dictę eccle-
siæ seu capellæ, nō possunt actiones intētari nisi ꝯ hr̃des directo
d. Iac. mediante persona d. N. non aũt possunt intētari actiones ꝯ
dictā capellā in quā non transeunt actiones actiuę & passiuæ nisi
post restitutionē hr̃ditatis. l. j. in princ. & l. facta. §. j. ff. ad Treb.
Cōstat aũt qđ per contractū seu transactionē factā inter dictā ec
clesiā S. Aug. & inter d. N. nō fuit facta restitutio hr̃ditatis dictæ
2 capellæ seu ecclesiæ vt testator rogauit: † sed solū fuerunt assigna
ta certa bona particularia pro omni eo ꝙ occasione hæreditatis
petere possit. Vnde non transiuerūt actiones & actiuæ & passi-
uæ in ecclesiā. l. sed si alio. §. fi. cū l. seq. cū vtrobique notatis, iun
cta. d.l. facta. §. j. ff. ad Treb. ¶ Facit. l. j. §. si hæres. in ratione sui.
eo. ti. q̃uis solū pactū adiectū in instrumento ꝙ dña Nita, alias ra
ta debitrix satisfaceret debita hr̃ditatis. nō sufficiens per se inten
tari debuisset: aliàs potuisset ꝯ hæredes dictæ Nitę vbi verè facta
fuisset restitutio hæreditatis dictæ capellæ, vbi dicta capella esset
hæres. vt patet ex l. ij. C. de hæred. vel act. ven. l. pacto successo-
rum. C. de pact. ¶ Hoc igit̃ præsupposito ꝙ actio sit rite intētata
ꝯ prædicta hospitalia. Est videndū primò an ius petendi dicta ali
menta competat eius filijs: circa primū dico breuiter actionem
cōpetere d. A. nā quia per verba de quibus in testamento Ia. intel
liguntur relicta alimenta nedū Io. de Verona, sed etiā vxori. l. illi
cum illo. ff. d. vsufr. leg. cū suis concor. Et intelligit̃ tale legatum
referri nedū ad personā primæ vxoris d. Io. prædefunctæ, sed etiā
ad personā d. A. secundæ vxoris, quod ostendit̃ sic. Nam præsup
pono quod nō apparet quod tpe testamenti d. I. haberet aliquam
vxorem: imo potius appareat quod Io. contraxit matrimonium
cum prima vxore ann. Mccccxlvj. de mense Nouembri: testamē
tum autem fuit conditum ante de eodem anno & mense Augu.
¶ Vnde licet fortè potuisset dici qđ si tempore testamenti Io. ha-
buit illam primā vxorem, verba testamenti debuissent de illa tm̃
intelligi, per no. per Bart. in l. si cognatis. ff. de rebus du. in pe. q.
3 † vbi voluit ꝙ si testator legat cognatis alicuius tertij, intelligit̃
solùm de illis qui erāt tempore cōditi testa. ar. l. si ita. ff. de aur. &
argen. leg. ¶ Et sequitur Pet. de Anch. & Ioan. de Imo. in c. indi-
cante. de test. tamen ex quo non apparet quòd habebat aliquam
vxorem tempore testamenti Iac. oportet quòd intelligatur de fu
tura vxore: vt etiā dicit Bar. in præallegata. l. si cognatis. in verbo
4 venio ad secundam lec. &c. l. ei quoque ff. de peculio le. ¶ † Su-
perest modo videre, vtrum quando legauit alimenta futuræ vxo
ri alicuius intelligitur de vna seu de prima tantum an de omnib.
¶ Et dico quod de omnibus: quia legatum alimentorum est
valde fauorabile. l. j. C. de fideicomm. l. cum hi. quasi per totam.
l. ff. de transactioni. etiam si diuiti relinquatur. vt in d. l. cum hi.
§. nihil. ¶ Sed ita est quòd quando quis posthumum sibi nasci-
turum instituit, intelligitur non solum de primo, sed de om-
nibus etiam posthumis fauore testamenti. l. placet. cum l. seq. ff.
de lib. & posthu. ita etiam in quacunque dispositione fauorabi-
li. Ita dicit Old. in consi. ccij. inci. quidam in suo testamento. pro
quo dicit esse casum in l. inter veteres. in ver. maximè. C. de fidei

com.lib.Et facit fm eũ in l.si quis ita dederit.§.j.ff.de test.& l.de
mentes.ff.de hære.insti.Et dicit quod probatur in d.l.seq. ¶ Idẽ
est de mẽte Fede.de senis in consi.xl. in cip.testator instituit &c.
Io.An.in ti.de testa.in addi.Spe.in rub.in pe.co.¶ Bene facit.l.q
filiabus.§.j.cũ gl.ff.de leg.j.Et fortificat per id quod Bar.conclu
dit & alij in l.si pluribus. in prin.ff. de leg. ij. dum per illum text.
5 & d.l.si quis ita concludit † ꝙ indefinita apposita circa personas,
æquipollet vniuersali si sumus in fauorabilibus ergo si testator di
sposuisset omnem vxorem Ioan. habere alimenta, comprehen-
deretur nedũ prima vxor:sed etiam secunda. Ergo eadẽ ratione
idem esse debet qñ indefinitè eadem facta est mentio de vxore.
6 ¶ † Pro hoc bene facit: quia in fauorabilibus fit extensio de vna
causa fauorabili ad aliam causam etiam qñ sumus in exorbitanti
bus:vt no.in l.illud. C. de sac. san. ec.& in l.si constante.in prin.
ff.solu.ma. & not.Bart. & alij in auth.res quæ.ad fi.cũ si. C.cõia
de le.ergo sicut in fauorem testamenti conseruandi instituo post
humũ intelligit de quocunque nõ solũ de primo vel nato ex pri-
ma vxore,sed nato ex quacunque vxore.Ergo idem dici debet in
quacũque dispositione fauorabili:prout est illud legatũ alimen-
torũ,vt dixi.¶ Nec ad hoc ob.l.itẽ si in legato.§.fi.ff.de leg.iij.
7 & l.ij.& iij.de aur. & ar. leg. cũ si. † vbi apparet quòd qñ legatur
vxori oportet eã esse vxorẽ tẽpore mortis testatoris. Sed illa dña
erat vxor tpe mortis testatoris: quia respondeo ꝙ ibi legabatur
vxori testatoris,eo quia erat vxor habendo respectum ad coniu-
gium:vnde cessante illo respectu, quia diuortiũ fecerit, non dat
legatũ illi mulieri quæ desineret esse vxor Io. Sed. d.A. est vxor.
Aliæ responsiones faciliter colliguntur ex no.in d.ll.¶ Non ob.
etiam id quod no. Bald.in l.fi.C.de indi.vid.tollen.vbi dixit ꝙ si
testator legat vxori suæ tale legatũ, non debetur secundæ vxori
etiã si factũ fuerit sub nomine appellatiuo.allegat.l.si quid earũ.
§.fi.ff.de leg.iij.quia respõdeo primo ꝙ Bal. hoc nõ firmat, imo
vltimo loco dicit quod in contrariũ facit tex.in l.placet. Ex quo
etiam faciunt alia quæ adduxit. Itẽ contra illã decisionẽ videtur
tex.in l.cognatis.ff.de rebus dub.& in l.cum ita.§.fi.de le.ij.vbi
si testator legat cognatis suis comprehendunt etiã illi q tpe testa
menti nõ erant cognati: sed ex post facto effecti sunt cognati tẽ-
pore mortis testatoris. ¶ Nec ob. text.in d.l. si quid earũ.§.fi.de
le.iij.quoniã cũ supportatione.d.Bal. ille text.nõ videtur aliquo
modo probare illam opi. quia solũ ibi dicitur ꝙ si testator aliqua
præmia parauerat causa prioris vxoris, & postea acceperat secun
dã vxorẽ, & dixerat in testamẽto lego vxori, & ea quæ eius causa
paraui, certe nõ debent secundę vxori illa quę fuerunt parata pri
mæ vxori,nisi etiã secundæ vxori fuissent assignata. & sic text.ibi
loquitur in casu certo: scilicet qñ constabat ꝙ illa fuerunt parata
nõ pro secũda vxore, sed pro priore. Sed in q. quam firmat Bald.
testator nõ dixit,lego primæ vxori quã nunc habeo,sed dixit sim
pliciter lego vxori.non mirũ ergo si Bal.noluit affirmare illã opi
a ni. ¶ Præterea dato ꝙ illa opi. esset vera,[a] tñ nõ obstaret in casu
nostro: quia ibi testator habebat vxorẽ tpe testamẽti cuius affe-
ctio vel meritũ mouet testatorẽ ad legatũ.l.cũ alienã.C.de leg.l.
nec adiecit.ff.pro socio. Sed in proposito nostro Io.nullã habe-
bat vxorẽ tpe quo testator fecit testamentũ,vnde nõ potuit testa
tor moueri propter affectionẽ illius mulieris. Sed fuit motus pro
pter affectionẽ quã habebat ad personã Ioan. qui fuerat familia-
ris suus:vt patet ex verbis testamẽti.Et sic cõsiderauit quòd Ioan.
tenebatur vxorẽ alere.l.si cũ dotẽ.§.sin aũt in sæuissimo. & ibi p
Dy.& alios so.mat.l.ꝙ in vxorẽ.cũ ibi no.per Cy. & alios.C.de
neg. gest. & ibi testator volendo Io. prouidere voluit etiã quod
vxor sua etiam haberet alimenta: ergo cũ illa ratio militet in qua
cunque vxore.Sequit quod domina Anto. potest petere alimen
ta pro qua constitutione allegat not. verba quæ ponit Bald. in l.
8 inuitus.in fi.C.de procu. ¶ † Postremò videndum est vtrum di-
ctis filijs competat ius petendi alimenta, in quo dico quòd lega-
tum alimentorũ etiã cõprehendebat personas dictorum filiorũ
qui nunc agunt:quia cum non apparet quod tempore testamen-
ti Io.aliquam duxisset vxorẽ vt dixi.s̃. & nullos eũ apparebat ha-
buisse liberos tẽpore testamenti: sequitur quod sermo testatoris
intelligebatur de filijs nascituris post testm̃, vt patet ex not. per
Bar. in d.l.si cognitis.in ver.venio ad secundũ.& non intelligeba
tur de his solum qui nati essent tempore mortis testatoris: iuxta
id quod habetur in d.l.si cognatis.ff.de reb.dub.quia dispositio
illius legis non habet locum in filijs aut cognatis alicuius tertij:
vt per Bartol.ibi in penul.q. & ideo dixi supra quod qñ legat ali-
menta vxori alicuius tertij intelligetur nedum de prima, sed de
quacũque nupta: vt s̃. probaui. ita etiã dico in filijs vbi etiã filios
habuisset tẽpore testamenti.tunc esset recurrendũ ad l. quia filia
bus.ff.de leg.j.Et not.Bart.in l.si cognatis.in penul. col. nisi ali-
ter ex verbis testamenti de mente constare posset. ¶ Nec obstat
quod Io.fecit mentionẽ & quitationẽ,& transactionẽ pro dictis
alimentis contra quã venire nõ deberent posse filij absque bene
ficio restitutio.in integ.iuxta.l.fi.§.vbi aũt puerilis ętas.C.de bo
nis quę lib.& iuxta.no.per gl.& do.in l.de re.ff.de transac.Quia
ad hoc rñdeo ꝙ tẽpore dictæ transactionis Io. nõ erat legitimus
b administrator istorũ filiorũ:quia tunc nati[b] non erãt, vt patet in
processu circa positiones: imo non apparet quod dicta Antonia
quæ mr̃ est eorũ fuerit nupta:nisi de anno. Mccccxlix. de mense
Septẽbris,vt patet ex positionibus. Sed pr̃ habet legitimã admi-
nistrationẽ in bonis matris: si ergo tẽpore dicti instr̃i transactio-
nis & quitationis Io.non habebat legitimã personã:quia nõ erat
legitimus administrator filiorum, quos in potestate non habe-
bat,cum nondum nati essent: sequitur quod ille actus non valet
ad præiudicium filiorum tanquam factus à non legitima perso-
na.& licet ex post facto nati sunt isti filij, & existant in potestate
9 Ioan.tamen per hoc solum nõ conualescit ille actus: † quia opor
tet quod tempore actus agens actum habeat legitimam perso-
nam,nec sufficit quod ex post facto superueniat legitimus.l.si fi-
lius.& l.eius.qui.in prin.de testa.l.si minor.ff.de ser.expor.in c.
j.de despon.impu.lib.vj.Et plenè not.Dy.in regula non firmãt.
eo. lib. cum si. bene facit quòd not. per Bald.in ca.fi. de ca.mo.
¶ Nec etiam ille actus potest dici trãsactio: adeo quod licet aliàs
transactio patris præiudicet filijs debeat illa talis compositio prę
iudicare filijs tanquàm transactio quòd illud quod dr̃ quod tran
sactio patris præiudicet filijs vt no.in d.l.de re.ff.de transa. pro-
cedit qñ verè subesset spes futuræ litis: aliàs nõ est transactio.l.j.
& l.cum ij.§.si cum lis.ff.de transac.& l.ij.C. eod.tit. ¶ Item pa-
ter non potest transigendo præiudicare filiæ,quando super debi
to dubio transigeret:aliàs secus.l. præses. cum ibi no.C.de tran-
sa.& in specie not. Bal. in l.j. in prin. C. de bo. ma. debitum aũt
istud alimentorum ipsorum filiorum etiam satis patet ex inspe-
ctione instrumenti. ¶ Ex quibus omnibus concludo partes epi-
scopi Cesenæ esse in pronunciando onus dictorũ alimentorum
petitorũ spectare ad dicta duo hospitalia: videlicet ad hospitale
Crucifixi pro duabus partibus ex tribus, & hospitale Scorzato-
rum pro parte, pro quibus partibus dicta hospitalia sunt hr̃des
dictæ. d. Nitæ & in condemnando dictũ magistrũ Balthasarem,
& dominũ Iulianũ de sanctis nomine hospitaliũ, seu quẽcunque
aliũ qui pro dictis hospitalibus legitimè cõparuit in iudicio dicti
Lucæ de casantis procuratori.d.do.A. & curatori dictorũ filiorũ
& filiarũ.d. do. A. ad dandũ & præstandũ d.do. A.& dictis filijs
pro tẽporibus contentis in libello, alimenta secundũ quantitatẽ
facultatũ quæ remanserũt ex bonis de hæreditate d.Iac. Et secun
dum qualitatem personarũ d.d.Ant.dictorũ filiorũ, iuxta.l.pe.
ff.de ali.& cib.le.¶ In executione aũt sententiæ veniet postea li-
quidandum specialiter qualiter fieri debeat pręstatio,vt declarat
Bart.in l.pecuniæ. eo.tit. & propter aliqua probabilia dubia ab-
soluatur victus ab expensis, & hospitali incumbit onus probãdi
contra do. Io. si non seruat ea quæ do. Nita promisit: & si aliud
non intelligo,non agit Io.vt bonus vir.Ego Alexan.

ADDITIO.

a ¶ Vera.prout vera est vt Benedic.rep.c.Raynutius.ver.cæte-
ra bona.num.19.
b ¶ Nati. & quod pater aut auus nil possit facere tanquã admi-
nistrator vteri Bal.consi.cxxvj. consi.clxxiij.lib.j.latè.d.An-
dreas Tiracq.in consu.picto.tit.retract.§.j.gl.ix.nu.47.cum
seq.limita. vt dixi in consu.parisi.§.xcix.

SVMMARIVM.

2 *Debitor non incidit in pœnam si non est persona cui soluat.*
5 *Qualitas debet probari vbi quid dicitur cum qualitate.*
7 *Testis non repellitur, cuius in consequentiam interest.*
9 *Attestationes non vitiantur ex defectu examinãdi testes su-*
*per interrogatorijs.*
10 *Testes singulares probant consuetudinem generalem.*

## CONSILIVM CLXXII.

Visis & opportunè discussis omnibus actis tam causæ principalis quàm appellationis vertentis inter Dominicum quondam magistri Francisci de argenta appellantē.& ser Ludouicū appellatum. ¶ In qua causa electus sum ad consulendum an fuerit bene vel malè iudicatum per dominum vicarium Argentæ. & an fuerit bene vel malè appellatū ꝓ parte dicti Do minici. Et sic quæ futuræ sunt partes iudicū appellationum. ¶ In quo omissis non substantialibus cōcludo. Et cōsulo attentis nouis probationibus factis in causa appellationis,& alijs fundamētis de quibus intra sententiam latam iniustam, non dico respectu domini vicarij: sed habito respectu ad iustitiam litigatoris: vt dicit gl.& docto. in l. eos. in prin. glos. in versi. vel iustam. C. de appel.& Spe. in tit. de sen. prol. §. vt autem. ver. sed pone ecce, &c. Et pro parte Do. esse bene & iustè appellatū præter q̄ respectu datij sepi. in quo dico bene fuisse iudicatum per d. vicariū prædi-
1 ctum. ¶ † Et attento maximè ꝙ prima sententia fuit lata in fauorem Lud. & in causa appellationis productæ fuerunt nouæ probationes Do. dico ser Lud. ab expensarū condemnatione excusari, vt no. gl. in c. ignorantia. de. re. iur. in vj. gl. & docto. in c. finē litibus. de dolo & contu. & per Bar. & alios. in l. fin. ff. de re iudi. & in l. properandū. §. si autem alterutra. C. de iud. ¶ Pro hoc facit: quia quilibet videtur esse victor & victus in diuersis capitulis: & sic confunduntur expensæ, vt inquit Bal. in l. eos. §. cautione. C. de appel. & in auth. generaliter. C. de episc. & cle. ¶ Causę autem & rationes me mouentes inter cæteras sunt, quia in primis animaduerto ꝙ ser Lud. in sua petitione corā vicario, narrat se vidisse die xv. Aprilis in apotheca Dominici. & in apotheca magistri Francisci inuenisse tantas pelles cū pilis & sine pilis & sotulares. d. Do. non denunciatas eidem ser Ludouico tanquā datiario secundum pactorum formam quæ volebat centum quinquaginta: quare petijt eum cogi ad solutionem datij & dictæ quantitatis & ad pœnam: prout in pacto per eū producto continet᷑: & in pacto datij producto in pacto cautū est, ꝙ quilibet calligarius intra secundū diem Aprilis conductoribus d. gabellæ consignare debet, & in scriptis deducere oēs pelles cum pilo & sine: & omnes scarpas quas habet in domo & in stationibus suis, aliàs incurrat pœnam solidorū viginti pro vice qualibet: & tñ teneat᷑ ad solutio-
2 nem dicti datij. † dato. n. ꝙ dies interpellet ꝓ homine. l. magnā. C. de ꝯhen. & comitem. stip. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & ob. tñ per lapsum diei quis nō incidit in pœnā q̄n non extat persona cōductoris, cui cōsignatio prędicta in scriptis fieri debebat: quia calligarij nō dñr in culpa si non extabat persona conducto-
a ris cui legitimè in scriptis consignationē facere possent; vt ꝓbat᷑ in l. pecuniæ fænebris. §. fi. & in l. cū quidā. §. si pupillo. ff. de vsu. & in l. si prædio. in prin. ff. de in diem adiect. & no. Dy. in c. cum quis. de reg. iur. in vj. ¶ Et in proposito dicit Bal. in l. ij. in fi. C. de
3 iu. emphy. † ꝙ si ille qui concesserat rem in emphyteusim decessit sine hærede, non imputat᷑ emphyteutæ si intra trienniū non soluit canonē, & non incidit in pœnam priuationis, alleg. d. l. si prędio. ¶ Sed ita est ꝙ die. ij. Aprilis nō apparet ꝙ cōstaret. d. Lu. fuisse conductorē dictarū gabellarū, imo vt constat ex instrō cōductæ datij d. supra Lud. fuit factū die vij. Maij. Mccccxlix. ¶ Et dato ꝙ in dicto instrō cōductæ sint hæc verba. s. incipiendo præsentem locationem in calen. mēsis Aprilis proximè præteriti: tñ illa trabitio retro nō potest trahere effectum suum quo ad præiudicandum. d. calligarijs, qui in culpa non fuerunt. l. si partem §. fi. ff. quemad. serui. amit. Et not. in l. si indebitum. §. fi. & in l. bonorum. & ibi Bart. ff. rem. ra. hab. ¶ Ad idem facit quod not.
4 Bar. in l. item illa. circa mediū. ff. de constit. pe. † vbi inquit quòd si debitor debeat soluere pecuniam in ciuitate Florentiæ die paschatis, & non probat creditor se illa die fuisse Florentiæ ad recipiendum, vtrum erit probata mora debitoris per cursum diei? & decidit quòd non, per l. arbiter calen. ff. de arbi. & no. etiam Bar. in l. cum filius. §. fi. ff. de ver. ob. ¶ Sed non est probatū per dictū ser Lud. ꝙ illa die ij. Apr. esset aut publicè cōmuniter reputaret᷑ ꝓ datiario. d. datij: ergo in nulla culpa fuerunt calligarij, qui non denunciauerunt, debebat enim ser Lud. ad dictū diem. ij. Aprilis certiorare dictos calligarios quod ipse erat conductor datij, aliàs ipsi non fuerunt in culpa. l. si quis inficiatus. & ibi not. Bart. ff. depo. Et l. qui in alterius. ibi & no. Bal. cum si. ff. de re. iur. ¶ Et prædicta maximè procedunt attento quod nō apparet quod pelles & alia de quibus in petitione d. ser Lud. fuerūt conducta p dictum Do. post tempus conductæ dicti datij ser Lud. & sic vigore pacti deponētis de datio ordinariè soluendo pro cōductione rerum nō apparet aliquam esse quæsitam act. d. ser Lud. Quinimo oportebat qđ ser Lud. agendo ꝯ. d. Do. allegaret & probaret eū esse calligarium: quia est qualitas requisita in statuto seu in pacto
5 datij, dum dicit: item quod quilibet calligarius, &c. † Nam q̄n à lege vel statuto aliquid profert᷑ cum qualitate, debet illa qualitas
b probari.[b] l. j. §. ait prætor. & ibi no. Bar. ff. ne quid in flu. publ. l. pe. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius. Et ideo dicit Io. And. in c. j. de hom. in vj. In. euasisse quendā prælatum à pœna imposita de iure prælato facienti assasinare Christianū: prout dicit tex. in d. c. j. de homi. in vj. Nam fuerat probatū quod prælatus fecerat assasinari quendā hominē, tñ quod ille fuisset Christianus non erat allegatū nec probatū: vnde propter hoc euasit ipse illum prælatum à pœna illius. c. Et ita etiam dicit Bal. in l. si quis nō dicā rapere in iij. col. C. de epis. & cleri. ¶ Faciunt no. per Bar. in l. non solum. §. sed vt probari. cū si. ff. de no. ope. nun. Sed ꝙ Dominicus d. tpe esset calligarius nō est allegatū & probatū ergo non posset obtinere aliquo modo. ¶ Sed tñ forte ex solo isto fundamento non libenter inclinassem in istam sententiā: nisi alia concurrerent. ¶ Nam vltra hoc etiam cōcurrit quod per aliquos testes in causa principali. & per plures in casu appellationis videt᷑ esse probatum quod per alios conductores à longo tempore seruatum est quod ipsi conductores vadant ad apothecas calligariorum. Et si ibi inuenirent aliquid de quo non fuerit soluta gabella datiario præterito, redigunt notarij in scriptis absque eo quod sit consultum quòd calligarij dent in scriptis: per quam consuetudinem videtur esse ita declaratum & interpretatum dictum statutum per id quod no. & legitur in l. de quibus. & in l. minimè. ff. de leg. & in c. fi. de consue[tudine] per gl. & doc. in c. j. de pace & treu.
6 † & talis cōsuetudo & stilus etiam, vt dixit alibi Bal. excusat à pœnā delicti: vt ipse no. in c. j. in j. col. de cogn. feu. Et licet plura opponantur contra dictos testes & eorum attestationes: tñ eorum oppositiones nō videntur concludentes. Nam opponitur quòd aliqui ex eis sunt calligarij: & per consequens videntur depone-
7 re in facto proprio. † Sed certè hæc non est sufficiens oppositio: quia ipsi principaliter non deponunt in causa proprij commodi: licet in quandam consequentiam redundare posset commodū. l. qui testamēto in prin. ff. de test. in §. legatarijs. l. dictantib. cum ibi no. C. de test. & l. j. in prin. ff. de au. tut. ¶ Et ad hoc plura adduci possent. Sed vnum sufficiat quod ponit Io. An. in c. fine possessione. in pe. col. de re, iu. in vj. in mercu. vbi dicit quòd si episcopus petit contra vnam ecclesiā & eius rectorem quartam decimarum, & rector ecclesiæ alle. generalem consuetudinem in contrarium: videlicet ꝙ omnes ecclesiæ & earum rectores de consuetudine non soluerunt decimam: quod poterit probare per rectores alienarum ecclesiarum de consuetudine: quāuis in consequentiam illi videantur deponere circa id quod concernit
c proprium commodum: & quia ista doctrina Ioan. And.[c] videtur esse punctualiter in terminis, ideo ea contentus sum. ¶ Facit qđ no. Ang. in disputatione sua inci. Astensis miles, in vj. charta. in ver. de primo dubio, &c. ¶ Opponitur etiam quòd testes in causa appellationis non fuerunt recepti & examinati super interrogatorijs ser Lud. Et ad hoc potest responderi quod duo vltimi testes qui fuerunt examinati post productionem interrogatoriorum, fuerunt interrogati super interrogatorijs. alij vero nō quia interrogatoria non fuerunt producta. Nam interrogatoria fuerunt producta die. xviij. Decembris. & fuerunt examinati testes xv. die eiusdem: & licet die eadem comparuit ser Lud. & absente parte protestatus fuerit non debere recipi testes sine interrogatorijs: tamen quia testes eodem die fuerunt examinati si ser Lu. vult dicere quod fuerunt examinati post protestationem prædi-
8 ctam habet necesse probare illud: † quia fundanti se ex tempore incumbit onus probandi. l. eum actum. ff. de neg. ges. l. matrem. C. de proba. in cle. fi. & ibi no. de rescri. & no. Bar. in d. l. non solum. §. sed vt probari. & in proposito no. Bar. in l. atque nondū. §. quod dr. ff. de pig. per l. de rebus. C. de dona. ante nup. & not.
9 Bar. in l. si is qui. in fi. ff. de iur. fis. ¶ † Pręterea si testis reddit cām scientiæ dato quod sup interrogatorijs partis aduersæ non fuerit examinatus etiā dolo vel negligentia examinantis, non tamen p hoc reperitur quod dictū testis sit nullū, sed solum propter hoc

permittit parti petere etiam post publicatas attestationes ꝗ talis testis repetatur super interrogatorijs, vt no. Spe. in tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. ver. item caute. & Io. An. in c. præsentiũ. §. testes. de test. in vj. in nouella. per text. in c. per tuas. de testi.
10 ¶ † Opponitur etiam contra dictos testes quòd sunt singulares:
d [d] & ad hoc respondetur quod ista singularitas testiũ non infringit dictum testium quo ad probandũ istã generalem consuetudinẽ & obseruantiã, secundũ op. quæ videt verior per no. per Inn. in c. qualiter & quando. de accus. Et in Specu. in tit. de teste. §. ante pe. ver. quid si plures. not. Bal. in l. de quibus. in vltima charta, de legibus. facit qđ no. gl. in l. ob carmen. §. fi. de testibus. ¶ Et dicit Bal. in d. l. de quibus. in antep. col. quod in dubio dicti testes interpretantur quod non sint singulares sed contestes. ¶ Et illa consuetudo & obseruãtia potuit habere originem & causam ab eo quod dixi. s̃. quia cũ cõmuniter conductores dicti datij conducant in calen. April. dictum datiũ, & calligarij habeant die secunda Aprilis probabiliorẽ causam ignorandi quis sit cõductor:
11 † quia in facto alieno præsumitur ignorantia. l. fina. ff. pro suo. l. verius. ff. de probatio. Et ideo consueuerunt conductores accedere ad apothecas calligariorum, & perquirere quę bona ibi sint de spectantibus ad datium: quia si hoc negligerent conductores excusarent calligarij nõ denunciãdo propter præsumptã ignorantiam, vt dixi. ¶ Fortificantur prædicta: nam pactum datij in quo se fundat ser Ludo. disponit quod teneant secunda die Apri. calligarij dare in scriptis pelles conductori & sotulares quos habent, alias incidant in pœnam sol. xx. & solu. datij. videlicet tantum pro libra. Et sic de necessitate dictum pactum intelligitur de pellibus & sotularibus, quos habebant calligarij secunda die Aprilis, ser Ludoui. autem dicit quod inuenit dictas pelles & sotulares, & in apotheca dicti Domicini die xv. Aprilis & iurauerit ascendere ad librarum centum æstimationem: ergo non videtur quod possit obtinere exactionem dicti datij secundum modum & viam intentatam per eum: quia non est probatum quod istæ pelles & sotulares essent in apotheca Domi. die secunda Aprilis. Et sic quod commiserit culpam non denunciando: ergo cum non sint probata ea quæ incumbebant ex illo capite ex quo actum est non potest Lud. obtinere. l. habebat in prin. ff. instit. not. Inno. in c. ex parte. de priui. & Bar. in l. j. in prin. ff. de edendo. ¶ Aduertatis etiam ad statutum & capitulum positum sub rubrica, in ciuitate capitulum, de spectantibus ad strazariam, pellicariam, & calligariã &c. Cuius copia mihi nõ fuit integre transmissa vt expediebat: quia si in illo apparet quod diuisum sit datiũ quod debet solui pro pedibus sine pilo & sotularibus, apparebit quod ex alio capite ser Ludo. non potuerit obtinere quo ad dictum datium: quia narrat quod pelles cum pilo & sine pilo & sotulares quos inuenit essent valoris lib. cl. & iurando affirmat: & post ea quod erant valoris. c. in totum, & non specificat quantus esset valor pellium cũ pilo & sotulariũ: & sic si dictũ datium pro dictis his omnibus non sit cõforme, apparet quod nõ posset pro
12 ser. Lud. aliqua sententia certa ferri. ¶ † Et clarum est quod etiã in summarijs etiam petitio debet esse ita certa & clara, vt semper certa sentẽtia possit ferri, vt in cle. sæpe. de verb. signifi. ¶ Facit ꝗ habet in. §. curare. insti. de act. in l. pe. C. de senten. quæ sine cer. quanti. quia vt dixi non fuit mihi integrè transmissa copia. d. c. ex hoc fundamento non inclino in hanc sententiam: sed ex alijs superius relatis quorum quodlibet de per se sufficiens esset. Ego Alexander.

## ADDITIO.

a ¶ Possent. Cor. l. non hoc col. pe. C. vnde cogna. Purpura. l. vinum. nu. 24. si cert. pet.

b ¶ Probari. s̃. li. j. consi. cxix. co. ij. nu. 3. s̃. eo. lib. cons. iij. col. ij. Cur. senior. consi. lix. nu. 7. consi. lxxiij. col. ij. Ias. l. si extraneus. in fi. ff. de condit. cau. dat. l. non solũ. §. sciendum. col. j. de ope. no. nunci. Dec. c. post cessionẽ. col. ij. de proba. Cor. consi. ccxvj. li. iij. & de Pontha. cre. repe. l. ij. C. de rescinden. vend. col. lix. do. And. Tiracq. in consue. pic. tit. retra. §. viij. gl. vij. in prin.

c ¶ Io. An. sequitur. Alex. s̃. lib. j. consi. lxxviij. col. j. Ias. d. l. dictantibus. l. quoties. in fi. C. de iudi. l. si quis nec causam. col. ij. ff. si cer. pe. Fa. Areti. cons. lxxxij. nu. 1. Sed hoc videt ꝯ tex. in c. personas. de testib. & etiam in cõtrariũ fa. quę no. Alex. s̃. lib. j. consi. cvij. nu. 3. & s̃. eo. lib. cons. xlv. nu. 3. puto hos nõ esse inhabiles, sed nec etiam integros. quantum aũt fidei per se vel cum alijs faciant. iudex æstimabit.

d ¶ Singulares. vide. s̃. li. j. consi. lxxij.

## SVMMARIVM.

1 *Res emphyteutica potest dari in dotem domino requisito.*
2 *Res emphyteutica ex solo contractu non cadit in cõmissum, sed secuta traditione.*
4 *Testator potest obligare nedum res suas, sed etiam hæredis.*
6 *Alienãdi emphyteusim licẽtia intelligitur irreqsito domino.*
7 *Emphyteuta non priuatur, nisi domino volẽte & declarãte.*

## CONSILIVM CLXXIII.

Viso themate & scripturis de quib. in eo. ¶ Videret prima consideratione dicendũ dictã dominã Nan. filiã Andreæ esse præferendam dictæ do. Catharinæ. nam de anno. Mccccxlv. fuit inuestitus de dicta petia terræ à do. Abbate vel ei' syndico. do. Andreas pro se filijs & nepotibus masculis & ipsis deficientibus ꝓ vna filia vel nepote: & mortuo. d. Andrea superstite. d. N. eius filia fuit dicta. N. inuestita mediante dña Romanina eius matre, quæ vice & nomine. d. N. inuestituram accepit quæ. N. iur. debebat inuestiri. Stante prima inuestitura concessa eius matri aut patri. ¶ Vnde cũ primo fuerit inuestitus. d. A. q̃ fuerit. d. N. quæ fuit inuestita de anno. Mcccclix. sequit ꝙ si. d. A. primo possit apprendere, q̃ d. N. fuit potior ipse quàm. d. N. l. sinautem. §. si duobus. ff. de pub. l. quoties. C. de rei vendi. Ergo sicut potius ius habuit. d. An. ita videt & hr̃e potentius. d. N. eius filia: quia ex inuestitura & stipulatione paterna fuit sibi ius acquisitũ. vt nota. Spe. in ti. de loca. §. nũc aliqua. versi. clxix. & alij. in l. qđ dicitur. ff. de ver. oblig. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. per iura & rõnes ibi allegatas. & per Bald. in d. l. auus. ff. de pac. ¶ Secũdo confirmat authoritate sententiæ latæ per d. Gratiolũ: nã per d. Ioan. de poetis condẽnata est domina Romanina ad dandũ dñæ Catharinæ lib. xxiiij. Bonoñ. pro valore triũ cistel latarũ vuarũ acceptarũ exportatarũ per. d. do. Ro. de dicta petia terræ. & ad sinendũ & ad permittendũ d. dominã Catha. & Bernard. eius maritum, vtrunque ipsorũ pacificè & quietè tenere & possidere dictã petiã terræ & victũ victori in expensis. & à dicta sententia fuerit appellatũ p d. do. Ro. tandẽ per dictũ do. Gratio lũ iudicẽ in dicta causa appellationis, fuit pronunciatũ bene fuisse appellatũ & male iudicatũ: & quæ sententia vt puto, in rem iudicatã transiuerit: & per consequens pro ea præsumit quæ exceptionẽ rei iudicatæ parit. c. cũ inter. de re iudi. & c. in præsentia. de renũ. cũ vulg. Et ex sententia inducit acquisitio dñij. vel quasi. l. statuliberi à cæteris. §. quintus. ff. de statulib. l. Pom. §. si iussu. & ibi plenè notat. ff. de acq. pos. l. sed si res. ff. de publi. l. si per errorem. ff. de vsucap. & no. insti. de offi. iudi. §. fi. per doc. in l. j. C. cõmunia vtriusque iud. ¶ Sed prædictis nõ obstantibus contrariã sententiã de iure probabiliorẽ esse puto: videlicet ꝙ dicta Catharina vsque ad integrã satisfactionẽ quantitatis sibi debitæ, de qua in dicto testamento habebat meliora & potiora iura q̃ d.
4 do. N. ¶ † Ad qđ ostẽdendũ præsuppono ꝙ dictus Minellus pater. d. Catha. potuisset in dotem dare eius filiæ dictam petiã terræ ad eũ iure emphyteutico spectantẽ: & hoc quantũ est pro vtili dominio sibi Minello cõpetenti: hoc facere poterat Minellus
* irrequisita etiã ecclesia, vt dicit Io. An. & cõiter * alij. in c. potuit. de locato. per. §. emphyteusim. in auth. de nõ alienan. & dicit ꝙ durabit tantũ quantũ durabit emphyteusis. allegat id quod habetur in c. nuper. de donatio. inter vi. & vxo. Et idẽ videt velle Specula in ti. de loca. §. nunc aliqua. versi. cix. Item potuit irrequisita ecclesia dictã rem pro dote vel quocunque alio debito hypothecaré. l. lex vectigali. l. de pig. & l. tutor. §. final. ff. de pig. actio. Et
* firmat. gl. & cõmuniter * docto. in l. fin. C. de iure. emphy. & in d. c. potuit. & in Spec. in tit. de loca. §. nũc aliqua. versi. iij. ¶ Ergo cũ. d. Minellus propria bona sua ꝓ dote prædicta obligauerit in testamento non cecidit à iure suo. ¶ Nec obstat quòd ipse in testamento narrat se promisisse tradere dictam petiam terræ pro dote dictarum filiarum, seu quòd disposuerit quod inquantum hæredes ipsius testatoris insequenti post mortem dicti testatoris deliberauerint dictam petiam terræ tradere legatam ipsis filiabus

filiabus: qa potuit responderi qđ nedũ potuit ꝓmittere dare in
2 dotẽ, sed ẽt potuisset dare in dotẽ, vt s̃. dixi. ¶†Secundò respondeo ꝙ lex priuat emphyteutam iure suo, qñ alienat vel transfert ius emphyteuticum irrequisito dño.l.fi.C.de iure emphyt.non aũt quando promitteret.nam aliud est alienare, aliud promittere.l.in bonæ fidei.ff.de eo quod cer.loc.l.si fideiussor.§.j.de le. j.¶Quinimo ex solo ɔ̃ctu puta venditionis vel alienationis non
a priuatur emphyteuta iure suo, nisi peruenerit ad traditionẽ[a] rei. Et sic ad efficacẽ & perfectã translationẽ, vt singulariter decidit Spec.in pallegato §.nũc aliqua.ver.cxcv.& Io.An.& An.de Bu. in d.c.potuit.pro quo bene facit tex.in l.alienatũ.in princ.ff.de verb.sig.iuncta.l.fi.de iure emphy.¶Et idem tenet Bal.in d.c.j. §.aut si libellario.in pe.col.qui.mo.feu.amit.& in c.imperialẽ. in prin.secundæ col.de prohi.feu.alie.per Fede.& in c.j.§.denique.quæ fuit prima causa bñfi.amit.pro quo etiam bene facit gl.j.in l.j.§.si rem depositam.ff.deposi.¶Ergo quanto minus p dictam promissionem vel per dictam dispositionem factam à testatore, disponente ꝙ si hæredes testatoris dare voluerunt incõtinenti dictis filiabus suprascriptam petiam terræ, & eandem legabat ipsis filiabus, & maximè cum dicta dispositio non habuit effectum quod hæredes eius non valuerunt dare dictam petiam
3 terræ pro dicta dote.†Et in testamento nedum in contractu potest ius pignoris constitui.l.Lucius.ff.de ali.lega.C. communia de leg.l.j.¶Nec ob.si diceretur quod ius prædictum pignorum fuit extinctum iure Minelli, seu successorum suorum: qm̃ extincto iure obligantis seu datoris extinguitur ius acceptoris. vt d.l. lex vectigali.& l.fi.§.sed quia.C.cõia.de lega.Quia rñdeo & dico ꝙ aut dicimus ꝙ emphyteusis transiuit ad Gerardum filium Minelli tanq̃ ad eius hr̃dem: vt quia ita se habeat forte inuestitura Minelli, quæ non est tñ mihi exhibita: & tũc constat quod nõ fuit extinctum morte ius d.Minelli, quia cẽsetur durare quousque durat in persona hæredis qui repræsentare dr̃ personam defuncti, vt in iuribus vulgaribus. ¶Aut d.emphyteusis trãsiuit ad Gerardum prædictum tanquam ad filium ex stipulatione paterna, iuxta.l.vt iurisiurandi.§.si liberi.de ope.libe.cum ibi no.per Bar.in d.l.ꝙ dicitur.& Spe.in ti.de loca.§.nũc aliqua.ver.lxviij. cum si. ¶Et tunc etiam dicta res emphyteutica, quãuis censeretur mortuo Mi.spectare ad Gerardum eius filium: tñ adhuc ex
4 eius persona censetur obligatus ad dotem dictis filiabus Mi.†qa testator potest obligare expresse non solum res suas: sed etiam hæ
b redis[b] sui, vt decidit Pet.in l.assiduis.& ibi refert Cy.C. qui pot. in pig.habeantur.& idem sequitur Bal.ibi dicens ꝙ iste punctus non est alibi: & idem tenet Bal. in l.j.in vlt.col.ff.sol.mat.sicut. n.potest testator legare rem hæredis.l.vnum ex familia.§.si rem ff.de leg.ij.ita dẽt posse rem eius obligare, & hæres adeundo hæreditatem testatoris qui legauit res ipsius hæredis, videtur dictã obligationem approbasse.l.cum à matre.C.de rei ven.l.si creditoribus.C.de ser.pig.da.ma.& pignus etiam constituitur solo consensu etiã tacitè & absque traditione.l.iij.ff.in qui.cau.pig. ta.contra.& l.j.ff.de pig.ac.¶Et per hanc rationem tollitur obiectum.Quod circa hoc formauit Cyn.in d.l.assiduis. ¶Et licet dictus G.alienauit rem: non tamẽ dr̃ extinctum ius hypothecæ qđ
5 competebat:†nam vbicunque ius emphyteuticum eius qui rem emphyteuticam obligauit extinguit̃: vt quia redeat res ad dñm concedentem: & sic vtile dominium consolidetur cum directo: tunc est verum quod extinguitur ius pignoris: nam secus diceremus, sequeretur quod esset in potestate emphyteutæ afficere ius domini cõcedentis.ita loquitur tex.in d.l.lex vectigalis. Sed vbi emphyteuta lege permittente alienat ius quod habet in re emphyteutica quam alteri obligauerat: tunc nulla subest ratio quare illa hypotheca quæ est ius reale non transeat cum re.l.si fundus.§.in venditione.ff.de pig.l.pignoris.C.de pig. ¶Cum ergo ius emphyteuticum non sit extinctum vt probabo: sed translatũ fuerit in N.& eius successores.l.permittente.sequitur ꝙ ad N. & eius successores transeunt res cum obligatione & hypotheca competente d.do.Catharinæ.¶Quòd autem Ge.alienando ecclesia non requisita non ceciderit à iure suo cum in alienatione dixerit saluo iure monasterij ecclesiæ Nonantulanæ probatur: quia forma consueta inuestiturarũ quam seruat dicta eccle. Nonantulana, vt colligitur ex dictis inuestituris, est illa: quia expresse agitur quod emphyteuta non habeat potestatem alienãdi vel obligandi minoribus vel coæqualibus personis, non autem comitibus, conductoribus, militibus, capitaneis, valuasoribus, seruis, religiosis, ecclesiasticis personis. & sic conceditur licentia a-
6 lienandi in alias personas†quæ licentia alie.intelligitur concessa esse irrequisita ecclesia, dato qđ hoc non fuerit expresse dictũ, vt concludit singulariter Io.de Imo.in d.c.potuit.in penul.char. & Sali.in l.fi.C.de iure emphy.aliàs enim pactũ nihil operaret̃ contra c.si papa.de priuileg.in vj.Et l.si quando.in prin.de leg.j. ¶Fortificantur hæc in casu nostro: quia parificantur in d.inuestitura: rem videlicet emphyteuticam obligare & ipsam alienare: ergo debent pariter determinari.l.iam hoc iure.in prin. & l.Lucius.ff.de vul.& pu.ergo sicut obligari potest res emphyteutica personis æqualibus, vt probaui irrequisito domino: ergo eodem modo videtur Abbas voluisse concedere facultatem alienandi.
7 ¶†Præterea non est verum quod de iure cõi per alienationẽ factam irrequisito dño priuetur emphyteuta ipso iure: sed solum priuatur dño volente.l.ij.& ibi no.Bar.C.de iure emphy.no.gl. in l.j.ff.si ager vec.& ibi Bart.nec põt opponi ab alio q̃ à dño, vt no.Bar.in l.ij.ff.de excep.rei iudi.& Bal.in l.si solennibus.C. de rei ven.& in auth.qui rem.C.de sac.san.eccl.¶Et expressius Bal. in l.fi.C.de reuo.dona.vbi dicit gñalem doctrinam quod vbicũque dicimus ꝙ res ipso iure reuertitur ad dñm pp̃ aliquod male-
c ficium, intelligitur semper si dñs voluerit:[c] & hoc petat, allegat no.in d.l.ij. ¶Sed ita est quod dñs seu monasterium vel Abbas non declarauit velle Ger.esse priuatũ iure suo: sed potius contrarium, dum de eadem re inuestiuit successores.d. Ger.s.d. Na.ergo &c.¶Et sic concluditur ꝙ si petia terræ de qua in testõ, est illamet petia terræ de qua est controuersia d.do. Catharina quousque non est satisfactum pro d.quantitate dotis sibi relicta est potior in d.rõne hypothecæ quã sit d.dña Nana. ¶Nõ obstãt allegata in cõtrariũ.Et primò quod dicebatur ꝙ Andreas erat primo inuestitus: ergo &c.quia respõsio patet ex superius dictis an dicta res transiuit ad Na.cum d.obligatione hypothecæ, vt s̃.ꝓbaui. ¶Nõ.ob.vltimo d.sententia: quia rñdeo primò qđ d.sententia fuit lata pro d.domina Romanina: ergo de ea non põt opponere d.Na.l.cum quæritur.cum duabus seq.ff.de exce.rei iu.Secundò rñdeo quod d.sententia vltimò lata cum videatur simpliciter fuisse absolutoria in fauorẽ d.do.Roman.non operatur qđ ipsa intelligatur esse per hoc domina, nec in ea re ius habere vt not.Bart.in l.ex hoc iure.in prin.ff.de iusti.& iur. Et per no.per gl.in l.exceptio.ff.de exce.rei iud.Et no.Bal.in l.j.C.cõia vtriusque iud.& canonistæ in c.ꝓposuit.de conces.præbẽ. Ego Alex.

ADDITIO.

a ¶Traditionem.ĩ.lib.iiij.consi.lxvj.plenè dixi in consue. Parisi.§.xiij.gl.v.nu.2.

b ¶Hæredis.adde Alex.l.si hr̃dis seruus.col.ij.ff.de leg.j.Ant. Negula.trac.pig.in ij.mẽb.ij.partis.n.55.Sed cũ Cy.tenet Io. Fab.insti.de actio.§.fuerat col.ij.dixi in cõsu.Parisi.§.lxvj.

c ¶Voluerit.dixi in consu.Parisi.§.xxx.q.xxviij.

SVMMARIVM.

2 *Sententia est stricti iuris.*

4 *AEdificium eleuare non licet, vel aliud inutile facere ad nocendum vicino.*

5 *Animus nocendi in dubio non præsumitur.*

CONSILIVM CLXXIIII.

OPportune consideratis sententiis & aliis de quibus in themate mentio habita est. Videtur prima cõsideratione dicendũ dictis fratribus de lancis licere murum nouiter construere iuxta dictum alium murum cõem, etiam si per dictũ nouũ murũ sequatur clausura fenestrarum seu obscuratio luminum domus dictorum fratrũ de Schinellis: quia vnicuique ex eis licet vsque ad cœlum domos suas altius
1 tollere.l.altius.l.si in ædibus.C. de serui.& aqua.† q̃libet.n. res præsumitur libera nisi in contrariũ de seruitute debita constet.l. cũ eo.ff.de ser.ru.prædio.l.sicuti.§.sed si quærat̃.ff. si ser. vend. Sed de nullo iure seruitutis ɔ̃stat in ꝓposito: ergo &c.facit id qđ no.iuriscon.in l.binas ædes habeo.ff.de ser.vrb.ꝑd.habitari etenim

nim pōt ædibus obſcuratis. ¶Nec ad hoc obſtant ſententiæ in-
ter prædictos latæ de qbus in themate fit mentio: quia aut conſi-
deramus primā ſententiā, & illa non obſt. quia p eam reſeruatur
dictis fratribus de lancis omne ius ædificandi, & altius tollendi,
& claudendi ſibi cōpetens. Quinimo potius videtur facere illa
ſententia contra ipſos de ſchinellis habere dictas feneſtras nō tñ
iure ſeruitutis &c. Et ſic patet qđ noluit iudex intelligere eſſe ac-
quiſitam aliquam ſeruitutem ipſis de ſchinellis. ¶Aut conſidera
mus ſecundam ſententiā in cauſa appellationis latam, & illa non
habet obſtare: quia per eam confirmatur prima ſententia in qua
erat reſeruatum omne ius competens altius tollendi: & eo ipſo
dicitur competere quod non docetur per ipſos fratres de ſchinel
lis, de iure ſeruitutis per iura primo alle. ¶Nec obſt. ꝙ in eadem
ſententia adiecta ſit modificatio quædā, videlicet ꝙ ſi contingat
in futurum fieri per dictos de lancis aliquod ædificiū in eius do-
mo à iure communi tamen non prohibitum fieri muro commu
ni propter quod ſit opus immitti tigna & alia neceſſaria in muro
dicto. ſeu altius eleuare ædificium iam factum, ꝓpter q̄ eſſet ne-
ceſſe arbitrio boni viri claudendi in totū, intelligatur eſſe reſerua
tum ius ſuum in totum. vel ſi ꝓ parte eſſet neceſſe: & tūc ſimili-
2 ter intelligatur ꝓ parte reſeruatū. nā dico quod † ſententia eſt ſtri
cti iuris & ſtricte accipienda. l. j. C. ſi plures vna ſententia. & ibi
no. in l. Paulus reſpondit eos. ff. de re iud. ¶Et ſententia non pro
bat niſi illud quod ex verbis eius de neceſſitate infertur. l. ſi iu-
dex. & ibi not. ff. de his q ſunt ſui vel alie. iur. & l. ij. cum ibi not.
C. de or. cog. & l. j. C. de ord. iudi. ¶Sed verba dictæ ſententiæ
cōprehēdunt tm̄ caſum quando fieret ædificium, propter quod
opus eſſet immitti tigna & alia neceſſaria in muro communi, ſeu
altius eleuari ædificium iam tūc factū. ¶Ergo non cōprehendit
caſum in quo nouus murus fieret per quæ dicta lumina obſcura-
rētur, nec iſto caſu debet dicta ſententia parere exceptionem rei
iu. l. cū quærit. ff. de excep. rei iud. ¶Nec habet obſtare quod per
longa tēpora dicti de ſchinellis tenuerūt dictas petias: & tñ eorū
domus lumina recipit patientibus dictis de lācis. & in oppoſitū
3 nullū ædificiū eleuantibus: † quia p hoc nulla fuit acquiſita quaſi
poſſeſſio ſeruitutis altius nō extollēdi dictis de ſchinellis: ſed tūc
demū fuiſſet acquiſita ſi dicti de lancis aliquo tpe voluerunt in lo
co præſentis ædificij altius tollere, & per dictos de ſchinellis erāt
ꝓhibiti: iam tūc cœperūt dicti de ſchinellis eſſe in quaſi poſſeſſio
ne ſeruitutis altius non tollendi. l. qui luminibus. ff. de ſer. iuſti.
prædi. Et no. in l. j. C. de ſer. & Bar. in l. ſi prius. in vij. opp. primæ
partis. ff. de ope. no. nun. & Spe. in tit. de cā poſſ. §. in cōfeſſoria.
incertum vt no.Bar.& alij poſt eum.ff.de appella.l.ſi expreſſim.
in ver.tertio loco quæro ad declarationem prædictorum &c.in
l.j.C.quãdo prouo. nõ eſt neceſ.& Petr.de Anch.in cle.j.de re
iudi.& colligitur ex no.per Ang.& Io.de Imo.in d.l.ſtipulatio-
nes non diuiduntur.dum voluit ꝙ licet alias hæres habet ꝓbabi
lem ignorantiam eorum quæ geſta ſunt à defuncto.l. qui in alte
rius.ff.de regu.iur.l.fi.ff.pro ſocio. Tamen hæc ignorantia non
eſt ſufficiens cã,vt poſſit producere libellũ incertũ vel alternati-
uum.¶Vide quod no.Bar.in d.§.ꝙ autem.dum vult ꝙ ſi incerti-
tudo non procedit facto aduerſarij,tunc dẽt ꝓponere actionem
certã ſeu factum ex quo certa demonſtratur actio,vt ibi Ang.de-
clarat.¶Circa ſecundum dubium.ſ. vtrũ poſito ꝙ libellus pro-
cedere poſſit dictus Marcus reus condemnari vigore dictæ ſcri-
4 pturæ.Et in paucis cõcludo ꝙ non.Primò†quia ſcriptura produ
cta per actorẽ interpretatur ↄ̃ ipſum producentem, quia proba-
tio debet de neceſſitate concludere.c. in præſentia de prob. Ad
hoc.l.veteribus.cum ibi no.per do.ff.de pac.Sed ſcriptura dicta
eſt ambigua & incerta.ergo &c.¶Quod ſit ambigua patet.quia
ibi non dicitur,ſi bene inſpicitur,ꝙ Martinus ſit ille qui debebat
habere illas ſummas ibi deſcriptas poſito quod hoc ibi dicitur ꝙ
non dicitur ibi à quo debeat habere. ¶Fortificatur: quia ſi quis
imperſonaliter loquatur cum Titio ſeu pari ratione ſcribat im-
perſonaliter,talis imperſonalitas ex parte debitoris ſeu promiſ-
ſoris vitiat,cum loquens vel ſcribens nõ intelligat ſe obligari ni-
ſi aſſerat ſe promittere ſeu debere.vt eſt tex.in auth.ſi quãdo.C.
de conſt.pec.& no.do.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.de ver.ob.
5 & l.fi.ff.ſi cer.pet. †Non ob.ẽt dicta ſcriptura continens ratio-
nes:quia aut illæ rationes non cõtinent cãm, aut continent cãm
incertã & obſcurã.Conſtat autem quod ſcriptura continens ra-
tiones nõ probat niſi in ea ſit cã.l.nuda rõ.cũ gl.fi.& ibi no.doc.
ff.de dona.l.cũ de indebito.§.fi.ff.de ꝓbat.c.cautio. de fide in-
ſtru.no.gl.& doct.in l.inſtrumenta.C.de proba.& no.etiã Bar.
in l.ſcripturas.C.qui po.in pig.habe.Et paria ſunt ꝙ cauſa nõ ſit
expreſſa,vel ꝙ ſit expreſſa non tñ apertè,certitudinariè,& intel-
ligibiliter:& etiam pro nullo habeatur vt patet ex no. per Bar.in
l.quicquid aſtringendæ.in j.col.per illum text.ſm vnam lect.de
verbo.oblig.& Specu.in titu.de inſtr.edi.§. oſtenſo.§. quid ſit
abbreuiatura.& per no.per gl.in l.ij.§.circa de doli.exce. & no.
Bal.in l.generaliter in iiij.q.C.de nõ nu.pecu.Et ibi dicit ꝙ cau-
ſa dẽt eſſe apta potẽs & cohærens. ¶Bene faciunt quæ dicta ſunt
s̃,in primo dubio,dum dixi ꝙ cauſa in libello debet exprimi cer-
6 ta & concludens ad actionem certam. ¶†Laborat inſuper alio
morbo dicta ſcriptura continens rationes: quia in eis non adeſt
etiam dies qui quidem in ſcriptura continente rationes datorũ
& acceptorum eſt neceſſarius:vt ꝓbat Bal.in rubr.C.de fi.inſtr.
in xvj.colũ.ver.viſo de ſcripturis quæ ſunt publica manu &c.Et
probatur in l.j.§.rationes.de eden.& ita not.Ange.ibidem in §.
editiones.in ij.col.C.de eden.& ita limitant docto.& declarant
tex.in l.cum tabernam.§.idem quæſiit.ff. de pig. vbi ſm magis
* communem*intellectum dicitur ꝙ priuata ſcriptura nõ requi-
rit diem.nam illud nõ procedit ſcriptura priuata continente ra-
tionem datorum & acceptorum. ¶Plus voluit & ſingulariter
Bar.in l.inter chartulas de conueniendis fiſ.de. lib.x.qđ ſi quæ-
ratur de virtute ſcripturæ priuatæ carentis die & conſule debet
diſtingui:quia aut quærit an valeat, aut quæritur ad qd valeat. Si
quæritur an valeat dicendum eſt qđ valet: vt d.§.idem quæſijt.
& no.in l.ij.in §.itẽ Labeo.de aqua plu.arcen. & in l.ſcripturas.
C.qui po.in pig. ha. cum concor. Si vero quæritur ad quid vale-
at: & dicendũ eſt qđ probat promiſſionẽ vel obligationẽ eſſe fa-
ctam:& etiã poteſt eſſe tempus præſcriptũ. Et ideo neceſſario ha
bet creditor de tempore docere ſm Bal. argum. l. eum.ff. de ne-
go.geſt.& in l.matrem.C.de proba. ¶Et ad iſtũ ſenſum poſſent
adduci verba Bald. poſt Cyn. in l. ſi qua. C. de diuer. reſcrip.&
Ang.in l.ſciendum.in ij.col. de verb. obliga. Tñ hoc vltimũ pro
nunc non pono pro conſtanti,poſtquã non eſt opportunũ ſtan-
7 tibus alijs fundamentis.de quibus s̃. ¶†Accedit vltimo: quia in
d.ſcriptura ſunt intermediæ multæ fatuitates & res nullum effe-
ctum importantes deſcriptæ: quo fit vt ex his monſtratur ſcri-
bentem potius iudicandi quàm ſe obligandi animo ſcripſiſſe: vt
inquit text.in l. obligationum ſubſtantia.§.fi.de act.& ob. vel
præſumi debet ipſum Marcũ in toto illo actu ſcripturæ nõ fuiſſe
tũc temporis ſanæ mentis,ita voluit Bar.in ſuo tracta. de teſte in
c.incipiẽte,oppoſita pendentia.verſus fi.allegat.l. quidã in ſuo,
in fi. ff. de condi. inſti. ¶Bene faciunt quæ no.in l.furioſum.C.
qui teſt.fa.poſſ.¶Quo ad vltimum dubium,an caſu quo proba-
retur fuiſſe contractam ſocietatem inter dictum Martinũ, dicta
ſcriptura habet fundare intentionem actoris contra Marcum. &
dico ꝙ non: quia deciſio patet ex dictis ſupra circa præcedẽs du-
biũ.Nam omnes rationes ibi adductæ infringunt probationẽ il-
lius ſcripturæ, ſiue præceſſiſſet ſocietas inter eos, ſiue non. ideo
ſuper hoc dubio non eſt opus laborare.non enim ſequitur,præ-
ceſſit ſocietas inter eos,ergo rationes,de quibus in dicta ſcriptu-
ra,quæ nullum habent diem,præſumuntur eſſe ex cauſa dictæ ſo
cietatis. iſta enim non eſt probatio concludens prout debet eſſe
probatio.d.c.in præſentia.& maximè: quia nõ apparet quod di-
ctæ rationes fuerint ex cauſis ſequutis poſt ſocietatem vel ante:
quia ibi dies non eſt deſcriptus: & ſic non poteſt dici quod ſunt
ex cauſis deſcendentibus ab illa ſocietate: quæ probatur per id
quod habetur in l.eum actum.ff. de neg. geſtis. & in l. matrem.
C.de prob.in cle.fi.de reſcriptis. & Bar.in l.non ſolum.§. vt pro
bari.de no.ope. nun. cũ ſi. Et ſic concludo dictã ſcripturam non
fundare intentionem dicti Petri agentis. Ale.

## CONSILIVM CLXXXIII.

INCIP. Viſo proceſſu inter Andream & fratres, &c. habebatur
hic corruptiſſimè & perfectè quaſi Alex. conſuluiſſet appella
tionem deſertam,ſed contrarium eſt: vt patet.j̃. lib.vj.conſil.
xij.vbi videas: quia ibi plenè & fideliter habetur.

## SVMMARIVM.

1 *Reſtitutioni ſubiecta poſſunt alienari conſenſu ſubſtitutorũ.*
2 *Subſtitutio facta de liberis filiorũ, intelligitur de illis q erãt*
*tempore teſtamenti.*
3 *Pupillaris expirat ſubſtituto procreante liberos.*
4 *Subſtitutio facta filijs filiorum non valet.*
7 *Iuriſperiti dictũ dat iuſtã cauſam ignorãtiæ vt res ſubiecta*
*reſtitutioni poſſit alienari.*

## CONSILIVM CLXXXIIII.

VIſo themate dicti Silueſtri & his quæ narrantur in thema
te: quãuis de iure bona ſubiecta reſtitutionis fideicom-
miſſi alienata poſſint non obſtante alienatione vendica
ri per ſubſtitutos vel fideicommiſſarios eueniente conditione fi-
deicommiſſi vt in auth.res quæ cum ibi no.C.communia de leg.
& l.fi.§.ſin autem.ſub conditione.eo.ti.& no.in l. cũ pater.§.li-
1 bertis.ff.de l.ij.cum ſimilibus. † Tamen in caſu propoſito puto
dictam alienationem fieri poſſe per dictum. Roge.maximè con
ſentientibus omnibus ſubſtitutis alijs dicti Ioan.& omne ius ſibi
competens vel competiturũ occaſione teſtamenti ſolenniter re-
mittentibus,& alienationi conſentientibus.¶Nam renunciatio
nẽ facere & conſenſum præſtare poſſunt: adeo qđ per ipſos con-
ſentientes nunq̃ alienatio reſcindi poteſt.l. quoties ab omnibus
C.de fideicõmiſ.l.nihil.§.j.ff.de leg.j.& d.§.liber. ¶Et in tantũ
valet dicta alienatio hoc caſu, vt nunq̃ poſſit per poſteros & de-
ſcendentes.d.Rogerij vel filiorum.d.Io. retractari.hoc quidem
2 probatur ex pluribus. ¶†Et primò: quia dici põt ꝙ dicta ſubſti-

tutio facta inuicem de liberis filiorum testatoris debeat intelligi
tm̃ de liberis qui nati fuerunt tempore testamenti: vel saltem tē-
pore mortis d. Siluestri testatoris: vt l. si cognatis. cum ibi no. per
Bar. ff. de reb. du. & l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. ij. ēt
quando talis dispositio non erat pura: sed in incertum euentum
vel conditionem collata: vt per iura præallegata per l. peto. §. fra
tre. cum gl. ff. de leg. ij. ¶ Et dixit in proposito Pe. de Anch. Io. de
Imo. in c. indicante. de testa. qđ illud qđ dr̄ in l. si cognatis. indu-
ctum est in eo qui facit aliquā dispositionem & relictū cognatis,
hēt locum ēt in relinquente liberis. & idē Ang. in consi. xxxviij.
inci. quidā Io. decessit &c. cū se. ¶ Sed ita est qđ illi posteri & de-
scendentes d. Rogerij. & filiorū d. Io. non erāt nati tempore te-
stamenti, nec tp̄e mortis dicti testatoris. ergo nō cōprehendunt
sub d. substitutione facta de liberis. ¶ Secundò moueor, q̃a si ve-
rum est qđ liberi seu posteri descendentes ex d. filiis Silue. insti-
tutis. intelligātur inuicem substituti pupillariter, vulgariter, &
per fideicommissum, vt in testō continetur: & contingit dictum
Rogerium decedere sine filiis, & sic in persona eius euenire ca-
sum substitutionis, & admitti debere filios dicti Io. certè nō po-
terunt filij dicti Io. venire ꝯ dictā alienationē cui cōsensum præ-
stiterunt. d. l. quoties ab omnibus. cum aliis allegatis supra. & si-
militer si contingeret decedere filios dicti Ioā. sine liberis super-
stite dicto Rogerio, non poterit Rogerius venire contra dictam
alienationem à seipso factam. l. vendicantem. ff. de euic. & d. l. ni
hil. ¶ Vbi autem contingeret Rogerium decedere cum liberis,
& tūc non est timendū quod filij Rogerij possint venire ex sub-
stitutione pupillari: quia illa expirat in persona Rogerij quā pri-
mum peruenit ad pubertatem. in l. in pupillari. de vulg. & pup.
3 ¶ † Et etiā quælibet pupillaris substitutio expirat, qñ ille cui fa-
cta ē substitutio, procreauit liberos: vt no. Bar. & alij. in d. l. in pu
pillari. per l. ex facto. in prin. & ibi no. Bal. eo. tit. Guil. de Cu. &
Bal. in l. precibus. C. de impube. & aliis substi. & Bal. in l. huma-
nitatis. eo. tit. & Io. de Imo. in c. Raynutius. de test. ¶ Nec etiam
ex vulgari substitutione posset ei Rogerio aliquis succedere: q̃a
eo ipso quod ipse agnouit & acceptauit commodum dictæ hæ-
reditatis. expirat illa substitutio vulgaris. l. post aditā & l. preci-
4 bus. C. de impu. & aliis substi. ¶ † Et etiā cessabit tunc fideicom-
missaria substitutio in persona dicti Rogerij. Quia omnis substi-
tutio fideicommissaria semper intelligitur tacite sub hac condi-
tione, si ille cui facta est substitutio decesserit sine liberis. quicun
que substitutus sit. l. cum auus. ff. de condi. & demon. l. cum acu-
tissimi. & ibi Bal. de fidei. ¶ Et similiter si dicti filij Io. decederēt
sine filiis aut cum filiis, & expiraret omnis substō: vt proximè ꝓ-
baui. ¶ Vbi aūt decederet Roger. sine filiis nullis superstitibus fi
liis dicti Io. qui filij filiorum non cōsenserunt dictæ alienationi:
tūc etiā nō erit locus substitutioni, tū ex fundamēto primo loco
recitato, tum etiam ex aliis infra dicendis. ¶ Tertiò moueor:
quia si bene consideretur d. substitutio facta dictis liberis descē-
dentibus ex filiis dicti testatoris, non potuit aliquo modo valere
quo ad bona dicti testatoris, quia si bñ inspiciātur verba d. testa-
menti non fuerunt in aliquo instituti vel nominati à testatore di
a cti liberi descendentes ex dictis liberis[a] testatoris: ergo non va-
5 luit substitutio eis facta tāquā vulgaris: † quia illi cui nihil est reli
ctum non pōt fieri vulgaris substitutio vt patet ex verbis vulga-
ris substitutionis testatoris l. iij. & fi. C. de hære. instit. ¶ Et plenè
no. in l. j. ff. de vul. & pup. ¶ Nec etiā potuit eis fieri substitutio fi
deicommissaria: quia illa non potuit nisi cui est relictum à testa-
tore. l. ab eo. C. de fideicom. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vul. &
pup. ¶ Nec ob. si dicatur ꝙ testator videatur voluisse dictā substi
tutionē habere effectū, qñ contingeret qđ filij hæredes instituti
à testatore prædicto relinquerent ex testamento vel ab intestato
dicta bona dictis eorū posteris: quia rñdeo ꝙ hoc stare non pōt:
q̃a tūc cū posteri consequātur d. bona non ex dicto Siluestro te-
statore. i. ex dispositione ipsius testatoris, sed à casu & fortuna. &
ex dispositione filiorum dicti testatoris merito à d. Siluestro nō
potuerunt grauari per viā substitutionis prædictæ. l. sed & si sic.
§. j. ff. de l. iij. Et ita tenet Rayn. & refert Bart. in d. l. si sic. & in l.
Centurio. ff. de vulg. & pup. & in ver. quæro vlterius quid si te-
stator dixerit si filius meus decesserit sine filiis vel eorū filij &c.
& Bal. in l. Labeo. C. de fideic. vbi hoc probat per illā. l. & ꝑ alias
notabiles rationes. idem tenet Bal. in d. l. sed si sic. licet ipsemet
Bal. indecisum reliquerit. l. vnica. §. pro Secđo. C. de ca. tol. Et in
hanc partem videtur inclinare Bar. in consi. incipien. And. & ex-
pressè Io. de Imo. in l. Centurio, dū tractat de substitutione facta
de pauperibus Christi. etiam Io. de Imol. in ca. cum tibi in c. Ray
nutius. de testamen. ¶ Alias enim sequeretur quod testator vide
retur voluisse filijs suis substitutionē facere fideic. & nisi decedat
cum liberis substituere istos liberos dictis filijs hæredibus insti-
tutis, quod est contra præsumptā mentem testatoris in d. l. cum
auus. cum si. ¶ Et licet Bart. in d. l. Centurio videtur tenere con-
trarium, dicens: quando aliquis grauatur per fideicom. à testato-
re. videt̃ testator eidem relinquere illud in quo grauat eum arg.
l. denique. §. interdū. ff. de pec. leg. & l. si ita stipulatio. ff. de ope.
lib. & per no. gl. in alio. de alimen. & cib. leg. Tñ ad ista respon-
det Bald. in l. ab eo. & plenius Io. de Imo. in locis. s̃. alleg. vbi in-
quit quod nō ob. tex. in d. §. denique. quia interdum quis graua-
tur de eo quod aliàs consueuit ipsum honoratum tacite sequi in
certo casu: & tūc bene per tale grauamē videtur tacitè relinqui id
in quo grauatur. & ita loquitur ibi: quia loquitur quando seruus
cui relicta est libertas grauat̃ de dando ex peculio hæredis. Nam
peculium tacitè sequitur seruum cui datur libertas inter viuos:
iuxta. l. j. cum ibi no. C. de pec. eius qui liber. Et ideo non mirum
scilicet non sequatur peculiū ipsum seruum quando datur liber-
tas in testamento simpliciter: si tñ sequitur quando grauatur ser-
uus aliquid dare ex peculio. Secus si grauatur in eo ꝙ aliquo casu
non consueuit eum sequi alias nunquā haberet locum regula di-
ctæ legis ab eo. ¶ Pro quo bene facit tex. in l. cum quasi. §. si plu-
res. de fideicōmissa. liber. vbi si vnus ex hæredibus grauatur iure
hæreditario, illa res in qua fuit grauatus non videtur sibi prælega
ta. ¶ Non obstat textus in d. l. si ita. quia secundum Ioan. de Imo.
loquitur ille textus in contractu. & est casus diuersus & specialis,
in quo id quod apponitur in vim conditionis videatur disposi-
tū simpliciter: quia illud quod erat ibi in dispositione, non pote-
rat peti quodam speciali iure tanquā appositū causa onerandæ li
bertatis. vt declarat Sal. & Ful. in l. si pacto quo pœnam. C. de pa
ctis. ¶ Regulariter enim illud quod est positum in conditione,
nō inducit dispositionē. l. si quis sub conditione. ff. si quis omissa
cau. test. & l. ex facto etiā. ff. de hære. insti. ¶ Non ob. id quod in
dicta. l. alio. quia illud est ibi qñ grauatur executor datus in testa-
mento. Nā tunc grauamen videtur relictū ab hęrede sic vt qñ est
datus tutor filio hærede instituto, & grauat̃ tutor de aliquid dan-
do. Nā videt̃ in effectu grauatus ipse filius institutus. l. peto. §. ma
tre. ff. de leg. ij. & l. si seruus. §. qui Margaritā. ff. de leg. j. Et ita est
de mēte gloss. & Bar. in. d. l. alio. & Io. de Imo. in l. j. ff. de vulg. &
pup. ¶ Videt̃ ergo quod dicta substitutio valere nō possit in vim
vulgaris & fideicommissariæ per prædicta: nec etiam in vim pu-
pillaris: quia isti liberi & posteri nascituri erant in potestate pa-
tris seu eius parentum ergo, &c. & in l. ij. circa princ. ff. de vul. &
pup. ¶ Quarto q̃a pōt dictus Rogerius eligere istam rem pro le-
gitima patris sui, & pro trebellianica detrahēda ex fideicommis-
so, si non excedat dicta res ratā. Nā in legitima non fuit grauatus
pater Rogerij nec grauari potuit. l. quoniam in prioribus. & ibi
not. C. de inoffic. test. Bart. in l. j. §. fi. ff. de vulg. & pu. cum simi.
6 ¶ † In legitima ipsa debet computari res alienata: vt per Bar. in l.
Marcellus. §. res quæ. ff. ad treb. Bald. in l. filium. in xiiij. co. C. fa
mil. ercis. & in l. iubemus. in j. col. C. ad treb. & Gui. & Bald. in l.
scimus. in princip. C. de inoffic. testa. Vltimò posset se tueri em-
ptor talis, etiam dato quod diceremus dictam fideicommissariā
substitutionem comprehendere etiā quoscunque posteros dicti
Rogerij, & filiorū dicti Io. & in eorū personis valere. Nam si em
ptor eueniente casu substitutionis allegauit se ignorasse dictum
fideicōmissum esse seu rem istā esse subiectā rationi fideicōmis-
si: non poterit dicta alienatio & venditio retractari: sed solum po
terit fideicommissarius petere & consequi à dicto alienante vel
eius hærede pretiū dictæ rei: vt est casus singularis secundū om-
nes ibi. in l. fin. ff. de leg. ij. ¶ Et not. Ang. in d. l. Marcellus. §. res
quæ. vbi dicit ꝙ oportet cautum esse illum qui vult retractare di-
ctam venditionē vt probet de scientia hæredis. & emptor pari-
terque dictus Rogerius probabilem habet ignorantiā: quia in fa
cto alieno. l. fi. ff. pro suo. l. quod vulgo. ff. pro emptore. Et quia
succedit in ius alterius: vt in regula, cum quis. de reg. iu. in vj.
& per no. plenè. per Bar. Bald. & Ang. in l. qui Romæ. §. duo fra-
7 tres. de verb. ob. cum concor. ¶ † Et plus dico quod dato quod
apparet dictum Rogeriū & emptorē habere scientiā testamen-
ti præ-

ti prædicti, tñ adhuc dico qđ d. alienatio nõ dẽt posse retractari,
sed solũ debet teneri Rogerius, vel eius hæres ad restitutionem
d. pretij fideicõmissario: posito qđ dici posset d. rem subiectam
restitutioni fideicommissi: quia si apparet d. Rogerium & em-
b ptorem consuluisse duos [b] iurisconsultos in loco, an dicta res alie
nari possit. Et viso dicto testamento responsum fuisse qđ sic, nam
iustam habuit cãm erroris ille qui credidit iurisperitis, etiãsi mi-
nus bñ cõsuluisset in l. bonorum. cum ibi no. per Bar. ff. de bon.
pos. tit. generali. & Bal. in l. iuris. C. qui admitti. & not. doc. ma-
ximè Pet. de Anch. in cle. ne Romani. de ele. & Petr. de Anch. in
cõmento. c. canonum statuta. exempla de constitu. in ver. ex prę
dictis potest inferri &c. ¶ Per consequens debet valere d. aliena-
tio ac si facta sit inter hæredem & emptorem probabiliter putã-
tes d. rem non esse subiectam restitutioni fideicommissi, & fidei
commissario solum potest dari regressus ad pretium cõtra dictũ
alienantem seu eius hæredem, per d. l. finalem. ff. de leg. ij. Alex.

## ADDITIO.

a ¶ Liberis. dicendum vt s̃. lib. j. consi. cv. nu. 4.
b ¶ Duos. Non puto hãc ignorantiam sufficere, sed ꝙ requiritur iusta ignorantia facti ipsius testamenti vel substitutionis siue alia procedat facto testatoris siue non vt plenè dixi in consue. Paris. tit. vij. in ru.

## EPITOME.

Filij positi in conditione nõ sunt vocati ex testamento. in prę scriptione actionũ personaliũ, requirit̃ bona fides. nu. 26. nõ va- let sentẽtia relata ad ꝯsiliũ futurum vel ꝙ nõ est in actis. nu. 28.

## CONSILIVM CLXXXV.

Viso titulo quæstionis & aliis dequibus in ea fit mẽtio. Vi-
detur super prima consideratione dicendũ licere Iaco. tã
quam per fideicommissum vocato ad hæreditatem d. do
mini Richardi post mortem natorũ Antonij, & Iuliani venire hę
reditatẽ dicti do. Richardi. Et repudiare seu abstinere tam ab hæ
reditate Ant. patris sui, quã Iuliani eius patrui. Nã dom. Richar-
dus in testamẽto disposuit quod instituebat Sinibaldum eius ne-
potem ex fratre, & eiusdem Sinibaldi liberos masculos, & si Sini
baldus decederet sine liberis masculis ex eius corpore legitimè
descẽdentibus aut si decederet cũ filiis masculis, & eius filij oẽs
decederent qñcunque sine filiis legitimis & naturalibus: tunc in
quolibet dictorum casuum testator suos hæredes esse voluit: &
d. Sinibaldo & filiis masculis Sinibaldi substituit vulgariter, pu-
pillariter, & per fideicõmissum Philippũ Ioã. Vnde cũ filiis dicti
Sinibaldi seu ex altero eorum remãsit filius masculus. s. Iaco. no-
ster do. Iaco. ad hæreditatem. d. Ricardi vocatus ex testamẽto d.
Ricardi per illa verba videlicet, aut si decederet cũ masculis filiis:
& filij eius decederent oẽs quandocũque sine liberis &c. ¶ Hoc
in primis ꝓbari videtur in l. Lucius. la ij. ff. de hære. insti. ibi dum
1 tex. † vult quod per substitutionẽ factã sibi ac fratri sub conditio
ne si decesserit sine filiis videretur testator non solũ fratrẽ hære-
dem prætulisse substitutum sed etiam liberos fratris. ¶ Secundò
probari videtur quia illa verba testamenti proximè relata. s. si di-
cti filij Sinibaldi decesserint sine filiis etiã nullo alio respectu nõ
videtur adiecta, nisi fauore filiorum procreatorũ ex filiis Sini-
baldi, & fauore agnationis testatoris quæ per eos cõseruabatur.
Et per consequens ipsi tanquã substituti vocati videntur ex testa
mento. argu. l. fideicõmissa. §. interdum. de leg. iij. l. ij. §. si duos
fratres. ff. de coll. bo. & l. peto. in prin. ff. de l. ij. Accedit: quia nul
la alia ratio posse videtur assignari propter quam testator adiece
rat verba prædicta: videlicet si filij Sinibaldi decesserint sine filiis
&c. Nisi quia voluit fauere agnationi seu filiis filiorum Sinibal-
di. Vnde illa ratio haberi debet pro expressa, vt no. gl. & Bal. in l.
quãuis. C. de fideicommi. l. his solis. & ibi Bal. C. de reuocan. do
natio. Sali. in l. ij. de noxa. & Imo. in l. fi. C. de hære. insti. & Ra-
pha. & Pau. de Ca. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. ¶ Tertio per
tex. in l. pen. ff. de col. bo. vbi verba enunciatiua etiam conditio-
naliter prolata dispositionem inducunt. ¶ Quarto videtur pro-
bari per no. per Bal. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & post. & in l. si
2 quis eum. §. j. & in l. cohæredi. §. fi. ff. de vul. & pup. † vbi conclu
dit quod hæc verba conditionaliter ꝓlata, si filius me viuo mo-
rietur, nepotem instituo: videtur etiam filius institutus. Hoc ꝓ-
batur per l. ex facto. ff. ad Trebe. vbi si mater filium instituat, &
grauet de restituendo hæreditatem Titio sub conditione, si ipse
filius sine filiis decesserit. & ipse filius postea in insulam deporte
tur & suscipiat liberos, si quæratur an excludatur fideicommis-
sarius per tales liberos distinguitur ibi quod aut tales liberi fue-
runt concepti ante deportationem, & excludetur fideicommis-
sarius: aut post deportationem, & tunc secus. ergo sequitur quod
si tales liberi vocati ex testamento ad dictam hæreditatem acqui
sitam patri iurisconsultus ibi non fecisset illã distinctionem, imò
respondisset negatiuè quòd liberi ipsius deportati non exclude-
rent fideicommissum: quia illo iure deportatus non poterat ha-
bere hæredem nec ab intestato nec ex testamento. C. de bo. pro
scri. l. deportatorum. Quintò probatur ꝑ tex. in l. vnum ex fami-
3 lia. §. fi. ff. de leg. ij. † vbi verba enunciatiua relata ad hæredem ta
citè importãt fideicommissum in personis liberorum, quamuis
regulariter contra: vt l. Titia cũ testamento. ff. de leg. ij. & plenè
4 in l. ex hac scriptura cum concor. ff. de dona. ¶ † Sextò probatur
per l. cum acutissimi. C. de fideicommi. ibi quãdo auus instituit
filium & grauat eum de restituendo per fideicommissum tertio
post mortem ipsius filij sine liberis: vnde si liberi extent: veniunt
ad hæreditatem excluso substituto ex præsumpta voluntate te-
statoris defuncti: quæ nõ voluit in hæreditate sua extraneos suis
descendentibus præferre. Intelligitur ergo ꝙ isti liberi veniant ꝑ
fideicommissum. Si enim venirent iure successionis ab intesta-
to tunc enim excluderent substitutum non ex tacita mente aui:
sed ex tacita voluntate patris, quę est si ab intestato decedit quod
sibi succedant proximiores in eius hæreditate. l. conficiuntur. &
l. si quis cum nullum. ff. de iur. cod. Sicut ergo in casu dictæ l. cũ
acutissimi. hoc operatur illa subintellecta condõ si decesserit si-
ne liberis. Ita illud idem operari debeat in casu nostro expressa. l.
cum quid. si certum petatur. l. triticum. ff. de verb. ob. ¶ Octauò
videtur probari quia illa verba videlicet, si decesserint sine libe-
ris substituo Philippum &c. habent à contrario sensu ablatiuos
absolutos inclusos. i. si decesserint extantibus filiis, tunc nõ sub-
5 stituto Philippum † sed ablatiui absoluti prolati ab eo qui habet
potestatem grauandi, inducuntur ius fideicommiss. l. fideicom-
6 mis. §. cum esset. de lega. iij. &c. ¶ † Nonò fortificatur dispositio
statuti, & dispositio testatoris à pari procedunt. l. si ita fuerit. la j.
§. fi. ff. de ma. te. no. Bar. post gl. in l. j. C. de his qui. vt indi. & in l.
nõ solum. §. morte circa pe. col. de ope. no. nun. & Bal. in titu. de
pace const. in ver. criminalibus. & l. & si post tres. in lectu. anti-
qua. in viij. col. ff. si quis. c. licet Bar. in aliquibus locis alibi dubi-
tauerit, & non deciderit cui æquiparetur statutum an potius cõ-
tractui quã vltimæ voluntati. ¶ Si ergo æquiparentur vltima vo-
luntas & statutum, & nos videmus quod si statutum dicat quod
extantibus agnatis mater defuncti non succedat, videntur per ta
le statutum vocati agnati si extãt, & mater exclusa: vt firmat Bar.
in l. ij. §. videndum. ff. ad Tertyl. & in l. ij. §. fin. per illum text. ff.
de col. bo. & in l. j. §. pe. ff. de bono. pos. contra tab. & in d. l. ser-
uo legato. §. si testator. per illum tex. & ibi etiam Cy. & per l. in
ratione. §. tametsi. ad l. Fal. & per dictam l. fideicommiss. §. cum
esset. & ibi no. Bal. in l. si defunctus. C. de suis & legiti. & in l. ma
ximum vitium. C. de lib. præte: & in l. si quis filium. C. de inoffi.
testa. & in l. illam. C. de coll. Ita debet esse in proposito extanti-
bus filiis filiorum Sinibaldi voluisse eos vocare ad hæreditatem.
¶ Decimò probari videtur per tex. in l. inter socerum. §. cum in-
ter. ff. de pactis do. secundum intellectum cui adhærere videtur
7 Bal. & Ange. in l. post dotem. ff. solu. matr. vbi habetur † ꝙ si pa-
ter dedit dotem genero pro filia decedente in matrimonio vt si
sine liberis decederet, dos restitueretur patri. Nam videtur à cõ-
trario esse actum quòd filia decedente in matrimonio cum libe-
ris dos retineatur per virum pro liberis. Ecce quod illa verba si-
ne liberis &c. intelliguntur inducere dispositionem ad fauorem
liberorum in casu quo essent, & satis verosimile est ꝙ si testator
fuisset interrogatus an voluisset restitui filiis filiorum Sinibaldi
hoc expresse dixisset, & ideo pro expresso haberi debet, vt est
text. not. in l. Titius. §. j. & ibi no. ff. de lib. & posthu. facit quod
no. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. ¶ Vndecimò probari videtur
8 per l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. † Nam ibi pater insti-

tuit filios,& ſi quis eorum ſine filiis decederet ſubſtituit alium fi
lium:& ſi vterque ſine filiis decederet,ſubſtituit neptẽ. Deceſſit
nouiſſimus ſine filiis:præmortuo alio cum filiis : dr̄ ibi qđ neptis
admittitur cum ſubſtituto illius,qui deceſſit ſine filiis : quia non
eſt veroſimile teſtatorem voluiſſe excludere neptem pp̄ filios al
terius filij ipſius primi filij ipſo primo filio præmortuo vocaren-
tur ab inteſtato:& non ex teſtõ.& ſi neptis ſuccedit ex ſubſtõne
pro parte vltimi filij,ſequeretur qđ teſtator decederet pro parte
teſtatus,& pro parte inteſtatus:qđ non eſt dicendum.l.ius nr̄um
de reg.iur.&c. ¶Duodecimò probatur in ſimili per id quod ha-
betur in l.ſi cui.cum l.ſeq.ff.de condi.& demonſtr.& per l.quã-
uis.C.de fideicõ.vbi mater grauando maritum, vt filios ſuos e-
mancipet,grauaſſe maritum videtur per fideicõmiſſum reſtitue-
re filiis illud quod filiis à matre relictum erat, & quæſitũ patriæ
poteſtatis.Ex eo ergo quod mater in fauorem & contemplatio-
nem filiorũ iuſſit eos emancipari à patre, videtur grauaſſe patrẽ
fideicom.Item vr̄ in caſu noſtro iniunctum grauamen fideicom
miſſi ad beneficium filiorũ,cũ illa verba.ſ. ſępius relata non poſ-
ſunt intelligi fore adiecta niſi ad fauorẽ eorũ qui deſcenderunt
ex filiis Sinibaldi. ¶Decimotertiò vr̄ probari in l.ex facto.§.ſi
quis rogatus ad Treb.vbi quãdo aliquis eſt inſtitutus & rogatus
ſi deceſſerit ſine liberis.Et contingit inſtitutum decedere cum fi
liis naturalibus:an excludatur per tales filios ſubſtitutus. & reſ-
pondet ibi iuriſconſultus conſiderãdam eſſe cõditionẽ & digni-
tatem teſtatoris,& ẽt inſtituti:& ibi gl.magna. Ad quid enim iu-
riſconſultus ibi hãc habuiſſet conſiderationem ſi tales naturales
9 non intelligerentur vocati? ¶†Decimoquartò probari videtur:
nam teſtator dum grauamen & onus ſubſtitutionis fideicõmiſ-
ſariæ iniunxit non ſolũ Sinibaldo, ſed ẽt filiis Sinibaldi, vt clarè
dicũt verba teſtamẽti:ergo eſt neceſſe dicere ꝙ ẽt filij Sinibaldi
intelligantur vocati ex teſtõ:quia grauãdo eos vr̄ eos ex teſtõ vo
care.l.denique.§.ſciendum.ff.de pec.l. Titia Seio.§.ſcia lib.ff.
de leg.ij.& ꝙ no.in l.alio.in prin.ff.de alimen.& ciba.leg. facit
l.ſi ita ſtipulatus.ff.de ope.lib.& no.in terminis Bar.in l. Centu
rio.de vul.& pup.in ver.quæro vlterius quid ſi teſtator dixerit.ſi
filius meus deceſſerit ſine filiis.vbi dicit qđ in hoc caſu nõ habet
locũ id quod no.gl.in l.Luc.de hære.inſti.& no. Bart.in l.ſed &
ſi ſic.ff.de leg.iij. Vbi ẽt pro hoc allegat quod habet̃ in l.Procu-
lus.ff.de vſufru. ¶Item probatur authoritatibus hæc opinio. Nã
eam tenuit Oldra.in l.j.C.de cond.inſer.& vt quidam affirmant
eam tenuit ibi Sal.Ang.& Fulgo.& etiam Bal.in quibuſdam lo-
cis:ſed aliter alibi infra,vt referam.Idem tenuit Lu.Ro.in l.ſi cũ
dotem.in prin.ſol.mat.& Pet.de Anch.conſi.lxxiiij.incip.con
tra Philippum faciunt. ¶Vltimò quod videantur inſtituti & vo-
cati filij filiorum Sinibaldi ex teſtõ,ſatis probare videntur verba
teſtamenti dicentia ꝙ in omnibus bonis ſuis Sinibaldum & eius
liberos hæredes inſtituit, nam appellatione liberorum veniunt
& filij & nepotes.l. liberorum.ff.de ver.ſig.l. quod nepotes.ff.
de teſta.tute.cum vulg. ¶Hæc videntur eſſe illa quæ meo iudicio
ad propoſitum.q.principaliter reſtringere videntur pro iſta par
te quibus ſublatis euidenter patebit non obſtare alia plura leuia
vt arbitror,quæ pro iſta parte adduci poſſent.ſi igitur videtur vo
cati ad ſubſtitutionem filij filiorum Sinibaldi.i.dictus Iac.ergo.
&c. poterit ad fideicommiſſarium prædictum venire. & ab hæ-
reditate filiorum Sinibaldi quia per fideicommiſſum ſucceditur
primo teſtatori.l.cohæredi.§.cum filio.ff.de vulga. & pupil.&
ſic non eſt opus quod ſuccedatur hæredibus dicti Sinibaldi.&c.
a ¶Sed præmiſſis non obſtantibus contrariam [a] opin. puto de iu-
re eſſe probabiliorem,& maximè ex infraſcriptis. ¶Et primò per
l.ſi quis ita inſtituatur hæres,ſi legitimus.de hæred.inſti.cum gl.
10 †vbi per illa verba generalia,ſi legitimus hæreditatem meam vẽ
dicare noluerit, Titius hæres eſto.non videtur legitimus voca-
* tus ex teſtõ.& ita communiter*tenent doc.ibi.&ſi dicatur qua-
re ibi legitimus ſuccedit,& excludit omnes alios volentes ex te-
ſtamento ſuccedere : reſpondeo hoc ideo quia ſi legitimus vult
ſuccedere ab inteſtato deficit conditio ſub qua erant vocati illi
qui erant ſcripti. Ita in propoſito noſtro exiſtentia filiorum di-
ctorum excludit ſubſtitutos.ſ.Philippum & ſequaces : quia hoc
diſpoſuit teſtator. ¶Secundò probatur per l.poteſt iuncta l.ſeq.
ff.de vulg.& pup.vbi.ſi teſtator plures habens filios impuberes
inſtitutos diſpoſuerat in teſtamento, quod ſi aliquis eorum de-
cedit,vltimo poſtea decedenti ſubſtituit Titium per illam diſpo-
ſitionem,ſi omnes decedãt vltimo ſuperſtite cæteris pręcedẽ-
tibus,ſed ab inteſtato tantum videtur vocatus:& ideo dicit Bald.
ibi,ꝙ ibi videtur expreſſus caſus pro opin. ¶Tertiò probatur per
l.generaliter.in prin.verſi.cum enim ferendus &c.C.de inſtitu.
ſub condi.fa.vbi dicitur quod filij extantes à contrario ſenſu il-
lius conditionis, videlicet ſi filius inſtitutus deceſſerit ſine libe-
ris,vocantur ad hæreditatem illam aui teſtantis, vt ad fructum
paternum & ſic habent ibi liberi ex iudicio patris,non autem ab
auo ex tacito fideicom.inducto ex verbis teſtamenti auiti. ¶Nec
obſt.ſi dicatur ꝙ ibi dr̄ hæreditatem vt fructum paternum per-
cipere:quia ea cenſeantur obueniſſe propter patrem inſtitutum,
& contemplatione ipſius patris.vnde videntur liberi percepiſſe
à patre ex quo eius contemplatione habuerunt.ar.l.ſed & ſi plu-
11 res.§.in arrogato.ff.de vulg.& pup. ¶†Quia dico ꝙ hoc eſt fal-
ſum:quia imo in dubio id quod relinquit auus nepoti præſumit̃
relinquere pro ſe,non autem contemplatione patris, ideo dici-
tur aduentitium non profectitium:vt no.gl.in l.qui aliena.§.in-
terdum.de acqui.hær.Et ibi doc.& gl.& Bar.& Ang.Io.de Imo.
in l.quæſitum.in prin.ff.de leg.j.& ibi rn̄det Io.de Imo.ad l.de-
dit dotem.ff.de col.bo.& idem eſt de mente Bar.in l.Gall.§.qd
ſi is.ff.de liber.& poſth.in qõne de nepote ſpurio. ¶Quartò ſe-
12 cundum aliquos probatur in l.j.C.de pac. Vbi habent †quod ſi
ille qui erat grauatus de reſtituẽdo partẽ hæreditatis ſibi aſſigna-
tam in teſtamento ſub conditione ſi deceſſerit ſine liberis,faciũt
pactum tempore quo non hẽt liberos de reſtituenda indiſtinctè
minori parte quam fuerit grauatus etiam cum liberis deceſſerit,
& contingat eum poſtea habere filios tempore mortis propter
quos deſinebat conditio fideicommiſſi, non propter hoc minus
ſeruabitur pactum:& ſic debebit reſtitui pars de qua fuerit con-
uentum,non obſtante ꝙ eſſent liberi rogati de reſtituẽdo quod
non contingeret ſi liberi intelligerentur ſubſtituti, quia tunc in
præiudicium eorum non tenuiſſet pactum,per ea quæ habentur
in l.fi.§.ſi autem.& in authen.res quæ.C.cõmuni.de le. ¶Nec
ad d.l.j.ob.rn̄ſio data p Ro.in l.ſi dotẽ.§.fi.ſol.ma. dicentem ꝙ
ibi grauatus alienauit per illud pactum non vltra legitimã ſuam.
cum.n.eſſent duo fratres legitima bonorum patris non erat niſi
triens:iuxta auth.nouiſſima.C.de inoffi.teſta.& per ↄn̄s medie-
tas trientis,quæ eſt ſextans, erat portio legitimæ ipſius alienan-
tis.Et ſolum modo d.portio ipſius alienantis erat alienata in qua
non intelligebatur eſſe grauatus per fideicommiſſum.l. quoniã
in priorib.C.de inoffi.teſt.& no.in l.quibus. eo.tit.l.cohæredi.
§.cum filiæ.de vul.& pup.Et cum hac rn̄ſione dicit ſe magnum
doctorem Romæ per hunc paſſim confuſiſſe.Sed cum pace ſua;
hæc rn̄ſio nihil valet : quia illo iure non triens ſed quadrans erat
legitima illorum duorum fratrum.l.cum quærit̃.C.de inof.teſt.
Et per ↄn̄s ſi ille alienauit ſextãtem totius hæreditatis,& ſic duas
partes:ſequitur ꝙ alienauit vltra legitimã ſuã.quæ erat vna vncia
cum dimidia tm̄. ¶Nec dicatur ꝙ ẽt alienãs potuit alienare nedũ
pro legitima,ſed etiam pro Trebellianica, vt vidi nonnullos cõ-
ſultores dicere:quia hoc eſſet incõſideratè dictũ, qm̄ Trebellia-
nica non eſſet debita niſi tpe in caſu reſtitutionis fideic. Ray.de
teſt.& declarat Bar.& alij in l.quãquã.C.ad l.Fal.cum ſuis con-
cor. ¶Et dato ꝙ fortaſſis aliqua ſubtiliori rõne dici poſſet.tex.in
d.l.j.C.de pac.nõ probare iſtã opi.tn̄ non eſt faciẽda in hoc ma-
gna difficultas, attento ꝙ per alia iura & rõnes, & authoritates
* oſtendat hanc eſſe veram communem*opi. ¶Quintò probatur
in l.iubemus.verſic.denique in retinenda.C.ad Trebel.iuncto
13 princ.illius l.vbi in prin.imperator poſuit cauſam †ꝙ ſi teſtator
grauat filium inſtitutum de reſtituendo alteri filiæ teſtatoris ſub
cõditione ſi ipſe grauatus deceſſerit ſine liberis, poteſt grauatus
de reſtituendo detrahere quartã abſque eo quod fructus perce-
pti in ea computentur. Poſtea ſubdit quod eadẽ detractio quar-
tæ non computatis fructibus fiet, qn̄ teſtator filium grauaſſet p
fideicommiſſum reſtituere hæreditatem liberis ipſius grauati.Et
ſic innuit ibi tex.ſpecificam formam fideicommiſſi iniunctam fi
lio,de reſtituendo liberis ſuis, ꝙ per ſuperius dicta in prin. illius
l.vbi erat poſitum quod filius ſub conditione,ſi deceſſerit ſine li
beris erat grauatus reſtituere alteri filio teſtatoris, nõ erat com-
prehenſus talis caſus per quem filius intelligeretur grauatus de
reſtituendo liberis ſuis. ¶Sextò probatur p l.ex facto.ff. ad Tre-
bel.Nã ibi ſi illi liberi viderent̃ vocati p fideicõmiſſum ex teſta-
mẽto p illa verba conditionalia videlicet ſi deceſſerint ſine libe-
ris

ſis, &c. ſequeret̃ q̃d ſuperueniens deportatio in perſona filij in-
ſtituti non noceret ante deportationem cõceptis.l. fin.ff. de bo.
dam.& l.ij.aliàs.iij.ff.de inter. & rele. & tñ nocet deportatio qñ
hæreditas trãsfertur in fiſcũ.ſi em̃ filij intelligerent̃ ſubſtituti nõ
remaneret ibi hæreditas apud fiſcũ ſimpliciter , vt ibi dr̃ ſed cum
onere reſtituendi filijs per fideicõmiſſum.l.Marcellus.§. fi.l. re-
cuſare.§.ſi fiſco.ff.ad treb.& patet.in d.l.ex facto.in fi. & ita illũ
tex.inducit ibi Lu.Ro.& etiã Io.de Imol.in d.l.Lucius. ¶ Septi-
mo probatur per.l. ex facto.ff. de hær.inſtit.& per.l.ſi quis.ff. ſi
quis omiſ.cau. teſt. vbi ille qui eſt nominatus in conditione non
põt petere ex teſtamento. ¶ Octauo inducit̃ tex.in l.ſi filiusfa.§.
cũ quis.ff. de leg.j. Vbi fideicõmiſſum iniunctũ hæredi ſub con-
ditione hac, ſi ipſe hæres deceſſerit nõ ſuperſtitibus liberis valet,
nec curatur an ſint hæredes vel non. ¶ Nono probatur per gl.in
14 d.l.Lucius.quæ hoc expreſſe firmat,ſcilicet † ꝙ liberi poſiti in cõ
ditione nõ videant̃ vocati ex teſtamento : ſed ſolũ poſſint ſucce-
dere ab inteſtato teſtatori deſtituto teſtamẽto,vt quia nemo hę-
reditatẽ adiuerit. ¶ Nec dicamus vt plerique conſultores dicunt
ꝙ illa glo.iuncto tex. intelligi debet ꝙ velit liberos ſuccedere ab
inteſtato primo teſtatori tanq̃ ſubſtituti vulgariter patri ipſorũ
liberorũ.prout habet̃ in l. ſi quis ita hæres inſtituat̃, ſi legitimus.
ff.de hære.inſti. quia dico quod iſtud eſt inaduertenter dictũ: vt
mihi videtur, nec in d. l. Lucius. dicit quòd liberi eſſent vulgari-
ter ſubſtituti.pręterea vbi eſſent ſubſtituti vulgariter,non poſſet
15 dici ꝙ ſuccederẽt ab inteſtato,† quia ſubſtitutio vulgaris,quę eſt
directa nõ poteſt in hæreditate fieri ab inteſtato.l.Scæuola,ff.ad
Ter.l.ij.C.de cond.inſt.nec in d.l.ſi quis ita hæres inſtituatur,dr̃
ꝙ ſubſtitutus vulgaris ſuccedat ab inteſtato . Sed bene legitimus
qui nõ fuerat ibi vulgariter ſubſtitutus . ¶ Decimò probatur per
gl.hoc volentem in d.l.ex facto.§. ex facto. in verſi. defeciſſent.
ibi cũ gl.dicit nec ipſi habent,&c.iuncto tex. ¶ Poſtremo proba
* tur authoritatibus doc.hoc tenentiũ * cõiter.nam iſtã opi.ſequi
tur Iac.de Are.Cy.Ray.Bart.Fran.tigri.Nic.de Neap. Bal.Ang.
& Io.de Imo.in l.Lucius.de hær.inſtit.& Io.An. in addi. Spec.in
tit.de teſt.§.j.ver.huic quæſtioni accedit bimembris. q. Petri de
cornitis.& Bar.in l.Centurio.ver.quæro vlterius quid ſi teſtator
dixerit , ſi filius meus deceſſerit ſine filijs liberis , & filij, &c. vbi
etiam refert ita tenuiſſe Rich.ma.Et idẽ tenuit Bar. in l. ſi cũ do-
tem.in prin.ſolu.ma.& in l.ſi ſic.de leg.iij.& ita cõſuluit Old.in
conſil.cxlj.inci. thema tale eſt do. Canonicus,&c.ad fi.conſilij.
& Ang.quo ad caſum noſtrũ in l.legatis.C.de leg.in aliquibus le
ctu.& Bal.in l.q̃d ſatis.in pen.col.C.de bo.quæ lib.& Bald.in l.
cũctos populos.C.de ſum.tri.in iij.col.in ver. venio ad ſecundũ
ſcilicet ſucceſſionem inteſtati.& in l.cũ acutiſſimi. in vlt. col.C.
de fideicom.& in l.emancipati. in viij.opp. C.de col.& Bal.in l.
poteſt.de vulg.& pupil.& Imo.& Pau.de ca.in de l.filiusfa.§.cũ
quis.de leg.j. ¶ Et dicũt præfati doct. hanc eſſe magis cõmunem
* opin. * idem tenet Ra. in d.§. cum quis affirmans cõem opinio.
eſſe illam opin.quã tenet gloſſ.in d.l.Lucius. licet nonnulli con-
ſultores minus fideliter referunt Raph . tenere contrarium in d.
§.cũ quis.referentes etiam quod Pe.de Anch.in d. c. ſi pater . de
teſta.in vj.reprehendit opin.gl.in d.l.Lucius. Sed arbitror quod
tunc de recenti non viderãt lect.Pet.de anch.in d.c.ſi pater.quia
ibi certe approbat opinio.gloſſ.prædictæ.& idem tenet ipſemet
Pe.de anch.in c.licet.de voto.in repeti.c.in præſentia . de proba
tio.in verſic.ibi,&c.Et ibi dicit quod ita conſuluit Pe.de anch.in
conſi.cxx.incipien.pro clariori deciſione dubij.conſil. cxxxvij.
principaliter ponderandum.conſi. ccccxxvj. quia ſupra conſul-
tum.Ioan.de Imo.& Paul. de ca.in d.l. ex facto. & §.ex facto.&
ibi tenet idem Ludo.Rom.referens ſe alias diſputando determi-
naſſe. Idem tenet Raph. Fulg. in l. generaliter. §.cum autem.C.
de inſtitut.& ſubſtitu.vbi in pleriſque lect.etiam refert quòd ita
conſuluit Pet.de Anch. Bart . Sal. & Petr. de nouaria.& d.Fran.
de zab. ¶ Refert etiam Ang. in d.l. Lucius . ita fuiſſe iudicatum.
& pro iſta opin.ſemper conſului,& iudicatum audiui cum opin.
contraria neque tales neque tantas authoritates habeat : imo ꝓ
ſe fere nullas habeat authoritates:vt j.oſtendam. Et iſta opi.diju
dicatur communis:vt referunt ſcribentes prout dixi.ſ.quis dubi
tet pro iſta opi.fore iudicandum,cum in iudicando non ſit à com
muni opi.recedendum:vt ſcribitur in locis vulgaribus. ¶ Nec ob
ſtãt allegata in contrariũ.& primo tex.in præalleg.l. Lucius quæ
eſt principale fundamentũ opi.contrariæ. cui reſpondet̃ quod p

illa verba, vr̃ teſtator prætuliſſe liberos ſubſtituto:quia per exiſtẽ
tiam liberorum excluditur ſubſtitutus:non aũt ſubſtitutus exclu
16 dit liberos . † quia hærede primo loco inſtituto repudiante non
admittitur ſubſtitutus,ſed liberi ab inteſtato tanquam proximio
res ipſi teſtatori: vt ibi in gloſſ. in d. l. Lucius. ij. ar. l. vel ſingulis
de vul. & pu.& in d.l. ſi quis ita hæres inſtituatur, ſi legitimus cũ
gl. ¶ Non obſ. ſecundum argu . dum dicebatur ꝙ illa verba non
videntur adiecta niſi in fauorem & contemplationem liberorũ
dictorum:quia reſpondeo ꝙ ſatis continere dicuntur liberorum
fauorem:quamuis ex teſtamento non videantur vocati.quia vbi
primi hæredes inſtituti non adiuiſſent , fuiſſet locus ſubſtitutis ꝑ
illa verba.ſi dicti liberi ab inteſtato non ſucceſſiſſent do.Rich.vt
proxime dixi . Item quia ſatis eſt fauor liberorum ꝙ ſubſtitutus
tunc excludatur & pater dictorum liberorum hæres inſtitutus à
teſtatore,nõ habeat reſtituere ſubſtituto extraneo. Et ſic habeat
poteſtatem relinquendi dictam hæreditatem in teſtamento &
ab inteſtato liberis ſuis poſitis in conditione à primo teſtatore
præſumitur.l.ſi pater.ff.fam.erciſ.l.ſcripto.ff. vnde libe.l. nec in
ea.ff.de adulte.& l.cum ratio.ff.de bo.damn.l.iſti quidem.ad fi.
q̃d me.cauſa. ¶ Præterea iura allegata in contrariũ non loquun-
tur in eo qui poſitus eſſet in conditione,prout eſt in caſu noſtro.
¶ Non ob.tertio text.in l.pe.ff.de col.bo.quia reſpondeo prout
reſpondet Bar.& alij.in l.ex hac ſcriptura. ff. de dona.in ver.op
17 pono.de l.titiã.cum.l.ſeq.& c.fi.de ſucceſſ. ab inteſt.† videlicet
ꝙ verba enunciatiua conditionaliter prolata propter aliud non
inducunt diſpoſitionẽ.l.ex facta la prima.ff.de hære.inſtit.& d.
l.ſi quis ſub conditione. præterq̃ in aliquo antecedenti, vel con-
ſequenti q̃d ſit neceſſariũ implendũ ad illud q̃d in conductione
deductũ.Ita loquit̃ tex.in d.l.pe.& in l. denique §. interdũ.ff.de
pe.leg.& l. Proculus.in prin. ff.de vſufr. ¶ Nã in d.l.pe.pater.in
teſtamento cauit,ꝙ ſi filia fratribus conferret dotem,& alia quæ
ipſe teſtator ſibi nubenti tradiderat, ꝓ rata parte ad hæreditatem
vocaretur.Dicit ibi ꝙ ſi filia ab hæreditate abſtinuit non poteſt à
fratribus cõpelli ad dotem , & bona prædicta conferenda , quo-
niam pater voluit filiam alterutrũ habere. ſ. eandẽ partẽ hæredi-
tatis,& dotem cũ cæteris bonis fratribus conferre,vel dotem vel
dicta bona habere præcipua , & huius eſt ratio:quia cum pater di
xit.Si filia dotẽ, &c. quæ ſibi tradidi nubenti cum fratribus con-
ferret pro parte hæredẽ inſtituto. Sequit̃ de neceſſitate quod pa-
ter voluit dñium dictorũ bonorũ in filiã transferre:quia alias nõ
potuiſſet filia dicta bona conferre,vt diſpoſuit teſtator:quia col-
latio eſt rei propriæ in cõi latio.l.j.in prin.ff.de col.& no.doc.in
l.ſi emancipati.poſt gl.in rubr.de col.bo. nõ mirandũ ergo ꝙ fi-
lia abſtinente ab hæreditate patris dos præcipua cum alijs bonis
præcipuis reſidet apud eam ſtante regula,quod abſtinens ab hæ-
reditate nunq̃ cõferre tenet̃ l.fi.ff.d.col.bon.& hæc fuit ratio de
ciſionis poſitæ in d.l.pen. ¶ Sed in caſu noſtro nõ erat neceſſariũ
filios filiorũ Sinibaldi intelligi vocatos ex teſtamento , ad hoc vt
verificet̃ ſubſtitutio facta de Philippo habere locum . Nec ob.ꝙ
not.in d.l.gallus.in prin. quia ad hoc reſpondeo q̃d cõis ſentẽtia
* *gl.& doc.eſt in contrariũ:videlicet ꝙ per illa verba conditiona
lia videlicet, ſi filius meus me viuo moriatur nepotẽ inſtituo : nõ
videatur inſtitutus filius:vt no.gl.Cy.Nico.de Neap.Bald.Ang.
Raph.& Imo.in d.l.Gallus.in prin. & Bald.in l.poſthumorum.
in prin.per illum text.in ver.ne ergo.ff.de iniuſt.teſt.& Bal.in l.
humanitatis.in iij.col.in ver.iiij.oppo. & videtur quod præteri-
to, &c. & in l.hæres. C. de impube . & alijs ſubſtit.& in l.hæres.
inſtit. eo. titu . & late Bald. in repet.l.in ſuis.de lib. & poſthu.in
xviij.col.verſi.ſecundum quid ſi nõ fiat.& in l.cohæredi. §. j. de
vulg.& pupilla.vbi refert hanc partem ibidẽ tenere Dy . & And.
de piſis.& idem ſequitur ibi Ange. Rapha.cu. in repeti.l.ſi filius
qui in poteſtate. in ij. oppo. de lib. & poſthu . & Franciſcus tigri
in l.fi. C.de hære.inſtitu.& mouentur docto.per plura,maxime
per dictam . l. Gallus . §. idem credendum. ver. nam & ſi nepos.
& ibi Bal.& per.§.in omnibus.in eadem.l.per d.l.ſi quis.§.fi. de
vulg.& pupil.vbi videtur caſus nõ violãdo literã. & in l. ſi mater
§.j.eo.ti.& per dictã.l.ex facto.etiã no.per gl. & doc. in l.ſi quis
ita hæres inſtituatur ſi legitimus . ¶ Vel aliter reſpondeo & ſi re-
cte conſideramus verba ipſa non volunt quod per dicta verba fi-
lius in teſtamento videatur inſtitutus:ſed dixit quòd per talẽ prę
teritionem filij teſtamentum non redderetur nullum hoc caſu
quia filius videret̃ vocatus ab inteſtato : ideo nulla ſibi fit iniuria
licet

licet nõ instituatur:vt probatur in d. l. si quis ita hæres instituat.
* cũ glo. cõiter * approbata. ¶ Non obstat quinto tex. in d.l. ex fa-
cto.§ ex facto:imo potius ibi videtur probari opi. cõis ſm do. vt
induxi. s̃. Nec obstat inductio facta in contrariũ : quia respõdeo
ꝙ ibi nõ fit distinctio,an illi filij sint concepti ante deportationẽ
vel post: quia qñ sunt concepti post deportationem non faciunt
deficere conditionẽ substitutionis fideicõmissariæ. Ex eo quia
non censent̃ nati ex filio grauato:sed ex alio homine:quia ꝑpter
deportationẽ ceperat fingi esse nouus homo. Hanc rationem ibi
reddit iurisconsultus. Præterea ibi fit distinctio an concepti sint
ante deportationẽ:& tũc erãt successibiles patri.secus si post.Nã
excludebãt substitutũ alias nõ ex dicto.§.ex facto.& plenè not.
per doc.in d.l.filiusfa.§ cum q̧s. ¶ Sextò non ob.text.in d.l. vnũ
ex familia. §.fi. quia respondeo qđ ibi persona quæ intelligeret̃
vocata ad fideicõmmissum nõ fuit vocata per modũ conditionis
quę dispositionẽ nõ induxit vt sæpius dictũ est supra.& ita etiam
posset responderi ad l. Titia Seio liber. ff. de leg.ij. vel dico qđ in
casu dictæ.l.vnũ ex familia. illa verba enunciatiua fuerunt prin-
cipaliter prolata per se vt ibi dicit Barto.in l. Titia cum testamen-
to. in princ. de le.ij. fuerunt verba enunciatiua de futuro emissa
propter aliud merito dispositionẽ inducunt: non sic in casu no-
stro. Præterea tex.in d. l. vnũ ex familia loquitur de liberis testa-
toris non in transuersalibus inter quæ est differentia maxima: vt
infra proximè dicet̃. ¶ Septimò non obst.l. cum acutissimi.quia
rñdeo ꝙ ibi non dicitur quod videant̃ nepotes vocati per fidei-
cõmissum ex testamẽto:nec ita potest intelligi per prædicta. Sed
voluit ibi imperator sentire qđ si extraneus fideicommissarius in
telligeretur vocatus,etiã quãdo filius institutus & grauatus one-
re fideicõmissi decederet cum liberis, non esset possibile nepo-
tes effici hæredes aui per mediam personã filij. Sed fideicõmissa-
rius non intelligeretur vocatus casu quo filius cum liberis pote-
runt nepotes effici hæredes aui succedendo patri suo ab intesta-
to, vel ex testamẽto ipsius patris, & sic hæres hæredis primi testa
toris hæres diceret̃.l.fi. C. de hæred.insti.& l.si paterfamilias. ff.
de vul.& pupil.l.j.ff.de cast. pecu. & illam. l. cũ acutissimi. alle-
gãt Ray. in consi. pręal. cõtra gl. in d.l.Lucius.& tamen non ob-
stant. d.l.cũ acutissimi. concludit contrariũ in suo consi. vt refert
Pet. de anch. in d.c. in præsentia . ibi tñ non refert responsionem
quam declarat Ray. ad illam. l. sed remittit se ad responsum datũ
18 per Ray. in dicto consi. ¶ † Præterea tex. in l. cum acutissimi. lo-
quitur in liberis descendẽtibus testatoris, & dispositio illius.l. nõ
extenditur ad transuersales de quibus nos loquimur:vt no. Cyn.
in l. generaliter.§.cũ autem. in.iij.q. C. de insti.& substi. Ang.&
Imo.in l. ex facto.§. si quis rogatus ibi per no. per gl. ad trebel.&
Imo. in l. cũ auus. ff. de cõd.& demon. ꝙ in hoc arti. nõ põt apta-
ri dispositio conditionalis facta de liberis ipsius testatoris:& con
ditio ipsius testatoris facta de liberis hæredis instituti qui non
sint de liberis testatoris, sed de transuersalibus: patet per not. per
Sal. in l.j. de condi. inser. vbi in primo casu. s. quando sunt de libe
ris testatoris dispositio conditionalis facta de liberis hæredis in-
stituti:qui non sit de liberis testatoris, tenet quòd videantur vo-
cati ex testamento : quando sunt de transuersalibus prout in ca-
su nostro tunc relinquit cogitandum quod in hac materia sit ad-
uertenda differentia. Tenet expresse Nic. de neap. in d.l. Lucius.
per. l. cum acutissimi. ¶ Octauo non obst. quòd dicta verba ha-
bent ablatiuos inclusos à contrario sensu: ergo debent inducere
ius fideicommissi per d.§. cum esset. quia responderi posset mul-
19 tipliciter. ¶ † Primò : quia ablatiui absoluti inducunt dispositio-
tum annos. per hoc non tolleretᷣ lex, nec induceretur conſuetu-
do. Secus ſi nō vſus haberet implicitū actum affirmatiuū ꝯrium
legi. exēplum ponit ipſe: nam lex diſponit diuidi hæreditatem in
ter filios æqualiter vt l. inter filios. C. fa. erciſ. l. fi. C. de libe. præ-
te. Si tn̄ diu ſeruatū eſt, ꝙ non diuidatur & aſſignetur in totū pri-
mogenito, tunc quia iſte non vſus habet implicitum affirmatiuū
ꝯrium, per talem non vſum tollitur lex, & inducitur cōſuetudo:
vt per Cy. in d. l. ij. in iij. q. prin. C. quæ ſit lon. conſuet. & in d. c.
fi. de conſue. & Bal. in prooemio digeſtorum. §. & antea. & Iac.
de Bel. in auth. de hæ. & fal. in prin. ¶Sed teſtes prædicti non de
ponunt de actibus affirmatiuis inducentibus cōſuetudinem, ſed
ſolū quod non viderunt vnquā ſolutā vel petitam dictam quar-
tā, nec reperio teſtes qui deponant de actibus affirmatiuis, id eſt
de pluralitatibus actuū affirmatiuorū: vt quia dicunt ꝙ viderunt
rectores parochialiū petere d. quartam, & eos non fuiſſe admiſ-
ſos, & repulſos: & quòd ita viderunt ſæpe ſeruari præſentibus ac
ſcientibus tot & tantis quod appareret interueniſſe tacitū con-
ſenſum maioris partis, vt dixi ſ̄. ¶Licet. n. ꝑ teſtes non eſſet pro-
bata conſuetudo quæ frequētiā actuū requirat. l. j. & l. ij. C. quæ
ſit lon. conſue. l. an in totum. C. de edi. priua. no. in d. l. de quib.
imo potius dicimus conſtare de actibus contrariis. ſ. ꝙ ſeruatum
fuit ꝙ ꝓ dictis legatis quarta debetur, vt oſtendunt plures ſentē-
tiæ ſuper hoc latæ à quindecim annis citra, ꝑ quas interrumpere-
tur allegata conſuetudo quæ tū ſeruari incepiſſet. & no. glo. in l.
cum de conſuetudine. ff. de legi. & per veſtras ſententias concur
rente vſu longi temporis induceretur ꝯria conſuetudo, vt no. gl.
& doc. in l. nemo. C. de ſen. & not. Bart. & alij in d. l. de quibus.
¶De præſcriptione autem dictæ quartæ non eſt tractandū: quia
non præſcribitur niſi præcedente aliquo titulo, licet non effica-
ci. c. de quarta. cum ibi no. & per gl. & doc. de præſcrip. cū autem
talis præſcriptio ſit cōtra ius commune: & tunc ſine tit. non cur-
rit. c. j. de præſcrip. in vj. de nullo autem tit. conſtat in propoſito
ergo. ¶Ex quibus concluditur de iure cōi cōpetere dicto d. Tho
mæ ius agendi ad dictam quartam, & fundamentū partis aduer-
ſæ circa allegatam conſuetudinem non obſtare. Reſpondeo ad
eleganter deducta per partē aduerſam in cauſa domini Thomæ
de Imo. dico breuiſſimè. Et primò inquantum dicitur ꝙ vbi gra-
uamen non poteſt adimpleri, ceſſat detractio quartæ, vt no. in di
cto. conſi. in ordine meo ccxxv. incip. grauamina quæ fratribus
b etiam in vltimo quæſito. ¶Reſpondeo primò ꝙ Oldr.[b] in hoc
non

non firmat ſed ſimpliciter dicit ꝙ vr̃ an illud ꝙ dr̃ in l.decem de
fideicom.lib.ſit exten.ad iſtum caſum,an ſimpliciter ſentire de-
beat conſtit.j.interzuzem.volenti de omnibus relictis ad deter-
minatum vel indeterminatum vſum detrahitur quarta,vt in cle.
dudum.¶Fortius dico ꝙ do.Car.in cle.dudum in §.verũ in xvj.
q.faciens mentionem de conſi.Oldr.elegit iſtã partẽ ſcilicet etiã
qñ legatũ nõ ſufficeret ad implementũ,detrahatur quarta:& di-
xit quod hæres ſupplebit legata per id ꝙ deficeret ad perficiẽdũ
opus,vel ſi non vult,ſoluat quarta,& adimpleat opus eodẽ mo-
do quo põt.& hoc dicit eſſe verius,maxime ad obuiandũ fraudi-
bus:alias.n. facile deluderentur parochiales: & hoc probat ma-
nifeſta ratione:quia ſi ꝯ̃rium diceremus ſequeretur quod teſta-
tor poſſet in effectu ꝓhibere detractionem quartæ ꝯ̃.c.requiſi-
ti.de teſt.& reſpõdet ad.l.decẽ.prout colligitur ex no.ibi.in gl.
¶Præterea in caſu nr̃o. tam detractio quæ fit per eccleſiã paro-
chialem,quam eccleſia legataria ſunt paris priuilegij,& vna cau-
ſa eſt.ſecus in l.decẽ.qa ex vna parte erat cauſa pia datio liberta-
tis ſeruo,ex alia parte non.¶Præterea legatarij agnouerunt lega
tum & onus ſubire cœperũt: ergo ꝙ ſemel placuit &c. vt in iuri-
bus vulgaribus. ¶Nec excuſarent ſi allegarent ꝙ putarent paro-
chialem non poſſe petere quartam:quia iſte eſſet error iuris, qui
non tollit,vt l.iuris.de iu.& fac.ig.& pręſertim cũ quilibet præ-
ſumatur ſcire iura.l.latæ.ff.de verb.ſig.l.leges.C.de legibus.In
ſuper negatur ꝙ facta detractione quartæ non poſſet onus adim
pleri. non.n.ſequit:fratres dicũt ſe nolle dicere miſſam: ergo nõ
poſſe.aliud eſt nolle,& aliud eſt non poſſe.l.non quicquid.de iu
dicii.non.n.obſtat ꝙ de legato promiſſis non detrahatur quar-
* ta:quia hoc eſt cõtra gl.* cõiter approbatã in d.§.verum.in ver-
bo,funeralibus.& Bal.ſequitur in c.ſi pater.in vj.q.de teſt.in vj.
in repe.¶Non ob.ꝙ dr̃ ꝙ priuilegiũ.Alex.fuit factũ poſt xl.an.
illud ergo opponi non põt.l.j.per gl.in ver.in fraudẽ.C.de emẽ-
da.iuſt. Codicis.c.fi.de conſtit.quia primò dico ꝙ priuilegium
non vidi: & cum videbo clarius reſpondebo,ſed nunc dico ꝙ ſi
priuilegium,id eſt ſcriptura priuilegij peccat in hoc:quia non ſit
authentica ꝓut requiritur,iuxta.c.inter dilectos.de fide inſtr.hę
res eſt expedita:quia non diceret de priuilegio cõſtare, & ſic in-
ſtrumẽtũ nec allegaret eſſe annorũ xl.nec ſi priuilegiũ eſt authẽ-
ticum,exhibeat:& reſpondeatur vtrũ illud priuilegiũ factũ fue-
rit añ cle.dudũ.hoc facile conſtare põt ex chronicis. ¶Præterea
incũbit onus fratribus ꝓbandi ꝙ illud priuilegiũ fuerit ꝯceſſum
poſt cle.dudũ.vt no.Hoſt.Io.An.& oẽs in d.c.apoſtolica.de his
quæ fiunt à p̃la.in c.ij.de deci.in vj.niſi fratres ꝓbaſſent cõmunẽ
* opi.*eſſe,ꝙ memoria non extet in ꝯ̃rium eius quod ipſi allegant
16 ſ.ſe fuiſſe † in quaſi poſſeſſione emptionis.ita dicũt doct.ibi. nã
fundanti ſe ex tempore incumbit onus ꝓbandi tempus.l.non ſo
lum.§.ſed & probari.cum ibi no.per Bar.ff.de ope.no.nun. er-
go cũ fratres habeant ius cõmune cõtra ſe, ſi volunt tueri ſe pri-
uilegio poſtea ꝯceſſo ꝓbent ꝙ fuerit conceſſum poſt ius cõmu-
ne.¶Nec ob.ꝙ teſtes probẽt memoriã non extare, vt no.Bar.in
l.j.alias ij.§.fi.in vltimo quæſito.ff.de aqua plu.arc.per l.ſi arbi-
ter.ff.de proba.& no.gl.in d.c.in ver.memoria. de præſcript.in
vj.¶Non obſt.quod allegãt præſcri.quia dico.ꝙ requiritur titu-
lus,licet inualidus:concurrente errore facti iuſto & probabili.in
c.de quarta.cum ibi no.de p̃ſcrip.& in l.Celſus.& ibi plenè Bar.
de vſuc.& in c.ad apoſtolicæ.de don. ¶Non ob.ſi dicatur quod
fratres habuerũt iuſtũ errorem pp priuilegiũ,quod putarẽt fuiſ-
ſe cõceſſum poſt cle.dudum.quia reſpondeo ꝙ iſte error nõ eſt
ꝓbatus in ꝓceſſu:imo nec forte ꝓbabilis:oportet.n.ꝙ probetur
ꝙ interceſſit aliqua veriſimilis cauſa ad inducendũ eos ad credẽ-
dum,vt quia erat publica fama qđ ita eſſet,vel ſimilis cã.ita decla
rat & probat Bal.& alij.in l.Celſus.prælle. ¶Præterea aliud pri
uilegium non debet eſſe in auth.forma,vt puto.& ſic ſi credide-
runt illud facere fidem fuerunt in errore iuris qui impedit præ-
ſcriptionem.l.nunquam.& l.ſi fur.ff.de vſuca.& no.in c.ad apo
ſtolicæ,& in c.cura.de iure patro.¶Non obſ.ꝙ ipſi dicunt alle-
gando conſuetudinem:quia dico ꝙ non tenet cõſuetudo hoc ca
ſu,maximè cum ſit per l.reprobata,& intelligitur reprobata cõ-
* ſuetudo futura ſm magis *cõmunem opi.à qua non eſt receden
dum,vt plenè ſcripſi in conſi.¶Non ob.quod no.Bald.in c.j.de
capitulis Coradi.in pri.quia cum reuerentia nõ obſtat in propo-
ſito.dicit.n.quod ſi per legẽ fuerit derogatũ conſuetudini præte
ritæ quæ cõtinebat idẽ quod ius cõmune, non eſt prohibita con
ſuetudo futura aliàs ſic: quia dicitur potius per illã legem vel ſta-
tutum fuiſſe reprobatum ius commune, quam conſuetudo. Sed
in caſu noſtro indiſtinctè omnis conſuetudo fuit reprobata per
d.cle.dudum.¶Præterea non eſt probata conſuetudo:quia non
ſufficiunt actus negatiui in conſuetudine, vt eſt communis ſen-
tentia:vt dixi in conſilio. & per hoc patent eſſe ſublata omnia in
contrarium allegata.

### ADDITIO.

a ¶Periti.Bar.l.j.col.vj.ff.de reb.credi. Panor.c.Albericus.co.
ij.& ibi Fel.de teſtib.Fran.purpura.d.l.ij.nu.181.Henry.bo.
c.dudum. de conuer. coniuga. Deci. c. quoniam contra fal-
ſam.in fi.de proba.conſi.lxxxij.colum.v.conſi.ccxv.Fel.c.ſi-
cut.in prin.de re iudic.Hyppo.marſi.rubr.de probat.fol.40.
b ¶Oldr.cclxxxvij.quæſtiones.

### CONSILIVM CXCVII.

VIDE.ſup.lib.j.conſi.lviij.quod hic duplabatur.

### CONSILIVM CXCVIII.

VIDE.ſupra li.j.conſi.vij.quod hic malè ſitum erat.

### EPITOME.

1 ¶Filij poſiti in conditione non ſunt vocati ex teſtamento.

### CONSILIVM CXCIX.

VIſo præſtanti conſilio celeberrimi.ll.doctoris domini
Ange.Aretini,ſuper titulo quæſtionis ante ſcripto: quia
per ipſum opportune & rectè allegatũ & concluſum eſt:
ego in eandem ſententiã inclinans paucioribus abſoluã quæ di-
cturus ſum.¶Videbat itaque prima conſideratione dicendũ di-
ctam dominã bene fuiſſe vocatam ad ſucceſſionem ex teſtamen-
to dicti nobilis primi teſtatoris proaui ſui.¶Quod vltra allegata
1 in ſuperiori cõſilio vr̃ probari in l.pen.ff.de colla.do.† vbi verba
enunciatiua, etiã conditionaliter prolata, diſpoſitionẽ inducũt.
¶Hoc idẽ ſecũdo comprobatũ vr̃ per not.per Bar.in l.Gallus.
in prin.ff.de lib.& poſth. & in l.ſi quis eum.§.fin.ff.de vulga.&
pupi.& in c.cohæredi.§.fi. per illum tex.eo.tit. vbi concludit ꝙ
per hæc verba cõditionaliter prolata, ſi filius me viuo morietur
nepotem inſtituo,vr̃ eſſe filius inſtitutus. Ita ergo dicendũ in ca-
2 ſu præmiſſo eadem ratione. ¶† Tertio probatur per l. ex facto.
ff. ad Tre. vbi ſi mater filiũ inſtituat & grauet de reſtituendo hæ-
reditatem Titio ſub conditione, ſi ipſe filius ſine liberis deceſſe-
rit,& ipſe poſtea in inſulã deportat & liberos ſuſcipiat: ſi quærat
an excludatur fideicõmiſſarius per tales liberos,diſtinguit ibi qđ
aut iſti liberi fuerũt concepti ante deportationẽ,& excluditur fi-
deicõmiſſarius.aut poſt deportationẽ:& tũc ſecus: ergo ſequitur
ꝙ tales liberi vocant ex teſtõ per fideicõmiſſum ad hæreditatem
dictæ eorũ auiæ teſtantis: non aũt vocantur ab inteſtato ſolũ ad
hæreditatẽ aditã à patre, qm̃ ſi ſolũ vocarent ab inteſtato ad adi-
tam hęreditatẽ acquiſitã patri,Iuriſcõſultus non feciſſet ibi illam
diſtinctionẽ:imo præciſè reſpondiſſet negatiuè,ſ. ꝙ liberi ipſius
deportati nõ excluderent fideicommiſſariũ: quia illo iure depor
tatus non poterat habere hæredẽ ex teſtamento.l.deportati. C.
de bo.proſcrip.l.deportatorũ.C.de pœnis.¶Quarto probatur
3 per.l.vnũ ex familia.§.fi.ff.de leg.ij.† vbi verba enunciatiua re-
lata ad hæredẽ, quamuis expreſsè nõ importent fideicõmiſſum:
tñ ſufficit ꝙ importent coniecturatiuè. Ita ergo in propoſito ver
ba fideicommiſſariæ ſubſtitutionis relata ad hæredem quamuis
expreſſe non ſonent fideicommiſſ. liberis reſtituendum tamen
quia videntur fauore eorum illa verba prolata, debent tacite in-
4 telligi eſſe vocati per fideicommiſſum. ¶† Quinto probatur
per l.cum acutiſſimi.C.de fideicomm.vbi quando auus inſtituit
filium, & grauat eum de reſtituendo per fideicommiſſum poſt
mortem illius, filius intelligitur grauatus ſub tacita conditione,
ſi deceſſerit filius ſine liberis.vnde ſi liberi extant, veniunt ad hæ
reditatem excluſo ſubſtituto ex præſumpta voluntate teſtatoris
defuncti,quæ eſt vt nolit in ſua hæreditate extraneos ſuis deſcen
dentibus præferre, intelligitur ergo quòd illi liberi veniunt per
fideicommiſſum.Si vero venirent iure ſucceſſionis ab inteſtato,
tunc non excluderent ſubſtitutum ex tacita mente aui,ſed ex ta-
cita voluntate patris,quæ eſt quod eo ipſo quod ſine teſtamento
decedit, quòd videatur velle hæreditatem eius venire ad proxi-
miores.l.conficiũtur.l.ſi quis cum nullum. ff.de iure codicil.Si-

cut ergo in casu dictæ l.cũ acutissimi,hoc operatur illa subintel-
lecta cõditio,si decesserit sine liberis,illud idem operatur in casu
nostro expressa.l.cũ quid.ff.si cer.pet.l.triticum.ff.de ver.obli.
5 ¶†Sextò vr̃ probari:quia illa verba si sine liberis decesserit, sub-
stituo talem,habẽt à ɔ̃rio sensu ablatiuos absolutos in se,sed abla
tiui absoluti prolati ab eo qui habet potestatem grauandi, indu-
cunt ius fideicom.l.fideicõmis.§.cũ esset.ff.de lega.iij.ergo &c.
& ita per reliqua ex p̃dictis tenebat Bal.in l.j.in lect.antiqua.C.
de condi.inser.& idem tenet ibi Saly.& Lu.Rom.in l.si cum do
a tem.in prin.ff.sol.ma.¶Sed p̃missis non obstan. ɔ̃riam[a] senten-
tiam de iure ꝓbabiliorẽ esse puto,per ea quæ alleg. sunt per præ-
dictum do.consulentem.¶Et vltra alleg.per eũ probat̃ in l.si qs
ita hæres instituat̃ si legitimus.cũ gl.ff.de hære. insti. vbi per illa
verba si legiti.hæreditatẽ meã vendicare noluerit Titius hæres
esto,non vr̃ legitimus hæres vocatus ex testõ,sed ab intestato.
quia fuit vocatus in vim conditionis non in vim dispositionis.be
ne facit.l.ex facto etiã eo.ti. ¶Secundò probat̃ per l.põt.iuncta
6 l.seq.ff.de vul.& pup.†vbi si testator habens plures filios impu-
beres institutos disposuerit in testõ,ꝙ si omnes decedant vltimo
superstite.ꝙ tali vltimo postea decedenti substituit Titium, cer-
tè per illam dispositionem si oẽs decedant vltimo superstite,non
videtur vltimum superstitẽ substituere cæteris prędecedentibus,
sed ab intestato tantum vr̃ vòcatus.& ideo dicit Bal.ibi ꝙ ibi vide
tur expressus casus per gl.in l.Lucius.la ij.ff.de hæred.insti. quæ
istam opi.expresse firmat:& illam ibi sequitur Iac.de Aret. Cyn.
Ray.Bar.Bal.Ang.& Io.de Imo.& Io.And.in addi.in tit.de test.
§.j.versi.huic quæstioni accedit bimembris quæstio.Pe.de Cor
netis & Bar.in d.l.Centurio.& in l.si cum dotem.in prin.ff.sol.
mat.& in l.sic.ff.de leg.iij.& sequitur Bald.in l.quod scitis.circa
pe.col.C.de bo.quæ lib.& in l.cunctos populos.C.de sum.tri.
in xv.col.in versi. venio ad quintum responsum.s.ad successio-
nem intestati.& Io.de Imo.in l.filiusfa.§.cum quis.ff.de le.j.&
idem tenet Pau.de Cast.dicentes præfati doctores hanc opi.esse
* magis* cõem.& idẽ cõsuluit do.Pet.de Anc.cons.[illegible]xvij.prin
cipaliter põderandũ.& in c.si pr̃.de test.in vj.& in c.licet.de vo-
to.& in repe.c.in p̃sentia.de proba.in verbo,decimo q̃ro &c.&
dicit ꝙ ita cõsuluit Ray.Et vltra prædictas authoritates, & rõnes
probat̃ per gl.ff.ad Treb.l.ex facto.§.ex facto.ad fi.in versi.de-
fecisset.ibi cum gl.dicit nec ibi habent.& ita ad hoc ponderat il-
lam gl.& sequitur Io.de Imo.& Pau.de Cast.ibi.& Lud.Ro.ibi-
dem refert se alias disputando idem tenuisse, & probatur f̃m eũ.
& etiã f̃m Imo.in d.l.Lucius.ista cõclusio per d.§.ex facto.quia
ibi si liberi viderentur vocati per fideicommissum ex testamen-
to,sequeretur ꝙ superueniens deportatio in persona filij institu
ti non noceret fideicommisso,nepotibus ante deportationẽ cõ-
ceptis.l.ij.ff.de interdictis & relegatis.& tñ nocet deportatio:
qm̃ dicta hæreditas trãsfertur in fiscũ. Si.n.filij intelligerentur
substituti,nõ remaneret ibi hr̃ditas apud fiscum simpliciter:sed
cum onere restituendo filiis per fideicõmis.l. Marcellus.§.fi.&
l.recusare.§.si fisco.ff.ad Trebel.vt patet in d.§.ex facto.in fin.
¶Quarto probatur per l.gñaliter.in prin.in versi.cui.n.sciendũ
&c.C.de insti.& substi. vbi dr̃ ꝙ debent extantes à ɔ̃rio sensu il-
lius conditionis, videlicet si filius institutus decesserit sine libe-
ris vocãtur ad hæreditatẽ illã intestatis vt ad fructum paternum:
& sic habẽt liberi ex iudicio patris:non autem ab auo ex tacito fi
deicommisso inducto ex verbis testamenti auiti.nec ad hoc ob-
stat si dicatur ꝙ ibi dicuntur hæreditatem fructuũ paternorum
percipere,quasi eis censeatur ab auo ꝑꝑ patrem institutum,& cõ
templatione ipsius patris:vnde liberi videntur percepisse à patre
ex quo eius contemplatione habuerunt,in l.sed si plures.§.in ar
rogato.ff.de vulga.& pupillar.quia dico quod hoc est falsum.
7 ¶†Quinimo in dubio id ꝙ reliquit auus nepoti,præsumitur re-
linquere propter se nõ autem contemplatione patris:& ideo di-
b citur aduentitium[b] non ꝓfectitium,vt no.gl.in l.qui in aliena.
§.sciendum.& ibi doc.ff.de acqui.hære.& gl.Bar. Ang.& Io.de
Imo.in l.quæsitũ.in prin.de le.j.ibi rñdet Io.de Imo.ad l.dedit.
ff.de colla.bono.& idem est de mente Bal.in l.filius.ff.de lib.&
8 post.Quintò f̃m aliquos ꝓbat̃ in l.j.C.de pactis. †vbi habetur
quòd ille qui erat grauatus de restituendo partem hæreditatis si-
bi assignatã in testõ sub conditione, si decesserit sine liberis, fa-
ciat pactum tpe quo non habet liberos de restituendo distincte
minorem partem qua fuerit grauatus,etiã si cum liberis decesse-

rit, & contingat eum postea haberẽ filios tpe mortis ꝓꝑ quos de
ficiebat conditio fideicom.non ꝓꝑ hoc minus seruabit pactũ:&
sic debet restitui pars de qua fuit conuentũ, nõ obstante ꝙ essent
liberi rogati de restituendo,quod non contingeret si liberi intel
ligerent̃ substituti : quia tunc in præiudiciũ eorũ nõ tenuisset pa-
ctũ,per ea quæ habent̃ in l.fi.§.si n aũt.& aut.res quæ. C. cõmu-
nia de leg.¶ Nec ad.d.l.j.ob.respõsio data per Roma.in d.l.si cũ
9 dotẽ. † ꝙ ibi grauatus alienauit per illud pactum nõ vltra legiti-
mã . cũ enim essẽt duo fratres legitima bonorũ pr̃is nõ erat nisi
triens,iuxta auth.nouissima.C.de inoff. testa. & per ɔ̃ñs medie-
tas trientis, quæ est sextans : & sic portio legitimæ alienantis fuit
alienata in qua non intelligebat̃ grauatus per fideicom . l . qm̃ in
prioribus.C.de inoffic.testa.& l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vul
ga . & pupilla . Et cum hac responsione dicit se magnum docto-
rem Romæ hũc passum disputantem conclusisse . Sed cum pace
sua, ista responsio nihil valet : quia illo iure nõ triens sed quadrãs
erat legitima illorum duorum fratrũ.l. cum quærit̃. C. de inoff.
test. & per ɔ̃ñs . si ille alienauit sextantem totius hæreditatis, &
duas vncias : sequitur quod alienauit vltra legitimam suam quæ
erat vna vncia cum dimidia tantum . ¶ Et licet fortè aliter posset
subtilizari text.in d.l.j.C.de pactis prout anno præterito legen-
do illam.l.dixi,& auditoribus in scriptis dedi: tñ attento quod ꝑ
alia plurima iura probatur illa opi . illam recitationem & disputa
tionẽ omitto.¶ Sexto probatur in l.iubemus. in versi. idemque
10 in retinenda.C.ad Treb.iuncto prin.illius.l.ibi.enim † in prin-
cipio imperator posuit casum . ꝙ si testator grauat filium institu-
tum de restituendo alteri filio testatoris sub conditione, si ipse
grauatus decesserit sine liberis , potest grauatus restituendo de-
trahere quartã absque eo quod fructus percepti in ea computen
tur.postea subdit, quod eadem detractio quartæ non computa-
tis fructibus fiet qñ testator filium institutum grauasset per fidei
commissum restituerẽ hæreditatem ipsis liberis grauati:& sic in-
nuit ibi tex. ponendo specificam formam fideicommissi, iniun-
cti filio de restituendo liberis suis, quod per supradicta in prin.l.
vbi erat positus casus qñ filius sub conditione,si decesserit sine li
beris erat grauatus restituere alteri filio testatoris , non erat com
prehensus talis casus per quem filius intelligeretur grauatus de
restituendo liberis suis.¶ Non obst.iura allegata in contrariũ,&
11 primo.l.pen.ff.de col.dot.† quia respõdeo prout respõdet Bar.
& alij doct.in l.ex hac scriptura.ff.de donat.in versi.opp.de l.Ti
tia,&c.quẽ sequunt̃ cano.in c.fi.de succes.ab intesta.videlicet ꝙ
verba enũciatiua cõditionaliter prolata ꝓꝑ aliud nõ inducunt di
spositionẽ.l.ex facto. la.j.ff.de hr̃. institu. l. si quis sub conditio-
ne si quis omis.cau.test.præter q̃ in aliquo antecedenti,vel con-
sequenti quòd esset necessariũ ad illud adimplendum ius quod
est in conditione deductum.ita loquitur tex.in d.l.pen.& tex.in
l.denique.§.interdum.ff.de pec.leg. & l.proculus. in prin.ff.de
vsufr.¶ Nã in casu.d.l.pe.de col.do. pater in testamento cauit ꝙ
si filia fratribus conferret dotem, & quædam alia quæ ipse testa-
tor sibi nubenti tradiderat, pro certa parte ad hæreditatem voca
retur : dr̃ ibi quod si filia ab hæreditate abstinuerit, non potest à
fratribus compelli ad dotem,& bona prædicta,quando pater vo
luit filiam alterutrum habere,s.vel partem hæreditatis,& dotem
cum cæteris bonis fratribus conferre , vel dotem & dicta bona
habere præcipua . Et huius ratio est : quia cum pater dixit , si filia
dotem , &c . quæ sibi nubenti tradidit cum fratribus conferret,
pro parte hæredem instituo : sequitur de necessitate quod pater
voluit dominium dictorum bonorum transferri in filiam : quia
aliter non potuisset dicta filia bona conferre , vt disposuit testa-
tor: quia collatio est rei proprie in commune latio.l.j.in princ.
ff.de colla.bo.l.soror.& l.illam.ad finem.C.de col.bono.& no.
doc.in l.si emancipato.eod.tit.post gl.in rubri.ff.de col.bo.non
mirandum ergo si filia abstinente ab hæreditate patris dos præ-
cipua cum alijs prædictis bonis residet apud eam stante regula
12 † quòd abstinens ab hæreditate nunquam conferre tenetur.l.ex
causa.C.fami.ercis.l.fi.ff. de col. bo. & hæc fuit ratio decisionis
posita in d.l. pe . ¶ Sed in casu nostro non erat necessarium filios
dicti hæredis instituti, intelligi vocatos ex testamento, ad hoc vt
verificaretur vel non verificaretur substitutio vltimo facta in te-
stamento dicti primi testatoris. Sed solum debet attendi existen
tia vel non existentia liberorum , ad hoc vt intelligatur an vl-
tima substitutio locum habeat . Secundo non obstant not . per
Barto.

Bar.in d.l.Gallus.in prin.cum ſi.quia reſpondeo quod commu-
*nis*ſententia gl.& doc.eſt in contrarium:videlicet quod per il-
la verba,ſi filius me viuo morietur, nepotem inſtituo,non videa
tur inſtitutus filius,vt no.gl.Bal.Ange.& Io.de Imo.in d.l.Gal-
lus.in prin.& Bal.in l.poſthumorum per illum text.in verbo nõ
ergo.ff.de iniuſt.teſt.Bal.in l.humanitatis.in iij.co.in ver.iij.op
poni.& videtur quod præterito &c.C.de impub.& ali.ſubſt.§.
hæres.inſti.eo.ti.& late Bal.in repe.l.in ſuis.ff.de libe.& poſth.
in xviij.col.in ver.ſed quid ſi non facit &c.& in l.cohæredi.§.fi.
ff.de vulg.& pup.vbi refert hanc partem tenere Dyn.& And.de
Piſis.& ibidem ſequitur Ang.& Raph.Cuma.in repe.l.ſi filius
in poteſtate.in ij.oppo.ff.de liberi.& poſthu.& mouentur doc.
per plura.& maximè per d.l.Gallus.§.idem credendum.verſic.
nam ſi nepos & in §.omnibus.& per d.l.ſi quis.cum §.fi.de vul.
& pup.vbi videtur caſus non violando literam & in l.ſi mater.§.
j.eo.ti.& per d.l.ex facto.& per no.per gl.in l.ſi quis ita inſtitua
tur ſi legitimus. Vel aliter reſpondeo quod ſi bene ponderentur
verba Bar.non dicit,quod per d.verba filius videatur in teſtamẽ
to inſtitutus:ſed ipſe dicit,quod per talem præteritionem filij te
ſtamentum non redditur hoc caſu nullum, vt probatur in d.l.ſi
* quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus cum gl.communiter* ap-
probata.¶Tertiò non ob.d.l.ex facto.quia imo ibi eſt text.pro
opin.gl.in d.l.Lucius,vt induxi,vt ſ.non obſt.inductio,facta in
contrarium,quia reſpondeo quod imo fit ibi diſtinctio,an illi fi-
lij ſint concepti ante deportationem vel poſtea:quia quãdo ſunt
concepti ante deportationem,non faciunt deficere conditionẽ
ſubſtitutionis fideicommiſſarię,eo quia non cenſentur nati ex fi
lio grauato,ſed ex alio homine:quia propter deportationẽ iam
cœperat fingi eſſe nouus homo.hãc rationem ibi reddit iuriſcõ
ſultus.¶Præterea ibi fię diſtinctio,an ſint concepti ante depor-
13 tationem vel poſt:†quia quando ſunt concepti ante deportatio-
nem,erant ſucceſſibiles patri ſecus ſi poſt,vt eſt text.in l.j.ff.de
bon.dam.Et quando ſunt ſucceſſibiles patri excludunt ſubſtitu-
tum aliter non,vt d.§.ex facto.& plenè no.per doc.in l.filiusfa.
§.cum quis.ff.de leg.j.¶Quartò non ob.d.l.vnum ex familia.§.
fi.quia ibi perſona quæ intelligitur vocata ad fideicommiſſum,
non fuit vocata per modum conditionis quæ diſpoſitionem nõ
inducit,vt ſæpius ſ.oſtenſum.& ita etiam reſpondetur ad d.l.Ti
tia Seio.§.Seia libertis.ff.de leg.ij.¶Non obſt.quinto.d.l.cum
acutiſſimi,quia reſpondeo ꝙ ibi non dicitur quando videantur
nepotes vocati per fideicommiſſum ex teſtamento,nec ita poſ-
ſunt intelligi per ſupradicta,ſed voluit dicere imperator quod ſi
extraneus fideicommiſſarius intelligeretur vocatus,etiam quã-
do filius inſtitutus & grauatus onere fideicommiſſi decederet,
& cum liberis non eſſet poſſibile nepotes effici hæredes aui per
mediam perſonam filij.Sed ſi fideicommiſſarius nõ intelligitur
vocatus in caſu quo filius decedat cũ liberis,poterũt nepotes ef-
fici hæredes aui ſuccedẽdo patri ſuo ab inteſtato,vel ex teſtamẽ-
to ipſius patris.& ſic hæres hæredis primi teſtatoris hæres eſſe di
ceretur.l.fi.C.de hr̃.inſti.l.j.ff.de caſtren.pec.& præſumit lex fi
lium relinquere nepoti,& filio ſuo ex teſtamento vel ab inteſta-
to.l.ſcripto.ff.vnde liber.l.ſi iſti quidem.ad fi.ff.ꝙ met.cau.&
illam l.cum acutiſſimi.allegat Ray.in conſi.ſuo cum gl.in l.Lu-
cius.& tamen non obſtante illa lege concludit cõtrarium in ſuo
cõ.vt refert Pet.de Anch.in d.c.præſentia.ibi tamen non refert
reſponſionem quam dabat Ray.ad illã l.ſed remittit ſe ad reſpõ-
ſionem datam in d.conſi.¶Sextò non ob.id ꝙ dicebatur per di-
ctam l.fideicommiſſa.§.cum eſſet,quia reſponderi poteſt multi-
14 pliciter.¶†Nam illud eſt verum ꝙ ablatiui abſoluti inducãt diſ-
poſitionem,quando verba executiua importata per ablatiuũ re-
ferebantur in eum qui vult agere ex illa diſpoſitione ita loquitur
tex.in d.§.cum eſſet.aliter ſecus ita dixit Bal.in rub.C.de inſt.&
ſubſti.ſub condi.fa.ad fi.alleg.id quod le.& no.in l.in rõne.la ij.
& l.tam & ſi.cum gl.ff.ad l.Fal.ſed in caſu noſtro illa verba diri-
gebantur per teſtatorem ad liberos qui tunc agere volunt ex illa
diſpoſitione,ſed illa ad inſtitutos.¶Præterea tex.in §.cum eſſet.
loquitur quando verba abſoluta importabant quandam execu-
tionem circa rem,in qua inducitur fideicommiſſum.Secus quã-
do important quandam denominationem perſonæ cõditiona-
liter prolatæ,vt patet in d.l.ſi quis ita hr̃s inſtituatur ſi legitimus.
cum gl.& in d.l.ex facto.vt colligitur ex no.per Bar.in l.à teſta-
tore.ff.de condi.& demon.Itẽ illa verba ſi ſine liberis deceſſerit

ſubſtituo proximiores, inferunt quod liberis extantibus non
ſubſtituo ꝓximiores.& ſic nõ ſequitur:ergo ſubſtituo liberos:
quia potuit teſtator tũc velle matrem intelligi eſſe ſubſtitutã ca-
ſu exiſtentiũ liberorum.¶Circa ſecundum dubium conſulo in
cauſa ꝙ relictũ iure inſtitutionis agnoſcat cum proteſtatione,qđ
ſupplementũ petere intendit,& res eſt ſine dubio ꝙ petere ſup-
plementum legitime,& relictum ſibi ex cauſa dotis ſuæ poterit.
hoc dico vt effugiat oppoſitiones quæ ſunt inter doctores in iſto
articulo.An repudians inſtitutionem poſſit petere legitimam:&
ſi ita faciat,vt dixi ceſſat omnis dubitatio:& propterea non expe
dit ſuper hoc ſcribere.& ita dico & conſulo &c.

## ADDITIO.

a ¶Contrariam.latè.ſ.eo.conſi.clxxxv.ſ.lib.j.conſi.cviij.
b ¶Aduentitium.niſi detur pro dote quam debet filius Alex.ſ.
lib.iiij.conſi.xxxj.nu.5.adde Soci.conſi.xcj.lib.j.

## SVMMARIVM.

1 *Remedium cap.reintegranda & l.ſi coloni.cui cõpetat.nu.8.*
4 *Poſſeſſor præſumitur bonæ fidei niſi appareat antiquior.*
5 *Teſtis idoneus non eſt,qui tenetur de euictione.*
7 *Præſumitur bona fides ex poſſeßione longi temporis.*
11 *Sententia iudicis delegati non valet niſi cõſtet de delegatiõe.*
12 *Appellatione etiam deſerta poteſt allegari nullitas.*

## CONSILIVM CC.

VIſo & diſcuſſo proceſſu inter Albertum de Bommerca-
tis de Imola agẽtem,& magiſtrum Petrum de Valſaſina
parolarium reum,puto partes domini iudicantis eſſe in
declarando dictum Albertum eſſe reintegrandum,& reintegra-
ri debere ad poſſeſſionem dictæ petiæ terræ,& de quo in libello:
& ſubſequenter dictum magiſtrum Petrum occupantem debe-
re condemnari ad reſtitutionem,& relaxationem poſſeſſionis d.
petiæ terræ.¶Probatur:quia in libello narrata ſunt talia ex qui-
bus comprehenditur congruè fuiſſe intentatum remedium.c.re
1 integranda.iij.q.j.†quod competit cuilibet[a] qui ſine iuſta cau-
a ſa cecidiſſet à poſſeſſione,vt plenè per docto.maximè per Inno.
in c.querelam.de elec.& in Spe.de reſti.ſpo.per Ant.de Butr.in
c.cum ad ſedem.eo.ti.& Bar.in l.ſi coloni.C.de agri.& cen.lib.
2 x.¶†Et etiam poteſt intelligi eſſe intentatum remedium.d.l.ſi
coloni.quæ remedia competunt cuicunque qui probat ſe poſſe-
diſſe.& dantur cõtra illum ad quem probatur poſ.perueniſſe da-
to ꝙ non probetur aliter de violentia vel ſpoliatione poſſiden-
tis,vt ſing.no.Inn.in cle.ſæpe.Io.cal.& Ant.de But.in d.c.cum
ad ſedem.& dominus Abbas ibi.& in c.ſi diligenti.in quinta vel
ſexta col.de pręſcrip.¶Et volui ſubiungere hoc quod dixi de re-
medio.d.l.ſi coloni.vt tollatur materia diſputandi an capitulum
reintegranda competat laicis,& pro poſſeſſione rerum propha-
narum:& ſtilus & communis obſeruantia eſt quòd ſic,vt eſt ſa-
tis notorium,& ita etiam eſt de iure ſm ꝙ no.Bar.in d.l.ſi colo-
ni.& Ang.in ꝯſi.ſuo clvij.incip.in prædicta quæſtione incipien-
te ſeu vertente inter commune &c.Anto.de But.in d.c.cum ad
ſedem.de re.ſpo.Ludo.Roma.in l.rem quæ nobis.ff.de acqui.
poſſeſſ.& dicit Ioan.de Imo.in d.c.cum ad ſedem.quod ita com-
* muniter* ſeruatur:& quod ita in practica ſeruari debet,p l.mini
3 me.& l.ſi de interpretatione.ff.de legi.¶†Et cõpetit remedium
d.c.reintegranda.etiam contra poſſidentem cum titulo ſeu bo-
na fide,vt no.Io.cal.& Ant.de Butr.in d.c.cum ad ſedẽ,& idem
dñt quantum ad hoc eſſe in remedio.d.l.ſi coloni.ita dicit Anto.
de But.in verſi.quoddam eſt remedium magis latum.poſt Ioan.
cal.ibi.¶Et licet Andre.de Baru.in d.l.ſi coloni.dicat quòd non
datur remedium illius.l.niſi quando res cum vitio peruenit ad
poſſidentem.tm̃ ſecundum Bar.in d.l.ſi coloni.poteſt cõpetere
adhuc aliud remedium contra illum ad quem poſſeſſio mea bo-
na fide peruenit.ſ.remedium d.l.ſi me & Titium.ff.ſi cert.peta.
vel etiam triticaria,dummodo ille qui cecidit à poſſeſſione,bo-
na fide poſſederit:prout in caſu noſtro.Nam Albertus in libello
deducit ſe & authores ſuos poſſediſſe dictam petiã terræ pro ſua,
& tanquã ſua,& diſponendo de dicta re quẽadmodũ veri dñi,&
ſic dr̃ eſſe deducta bña fides.l.apud antiquos.in verbo dñi cogi-
tatione.C.de fur.pſertim cũ verba libelli ſint late interp̃tanda,

prout est fauorabilius actori.l.si quis intentione.& ibi no.ff.de iudi.Inno.in c.examinata.de iudi.& in c.conquerente.de offic. ordi.& Bar.in l.j.C.de vsufru.& l.si olei.C.locati.& in l.in insulā.ff.de præscri.ver.cū concor.¶Itē pbata est bona fides Alberti:quia possedit insolidū post tempus diuisionis factæ cum fratribus vt apparet ex instrumēto,& ex depositionib.fere omniū testium Alberti,sed ex ti.s.diuisionis præsumitur bona fides.l.pe.
4 C.de euic.no.gl.in c.j.§.si duo.de pace tenē. ¶†Præterea in dubio quis præsumit iustè & bona fide possedisse.not.gl. & Inn.in c.si diligenti.versi.bona fides,de præscri.& gl.in c.fi.eo.ti.Inn. in c.vigilanti.eo.ti.& Dy.in l.j.§.j.ff.de iti.act.priua.& Bar.in l. cōmuni diui.§.inter prædones.ff.communi diui.& Bald.in sua disputatione in c.accusatus de vi tur.in pe.co.& Bar.in l.Celsus.
5 ff.de vsu.†Nisi sm eum alius antiquus possessor appareret, nam ille talis bn posset opponere iuniori possessori q non habet bonam fidem per l.fi.C.vnde vi sed quo ad alium videretur tenere & possidere bona fide:quia ius commune non cōtradicit.c.j.de præscrip.in vj.vt per Bar.in d.l.fi.cū quo etiā transit Ant.de But. in d.c.diligenti.& Bal.in repe.l.j.in iiij.col.C.vnde vi. Sed magister Petrus nō est antiqor possessor Alberto. & authoribus Alberti qui fuit Mercatus & eius hr̄des:vt deponunt oēs testes etiā vtriusque partis.¶Quinimo & Cola de magetis,à quo prætēdit magister Petrus titulū non erat antiquior possessor Alberto & eius authoribus patet ex depositione Sancti,q deponit contēta in capitulis esse vera.& sic probat possessionem Mercati à tempore quo distamus per l.annos.& etiā ex depositione Sancti superbi,qui deponit de possessione Mercati à tpe quo distamus p xxxvij.an.& ex depositione Guidonis de Zigiis, qui deponit de possessione Mercati à tempore quo distamus per xxiiij.vel xxv. annos. ¶Sed pars aduersa non probat de possessione Colæ de Magetis,aut magistri Petri de Valasina per tantum tpis spatium. Nā domina Blonda deponit p xviij.an. & nimis animosè deponit quia dicit q vellet obtinere magistrum Petrū:eo quia emit à Cola fratre.& per hoc nō dicit probare,vt no.Spe.in ti.de testa. §.iam de interrogato.ver.interrogatorium autē. bene facit tex.
6 in c.quoties.extra de test.¶†Item dicta causa etiam dicitur pertinere ad dictum Colam venditorem, propter periculum euictionis,vt per gl.& doc.in l.omnibus.C. de testi.& in l.nullus. ff.eo.tit.per Spe.in ti.de teste.§.j.versic.quid de venditore.per doc.in c.insuper.de test.ideo soror non dicitur integer testis,per Bar.in l.q testamento.§.j.ff.de test.& in l.admonendi circa medium.ff.de iureiu.per no.per gl.in l.etiā.ff.de proba.no.doc.in c.insinuante.de offi.deleg.in c.cū oporteat.de acc.& in l.parentes.C de test. ¶Secundus testis nihil probat. ¶Tertius vero deponit de publica voce & fama, & tanq̄ singularis & vnicus non probat.c.in omni.de testi.l.vbi numerus.ff. de testib. ¶Et dato q aliquis p̄sumat scire id de quo est publica vox & fama,& iuxta no.per gl.in l.si tutor peritus.C.de peri.tuto.& gl.& ibi Bart.in l.j.ff.de recepta.& gl.xvj.dist.quod dicit plenè per Bar.in l.is po test.ff.de acqui.hær.& in l.si cui.§.iisdem.cum si.ff.de accus.& per consequens si fuisset publica vox & fama q spectaret ad Colam,sequitur q Albertus & authores sui viderentur possedisse mala fide,sed vti dixi est singularis.denique testis iste dicit q publica vox & fama de præsenti:non autē dicit q tpe quo possedit Albertus &sui authores & seu tpe quo Albertus cecidit à possessione esset tunc publica vox & fama:& sic testis non arguit concludenter famam illius temporis igitur non probat.l.matrē.C. de proba.l.eum actum.ff.de neg.gest.in c. in præsentia. de proba.in cle.fi.cum ibi no.de rescri. ¶Alius scilicet Cecilius de soro re iurauit parte absente non citata:& sic non legitimè.l.si quando.C.de testi.c.ij.de test.præterea post conclusum in causa sunt duo testes reprobatorij:præterea testes Alberti sunt plures:ergo præferuntur.l.ob carnē.§.fin.ff.de testi. Videt etiā dicendum q possessio magistri Petri nō possit iungi cum possessione dicti Colæ,nec vnum tps cum alio,attento q possessio magistri Petri nō fuit continuata cum possessione dicti Colæ.l. Pomponius.§.q̄situm cum ibi no.ff.de acqui.posses.præsumitur etiam alia rōne
7 possidere Albertus bona fide.†Quia saltem ex posse longi temporis præsumitur bona fides.vt not.Inno.in c.ij.de resti.in integrum.per l.iij.§.si seruus.ff.de acquir.poss.no. Archid.in c.j.de rescrip.in vj.Ioan. And.in addi.Spec.in titu.de testa.§.nunc videndum in prima addi.mag.in versi.t. opponunt.&c. Angelus in l.pen.C.qui.non obst.lon.tem.præscrip.Ant.de Butr.in c.cū ecclesia circa vlt.col.de causa poss.& in c.peruenit.de censi. Bal. in repeti.l.pe.in iiij.col.C.vn̄ vi.d.Abb.in c.si diligēti de p̄scrip. ¶Sed dictus Albertus possedit p se & eius authores.nedum longo,sed longissimo tempore,vt pbant testes prout dixi s̄.ergo p̄sumitur bona fides. ¶Et tempus decem annorum in dubio dicitur esse longū,iuxta legem fideicōmissa.§.Aristo.ff. qui & à qb. l.sup longi.C.de præscr.lon.temp.& plenè no.in rub.& C.quę sit lon.consue.& in l.ij.ff.si ager vecti.vel emp.¶Ex prædictis videmus plura remedia posse cōpetere dicto Alberto quæ s̄.fuerunt connumerata: & pōt intelligi intentatū aliud qd fauorabilius est actori maximè propter illam clausulam,super quibus omnibus & singulis petit sibi iustitiā ministrari omni modo.c.ij.cū ibi no.per doc.de or.cog.Spe.in ti.de lib.conceptio.§.iam nunc videndum.ver.sed cum ex his.¶Et probata sunt pro parte Alberti extrema necessaria,scilicet quod possedit tempore & authores sui quorum possessio iungitur cum poss.Alberti iuxta.l.Pomponius.§.cum quis.§.præterea.& §. quæsitum.ff.de acqui.posses. ¶Item probatum est quod possessio peruenit ad aliū,scilicet magistrum Petrum absque facto Alberti,qui per se vel alium protestatus est magistro Petro quod non ædificaret molendinum in dicta petia terræ,vt deponunt dicti quatuor vltimi testes: & per dictum ædificium dicitur edificans spoliare priorem possessorem sua possessione,etiam absentem,& pos. eius interuertere vt no.declarat Cy.in l.ij.in fine.C.de rei vendi.vbi ad hoc inducit tex.in l.qui vniuersas.ff.de acquir.posses.& sic est probata etiam spoliatio. ¶Et etiam probatum est quod Albertus & alij à quibus habet titulum diuisionis, fuerunt hæredes Mercati vt patet ex positionibus rei impositæ lxv. & etiam quod dictus magister Petrus occupat petiam terræ,de qua in libello.vt fuit responsum
8 interrogatoriis cum libello. ¶†Nec prædictis ob.si diceretur q remedium.c.integranda.vel d.l.si coloni.non videtur dari contra iusto titulo possidentem & bona fide.per l.siue autem.§.si duobus.ff.de pub.& per no.per Bart.in l.rem quæ nobis.ff.de acquir.posses.& in l.manifestissimi.§.sed cum in secundo.C.de fur.quia respondeo primo quod posito quod opi.Bar.esset vera de quo j̄.dicetur.tn̄ Bar.in §.sed cum in secundo.dicit quod vbi reus habuisset titulum à malæ fidei possessore,posset conueniri dictis remediis,per auth. malæ fidei.C.de præscrip.long.temp. iuncta.l.eum qui.in prin.alias est.l.& si res.§.eū qui.ff.de pub. & d.§.si duobus.& ita etiam expressè tenet Ange.in d.§.si duobus.& in consi.ciij.incipien.in dei nomine dictus libellus.& in d.ɔsi.cliiij. ¶Sed ita est q dictus Cola præsumitur fuisse in mala fide,& clandestinus possessor:eo quia appareat alium fuisse possessorem antiquiorem,scilicet Mercatum vt est probatum per dictos testes,vt s̄.retuli.hoc probatur in l.clam possidere.in prin. ff.de acqui.posses.& in l.fina.C.vnde vi.& in c.licet causam.de proba.& no.Bar.in l.si duo.in prin.in ij.col.ff.vti pos.& in l.j. C.vti pos.cum simi.¶Nec potest probabiliter probari quòd Cola ignorauerit Mercatum prius possidere,vt probatur in l.fin.C. vnde vi.cum non sit probatum de titulo Colæ,vt no. hoc Bar.in consi.xcvj.inci.missus in possessionem.Petr.de Anch.& Do.de sancto Gemi.in c.fi.in fi.de elec.in vj.& Pet.de Anch.in consil. cclxix.incipiēte.In primo dubio quæritur. ¶Secundò respōdeo quod opi.Bar.reprehenditur inquātum voluit dicta remedia nō dari contra possidentem cum titulo & fide,& contra opin.Bart. tenet Inn.in d.c.sepe.& Ioannes Calde.in d.c.cum ad sedem.&
* sequuntur magis communiter* doc.in dictis locis. ¶Vnde dicit Ant.de Butr.in d.c.sepe.circa pen.vel antepenultimam columnam,quòd omnino ob.tex.in d.§.si duobus.quia in iudicio possessorio hoc operatur antiquitas seu prioritas possessionis,quæ fuit apud agentē antequā caderet à possessione,quæ facit vt præsumatur pro eo:per dictum c.licet causam.& idem tenet domi. Abb.in c.si diligenti.de præscrip.& Ro.in d.l.rem quæ nobis. ¶Etenim respondet d.Abb.ad §.si duobus.quod ibi loquitur quando agitur petitorio.& pro hoc etiam allegat no.per Inn.in c.post electionem.de conces.præben.de quo dicto.j̄.proxim. mentionē faciā.¶Et fortius dicit An.de Bu.in d.c.sepe.circa penultimam col.q remediū d.c.reintegranda.daret et malæ fidei possessori propter generalitatem illius canonis.& hoc etiam sequitur Roma.in præalle.l.rem quæ nobis. ¶†Ad prædictorum
9 confirmationem bene facit,quia sicut cōtra agentem interdicto vnde

vnde vi. non admittunt probationes & exceptiones super domi-
nio rei conuenti. l. si quis à se fundum. C. ad l. Iuliam de vi. & l. si
maritus. C. de dona. inter virũ & vxorem plenè not. in l. si de vi.
ff. de iud. ita nec contra agentẽ remedio dicti c. integranda vel di
ctæ. l. si coloni. vt no. Inn. in præalleg. c. post electionẽ de cõcess.
præb. Anto. de Bu. in d. c. sæpe. in vlt. col. & Bar. in d. l. si coloni.
in ver. vl. patet. ¶ Et ideo caute fecit intercessor dicti Alberti, qui
in hoc iudicio semper contradicit productionibus instrumento
rum, & positionibus productis per reum ad probationẽ dominij
vel quasi: & etiam iudex parte præsente die. xxiiij. Nouembris
pronũciauit nõ esse respondendũ positionibus concernentibus
petitoriũ. Et sic non ob. id qđ habet in c. j. de restit. spoliato. vbi
quãdo actor spoliatus agit recuperandæ, & cõsentit cognosci de
dñio pronunciat super vtroque. ¶ Et per prædicta etiã patet nõ
obstare instrumentũ factum inter do. Bart. de la Bordella, & ser
Zanè rogogliosi habentes cõionem seu societatẽ in molendino
dicto falconello, qđ asserunt se cõducere à cõi. imo & d. Bar. ven
didit sua iura dicto Zanni, vt apparet ex dicto instrumento: quia
respondetur quod illud instrumentũ non probat dominium ser
Zannis quia conductor simplex non est dominus nec possessor.
l. certe. §. is qui. ff. de precario. l. si quis ante. ff. de acquiren. poss.
10 l. non solet. ff. loca. & habebant scientiam rei alie. ¶ † Nec ob.
quædam asserta sententia, vt dicitur, lata per. d. Ioan. quia dicta
sententia non fuit lata in possessorio: & lata in petitorio nõ facit
fidem. no. Dy. in c. qui ad agendum de reg. iu. lib. vj. & Bart. in l.
naturaliter. §. nihil commune. in iij. col. ff. de acqui. po. & saltem
quando iudicium intentatum super possessorio esset fundatum
in priuatione possessionis secuta post dictam sententiã, vt no. Io.
And. post Inno. in c. cũ dilectus. de causa poss. ar. c. cũ teneamur.
de appella. ¶ Vnde aũt tempore dictæ latæ sententiæ nondum
erat facta diuisio: & sic nondum erat priuatus Albertus possessio
ne: quia Albert. post diuisionẽ possedit prout deponunt testes, &
solũ apparet eum fuisse priuatũ possessione qō magister Petrus
ædificauit, vt not. Cyn. in l. ij. in fi. C. de rei vend. & dixi. s̃. Et aut
tempore dictæ latæ sententiæ nondũ erat ædificatũ: & sic si tunc
ceciderat Albertus à possessione, talis sententia non nocet præ-
senti iudicio intentato in possessorio occasione priuationis po-
stea secutæ de possessione Alberti, vt no. Io. An. in d. c. cum dile-
ctus. ¶ Aut tpe dictæ latæ sententię erat facta diuisio inter Alber
tum & fratres: & tunc constat quod illa sententia lata contra An-
tonium non præiudicat Alberto, qui tunc insolidũ possidebat, vt
11 d. l. j. & ij. C. qui. res iur. non no. ¶ † Præterea dicta sententia est
nulla: quia lata à iudice tanquam delegato de cuius mandato nõ
constat nec præsumitur pro delegatione: nisi probetur etiã si à ta
li iudice sit lata sententia. vt no. gl. & Inno. in c. cum in iure offic.
deleg. Ang. & Io. de Imo. in l. sciendum. ff. de ver. ob. & Bal. in l.
quæcunque. §. fi. ff. de pub. & in l. ea quidẽ. in v. col. C. de accus.
& in l. licet. in iiij. col. C. de procu. ¶ Quinimo nec etiam præsu
mitur quod interuenerint alia acta substantialia iudicij: attento
quod non fuit lata præsente Antonio & cõsentiente. l. j. cum ibi
no. per Bar. C. de relatio. & not. Bart. in l. acta. ff. de re. iudi. & in
12 auth. si qs in aliquo. C. de eden. & in l. fi. ff. qñ app. sit. ¶ † Et li-
cet fuerit appellatũ simpliciter per Ant. à dicta sententia etiam si
deserta esset illa appellatio: tñ potest adhuc dici de nullitate dictę
sententiæ & processus, sicut in replicationibus actoris est dedu-
ctũ, vt no. Bar. & alij in l. si expressim. per illum tex. in fin. de ap-
pel. in versi. quæro quando ista duo iudicia sunt simul, &c. Bal. in
c. sancimus. in ti. quo tem. miles. & in l. j. C. quãdo prouo. in ver-
si. iij. quæro. & Pe. de Anc. in cle. j. de dolo & contu. canonistæ
in c. dilecto. & in c. sæpe. de appel. ¶ Et per prædicta apparet non
obstare si diceretur, quod ante diuisionem factam inter Alber.
& Ant. & Carolũ quondã Mercati, dictus Ant. regebat, absque
eo quod dicti eius fratres contradicerent: & ꝙ dicti eius fratres
ratum habebant: quia respondeo quod non est deductum specifi
ce ꝙ tempore dictæ late sententiæ dictus Ant. tacitè vel expressè
haberet dictam potestatem à dictis suis fratribus, & sic nõ suffice
ret quod Albertus ita simpliciter confessus fuisset quod ante di-
uisionem ratũ haberet illud quod faciebat dictus Ant. per no. ꝑ
Bar. in l. Celsus. in pen. vel vlt. col. ff. de vsuc. & Host. & Ioan. An
dreas in capitulo, licet causam. de probatio. & posito etiã quod
Antonius habuisset potestatem etiam est nulla, vt supra deduxi.
Ex quibus concluditur partes domini iudicantis esse debere in
condemnando dictum reum: prout in petitione continetur, &
victum victori in expensis.

## ADDITIO.

a ¶ Cuilibet. infrà lib. iij. consi. vj.

## SVMMARIVM.

1 *Rescriptum est in causis loco libelli summarijs.*
2 *Nuncius quod confusè referat se citasse, non sufficit.*

## CONSILIVM CCI.

IN causa & lite vertente inter magistrum Petrũ de Val
sanna agentem, & Albertũ quondã Mercati, seu nunc
eius hæredes se defendentes. ¶ Actor produxit suppli-
cationem cũ rescripto absque alia formali petitione,
1 & petijt fieri, prout in supplicatione continet & verũ est † ꝙ in
causis saltẽ summarijs sufficit producere rescriptũ petitionis lo-
co, vt not. Inn. in c. dudũ. el. ij. in fi. de ele. Spec. de lib. concep. §.
nunc dicendum. ver. vj. & in tit. de proba. §. j. ad fi. & Bald. & Io.
de Imo. in l. si quis filio exhæredato. §. hi aũt. ff. de iniu. rup. & ir
ri. testa. not. do. maximè Ant. de But. in c. præterea. de dila. bene
facit id qđ hr̃ in clem. sæpe. de ver. sig. ¶ Et in d. supplicatione cõ
cludit quod fiat ius dicto supplicãti ꝯ d. Albertũ, super dãno sibi
illato, & omni alio suo interesse qđ passus esset d. mag. Petrus ab
Alberto prædicto in destruẽdo certũ ædificiũ malei pro malean
do ramũ, & discooperiẽdo certam domunculã ibi positã in loco
nuncupato, el molino dal falconello, & qđ compellat d. Alber-
tus ad refectionẽ dicti ædificij malei cũ d. domuncula, sicut erat
ante d. destructionẽ. ¶ Verũ, quia nõ probauit actor fundamen
tũ intentionis suæ, dico reũ absolui debere: iuxta. l. qui accusare.
C. de eden. c. vnico. vt ecc. bñ fi. ¶ Quòd aũt non probauerit pa-
tet: quia per instr̃a clarum est non esse probatã d. destructionem
factam ꝑ d. Albertũ, vt d. supplicatione continet. ¶ Non est etiã
legitimè probatũ per testes, quod oñdo discurrẽdo per testes ma
gistri Petri qui sunt sex. ¶ Primus est mag. Laurẽtius: & iste non
deponit de destructione. ¶ Secundus testis est Marcus, qui dicit
qđ ipse testis destruxit seragliũ de mãdato Alberti, vnde aut dicta
destructio licitè per Albertũ fieri potuisset, & non est tractandũ
de pœna vel iactura ex hoc inferenda: quia ꝙ licitè fit, pœnã non
meret. l. Grachus. C. de adult. l. nec in ea. in fi. ff. eod. ti. aut licitè
fieri nõ poterat: & tũc aut dictus testis sciebat d. Albertũ non ha-
bere ius destruendi d. seragliũ: & tunc cũ fuerit socius criminis, ei
nõ creditur. l. qm̃ liberi. C. de testa. no. glo. & doc. in l. filiũ. C. de
lib. cau. & in c. mediatores. de testa. in vj. ¶ Aut dictus testis igno
rabat non cõpetere d. Alber. ius destruendi d. seragliũ. Si ergo te
stis deponit se destruxisse ex mandato Alber. deponit pro sua ex
cusatione, qui ꝓ mandatũ tale excusat, vt est gl. no. in l. in rem.
§. tignũ. ff. de rei vend. & ibi do. & per ꝯñs nõ debet ei credi cùm
deponat ad exonerationẽ suam. l. omnibus. C. de test. l. deferre.
§. idem decreuerunt. iunctis ibi not. per Bar. ff. de iure fis. ¶ Item
nõ apparet ꝙ iste testis iurauerit præsente vel citato Alberto, vel
eius procuratore: ergo nõ valuit eius depõ. l. si qñ. C. de testa. c.
2 ij. de test. ¶ † Et licet in actis appareat quod nuncius habuit man
datũ citandi testes, vt venirent ad iurandũ: & etiã citandi procu-
ratorẽ hæredũ Alberti, & retulit nũcius se personaliter citasse di-
ctos testes. & fecisse quantũ habuerit in mandatis: tñ non suffi-
ciunt dicta verba, vt cõprehendant & probẽt ꝙ nũcius dicat legi
a timè citasse dictũ procuratorẽ, quare debuit etiã exprimere [a] an
citauerit procuratorem domi vel personaliter: & sic dicta confu
sa relatio non videtur sufficere per no. per Bar. in l. quarta. §. præ
tor. in iij. col. ff. de dam. infect. vt not. Ant. de Bu. in c. causam de
dolo & contu. tamen iste testis nihil dicit de destructione edifi-
cij d. Malei, de quibus in dicta supplicatione. Item est singularis
& non dicitur probare. l. iusiurand. C. de test. c. licet causam. de
proba. ¶ Nec obst. si dicatur quod concordat cum Io. quia dico
quod non: quia iste Marcus deponit quod destruxit de mandato
Alberti, sed d. Io. deponit se vidisse Albertum frangere seraglias.
¶ Tertius testis est Andreas, qui nihil dicit: & similiter reliqui
qui iurauerũt parte absente: nisi quod vnus dicit se vidisse Alber-
tum frangentem canale malei. quia respondeo quod nõ est pro-
batum qualiter tunc temporis se haberet dictum canale: & sic nõ
posset ferri certa sentẽtia, s. in quem statum & formã pristinã de
beat reduci dictum canale, cũ nihil probatũ sit. & sic dictæ pro-
batione

agendi ad debitũ,ſiue non vt probat̃ in c.paſto[illegible] om.
ordi.& eſt de mente Ange.in auth.de exhiben.reis.§.ſi vero eti-
am.circa pen.col.dum alleg.in l.Iul.§. offerri.de actio.emp.be-
5 ne facit l.ſi quis emptio.§.pe.C.de pręſcrip.xxx.ann.¶ † Et hoc
præſertim procedit ſi nõ fuit ante capturã denunciatũ actori le-
gitimè & debitori conceſſus ſaluuſconductus:quia non teneba-
tur diuinare creditor.l.fideiuſſor.§.ſi cum debitor.ff.manda.l.ſi
putator.ff.ad l.aquil. vnde debuit debitor ante capturam denun
ciare creditori impetrationem ſaluiconductus.l.nomen.C.quę
res pig.obli.poſ.& in cle.cauſam.de elec.& plenè not. Bart.in l.
non ſalum.§.morte.in ij.q.prin.ff.de no.oper.nun.cũ ſuis mul-
tis concordantijs . ¶ Vbi aũt non eſſet proceſſum ad exequutio-
nem ad inſtantiã actoris & ſic actori non eſſet acquiſitũ aliquod
ius ſeu nõ peteret reus iam geſta reuocari , ſed ſolum produceret
ſuum ſaluum conductũ & diceret non debere procedi ad cõmiſ-
ſionem capturæ tunc poſſet fortaſſe procedere id qđ ſentit gloſſ.
in d.l.vniuerſam . aliàs nõ per ſuperius dicta . ¶ Præterea ſi nunc
vult vti d.Io.dicto ſaluoconducto petente ſe relaxari, & credito
ri ſatiſdationem pręſtari,poterit ſatiſdici in caſu noſtro ſatisfactũ
gl.in l.vniuerſa.quæ dicit ſatiſdationem præſtari ſi poſtuletur:&
imputet ſibi debitor , qui ante ſolenniter cum exhibitione ſalui-
conductus, & dimiſſione copiæ non fecit certiorem dictum cre
ditorem , quod vti nolebat ſaluoconducto prædicto impetrato,
iuxta.d.l.nomen.& d.cle.cauſam & l. ſi quis inficiatus.ff. depo-
ſiti.& licet dictus debitor diceret & allegaret ſe habere inducias,
vt in ſupplicatione Ioan.narratur: tamen non tenebatur Ioan.ſi-
bi credere,vt l.iij.§.ſi ſic.ff.de in rem verſo.l.j.§.j.cum ibi no. ff.
de eo per quem factum erit not. Bart. in propoſito in l.j.in prin.
in xj.q.ff.de ope.no.nun.& in l.grege.§.j.ff.de pig. & in l.emp.
C.de euic.& in l.qui in alterius.ff.de re.iur.& in l.ſi quis inficia-
tus. & Bart. & Ang. in l. hæres cum debuerat.ff.ad Treb.& in l.
quod te.ff.ſi cer.pe.& no.canoniſtę in c.ſane,el.ij.de offic.dele.
¶ Item in dicta ſupplicatione non narrat Ioan. quod dictæ indu-
ciæ eſſent conceſſæ ad quinquenniũ,vel ad aliquod certum tem-
pus:ita quod non appareat eum habuiſſe ſcientiam quod tempo
re capturæ durarent induciæ ſeu ſaluuſconductus ex quibus con
cluditur d.Ioa.non debere relaxari non præſtita ſatiſdatione de
ſoluendo finitis inducijs:& ita ſi iudicaturus eſſem in præſenti ca
6 ſu, intrepidè iudicarem. † Dico inſuper quòd ſaluuſconductus
b prædictus non debet extendi ad debitum iuratum [b] attento ma-
ximè quòd in ſaluoconductu de talibus debitis non fit mentio.
Omiſſio enim talis iuramenti reddit impetrationem ſubreptitiã,
vt eſt text.optimus in c. conſtitutus. de reſcr. ¶ Bene facit quod
voluit gloſ.reputata ſing.in c.cum non deceat.in gl.fi. de elec.in
vj.quæ voluit quod papa derogando ſtatutis,nõ intelligatur de-
rogare ſtatutis iuramento vallatis . niſi de iuramento fiat men-
tio,vt no.Io.And.in c.j.de fil presb.in vj.in nouella.& Ang.in l.
j.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum actio nõ datur. & no. doc.
maximè Ioa.de Imo.in cap.dilecto.de præben. & dominus Ab-
bas ſicu.in cap.primo. de his quæ fi. à ma.par.cap.& Cy.& Sali.
in l.fi.C.ſi contra ius vel vtili.publi.& potiſſimè cum ſaluuſcon-
ductus conceſſus præſumatur in dubio conceſſus ad poſtulatio-
nem partis,& non motu proprio .capi. ſi motu proprio. de præ-
ben.in vj.l.prima.C.de peti.bonorum ſublatis.lib.x.

## ADDITIO.

a ¶ In vnum.Roc.trac.de iure patro.verſi.honorificum.q.lx.
b ¶ Iuratũ.imo vt quotidie etiã practicatur ſolent tamẽ redime
re diſpenſationẽ à diœceſano quod procedit ex imperitia pra-
cticorum qua litigatores multis damnis afficiuntur,nec enim
poteſt quis vſque adeo iureiurando ſe aſtringere quin liceat
principi ex iuſta cauſa inducias dare . & ſi in hunc caſum iura-
retur non valeret.

## SVMMARIVM.

1 *Conductio intelligitur facta pro ſolito ſalario.*
4 *Literis officialium ſeu teſtimonialibus qualiter credendum.*
6 *Notario atteſtanti de præterito non creditur.*
7 *Peculatus pœna quadrupli.*
8 *Sors licet profectitia ſit, vſuræ ſunt aduentitiæ.*
9 *Eſculenta magna recipere iudicibus non licet.*

## CONSILIVM CCVI.

VIſo themate ſupraſcripto & dubijs de quibus quęritur,vi
deret̃ fortaſſe prima conſideratione dicendũ dictam ſen
tentiã fuiſſe iniquã. ¶ Primò ſuper primo c. in quo præ-
ſupponitur ꝙ dictus Luchinus referendarius Placentiæ fuit con
demnatus in quadruplũ eius quãtitatis,quã recepit vltra notulas
emanatas à magiſtris intratarũ conducentes ratas ſalarij ſoluẽdas
1 dicto referendario. † Nam dictus referendarius intelligitur eſſe
conductus ad dictũ officium cum ſalario conſueto dari alijs refe
rendarijs in officijs illis exiſtentib. l.excepto. C.locati.l. domini
prædiorũ.C.de agri.& cenſiti.lib.xj.l.ꝙ ſi nolit.§.qui aſſidua.ff.
de edi.edic.l.j.§.ſed ſcimus.in verſi.conſueta ſalaria.C.de lati.li-
ber.tol.c.ex parte.de cenſi.& Iaco.de Are.& Cy.in d.l.excepto.
& Bal.in l.licet.in fi.eo tit.Bart.in l.j.in prin.ff.de va.& extraor.
cog.& l.ſuper creandis.per illũ tex. C.de iur.fiſ.lib.x.& ibi dicit
2 † ꝙ ſi quis cõduxit vnũ iudicẽ vel officialẽ, debet intelligi expen
ſis conducentis in eundo ad officiũ ſicut in ſtando & redeundo,
quia ſic eſt cõſuetudo.facit.l.fi.C.de fideiuſſori.& l.ſi prius.§.re
cte.cũ ſimi. ff. de aqua pluui. arc. ita etiã ſonare vident̃ literæ ſui
officij . ¶ Ita ꝙ conſuetũ erat tpe illuſtriſſimi ducis referendarij
cõſtitui pagas vndecim ſingulo anno : vt teſtant̃ literæ officialiũ
& magiſtrorũ intratarũ: quibus vr̃ ſtandum. c. poſt ceſſionẽ , de
proba.c.j.de treu.& pac.xj.qõ.iij.curę.l.ſi publicanus.§.de reb.
& ibi doctores.ff.de publicanis . ¶ Ergo licuit referendario ſibi-
ipſi pro ſalario ſatisfacere de pecunijs principis , quæ ad eius ma-
nus peruenerũt.l.fiſtulas.§.fundũ.ff.de cõtrahenda emp. ¶ For
tificant̃ prædicta ex verbis literarũ ducaliũ,per quas deputat̃ Lu-
chinus ad dictũ officiũ,dum in his continet̃ quod de ſalario & cõ
moditatibus dicti officij cũ integritate ei reſpondeat̃ menſuatim
debitũ atque ordinatis tpibus integre rñdeatur:conſideranda.n.
ſunt illa verba, ſ. cũ integritate ſeu integraliter quæ important di
minutionẽ ſeu detractionẽ fieri non poſſe.l. decem. cum gl.ſin-
gulari.ff.de fideicom.lib.l.fi.C.ad l.Fal.l.ij.§.ad filiorũ.C.quan
do & quibus quarta pars debetur.lib.x.& quod no.Bar.in l.Cẽ-
turio.in ver.iij. principaliter quæro quando ſubſtitutio compen
dioſa,&c.ff.de vulg.& pupil. Bal.in auth.ſed cum teſtator. C.ad
3 leg.Falc.cum ſuis conc. ¶ † Illud verbum menſuatim etiam vide
tur importare quod ſingulo mẽſe debet habere ſuas ratas . l . fin.
ff.de liberis agno.l.libertis quod.in princ.& l.pecuniæ.ff.de ali-
men.

men.& ciba.leg.l.j.C.de fideicōmis.Sed præmissis non obstan-
tibus contrariā sententiā de iure probabiliorē esse puto:ad quod
ostendendū præsuppono ꝙ dictæ literæ magistri intratarū atte-
stantes quod tpe ducis Philippi Referendarij consueuerunt ha-
bere duodecim pagas singulo anno, & tpe præsentis ducis duo-
decim, allegantes ita extare decretū ducale nō probant id quod
conantur attestari. nam in primis nō probāt decretum ducale vt
in authen.si quis in aliquo.C.de eden. & c.j. & ibi plene no.ex-
tra de fi.instr̄. ¶ Nec etiā vr̄ probare taliter consuetudinē ꝙ ex di
ctis literis possit inferri esse probatū qđ Referendarij consueue-
runt à principe habere pro salario duodecim pagas tpe ducis Phi
lippi,postea vndecim.moueor per doctrinā Bar.Gui.de Cug.in
l.si qua per calumniam.prope finem.C.de episc.& cle.vbi volūt
4 † quod si quæratur an literis officialium debet credi: dicunt ꝙ in
his quæ ipse officialis pōt disponere ex suo arbitrio debet sibi cre
di.l.si quis in hoc genus.C.de epis.& cle. per publicas literas. se-
cus in eo qđ non pōt disponere vel vbi requiritur causę cognitio,
per id qđ habetur in l.quoniam.ꝯ. de probationibus. & no.in l.
meminerint. C. vnde vi. & per.l. fi.C. si per vim vel alio modo.
¶ Sed constituere & taxare salariū Referendarijs non præsuppo
nitur quod spectat ad magistros intratarum, sed ad ducem.Nam
isti magistri intratarum allegant:ita etiam decretum ducale quā-
uis non exhibeatur propterea non possunt illi magistri intrata-
rū per suas literas plenariè & sufficienter attestari consuetum es-
se constitui, & taxari tale salarium duodecim pagarum singulo
anno & per ꝯn̄s quod consuetum est soluere debitè, & legiti-
mè tantum pro salario referendariorum cum ad ipsos magistros
& eorum officium non pertinebat decernere & constituere tale
salarium: nam ad eorū officium spectat soluere debitum salariū
& vsque ad quantitatem non aūt indebitum.l. imperatores.& l.
contra iuris.§.fi.ff.de pac.& l.filiusfa.ff.de don. ¶ Et si talis con-
stitutio salarij spectabat ad principem, & nō ad dictos magistros
intratarum ad hoc vt solutiones factæ referendarijs per dicta tpa
ad rationē duodecim vel xj. pagarum in anno præiudicarent do-
mino, requireretur ꝙ appareret dictas solutiones factas fuisse de
cōsensu expresso vel tacito principis ipsius, per id quod habetur
in c.cum olim.el primo in fine. de offic. del.& l.j.§. magistrum.
ff.de exercito.& l.fi.ff.quod cum eo.& per id qđ no. gl. & do.in
l.j.in prin.ff.de neg.gest.Et qđ no.Inn.in c.in nr̄o.de proc. & in
5 c.cū in iure.de off.deleg.cum concordantijs. † Et qđ tales literæ
testimoniales non probent apparet ex notatis per Inn. in c. j. de
fide instru.& per Spec.in ti.de proba.§.fi. & ver. & generaliter.
vbi volunt ꝙ literis officialium creditur in his quæ ipsi facere pos
sunt vel debeant ratione sui officij, aliàs non nisi vbi nullū verti-
tur modicū præiudicium, vnde qn̄ per literas suas attestantur de
ordinibus minoribus vel vita alicuius extra. de cleri. peregri. c.
veritatis.de dolo & contu.c. cum in iuuentute. in fi. de præsum.
tunc. n. si illud super quo attestantur tendit directò circa ea quæ
sunt modici præiudicij: non creditur solis literis testimonialibus
officialium vel prælatorum, etiam si fiant circa ea quæ spectant
ad eorum officium, etiam si attestentur aliquod de præsenti.fal-
lit qn̄ attestantur excommunicationem, vt in d. c. veritatis. tunc
quia tractaṫ de cōmodo aliorū de non vitando excommunicatū
peccēt: & sic tractaṫ de fauore animæ & ēt pōt dici quod tunc dr̄
agi de leui pręiudicio excōmunicati, cum sit faciliter reparabilis.
ij.q.j.multi.c.cum medicinalis, de senten.excom.in vj. ¶ Vbi au
tem literæ testimoniales attestanṫ aliquid de præterito, vt in ca-
su nostro:tunc dicit Io.de cal.& An.de Bu.& d.Abb. in d.c.post
cessionem.post Io.An.ibi quod literæ non tangunt alterius prę-
iudiciū:vt quia testanṫ de morib.alicuius:& tūc probant, vt in d.
c.j.de cle.pereg. ¶ Sed vbi tangunt præiudiciū alterius ita qđ alij
præiudicēt vt in casu nr̄o:quia tangūt præiudiciū principis: tunc
non probant siue attestentur de facto proprio scribentis, siue nō
iij.q.ix.testes.in j.gl.& d.c.qm̄ cōtra. ¶ Et per no.per Inn.in c.j.
6 de fide instru. † vbi dr̄ qđ notario attestanti per aliquod de præte
rito nō crediṫ quia non daṫ fides. nisi in his quæ sunt condita tpe
confecti instr̄i & qđ no.Inn.in d.c.qm̄ cōtra.& in c.cū in iure.de
offic. deleg. & istud decidit casum nr̄um. ¶ Hoc etiam literis at-
testantibus factum præteritum vr̄ tenere Spec.in tit. de remissio
nibus.§.vtile.ver.sed nunquid remissio.cum ver.seq.& istud vl-
timum per se concludit ad inualidandam fidem dictarum litera-
rum. Cum ergo nō appareat sibi taxatum fuisse salarium, neque
appareat legitimè probatū de consuetudine nō potuit Luchinus
sibijpsi ius dicere & salarium taxare.l.j.C. ne quis in sua causa,&
pro debito non liquido pecunias principis retinere l. fi. cum ibi
nota.in gl.C.cōmo.l.fi.C.de compensa.Nec obstant dictæ lite-
ræ ducales seu literæ electæ electionis officij in ver. mensuatim.
& in ver.integraliter,&c.quia respōderi pōt ꝙ dictæ literę nullū
specificant determinatū salariū:imo quantū ad hoc tanꝗ incertæ
& obscuræ non releuant.c.in præsentia. de probati.l. Titiæ tex-
tores.ff.de lega.j.l.veteribus. ff. de pact. ¶ Præterea. in d. literis
dr̄ ꝙ hoc fiat debitis & ordinatis temporibus: per quod vr̄ quod
non affirmet præcisè ꝙ omnib.mensibus seu singulo mense indi
stinctè debeant satisfacere, sed debitis & ordinatis tēporibus: se-
quentia enim restringūt præcedētia.l.si seruus pluriū.§.fi. de le.
j.l.vtrū.ff.de pe.hær.l.cū pr̄.§. dulcissimis.ff.de leg.ij.Debita ve
ro & ordinata tpa declaranṫ ꝑ missionem dictarum squadrarum.
¶ Nec etiā habet obstare qđ dictæ pecuniæ receptæ vltra squa-
dras dicanṫ esse scriptæ & acceptatæ in camera ducali dictorū ma
gistrorū intratarū Mediolani ꝑ notarios dictæ cameræ cū nunꝗ
fuerint acceptæ tanꝗ bene solutæ ipsi Luchino, sed solum tanꝗ
perceptæ ꝑ Luchinū vt contineṫ in themate, quinimo si tales no
tarij vel administratores errore vel acceptabant pecunias malè
solutas, vt bene solutas nō potuissent in hoc præiudicare princi-
pi,& veritatē immutare.l.prohibere.§. planè.ff.quod vi aut clā.
d.l.imperatores.ff.de pac.cum alijs allegatis.& quòd no.gl.in c.
potuit.de loca.in gl.magna.& doc.maximè Bald. in l. aduersus.
C.de vsur.& in l.iubemus nullum.C.de sa.sanc.eccle. cum con-
cor. ¶ Cum minus licitè recepit & retinuerit pro salario vt fecit
dictas pecunias vltra squadras:sequitur quòd iustè in quadruplo
fuit condemnatus secundum formam decretorum ducalium di-
sponentium: maximè quòd pecunias cameræ ducalis illicitè acci
piens incidat in pœnam quadrupli:& de iure cōmuni erat. l. Iul.
peculatus.quæ imponebat pœnā deportationis: & expressè pu-
blicationem bonorum:vt in l. j. ij. & iij. ff.ad l.Iul.pen.& l.j.C.
7 eo.ti. [illegible] pub.iud.§.itē lex Iul.peculatus, † vbi dr̄ ꝙ etiā
tali pœna puniṫ:nō solū qui pecuniam ita recipit:sed etiā ille qui
ministerium præbuit ad hoc vt alius caperet. ¶ Et per prædicta
apparet responsum ad allegata in contrariū.Nam non ob.qđ in
telligaṫ in dubio ꝙ si debeaṫ salarium consuetū, quia de tali con-
sueto salario nō cōstat. ¶ Super secundo ca. cōcernente illam so-
lutionē pecuniarū, quā fieri fecit Luchinus ꝑ emptorē Datij mer
cantię cuidā Francisco ser Antonij contra formā. vt dr̄, literarum
principis sub data ann.Mccccl xj.die xiij.Martij. nō scribo an fue
rit rectè Luchinus in quadruplū condēnatus:quia oportuisset vi-
dere dictas literas principis an taliter loquantur ꝙ comprehen-
dant nedum thesaurariū:sed etiā alios officiales,& præsertim di-
ctum referendariū,& an dictis literis pœna sit aliqua inserta:hoc
enim mihi cum ex inspectione thematis liquere nō possit: sed ex
8 his satis intelligit inspector istarum literarū qd in hoc. ¶ † Super
tertio vero. c. quo quæriṫ de mutuo sub vsuris facto cameræ per
Iaco.filiū referendarij prædicti dico consuluisse omissis argumē-
tis,& omni multiloquio, ꝙ aut dictū creditū fuit scriptū nomine
Luchini referendarij de voluntate Iacobi eius filij:vt quia reuera
pecuniæ illæ mutuatæ essent patris vel voluerit dictus filius Lu-
chini iura sua transferre ex aliqua causa in patrē, & cōsensit Iaco.
ꝙ describerenṫ ad creditū Luchini cum dictis vsuris ei soluendis:
& tūc totū censeṫ pertinere ad Luchinū tanꝗ profectitiū: iuxta.
l.cum oportet.circa prin.C.de bo.quæ lib.& l.certū.C.fa.ercis.
¶ Vel verius quo ad vsuras: ꝗa illę nō censenṫ quo ad profectitiū
quamuis pecunia sortis esset ꝓfectitia:vt declarat Io.An.in addi.
Spe.in ti.de actio.§.j.super verbo, aduentitiū,& Bart.& alij in l.
cū oportet.& alij in pri.C.de bo.quæ lib.& Bal.in auth.ex testō,
in viij.col.C.de codi.& Bart.in l.ꝙ seruus.per illū tex. ff.de acq.
pos.& per Bar.in l.j.§.ꝙ autem ff.pro socio.censeṫ quo ad vsuras
patrem eas acquisiuisse nō ex causa profectitia, vt dixi, sed ex cau
sa aduentitia filij interueniente quadam cessione seu delegatio-
ne quæ facta intelligitur à filio Luchini in patrem: iuxta. l. ij. C.
si cer, pe. & l. singularia. ff. eod. tit. & l. de leg. cum si. ff. de
noua. ¶ Ideo si recepit Luchinus sub proprio nomine aliquid vl
tra sortem cum illud fuerit indebitum: vt c. consuluit.& c.naui-
ganti.de vsu.xiiij.q.iij.c.j.& c. plerūque. & l.rogasti.§.si tibi.&
ibi no.ff.si cer.petaṫ. & per ꝯn̄s incidit in pœnam quadrupli eius
quod accepit vltra sortem, cū ex forma decreti accipiens illicitè
pecunias

cunias à camera ducis indebitè incidit in pœnã quadrupli. ¶ Aut
dictum creditum fuit ſcriptum in perſona dicti Luchini abſque
voluntate dicti eius filij & tunc aut dictus Luchi. recepit dictas
pecunias ſuo proprio nomine, adhuc idẽ: quia eas pecunias inde-
bitè recepit: tum quia vltra ſortẽ recepit tum quia dictæ pecuniæ
erant aduentitiæ filij, non potuit eas ſuo nomine recipere: ſed vt
pr̃ & legitimus adminiſtrator. l. j. C. de bo. ma. l. fi. C. de bo. quę-
li. ¶ Aut eas recepit vt pr̃ & legitimus adminiſtrator filij, & ſimi-
liter indebitã recepit vt pr̃ & legitimus adminiſtrator. patet per
id qđ no. xlvj. diſtin. in c. ſicut non ſuo & quod no. doc. in c. Mi-
chael. ſuper gl. fi. de vſuris. & lappus allegatione. lvj. Nã ſicut nõ
poteſt, nec debet quis fœnerare nomine ſuo ita nec ipſe tenetur
tanq̃ nomine alieno, alias illicitè faciẽs vt habet & concludit in
dictis locis. ¶ Et q̃ pares ſunt in ꝓhibitis pares debent eſſe in pœ
nis, & qui participat crimini criminoſo eadẽ pœna debet puni-
ri. c. ſi cõcubinæ. de ſen. excõ. l. lege. C. de rap. vir. ¶ Et in tali legi
tima adminiſtratione nõ veniebat delictũ. l. penul. ff. de tab. ex-
hib. l. ſi procu. ff. de cond. indeb. l. ſi procu. ff. ꝗ quiſque iur. c. de
lictũ perſonæ. de re. iu. in vj. ¶ Ex his conſtare vr̃ à ſufficienti par
tiũ enumeratione ꝗ ex hac cauſa licitè fuerit cõdemnatus Luch.
in quadruplo. tñ quia accepit vltra ſortem quia illicitè pecunias
cameræ ducalis receperit. Cuius receptionis pœna eſt quadrupli
9 ex forma decreti. ¶ † Super quarto capitulo etiam non vr̃ dubiũ
ſtantibus his quæ narrantur in themate. cũ enim accepit munera
illicita. ſ. in pecunijs. & non conſueta, debuit in quadruplũ con-
demnari ex forma decreti ducalis exponentis ꝗ officiales acci-
pientes munera illicita quo ad officiales etiã eſculenta & pocu-
lenta dummodo ſalariũ habeant qđ ſibi ſufficiens ſit ad victũ me
diocrem tenetur ad quadruplũ. vt in auth. ſcriptũ eſt exemplum.
col. ij. & ibi no. & not. gl. in l. plebiſcito. ff. de offi. præſi. & Guil.
de cu. in l. ſolent. §. fi. de offic. præſi. ¶ Nec dicatur ꝗ imo hodie
etiã officiales poſſunt recipe eſculẽta, & poculẽta, in d. l. ſolent.
§. fi. & d. l. plebiſcito. quæ nõ debẽt intelligi. p d. auth. ſcriptũ eſt
exẽplar: qa legũ correctio eſt euitãda. l. pręcipimus. in fi. C. de ap
pel. l. ſancimus. C. de teſt. Vnde cũ tex. in d. aut. ſcriptũ eſt exem-
plar. nõ prohibebat eſculenta & poculenta, ſed ſolũ vult refrena
re auaritiã. Vnde ille tex. debet diſtingui per iura antiqua. l. non
10 eſt nouũ. & l. ſed & poſteriores. ff. de legi. ¶ † Nã verior eſt opi-
nio gl. quam etiã ſequitur Ray. in d. l. ſolent. dicens quod imo iu
ra antiqua ſunt correcta per. d. auth. qñ habet ſufficiens ſalariũ.
vt d. l. ſolent. §. fi. referunt ita tenere Iacobum de Are. in d. auth.
& dicit Bal. hanc opi. eſſe de iure veriorem. tñ ſecundum eum in
quibuſdam minimis: vt pro vno pari caponũ nõ diceretur offen-
di. l. ex articulo. l. quamuis. ff. de conditio. & demonſtra. Iſtam
opi. ſequitur Io. de Imo. poſt alios, vt in ca. cum ab omni. de vi. &
honeſt. cle. & dicit ꝗ hanc opi. ſequitur Iac. Bu. in d. l. plebiſcito.
& non eſt ab opi. gl. recedendũ, vt habetur in locis vulgaribus. &
licet in aliquibus lecturis in d. l. plebiſcito. Bar. tranſeat cũ opin.
Guil. de cu. tñ, vt dicit Ioan. de Imo. in l. is qui reus. ff. de pub. iu-
dic. circa prin. vltimæ chartæ illud quod reperitur in alio primo
libro fforum in lecturis Bar. non fuit commentum Bar. ſed alte-
rius qui pro eo legit. quod patet ex ſtilo. & quia multa dicit quæ
contrariantur alibi dictis per eum. excepta repetitione. l. omnes
populi. de iuſti. & iure. ¶ Item dato ꝗ hodie iura antiqua non eſ-
ſent correcta: & tamen ſolum permittebãt iura antiqua capere
eſculenta & poculenta, vt d. l. ſolent. & in l. plebiſcito, quæ intel
ligantur eſſe illa quæ corruptibilia & peribilia quæ paucis die-
bus conſumi poſſunt. c. ſtatutum. §. inſuper & declarat Io. And.
11 de reſcri. in vj. ¶ † Quinimo ibi dicit gloſſ. quod ſi aliquod mu-
nus valoris vnius denarij non pertinens ad eſculenta & poculen-
ta acciperet iudex delegatus, diceretur illicitè accipere quamuis
delegatus licitè accipere poſſit eſculenta & poculenta, vt in d. §.
cum ergo iſte acceperit pecunias, accepiſſe dicitur munera illici-
ta. ¶ Similiter videtur quod iuſtè fuerit condemnatus Luchinus
ſuper quinto. c. pro eo quod accepit de pecunijs cameræ ducalis
ſub nomine andatarum pro eundo de Placentia Mediolanum &
Mediolani habebant domum & familiam: & præſupponatur
quòd dictas pecunias quas propria authoritate ob hanc cauſam
recepit recipere non poterat ſine conceſſione principis vel bul-
leta: & quòd ita ſeruant alij officiales & referendarij: quia nihil
capiunt pro andatis niſi habeant literas principis hoc ſpecifice cõ
cedentes. ¶ Cum ergo hoc denegari non poſſit quòd illicitè ac-
ceperit pecuniam in pœnam dicti decreti, hoc eſſe videtur ſatis
12 conſonum iuri cõi: † quia quando quis præeſt alicui officio ordi
nato ſi ex mandato ſuperioris habet itinerare ad aliam prouin-
ciam non debet pro hoc habere expenſas itineris. ſed illam com-
penſare debet cum illis quas domi facturus fuiſſet, ita vult tex. in
§, illud tamẽ in auth. de mandatis prin. & no. gl. in c. cum ab om-
ni. in verbo præter expenſas. de vita & ho. cl. & per Spec. ti. de ſa
larijs. §. j. ver. eſt ordinarius accedit poſtq̃ ſic ſeruatur ab alijs &
cum alijs s̃. allegatis. ¶ Nec ob. quòd Luchinus produxerit ad ſui
excuſationẽ literas magiſtrorũ intratarũ in quibus apparet eum
fuiſſe vocatũ Mediolanum, vt ſecum conferret quia reſpondetur
13 † quòd literæ iſtæ bene excuſant eum, vt non dicat̃ temere iuiſſe
adeo quòd non incidit in pœnam amiſſionis ſalarij vnius menſis
prout incurriſſet ſi abſque ab eo quòd eſſet vocatus vel licentia-
tus deceſſiſſet ab officio, dr̃ etiã quod illæ literæ nõ videntur con
cernere tempus dictarũ andatarum. nec ex data literarũ dici po-
teſt apparere. ¶ Super ſexto capitulo vr̃ ꝗ iuſtiſſima fuerit ſenten
tia inquantũ dicitur ꝗ ſyndicator condemnauit Luchinum vigo
re decretorum ducaliũ ad quadruplum & ad quædam alia pro eo
ꝗ dictus Luchinus dum erat referendarius capi fecit in platea pla
centiæ Ambroſiũ, aſſerens illũ eſſe ſuũ debitorẽ & nunquã eum
relaxare voluit donec captus ſoluit quantitatẽ prętenſi debiti, de
quo tñ aſſerto debito nihil vnquã probatum eſt per Luchinũ &
ſibijpſi ius dixit. ¶ Non ob. vnica defenſio q̃ allegat Luchinus vi
delicet ꝗ non debuit ipſe per ſyndicatorẽ condemnari: quia per
mediatorẽ reſtitutæ fuerunt pecuniæ Ambroſio querelanti corã
ſyndicatore, & propterea petit Ambroſius cõtra referendarium
14 non procedi & libellũ reuocauit: quia † reſpondetur ꝗ ꝓp hoc
non impeditur iudex procedere & veritatem perquirere & puni
re vt eſt tex. ſecundum ꝗ declarat Bar. & alij. in l. trãſigere. C. de
tranſac. & in l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ff. de adul. & doc. in c. j.
de collu. dete. latius hoc expreſsè cautum in decretis ducalibus,
videlicet quòd ſi quis contrà officialem produxerit libellum con
tinentem extorſionem aliquam & velit libellũ reuocare hoc nõ
obſtante teneatur procedere ſyndicator, nec ſit locus pœniten-
tiæ. l. qui ea mente. cum materia. ff. de fur. ¶ Contra ſeptimum
& vltimum. c. quæritur an fuerit iuſtè iudicatum per ſyndicato-
rem dictum Luchinum teneri reddere rationem agentibus pro
camera ducali ꝓ pecunijs quas in diuerſis partitis habuit aliquã
do ſuo nomine, aliquando nomine alieno dictus Luchinus ad cã
meram ducalem & de theſauraria Placentiæ & datiarijs & de pe-
cunijs cameræ ducalis quas expendebat in farinis faciendo fieri
panem venalem in dicta ciuitate Placentiæ, & de pecunijs colle-
ctis pro ædificatione ſeu fabrica & ornatu loci reſidẽtiæ referen-
darij Placentiæ. dico ꝗ ſi pecunias accepit alieno nomine debet
diſtingui, aut datæ fuerunt pecuniæ Luchino contẽplatione ſua
aut contemplatione alterius: videlicet Luchino datæ fuerunt &
contemplatione tm̃ ad illum actũ & non ad Luchi. & vbi non ha
buiſſet Luchi. mandatũ: tunc in dubio viderent̃ datæ ei pecuniæ
contẽplatione vtriuſque. ſ. Luchi. & illius cuius nomine pecunię
acceptæ eſſent, adeo ꝗ quilibet obligatus eſſet. iſta habent̃ in l. ſi
pupilli. §. j. & per gl. & doc. ff. de ne. geſt. & per docto. maximè
Sal. in l. ei qui. C. ꝗ cũ eo. & per do. in l. procurator qui pro euic.
ff. de procur. in quibus locis hoc traditur. Vnde in caſibus in qui-
bus dicit Luchinum teneri pro pecunijs receptis nomine alieno,
ſi quærat̃ an teneatur reddere rationẽ dictum erit: prout dicam
in caſu qñ proprio nomine recepit. ¶ Pro pecunijs vero quas
Luchinus ſuo nomine recepit mutuo tenet̃ in quadruplũ. l. j. C.
de his quæ ex publi. ratio. li. x. Aut in aliam cauſam dictus Luchi-
nus recepit iſtas pecunias nomine cameræ, ſeu vt officialis ſit, nõ
video ꝗ non teneatur reddere rationẽ ſicut quilibet alius admi-
niſtrator vel officialis ad quem peruenerint pecuniæ. l. ij. §. ij. ff.
de admini. rerũ ad ciui. perti. & l. neminem. C. de ſuſcepto. lib.
x. l. j. C. vbi de ratiocinijs agi oportet. ¶ Non ob. quod theſaura-
rius reddiderit ſuas rationes & fuerit abſolutus quia reſpondet̃
15 † quòd factum vnius alteri obeſſe vel prodeſſe non debet niſi de
perſonis enumeratis in l. reſcriptum. §. fi. cum pluribus ſeq. ff. de
pac. potuit enim eſſe quòd theſaurarij reddiderunt optimè ratio
nes & fuerunt abſoluti: vt quia pecunias dederunt referendario
ex mandato ſuperioris: & ſic mandatum eis factum adimpleue-
rit. Modo igitur reſtat videre quid fecerit referendarius de
pecunijs, an expenderit pro republica vt debebat, ſeu habuit

mandatum, & sic redditio rationis facta per thesaurarios nõ est
concludens probatio pro isto referendario, & per ɔ̃ns non rele-
uat etiã eum dicere ꝙ dictæ pecuniæ habitæ ex datijs cameræ du
calis locatis vel venditis loco cameræ nõ dicant̃ pecuniæ cameræ
ducalis. l. si procurator idẽ. & l. per seruum. in fi. de acqu. re. do.
& l. cum mihi cũ ibi plenè no. ff. de noua. & facit. l. imperator. §.
fi. cum seq. ff. de leg. ij. ¶ Vbi aũt Luchinus dictas pecunias non
recepit nomine cameræ seu non recepisset eas vt officialis & non
fuerunt ei datæ vt officiali nec nomine cameræ: sed vt Luchi. tũc
videret̃ quod nõ teneretur de eis reddere rationẽ cameræ: sed so-
lum esset in eo dicendum prout dr̃ in debitore debitoris fiscalis:
quia si thesaurarij vel alij à quibus Luc. sunt debitores fisci & de-
bent primò ipsi conueniri & exigi, & si non sunt soluendo põt
agi ꝯ Luchi. vt debitorem debitoris. l. non prius. C. qñ fiscus vel
priuatus. ſm quod plenè not. in l. ij. & l. iij. eo. tit. & in l. j. ſm vnã
lec. C. de conueni. fisci debito. li. x. Ex prædictis resultat etiam
conclusio quòd teneretur reddere rationem de pecunijs habitis
pro constructione illius residentiæ.

CONSILIVM ccvij. lege. s̃. eo. cõs. clviij. qđ hic duplabat̃.

SVMMARIVM.

1 *Verbum pleno iure importat sine onere hypothecæ.*
7 *Dos succedit loco legitimæ & alimentorum.*
10 *Statutum quod filiusfamilias nõ obligetur nisi sit mercator intelligitur in negotio mercantiæ.*
12 *Fama non sufficit in antiquis, nisi supra centum annos.*
16 *Sententia si non nocet non nocent reliqua acta.*
17 *Proclama generale non sufficit respectu possessoris.*

## CONSILIVM CCVIII.

VIso Summario & processu causę vertentis inter dñam Ge
tam ex parte vna agentẽ & nobilẽ virũ Nicolaum de su-
derinis ex altera se defendentem. His visis quæ copiose
& eleganter scripta sunt per celeberrimos dominos aduocatos.
Nic. & successiuè per famosissimũ dñm consultorẽ. Et visis accu
tissimis obiectis excellentissimorũ virorũ dñorum iudicantiũ, at
tingam ea quæ mihi de iure sustentabilia & vera esse vident̃ suffi-
1 ciẽtia, & pro victoria Nicolai. ¶ † Et in primis se offert: quia præ
supponitur ꝙ bona de quibus vertitur qõ sunt de bonis compre
hensis in reseruatione apposita in instrumento donationis factę
ꝑ dictũ Petrũ filiũ comitis Duci. vnde cũ in dicta donatione & re
seruatione actũ fuerit inter partes ꝙ bona illa reseruata dicto Pe.
donanti pertinerent & spectarẽt pleno iure ad dominũ Pet. do-
nantẽ, & sua essent per dicta verba videt̃ esse actũ ꝙ ista bona sint
libera à nexu hypothecæ cõpetentis dñæ Getæ rõne legati flore
norũ octingentorũ relictorũ eidẽ dominæ Getæ in testamento
comitis duci. ¶ Hoc probatur per tex. in l. seruos. ff. de le. iij. vbi
serui spectantes pleno iure ad testatorẽ, & sibi testatori & hypo-
thecati alteri ponunt̃ tanq̃ diuersa. ¶ Probat̃ etiã. ff. de sol. in l. si
rem meam. vbi si rem meã, tibi deberẽ, & eã tibi traderem alteri
obligatã, & ab alio tibi aduocatur & sic non est perfectè & plenè
tradita. peti põt: eo quia dr̃ aliquid deesse circa rem ipsam traditã.
l. etiã. ff. de solu. l. Iulia. §. j. ff. de verb. obliga. & ibi no. ad idẽ tex.
in l. ex prædijs. C. de euic. & qđ ibi nota. vbi res non dr̃ plenè tra
2 dita: nisi detur soluta obligatione. ¶ † Et probat̃ melius. l. Mæ-
uius. §. pe. ff. de lega. ij. vbi eodẽ modo dr̃ diminute præstari per
hæredẽ fundus legatario, qñ præstat̃ fundus sine vsufructu. Con
stat aũt quod fundus pleno iure nõ dr̃ esse meus, qñ vsusfructus
est alterius. l. si ita stipulatus fuero. §. Titio. ff. de ver. obli. l. Titia.
ff. de annuis leg. l. fi. §. similique modo. C. de bo. quæ libe. instit.
de acqui. pro arrogat. in prin. & d. l. seruos. ¶ Ad idem tex. in l. si
mancipiũ. §. fi. cũ. l. seq. ff. de euic. vbi à pari procedunt rem esse
euincibilẽ eò quia res mihi tradita sit aliena quo ad dominiũ, vel
sit mea quo ad dominiũ tñ alteri sit hypothecata adeo ꝙ per hy-
3 pothecariã euinci possit. ¶ † Vnde videmus quod sicut qñ testa-
tor legat scienter rẽ ex toto alienã, tenet̃ eam hæres redimere &
præstare legatario. l. non dubium. ff. de leg. iij. l. cum alienam. C.
de leg. ita hypothecatam tenetur hæres rem legatam liberare. l.
si res obligata. ff. de le. j. l. prædia. C. de fideicom. secus quando
legat rem suã in qua alius habeat aliquod ius quam hypothecæ:
quia hæres non tenetur rem liberare. l. si domus. §. de euictione.
de leg. j. quia testator legat rẽ suam alteri obligatã quamuis per
hypothecariã auferatur ius dominij, cum auferatur res ipsa in to
tũ secus qñ alterius pignoris vel hypothecæ alteri cõpetit, vt ibi
4 per eum. ¶ † Pro hoc bene facit: quia illa verba pleno iure, idem
important ac si dictũ esset sine diminutione, vt post alios no. Bar.
in l. precibus. C. de impu. & alijs substitutio. circa principiũ vlti-
mæ chartæ. versi. procedo vlterius quid si testator, &c. & alij in l.
Centurio. cũ suis cõcor. ff. de vul. & pu. ¶ Facit quod no. do. in l.
5 cõquestus. de for. cõpeten. ¶ † Pro hoc etiã quia verbum plenũ
& liberũ sunt æquipollentia vt probatur in l. fideicõmissa. §. quã
quã. ff. de leg. iij. & ita ibi exponunt & intelligunt scribentes &
Bar. expresè in l. alio. ff. de alimen. & ciba. in iij. col. Itẽ dicit te-
stator & dñs liberauit. & Bal. in l. & si post tres. in pe. col. ff. si qs
cau. Sed non est dubiũ ꝙ illa bona reseruata non dicerentur libe
rè spectare & pertinere ad dictum Petrũ, si reman sissent obliga-
ta & hypothecata. d. dñæ Getæ. l. creditor fundũ. §. prædium. de
actio. empti. & in d. l. ex prædijs. ergo ita & in casu nr̃o. ¶ Fortifi
cant̃ prædicta q̃a cũ non appareat ꝙ prædicta domina Geta ali-
quod aliud ius in dictis bonis reseruatis habere potuerit quã ius
hypothecæ occasione legati facti pro dote meritò debet intelli-
gi ꝙ dicta bona sint liberata ab illa obligatione dotis & legati ac
si de ea expresè & specialiter facta esset mẽtio. Ita inquit Bart. in
simiiibus terminis alterius quæstionis in l. qui Romæ. §. duo fra
tres. ff. de ver. obl. in vj. q. argu. l. ij. ff. de lib. & post. & hoc tanto
magis procederet, si bona ipsa reseruata non essent maioris valo
ris q̃ esset quantitas legati dotis pro qua erant obligata bona q̃a
tunc nõ minus dicerentur bona ipsa nõ pertinere ad donantẽ ple
no iure q̃ qñ bona ad donantes nõ ꝑtinerent ratione deficientis
dñij. ꝓbat tex. no. in l. qui habebat. in pri. ff. de le. iij. & in l. lega-
6 ta. in fi. & ibi Bar. de sup. leg. ¶ † Corroborant̃ prædicta, quia il-
la verba pleno iure, &c. nõ vident̃ referri ad dñiũ seu ius dñij: q̃a
quo ad dñiũ erat facta mentio ꝑ illa verba, videlicet sint. l. Quin
tus. ff. de aur. & arg. leg. cũ ergo potest fieri vnũquodque verbũ
etiã [illegible]eat aliqd operari. l. si qñ. in pri. ff. de le. j. l. hac. l.
ff. de cõtra. emp. c. si papa. de priuil. in vj. & sunt verba Bal. in rub.
C. de contrah. emp. in viij. q. ¶ Nec prædictis ob. si diceret̃ ꝙ illa
verba pleno iure, nõ importãt omnimodã plenitudinẽ: vt ꝓbat̃
in l. Iulia. §. fi. q̃ aliàs incipit si hominẽ. ff. de rei vend. cũ. l. seq. &
cũ alijs ibi allegatis ꝑ Ang. vbi apparet ꝙ illud ꝙ ad me pertine-
bat rõne directi dñij dr̃ ad me pleno iure ꝑtinere, dato qđ sit sub-
iectũ restitutioni: q̃a rñdeo ꝓut dicit Bal. in l. Iul. ꝙ verba ista ple
no iure absolutè posita & nõ respectiuè, ratione subiectæ mate-
riæ, faciũt ꝙ aliud importẽt vt ibi ꝑ eũ. & ꝓ certo quãto magis vi
di verba dicti instr̃i donationis, tanto magis huic sentẽtiæ inhæ-
reo. s. ꝙ intẽtio partiũ fuit ꝙ ad dicta bona reseruata nullo iure li
ceret dictæ dñæ Getæ porrigere manũ occasione iuris sui cõpe-
tentis in bonis quondã comitis Duci. occasione dicti legati, vel
dotis, seu successionis. ¶ Pro quo vltra prædicta facit quia in di-
cta reseruatione dr̃ & agit̃ ꝙ dicta reseruata nõ veniãt & nõ pos-
sint venire in illa donatione nec iure naturę ad dictã dñam Getã
&c. ¶ Tertiò vr̃ rõ inter dictã donantẽ & donatariã ꝙ occasione
dictæ dotis legati nõ possit dicta domina Geta venire ad dicta bo
7 na † q̃a dictũ legatũ dotis succedit loco legitimæ debitæ iure na-
turæ. l. qm̃ nouella. C. de inoffi. test. l. fin. C. cõia vtriusque in l.
etiã. §. pe. in fi. ff. de bo. li. no. gl. in l. paterfilia. in prin. ver. iure ꝓ
pri. ff. ad l. fal. & ple. in l. in quartã. eo. ti. iũcta. l. cũ eo. in prin. ff.
de bo. dã. l. scripto. in fi. ff. vñ li. in auth. de hæ. & fal. §. j. ¶ Et etiã
succedit dos illa loco alimentorũ quæ debent̃ iure naturæ: vt per
Bar. in l. fi. ff. de his q̃. vt indi. & Bar. in l. Mæuius. §. duob. in iij.
q. ff. de le. ij. l. fi. §. si à socero. ff. quæ in frau. cre. & Cy. & Bal. in l.
mater. C. de iure do. & Cy. in l. nõ omni. C. de admi. tu. iuncta. l.
8 fi. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. ¶ † Cum ergo iudici manifestè
cõstet ex actis & inspectione dicti instr̃i nõ cõpetere dictæ dñæ
Getæ ius agẽdi & vẽdicandi dicta bona: nõ põt facere quin etiã
ex suo officio repellat agentẽ iuxta no. in l. vbi pactũ. C. de trãsa-
ctio. & in l. si vnus. §. pactu. ff. de pac. & in l. ij. ff. de ferijs. & ꝑ In
no. in c. j. de offi. vica. & do. in cle. j. §. fi. de seq. pos. ¶ Quãto ma
gis debet hoc facere iudex ad instantiã dicti Nicolai dicẽtis se pos
sidere, seu habere bona ita obligata vel saltẽ se pignus habere ꝑto
riũ seu iudiciale captum ꝓ executione instrumẽti guarentigię: in
quib. casib. Nicolaus cũ dictũ pignus cõsequutus fuerit nunquã
domina Geta in possessionẽ mitteretur, quæ non habet potẽtius
ius,

ius, vt probatur in l.ij.cũ ibi no.per gl.& doc. C.qui potio.in pi-
gno.ha. Et absque aliquo alio iuramento vr̃ mihi per prædicta li
quere de victoria dicti Nico.¶ Secundò principaliter fundamen
to potest iuuari Nicolaus: quia per eum fuit oppositũ qđ nõ erat
iustificata causa tenutæ dominæ Getæ: iuxta formam statuti sub
ru: de præcepto de discomberando. ¶ Nam saltẽ attentis oppo-
sitionibus dicti Nicolai, incumbebat dictæ do. Getæ quod fue-
runt tentæ & aliquando possessæ per dictũ comitem Duciũ pro
suis bonis vel tanquã sua bona ẽm formam dicti statuti cum ipsa
domina Geta fuerit missa in tenutam dictorũ bonorum comitis
Ducij, pro executione legati prędicti.sed istud non probatur per
eam.ergo necessario succumbere debet quia non est seruata for-
ma statuti.l.cũ hi.§.si prætor.ff.de transac.l.nõ dubiũ. C.de leg.
¶ Nec ad hoc obstat si dicatur quod licet ista bona nõ fuerunt co
mitis Ducij mediante persona comitis Zambernardi hæredis &
ꝙ bona hæredis nõ veniunt in obligatione bonorũ facta per de-
functũ.l.Paulus in prin.aliàs incipit generalem.ff.de pign.decla
rat Cy.& Bal.in l.assiduis.C.qui po.in pi.ha.& in l.si hęredis ser
uus.ff. de leg.j. tñ cum hæredes dicti comitis Ducij sint obligati
vigore aditionis hæreditatis ad dictum legatũ. poterit contrà di-
ctos hæredes tanquàm debitores procedi ad executionẽ dicti le-
gati sub ru.de executione legatorũ, & statuti sub ru.de cogendo
debitorem.iunctis no.per Bart.in l.postulante.in prin.ff.ad tre.
per illum tex.cum simi. ¶ Quia respond.primò quod eo ipso qđ
excludimus dominã Getam ab hypotheca dictorũ bonorum vt
quia ñ sit probatũ dicta bona esse de illis quæ sunt sibi hypothe-
ca.ipsa remanebit exclusa in totum quo ad dicta bona, quia præ-
fert ei Nicolaus, qui habuit pignus prætoriũ seu iudiciale, vt l.ij.
cum ibi no.C.qui po.in pi.ha.& dixi s̃.¶ Secũdo potest respon-
deri non esse probatum ꝙ dictus comes Zambernardus fuerit
hæres dicti comitis Ducij, & quòd dictus comes Petrus fuerit
hæres postea Zambernardi & ꝙ delatæ fuerunt ei hæreditates
prædictæ: & euenerunt casus substitutionũ appositi in testamen
tis eorũ prout probari requirit, & plenè no.in l.is potest.ff.de ac
qui. hæ. ¶ Et ex hoc vltimo apparet vna responsio ad illud quod
dicit pars aduersa. s. ꝙ eo ipso apparet Nico. tam in istis bonis à
quodam Petro filio legitimo & naturali dicti alterius Pet.dona-
toris satis dr̃ probatũ contrà. d. Nico. possessorem ꝙ dicta bona
fuerũt in dictis bonis dicti comitis Ducij, vigore dicti statuti po-
siti sub rub. quæ probationes sufficiant in causa hypothecæ. vbi
cauetur quod ad probandũ rem fuisse in bonis debitoris obliga-
tis sufficiat probare ꝙ possessor conuentus habuerit titulum vel
causam à debitore vel eius successore vniuersali, vel singulari di-
ctorũ bonorũ, vel rerum. Nam patet responsio ad hoc, quia licet
appareat istum vltimũ Petrum fuisse hęredem dicti Petri donato-
ris, prout probari requirit iuxta plenè no.l. necessarias. cum suis
multis.concor.ff. de acquir. hæ. tñ non est probatũ quod dictus
primus Petrus fuerit in effectu hæres dicti comitis Ducij, & eius
hæreditas fuerit sibi delata, vt s̃. dixi. ¶ Fortius dico quòd etiam
si probatum esset dictas hæreditates fuisse eis delatas & agnitas
tamen non puto eas esse in casu dicti statuti sub rub. quæ proba-
9 tiones sufficiant in hypothecaria: † quia videtur mihi quod statu
tum dicens quòd sufficiat habere possessorem causam à successo-
re vniuersali debitoris, debeat intelligi quando possessor habuit
causam ab illo successore tanq̃ à successore debitoris seu contra-
hente in re vel causa hæreditaria. l.iij.§. j. versi. sed si quidam.ff.
iudi.so.¶ Hoc probo ex his quæ no. Bald.in l.si ita.§.ex hoc edi-
10 cto.ff.nau.cau.sta.vbi dicit † quod si statutum disponit ꝙ filius-
fa.non possit obligari nisi sit artifex vel mercator, quod tunc va-
lebit obligatio quando contrahit occasione artis vel mercantiæ.
a [a] & sic ita demum obligabitur si contraxerit vt artifex vel merca
tor.ar.dicti.§.ex hoc edicto. quia ẽm eum quòd illa verba signi-
ficent qualitatem quandam oportet quod illa qualitas respiciat
factum principale: alias nihil operatur. arg. l. in delictis. §. sed si
extraneus.ff. de noxali. ¶ Ad idem in effectu voluit Bald. & Sal.
in l.fi.ad fi.C.ad mace.¶ Ergo cum appareat quòd dictus Nico-
laus habuerit causam à dicto Petro hærede dicti comitis Ducij,
nec pro causa dictæ hæreditatis comitis Ducij merito non sumus
in casu dicti statuti, alias enim esset valde inconueniens & absur
dum, quòd creditores habentes obligata bona defuncti ex hoc
solum fundarent intentionem suam in hypothecaria, scilicet
quod probarent te possidere fundum emptum ab hærede defun
cti. cum bona hæredis non veniant in obligatione. d. l. Paulus.
¶ Nec etiam prædictis ob. si dicatur quod per famam probatum
11 est quod dicta bona fuerunt in bonis comitis Ducij † & in anti-
quis excedentibus tempus saltem quadraginta annorum sufficit
probatio per famã: vt no. Ant. de Bu. in c. veniens. el. j. de test. al-
leg. no. per Inno. in c. quid p̃ nouale. de ver. sig. quia r̃ndeo quòd
* * cõmuniter tenet contrariũ q ñ negotium ipsum excedit tantũ
tẽpus quadraginta annorũ: & nõ distat ab illo negotio vel facto
tempus centum annorũ vt voluit Ioa. de Imo. in d.c. veniens. de
testibus. dicens quòd opi. An. de Bu. non probat de iure. vnde cũ
non habemus regulã in contrariũ. s. quod fama non faciat plenã
probationem. vt l. iij. §. eiusdem. & ibi no. ff. de te. & iiij. q. iij. §.
12 item sæpe. † non sufficiat fama in his quæ concernũt factũ centũ
annorũ. & dic ꝙ hoc dictum vr̃ esse Spec. in ti. de proba. §. j. ver.
valet etiã per eundẽ ibi in ver. & no. ibi. & r̃ndet Io. de Imo. ad al
leg. p̃ Ant. de Butr. dũ alle. no. per Inn. in dictis locis. R̃ndet quia
loquit in casibus in quibus sufficit probare memoriã extare vel
nõ extare: & sic in cõtrario sensu. secus est in alijs & illa probatio
nõ sufficit nisi in casibus in quibus habetur expressum in iure qđ
debeat ꝓbari præsumptio de qua memoria non existit ẽm Inno.
in d.c. quid per nouale. & Spe. in d. ver. valet etiã. ¶ Non ob. etiã
no. per Cy. in l. si quidẽ. ff. so. ma. quẽ ad hoc allegat. Ant. de Bu.
quia ẽm Imo. Cy. ibi non dicit. ita hoc etiam voluit in effectu. d.
Abb. in d.c. veniens: & in c. licet ex quadã. in prin. de testi. & ibi
latius per eũ. & Ioa. de Imo. in l. iij. §. idem labeo. ff. de aqua plu.
ar. etiã est de mente Ang. in l. at qui natura. §. cũ me absente. ff.
de neg. gest. & Bal. in l. non ignorat. in vj. col. C. qui acc. nõ pos.
13 † vbi intelligũt quod in antiquis sufficiat fama. s. quando tractat
de ꝓbando famã, quæ ætatẽ hominũ excedit, & ætas hominũ est
vsque ad centũ annos vt dicit Ang. ad hoc. l. fi. C. de sacrosa. ecc.
& l. an vsusfructus. ff. de vsufr. l. proponebat. ff. de iu. ¶ Nec ad
hoc etiã ob. quod no. doc. maximè Dominicus in c. j. de rescri. in
vi. dum primò videnť adhęrere illi opi. quam refert Anto. de Bu.
in d.c. veniẽs. de test. s. quod sufficiat quod negotiũ excedat tem
pus quadraginta annorũ: quia r̃ndeo quod loquatur Dominicus
in probati. præscriptionis de cuius memoria dicunt memoriam
non extare: quæ probatio nõ sufficit nisi in casibus in quibus nõ
habetur expressum in iure quod debeat probari præscriptio de
qua memoria non extat, vt iam dixi. ¶ Nec etiã ob. quòd dicunt
Lapus & Dominicus in d.c. j. in his quæ sunt ab annis centum ci-
tra sufficit probare cõmunem opi. hominũ ita esse si factũ est de
antiquo & agit de probando factũ aliorũ q̃ ipsorũ litigantiũ, &
talis probatio sufficit saltẽ quo ad transferendũ onus probandi
in aduersariũ & ista fuerũt verba. Inn. in c. veniens. de ver. sig. &
Spe. in ti. de proba. §. probare. versi. verũ. quia r̃ndeo quod etiã
dato ꝙ apparent nos versari in probatione facti si bene pondere
tur, non loquunt ita largè: nec dicunt quod in omnibus sufficiat
dicta probatio ad transferendũ onus probandi in aduersarium,
quando tractatur de probando factum aliorum quàm ipsorũ liti
gantium. Sed dicunt quòd sæpe prodest talis probatio: vt si dicat
ꝙ contractus alicuius prælati nõ valeat, eo quia dicat non fuisse
prælatum. & in similibus allegat. l. ij. C. de testm̃. cum similibus.
¶ Nec mirũ in casu nostro. quia vt etiam dicit Bart. in l. de mino.
§. tormenta. in pe. col. ff. de quæstio. quem alij vbique sequunť
14 quædam † sunt in quibus sufficit sic famã fuisse, licet veritas fue-
rit in contrarium. & in istis sufficit probatio per famam, allega. d.
l. j. C. de testa. & d. l. ij. C. de sen. l. Barbarius Philippus. ff. de offi.
præfec. cum si. idem dicit Bart. esse in casibus in quibus commu-
nis opi. vel fama constituit aliquem in possessione alicuius qua-
litatis, libertatis, vel seruitutis aut similium: quia tunc fama ope-
ratur vt transferatur onus probandi in aduersarium. l. si mater.
C. ne de sta. defun. & l. ij. C. si seruus aut l. ad decurio, li. x. exce-
* ptis istis casibus. Bar. ibi & * cõmuniter doct. concludunt quod
15 vbi nõ agitur de leui præiudicio, fama nõ sufficit. ¶ † Nec ob. da-
to quòd fama per se sola nõ est sufficiens: tñ coniuncta cum alijs
adminiculis debet probare per no. in d. l. iij. §. eiusdem. ff. de te-
sti. & in l. ij. in prin. ff. de excu. tuto. & in c. cum causam. de proba
ti. & in c. fi. de suc. ab intest. cum si. & quod sint hic alia adminicu
la. s. relatio nuncij se informantis à vicinis etiã per not. in l. ij. &
quod ibi per Bal. C. quando fiscus vel priua. & in l. à diuo Pio. §.
in venditione. ff. de re iud. Quia respondeo primò quod talia
acta non debent nocere Nicolao: quia talia non fuerunt gesta &

egitata secum nec eo citato, vt colligit̃ ex themate mihi transmissio, ergo non possint nocere Nico. l.ij. C. quibus res iudi. non
16 nocet. & res inter alios acta per totū. ¶ † Et cui nō noceret sententia, nec nocerēt alia acta, vt no. Inn. in c. cū causam. de testibus & Bar. in l. si mater. §. fi. ff. de exce. rei iud. & in l. si superatus. ff. de pigno. & in l. sæpe. in fi. de re iud. & l. qui repudiantis §. j. ff. de in off. test. & Bal. in l. ij. C. qui. res iud. nō nocet. in iij. col. & in l. ij. C. de eden. & in l. si quis in eod. C. ad l. Iul. de vi. no. in l. res. ff. de cri. expilatæ hære. ¶ Vnde dicimus ꝙ in talibus relationibus requirit̃ citatio illorū de quorum præiudicio agit̃ vt not. Bar. & cōi
* ter * alij. in d. l. decē. de ver. ob. & Ang. in l. perlusorio. in pri. ff. de appel. & in l. de vnoquoque. ff. de re iu. & in l. filius in prin. ff. de verb. ob. & in §. sed neque. in auth. de fideiusso. & Bald. in l. j. C. de conue. fis. debi. l. x. & in l. ij. C. qñ fiscus vel priua. & in l. ab eo. in vl. col. C. qūo & qñ iudex præsertim quia possessor semper est citādus. ¶ Nec excusat̃ ad hoc ille qui allegat se ignorasse possessorē, vt no. Pe. de Ancha. & Domi. in c. fi. in vj. de elec. & Bar. in consi. incip. missus in possessionem, &c. Et etiā stante fama publiça ꝙ Nico. possideret: vt circa hoc fuit egregiè factū per dños
17 aduocatos. ¶ † Nec ad hoc ob. statutum sub rubrica de cogendo debitore, vbi etiā vr̃ sufficere gñale proclama, quia illud statutū loquit̃ de creditoribus non aūt de possessore. Vnde possessor semper specialiter citandus est, vt dixi, & statutum debet intelligi vt quantominus fieri pōt offendat ius cōe. C. de noxa. l. si serui. c. cū dilectus. de consue. Possessionē aūt Nicolai præsupponit̃ in puncto esse probatā per testes & per acta. & q̃a attestationes, & processum seriatim nō habeo circa hoc specialius nō insisto. Ex quibus omnibus concludo dictam dominā Getam non posse ad dictum secundum decretum in dictis bonis peruenire.

## ADDITIO.

a ¶ Mercantiæ. dixi in consu. Pari. §. cxiiij.

## SVMMARIVM.

*1 Hospitalia sunt pia loca.*
*3 Statuto non obstante pōt mulier libere testari ad pias causas.*
*5 Legata ad pias cās an detinētur, hæreditate nō adita. n. 16.*
*6 Solennitates testamentorum sunt iuris positiui.*
*8 Lex humana honesta in foro conscientiæ ligat.*
*12 Hospitale est sub iurisdictione episcopi.*
*13 Fauor & priuilegium statuti potest clericis subtrahi.*
*14 Eleemosyna potest reuocari nisi per modū cōtractus cōcessa.*
*15 Clericus nō potest vti statuto pro se nisi etiam contra se.*
*17 Solēnitas eadē sufficit in adimēdo, quæ in legādo ad pias cās.*

## CONSILIVM CCIX.

STatutis accuratè perspectis de quibus in themate. ¶ Videtur prima consideratione dicendū legatū relictū in testamento hospitali peti posse per hospitale non obstante quod testamentū non fuerit præsentatū & registratū, fm ꝙ in dictis statutis cautū est: quia relictū prædictū factū esse censet̃ ad
1 pias causas: quia relictū fuit pro anima hospitali. † ꝙ dr̃ esse pius
b afficit clericum:quia statutum gñale nõ extenditur ad non sub-
iectos.c.à nobis.el j.de sent.excõ.c. vt animarum.de consti.in
vj.C.quæ sit lon.consu.l.ij.& Hosti.in summa de consue. & Io.
An.de ope.no.nun.¶Idem vr̃ tenere Io.An.in c.fi.de immu.ec-
cle.lib.vj.in nouella.vbi cõcludit quod si statutum laicorum ꝓ-
hibet ne quis vendat vel donet rem immobilem alicui non exi-
stenti de iurisdictione statuentium & qui non subeũt onera, &
irritant venditionem & donationem & pœnam imponat ꝙ ta-
lia statuta non comprehendunt venditiones vel donationes fa-
ctas in ecclesiam:quia esset ꝯ libertatem ecclesiasticam.c.fin.de
reb.eccle.nõ alie.& d.c.quæ in ecclesiarum.qđ est illicitũ & ꝓ-
hibitum.c.nouerit.de senten.excõ.in auth.cassa.de sac.san.ec-
cle.& in gñali dispõne non comprehenditur illicitum.l.si ꝓcu-

rator.ff.de cond.inde.l.iij.§.si procurator.ff.ꝙ quisque iuris.c.
causam.de elec.c.si cõpromissarius.§.j.eo.ti.lib.vj.faciunt not.
in c.j.x.distin.maximè per Arch.& Hostien.in c.fina.de solut.
4 ¶†Præterea casus nr̃ vr̃ clarè decidi p Io.Cal.in sua disputatione
incip.statuto ciuitatis cauetur ꝙ si ab actore &c.in solutione vl-
timi dubij. vbi quærit,an si statutum disponat ꝙ per testes pro-
bari non possit solutio debiti liget clericũ volẽtem p testes proba
re solutionẽ debiti.& cõcludit ꝙ aut illud debitũ fuit ꝯctum an-
te clericatum tunc si statutum iniecerit vinculum ante clerica-
tum ligat sicut d.Ioan. Andre.in regula sine culpa. in mercura-
libus ad finem vbi voluit ꝙ si consuetudo quæ defert hæreditatẽ
primogenito ꝑiudicat ẽt clerico secundogenito. quia talis con-
suetudo scđo genitum ligauerat ante clericatũ.l.si post clericatũ
d.debitum fuit contractum,tunc tenet Io.Cal. ꝙ statutũ non li-
get clericũ:quia qñ agitur circa ea quæ respiciunt litis decisionẽ
sicut dicimus ꝙ attendendũ est ius loci ꝯctus, vel debiti vel rei su
per qua est qõ.l.si fundus.ff.de euic.l.j.in prin.ff.de vsur.l. anni
totum.C.de ædifi.priua.in auth.qua in prouincia.C. vbi de cri-
mi.agi.opor.& no.in l.j.C.quæ sit lon.consue.& l.j.C.de emã.
lib.& per doc.in l.j.C.de summa trini.& per Spe.in tit. de feriis.
§.j.ver. sed pone ita esse ſm Io.Cal.in dispu.attendi oportet qua
litatem personæ,cum de iure priuilegij personã tangẽtis agitur:
& ſm illud ius iudicari dẽt coram quocunque iudice agatur, fa-
cit ſm eum. c.j.de iureiũ.lib.vj.& de priuile.c.porro. ſm vnam
lect.¶Imo dicit quod ita ẽt dẽt in qõne ꝑmissa: qa ꝓbatio pro-
priè respicit personam quæ probationis onus hẽt subire, quod
ius super hoc sibi cõpetẽs seruari dẽt in quocunque foro litiget,
ita dicit quod põt intelligi.c.cum venisset.de eo qui mit. in pos-
ses.cau.rei seruan.c. constitutus.de resti.in integ. ¶Sed clericis
de iure cõpetit ius probandi per testẽ solutionẽ debiti : ergo ſm
tale ius dẽt iudicari licet in foro seculari in quo litigauit,sit statu-
tum contrarium, vt ibi latius per eum. ¶Ergo cum statutum de
quo in præsenti disputatione cõcernat modũ probationis simu-
lationis vel veritatis,& ꝯctus fuit celebratus ante clericatum dñi
Pandulfi,dẽt ei seruari ius cõe,nõ statutũ laicorum.& cum d.de-
cisione Io.Cal.transit per omnia Pet.de Anc.in repet.c.ea quæ.
in fi.de reg.iur.in vj.Io.de Imõ.in d.c.ecclesia S.Mariæ. de cõsti
tutio.¶Casum nr̃m ẽt decidit d.Abb.in c.quod clericis.de foro
cõp.& in rep.c.eccle.S.Mariæ.de const.circa vltimam chartam
5 volens†ꝙ vbi statutũ disponit quod si emptor non apprehende
ret possessionem intra annum & sic patiatur venditorem possi-
dere ꝯctus præsumatur simulatus,ꝙ tale statutum nec in foro se
culari:nec in foro ecclesiastico ligabit clericum qui neglexerit
apprehendere possessionem:quia nõ potest ligare nõ subditũ.l.
j.ff.de tut.& curat.da.ab his.¶Sed in proposito d.statutum red-
dit ꝯctum simulatum ex eo,quia ille ad quem d.res peruenit pas-
sus est tenere vel possidere d.alienationẽ qui postea effectus est
cessans,ergo non ligabit clericũ.& ibi rñdet ad ea quæ possent in
contrarium adduci.ibi etiam concludit quod statutum volẽs qđ
probatio mutui nõ possit fieri per testes,vel quod libri mercato-
rum faciant plenam fidem,nõ seruabitur ꝯ clericum ẽt in foro se
culari:per d.c.quod clericis.gñaliter intellectum,& per no.in c.
ij.de arb.in vj.ergo modus probandi simulationem inductus à
statuto laicorũ,non dẽt ligare clericum.& dum dicimus quod in
decisoriis dẽt attendi locus ꝯctus,vel delicti cõmissi : intelligitur
in foro cõtrahentis vel delinquentis:vt si clericus conueniat̃ co-
rã laico.c.si qs &c.si diligẽti.de fo.cõp.¶Similiter seruari debẽt
leges quæ seruandæ sunt in foro ecclesiastico. ista regulantur à
pari.s.forum sortiri:vt no.gl.& doct.in d.c.ꝙ clericis. & in viij.
distin.in c.quæ ꝯ.in ver.peregrini.& xij.dist.illa in ver.more.&
not.doct.in d.l.cunctos populos.& alij.& Inno.in rub.de con-
sue.& Spe.in tit.de consti.§.j.& not.Io. Cal.in dispu.prædicta.
6 ¶†Nec ob.id quod no.Bar.in d.l.cunctos populos.in v.q.C.de
sum.trin.vbi voluit ꝙ si statutum non auferat ea q̃ sunt concessa
ecclesiis vel clericis in priuilegium & gñaliter loquatur, sit hone
stum debebit seruari etiam quo ad ecclesiã vel clericos: per id qđ
habetur in c.cum venissent de eo qui mit.in pos.cau.rei ser.& in
ver.laudabilẽ à contrario sensu.& per c.cãm.de re iudi. quia rñ-
deo qđ in hac opi.Bar.errauit:vt dicit Ant.de But.& Io. de Imo.
& do.Abb.in d.c.ecclesia S.Mariæ.& referunt etiam qđ ꝯ illam
opin.Bar.tenuit Io.de Lig.quia cã annullandi statutum quo ad
clericos,vr̃ surgere à defectu ptãtis,vt habetur in d.c.ecclesia S.

Mariæ vñ fm eos sicut expresse non possunt statuentes laici liga-
re & afficere clericos, ita & gñaliter vel tacitè disponendo, quia
tacitum & expressum æquiparant.l.cũ qd.ff.si cer.pet.l.triticũ.
7 ff.de ver.ob.¶†Item qa si nõ valet statutum laicorũ qñ sit ꝯ cõ-
cessa in priuilegiũ clericis: vt fatet Bal.multò fortius nõ dẽt vale-
re statutũ ꝯ ea quæ cõpetunt clericis iure cõi, & nõ in priuilegiũ,
cum fortius sit illud qđ cõpetit iure cõi: quã id qđ cõpetit ex pri-
uilegio.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testa.mili.& §.quia
verosimile.in auth.de non alie.& qđ dicatur ꝯ libertatem eccle-
siasticam illud qđ sit ꝯ ea quæ iure cõi cõpetunt ecclesiis vel ec-
clesiasticis personis, dico probari per tex.in c.cũ terra.de electi.
& ibi ad hoc illum tex.ponderat An.de But.& Io.de Imol. ita ẽt
tenet Sal.in auth.cassa.de sacrosan.eccl.in v.col.in ver.tũc quæ-
ro de statutis quæ sunt &c.vbi rñdit ad d.opi.positam per Bart.
in præalleg.l.cunctos populos.& dicit veriorem esse opi.Ioã.de
Lig.in c.ecclesia S.Mariæ extra.vt lite pend.vbi statutum erat ge-
nerale, & bona ratione inductum: & tñ non ligat monasterium:
vt ibi colligitur ex positione casus quem facit gl. ¶Pro hoc addu
cit rationem positam in c.ecclesia S.Mariæ, de consti.quæ rõ ma
gis dẽt fm eum attendi, quã dictum.l.non possunt.ff.de leg. &
l.illud ad leg.Aquil.& l.adigere.§.quãuis.ff.de iure pat. ¶Hoc
etiam est de mẽte Bal.in d.l.cunctos populos: in x.col. & voluit
clarè Bal.in l.omni nouatione.C.de sacrosan.eccle.qñ cã tracta
retur in foro seculari: vt ibi per eum.Idem tenet Ful.clarius in d.
l.cunctos populos.vbi dicit qđ verior est opi.Cy.in d.l.ij.C.quę
sit lon.consuetu.& Host.in d.tit.de consue.quã opi.Bar.in præ-
alleg.l.cunctos populos.alle.c.quæ in ecclesiarũ.& c.ecclesia S.
Mariæ de constit.¶Et rñdet ad iura allegata per Bar.qđ qñ cleri-
cus ageret ecõtra.& sic in foro seculari tunc seruanda essent sta-
tuta laicorum, ẽt ꝯ clericos.Sed quod ecõtra in foro ecclesiasti-
co habeant locũ statuta laicorũ: hoc nõ dicũt iura allegata ꝑ Bar.
& rñdet etiã ad tex.in d.c.cum cã: de re iudi. quod ibi erat con-
suetudo generalis.& sic tam clericorum quã laicorũ.& ita ẽt di-
cit Ant.de But.in d.c.eccl.S.Mariæ posse rñderi ad iura allegata
per Barth.vel fm Io.de Imo.ibi tex.in d.c.cum cã.non probat ni
si per argumentũ à ꝯrio sensu: qđ argumentum sũmi non dẽt vbi
resultaret intellectus iuri ꝯrius: vt no.in c.j.de ætate & quali.in
vj.& in l.ij.C.de cond.inser.¶Nõ obst.ẽt tex.in d.auth.cassa.&
in d.c.nouerit.vbi videntur solũ reprobari statuta, quæ sint ꝯ li-
bertatem ecclesiæ.ergo alia non videntur reprobari: quia rñdet
Fulg.in d.l.cunctos populos.quod in dictis iuribus bñ dr ꝙ sta-
tuta laicorũ quæ sunt ꝯ libertatẽ ecclesiæ, delenda sunt de capitu
lariis: & sic resultat bene à ꝯrio sensu ꝙ alia statuta laicorum quæ
non sunt ꝯ libertatem ecclesiasticam non sunt delenda à capitu-
laribus.Sed vtrum valeant vel nõ, hoc ibi non cõcluditur. qm ip
semet Fulg.in d.auth.cassa.tenet ꝙ cassanda sunt statuta quæ de
rogant his q̃ iure cõi competunt ecclesiis vel ecclesiasticis perso-
nis.aut cõtra ecclesiasticã libertatẽ: per l.j.§.quæ onerandæ.ff.
quarũ rerũ actio nõ datur.& ꝑ d.l.eius militis.§.militia missus.
¶Et dicit qđ ad hoc non obstant no.ꝑ Inn.in d.c.nouerint.vbi
vr̃ velle quod & statuta quæ auferrẽt ecclesiis ea quæ erãt eis cõ-
cessa in priuilegiũ, dñr esse ꝯ ecclesiasticã libertatẽ: quia Inn. po-
8 suit illud, de quo erat magis dubium.† quia facilius tollit quod
cõpetit ex priuilegio & iure speciali, q̃ illud qđ cõpetit iure cõi.
¶Contra d.opi.Bar.est ẽt tex.in c.fi.& ibi ponderat Ant.de Bu.
de vita & hone.clerico.vbi statuta laicorum simpliciter prolata
non ligãt clericos, & ẽt si se intromittant in negotiis secularib.an
tequam sint ter moniti, vt ibi: & dicit do.An.de Bu.ꝙ ille est me
lior tex.qui possit allegari ꝯ Bar.¶Idem ẽt voluit Bal.in c.venis-
sent.Vnde ibi concludit quod statutum laicorum arctans ad cõ-
promittendum, non ligabit clericos etiã si tales clerici essent in
minoribus constituti.facit.c.ij.cum ibi no.per doct.de foro cõ-
pe.¶Idem repetit Bal.in consi.incip.Venutius &c.ad hoc etiam
tex.in c.tua nuper.& ibi ponderat Anto.de Butr.de deci. ¶Nec
etiam ob.si diceretur ꝙ attento ꝙ dictũ statutũ fuit anteq̃ dictus
do.Pandulfus esset clericus, videtur iniecisse vinculũ ante cleri-
catum, meritò ligare dẽt dictum dñm Pandulfum, sicut vr̃ velle
Io.And.in d.regula, sine culpa.in mercurialibus, in fine & sequi-
tur hoc Ant.de Bu.in.d.c.ecclesia S.Mariæ de const.quia ad hoc
patet responsio ex his quæ dixi referendo decisionem Io. cal.in
9 d.disputatio.†quia ex hoc ꝙ contractus, de quo agitur, fuit cele-
bratus post clericatum nõ dicitur statutum iniecisse vinculũ an-
te clericatũ.& ita ẽt est expssum de mente do. Ant.de But.in d.
c.qđ clericis.¶Nam ius primogenituræ, de quo loquitur Ioã.in
d.c.sine culpa.etiã viuente pr̃e producit effectum: vt no.vij.q.j.
ꝙ periculosum.nõ mirum si in casu illo põt dici ꝙ procedit d.Io.
An.qa ante clericatũ secundo geniti ius primogenituræ erat ra-
dicatũ & acquisitũ primo, aliàs secus: vt est ẽt de mente Sali.in d.
auth.cassa.in penul.col.ibi, dum dicit ex his infert ad statuta cau
sarum merita concernentia quibus cauetur, quod filiis masculis
extãtibus fœminæ non succedãt patri ab intestato, vt statutum
illud nõ vẽdicet sibi locũ si tpe mortis patris filia concurrens cũ
masculo sit monacha.ecce ꝙ Saly. vult ꝙ sufficit ipsam esse mo-
nachã tp̃e quo acquiritur ius: & licet tale statutum esset factum
ante clericatum, tñ non ligabit, & idẽ consuluit Pet.de Anch.in
consi.incip.In Chr̃i nomine amen.in paucis verbis tacitum est.
& ita etiã vult Bal. in magna repetitione.l. cunctos populos.in
xxiiij.col.ver.nec videmus qñ statutum vetat per viã exclusio-
nis: vt doc.maximè Dñicus de S.Gemi.in c.j.de exc.in vj. ¶Nec
etiã ob.prædictis si diceretur quod qñ factũ, de quo agitur, hẽt
originem à facto clerici: tunc ẽt in decisoriis seruari debeat statu
tum laicorum, si cã agat in foro seculari: vt voluit Ant. de Bu.in
d.c.ecclesia S.Mariæ.de const.argu.l.si fundus.de euict.& qa si
clericus ꝯhendo in loco sortitur forum in eo loco.c.dilecti.& c.
fi.de foro compe.sic videatur ꝙ subiiciatur statutis illius loci: qa
ad hoc respondeo quod vbi cã tractaretur in foro ecclesiastico,
prout venit tractanda cã ista mouenda ꝯ clericum possidentem.
c.si quis ꝯ clericum.de foro cõpe.nõ procedit d.An.de But.Pos-
sidebat.n.per d.Matthæum cõductorem, & soluentem pensio-
nem.l.qui vniuersas.§.per colloquiũ.cũ ibi no.ff.de acqui.pos.
l.litibus.C.de agri.& censi.lib.xj.¶Secundò respondeo ꝙ illud
d.Ant.de But.nõ tenetur: vt ꝑ Io.de Imo.in d.c.eccle.S.Mariæ.
quia si esset verũ, sequeretur ꝙ si statutũ laicorum disponeret ꝙ
contractus nõ posset probari, nisi per quatuor testes, & clericus
in tali loco ꝯxit cũ laico, & postea agit in foro seculari ꝯ laicum
[illegible] nisi probaret ꝯctum per quatuor testes ꝯ no.
per Io.cal.in d.disputatione cũ suis concor. Et rñdet Io.de Imo.
in d.l.si fundus.ꝙ bene sortitur forum in loco ꝯctus: vt in illo lo
co possit cõueniri vel agere.c.dilecti.de foro compet.¶Sed hoc
non sequitur ꝙ cã debeat decidi fm statuta laicorum: vt conclu-
dit Io.Cal.in disp.præalleg.cũ concord.¶Præterea ẽt in casu qñ
factum ex quo agitur oritur à facto clerici, scilicet facti per Ant.
& Matthæum: quia statutum vult ꝙ alienatio facta per ipsum q
postea cessat, præsumatur simulata, si inueniatur possedisse post
alienationem: sed ita est ꝙ dictus cessans non alienauit in d.dñm
Pandulfum clericum: sed in Antonium non clericum: quia in-
continenti non alienauit in clericũ & tempore alienationis fa-
ctæ per Antonium in clericum acquisitio seu titulus Antonij nõ
erat simul actus: quia nondum erat Mattheus factus cessans.¶Et
si diceremus quod secuta cessatione fingitur alienationem fa-
ctam in Antonium fuisse simulatam, istud esset auferre ius cleri-
ci: iuxta tex.c.quãuis.de rescr.in vj.& melius not.in l.Gal.§.qđ
si tm̃.ff.de lib.& posth.quod quidem non põt fieri per statutum
10 laicorum directè nec indirectè.¶†Ad hoc bene facit quod not.
Pet.de Anch.in rep.c.canonum statuta.de const.in xj.q.princi-
pali.in ver.ego quæro in qõne in qua cõsului &c. ibi dixit quod
accedit quæstio ꝙ archieps Spoletanus habebat extra ciuitatem
aliqua molendina ex largitione regis Vngariæ: & commune spo-
leti habebat etiam alia molendina extra dictam ciuitatem, om-
nes spoletani poterant ire quo volebant ad molendina, vel ad a-
lia, & soluebant certam mensuram ad molendinum: cõe Spoleti
statuit ꝙ omnes ciues qui causa molendi irent extra ciuitatem te
nerentur soluere in ingressu portæ mensuram de qua supra. &
ꝙ volentes accedere ad molendina dicti cõis nõ tenerentur sol-
uere in ingressu portæ de qua vadũt.omnes ibant ad molendina
cõis, vbi aliquam mensuram soluere non tenentur: & non ibant
ad molendinum archiepi archieps dicit statutum non valere in-
quantũ sibi præiudicat: & vr̃ ꝙ valeret, quia arctat suos subditos
in suo territorio: arg.l.fi.ff.de decr.ab or.fa. cuilibet est licitũ cir
ca rem suam conditionem meliorem cum alterius detrimento.
l.Proculus.ff.de dã.infe.tñ ipse ꝯrium decidit referens ita cõsu-
luisse: qa licet verba statuti dirigant ad subditos, tñ ex eo grauat
11 archiepiscopus. ¶†Vnde non est curandũ cum quo quis loqua-
tur: sed in quem intentio dirigatur.l. cum pater.§. donationis.ff.
de

de leg.ij. multoties.n.cōtingit ꝙ in dispōne vnum exprimit᷑, ad aliud verò effectus dirigit᷑: & hoc dēt cōsiderari.l.iij.§.nunc de effectu.& l.si qs reū.§.j.de lib.le.& l.cū dotē.ff.ad l.Fal.¶ Vn̄ d. statutū gn̄ale debuit intelligi de euntib.ad alia molēdina, q̄ cōis Spoleti dūmodo essent molēdina laicorū.s. ꝙ illi teneantur soluere, vt ibi plenius p eū.& idē tenet do.Abb.in repe.d.c.eccl'a S. Mariæ.& Pe.de Anc.in ꝯs.xiij.qđ incipit, In Dei nomine am̄.sup dubio trāsmisso.& ita ꝯsuluit tūc totū collegiū iuris ciui.Bonon̄. vt apparet in d.cōsi.Pe.de Anc.& ponit ēt in consi.cxlv.qđ inci. In Dei nomine am̄ optimis rōnibus,& in simili no.Alb.de Ros. in ij.parte statutorū.q.ij.ꝙ stantib.p̄dictis.nō pōt adduci & fundari ex p̄missis allegata simulatio.vbi cā hæc agitet᷑ in foro ecclesiastico.ad qđ curandū suadeo pręfato dn̄o Pandulfo, vt pro viri. laboret ꝙ in eo foro cā eius securius procedet per no.maximè in præalleg.c.quod clericis.cum concordantiis.

## ADDITIO.

a ¶Clerico.Latè de hoc And.Tiraq.in ꝯsu.picto.titu.retra.§.j. gl.iij.nu.2.cum seq.Cor.consi.cxiiij.lib.ij.Soc.consi.ccxcij. lib.ij.dixi decisiuè in proœmi.consu.Pari.gl.v.

b ¶Laicorū.Ant.But.consi.xl.Phi.Fran.c.fi.de immu.eccl.in vj.Cur.Senio.consi.lxij.in fi.cōs.lxxij.in fi.Soc.cōsi.xiiij. ꝯs. lxxj.lib.4.Frāc.Rip.trac.de pest.fo.99.& rn̄.ij.li.j.de legib.

## SVMMARIVM.

1 *Libellus in actione iniuriarum debet esse specificus.*
2 *Agere non potest qui ex parte sua non impleuit.*
3 *Testis dicens audiuisse publicè dici, non probat famam.*
4 *Causa omnis colorata excusat à dolo.*
5 *Probatio, quòd scriptura sit de manu talis, est periculosa.*
6 *Renunciare sponsalibus est liberum ex causa probabili.*

## CONSILIVM CCXII.

Visis & discussis scripturis mihi exhibitis in cā & lite vertē te inter Fortitolū de Albergatis,& dn̄am Geneuerā eius filiam ex parte vna agentes & Leonellum de forano ex alia se defendentem: vr̄ mihi nullo modo sequi posse cōdemna-
1 toriā sentētiā, sed absolutoriam ex infrascriptis. ¶ † Et primò, qa in libello actionis iniuriarū: de quo in themate pro parte dictorum agentium requirit᷑ inter cætera specificatio mensis, anni, loci illatæ iniuriæ, cū demonstratione cōfinium ipsius loci. prout requirit᷑ in criminalib.iuxta.l.libellorum cum ibi no. maximè p Bar.ff.de accusa.iuncta.l.forma.in prin.de cēsi. hoc probat᷑ per tex.in c.tuæ.de ꝓc.& ibi.doct.per l.prętor edixit.in prin.& ibi hoc firmat Ray.Bar.& Ang.ff.de iniu.& p l.item exigit.ff.de dolo.cum gl.& hoc tenet ibi Bal,& no.Bar.in l.& an eandem.§.actione.ff.de excep.rei iudi.circa iij.col.& in l.per procuratorē. ff.de obsequiis p̄stan.& in l.viro atque vxore.ff.sol.mat.& in l.j. §.interdictum.in iij.co.ff.vti possidetis.& in l.inde Neratius.ff. ad l.Aquil.& no.Bar.in l.si ex dolo.§.in hac actione.de iniuriis. saltem quia cōdemnato in actione iniuriarum infamat.l.pen.ff. de his qui no.infa.& in l.iniuriarum.ff.ex quib. cau.infa. irrog.
* Et est de mente Spe.in ti.de iniu.in prin.& ita se hēt magis* cōis opi.à qua in iudicando non est recedendum: vt habetur in locis vulgaribus.¶ Sed in proposito nr̄o libellus non hēt omnia ista requisita, quia in libello dum narratur locus commissæ iniuriæ: nō fit mentio nisi de ciuitate Bononien. Sed vltra ciuitatem dēt apponi locus particularis: vt in l.libellorum.in prin.Et ponit Spec. in tit.de iniuriis: ergo &c. ¶ Secundò moueor, quia non fuit, vt debuit, in libello expressum tp̄s illatæ iniuriæ.s.mensis Maij anni millesimi quadringentesimi sexagesimi quarti: in quo tpe narratur quod Leonellus in ciuitate Bononiæ contraxit matrimonium per verba de præsenti cum vna muliere Bononiēsi: & istud copula confirmauit animo iniuriandi p̄dictos agentes: nec etiam dato quod istud tp̄s fuerit positum in libello, inuenio probatum quòd Leonellus prædictum m̄rimonium ꝯxerit, & cōfirmauerit de dicto mense Maij.ergo si hoc tp̄s deductum quod certum esse dēt.d.l.libellorum.& d.l.prætor.non est probatum per testes, non est possibile agentem obtinere.l. denunciasse.§. quid tn̄.cum ibi no.per Bar.ff.de adulter.l.prætor.§.docere.ff. vi bo no.rap.& l.habebat.ff.de instito.& patet ex not.per Bart.in l.is qui reus. circa ante p.col. ff.de publ.iudi.& hoc nō habet dubiū est verum ꝙ mihi non sunt exhibitæ positiones agentiū cum rn̄sionibus rei conuenti. sed verbo fertur, in prædictis rn̄sionibus confitetur. ¶ Tertiò moueor. quia vt apparet in rn̄sionibus factis per aduersariū positionibus Leonelli Fortitolus promiserat tpe sponsaliū dare Leonello in festo paschatis resurrectionis anni millesimi sexagesimiquarti libras ducentas pro parte dotis dictæ Geneuerę vsque ad festum paschatis pentecostes.habitando etiā in ciuitate Mutinæ tpe dicti festi paschatis resurrectionis & non probat᷑ ꝙ Fortitolus soluerit dictas libras ducentas tpe debito prout in veritate non soluit & ipsi Fortitolo incumberet onus probandi se soluisse.l.j.C.de proba.& no.gl.& doc.in l.ij. C.de iure emph. & Bart. in l. in illa stipulatione si calendis.ff.de verb. ob. ergo nō fuerunt seruata ꝓmissa posito ꝙ appareret de sponsalibus cum patre Geneueræ contractis nō possunt dicti agentes
2 conqueri. ¶ † Nam nunq̄ pōt quis mihi imputare & sibi promissa non seruari qn̄ ipse prius non seruauit.l.quæro.§.inter locatorem.ff.locati.l.cū proponas.la.ij. C.de pactis.& hæc regula militat in omni contractu etiā nominato vt no.Bal.in l.in ciuile.C. de rei ven.& probatur in l.si ita quis.§.seia.ff.de ver.ob.& in l.
3 si cōueniat.ff.pro socio.¶ † Et dicit expressè Bal.in c.j.qualiter dn̄s proprietate priuet᷑.in vsibus feudorum: ꝙ ista est natura pœnarum siue legalium, siue conuentionaliū quòd nisi petens pœnam probet ex parte sua impleuisse contractū repellit᷑ à petitione pœnæ quia liquida debet esse causa vt pœna petat᷑.allegat.d.l. quæro.§.inter locatorē.& ꝙ no.in l.si nō fuit.ff.de iureiu.¶ Sed dictus Fortitolus nō probat se obseruasse promissa.i.partem dotis soluisse in festo paschatis resurrectionis portando eam ad domum dicti Leonelli, iuxta.l.item illa.cum ibi not.ff.de constit. pec.& l.magnā.C.de cōtrahen.& cōmit.stipu.ergo nō pōt ipse agere ad pœnā nec alius qui ageret ex cōtractu & promissione celebrata cū Fortitolo: quia ex qua persona quis lucrū sentit eius factum præstare debet.l.ex qua persona.cū si.ff.de reg.iur.¶ † Et agendo actione iniuriarū ad quingentos ducatos, quos agentes dicuntur potius velle perdere quàm pati talem iniuriā dr̄ agi ad vindictā & pœnā, non aūt actione rei persecutoria l.cum emancipati.§.emancipatus.& ibi no.ff.de colla.bon.l.prætor edicit.§. j.cum ibi not.per Bart.ff.de iureiur.l.pro hære.§.fin.& ibi not. doc.maximè Ioa.de Imo.ff.de acq.hære.& not.Bar.in l.j.C.qn̄ ciuilis actio præiud.crim.¶ Non ob. adhuc si diceret᷑ Fortitolū non soluisse in festo paschali: quia sibi innotuit ꝙ Leonellus desponsauerat aliā: quia rn̄deo ꝙ hoc dici non potest nec est illud probatum: nam Damianus testis productus super hoc pro parte Fortitoli dicit ꝙ sponsalia contracta Mutinæ cū Fortitolo fuerūt cōtracta de mense Martij. Mccccl xiiij. & ꝙ inde ad vnū mensem vel duos superuenit rumor ꝙ Leonellus in ciuitate Bonon̄. promiserat aliā vxorē ducere.vnde dies paschalis,& sic terminus solutionis superuenit anteq̄ ille rumor.¶ Ad hoc etiam probandū fuit Benedictus de Beliardis qui etiam non probat: quia deponit quod in quadragesimali tpe cōtracta erāt spōsalia cum Fortitolo Mutinæ, & ꝙ postea ante completū vnū mensem audiuit publicè dici ꝙ Leonellus deflorauerat vnā mulierē Bono. quā pollicitus fuit ducere in vxorē & sic nō probat ꝙ ante diem primū Aprilis publicè audiuerit dici de dicta promissione facta per Leonellū
5 illi mulieri Bono.¶ † Prædictus testis dicit quod audiuit publicè dici & per hoc non dr̄ probari famā quia poterat audire vnū tm̄ hoc publicè dicentem: vt declarat Bar.in l.de minore.§.si plurimū.ff.de quæst.& in l.ij.§.eius,ff.de test.& Bald.in add.Spec.in tit.de sen.in xxiij.col.& Ang.in l.iij.ff.ad mac.& Ioan.de Im.in l.hæredes palam.in prin.ff.de testa.vbi dicit quod ista est com-
* munis * opi.& sic si non probat famam non erit dicto vnius credendum.l.iij.§.& si sic nō accepit.ff.de in rem verso.l.j.§.j.cū ibi no.ff.de eo per quem factum erit.l.decurionum.C.de pœni. & etiam dictus alius testis, s.Damianus nō probat sufficienter famam fm̄ tradita per Bar.in d.l.de minore.cum concor.¶ Et etiā super hoc inductus dominus Gaspar de fontana nepos dicti Fortitoli vel eius vxoris qui deponit de mense Maij anni millesimi quadringentesimi sexagesimiquarti seu post superuenit rumor & fama de secunda desponsatione facta per Leonellū, & sic non deponit quòd ante festum paschatis superuenerit, nec aliquos testes hincinde productos reperio probantes concludenter quod ante dictum festum paschatis Leonellus discesserit à sponsalibus vt di-

vt dr̃ cōtractis cum Fortitolo,& ipſemet Fortitolus & Geneuera
fatent̃,rñdendo poſitionib. & ſic dici non pōt qđ aliqua ꝓbabi-
lis cā excuſauerit d.Fortitolũ quominus debuiſſet in feſto paſcha
tis ſoluere. ¶ Non ob.etiã id qđ deponit Andreas de la Manzola,
qui vr̃ deponere qđ Leonellus ſibi dixit qđ promiſerat & dede-
rat fidē vni Bonoñ.de accipiendo eam in vxorē q̃a ſibi infereban
tur maximæ minę ex parte attinentiũ illius mulieris,& vitæ amiſ
ſionis & bonorũ: ob qđ neceſſe erat ipſi Leonello deſerere d.Ge
neuerã: quia ad hoc rñdeo qđ iſte teſtis eſt in dicto ſuo vnicus &
ſingularis,& ſic non probat,c.licet cãm.de prob.c.bonæ el.j.de
elec.l.iureiu.C.de teſti.¶ Itē dato quod Leonellus promiſiſſet il
li mulieri Bononienſi ducere eã in vxorē, & ſic per verba de futu
ro:tñ poterat ꝯhere matrimoniũ per verba de pñti cũ alia, & va-
luiſſet matrimoniũ.c.ſicut ex literis.cũ ſi.de ſponſa. ¶ Itē iſte te-
ſtis deponit qđ Leonellus dicebat quod ꝓp illas minas neceſſe
habet deſerere Geneuerã:ergo apparet ꝙ non tm̃ animo & affe-
ctu iniuriãdi deſeruit eã, & actio iniuriarũ non naſcit̃ niſi inter-
uenerit animus & affectus iniuriãdi.l.illud.ff.de iniurijs.& in l.ſi
nō cõuicij.& ibi no.Cy.in pri.C.eo.ti. ¶ Accedit ad cōfirmatio
6 nē prædictorũ, † q̃a omnis colorata cã etiã nō legitima excuſat à
dolo.l.igit̃.§.pōt.ff.de lib.cau.leg.j.in fi.cum gl. ff.de abigeis.l.
plagij.cũ gl.C.ad l.Flau.de plagiarijs. Animus aũt iniuriandi re-
quirit̃ ad hoc vt quis teneat̃ actione iniuriarũ,vt dixi, & nō vr̃ du
biũ ꝙ præſumi dēt ꝙ potius dicta cã, ſ. qđ Fortitolus nō ſeruaue-
rit ꝓmiſſa fuerit illa quæ induxerit Leonellũ ad deſerendã Gene-
uerã quã animus aut propoſitũ iniuriãdi. facit. l. merito. ff. pro
ſoc.& l.ſi præſes.& l.interpretatione.ff.de pœnis. & qđ no.in l.
hoc enim in prin.ff.de ſuſpec.tu. ¶ Et ꝑ prædicta etiã non ob.qđ
d.Andreas & Lanfrancus deponant qđ quædã ſcripturella pro-
ducta,vt dr̃,erat de manu Leonelli ſupradicti.Primò quia vt ver-
bo fert̃,in dicta ſcripturella nō eſt nominatus Leonellus tanq̃ il-
le qui ꝓmiſerat aliquã deſponſare anteq̃ ſponſalia cōtraheret cũ
Fortitolo. & dato quod promiſiſſet tñ poterat deſpōſare per ver
7 ba de præſenti Geneuerã,& valuiſſet matrimoniũ. † Prætereà di
cta probatio dictorũ teſtiũ abſque vlla cōparatiōne literarũ,non
ſufficit ad probandũ illã ſchedulã manu Leonelli: quia talis pro-
batio quod ſcriptura ſit de manu talis, eſt periculoſa. in auth. de
fide inſtr.per totũ & ita no.Bar. in auth.& ſi cōtractus.per illum
tex.C.de fide inſtr.cũ ibi no.& Bar.in l.ſcripturas.in prin.C.qui
potio.in pig.hab.& Bal.in auth.nouo iure.in x.col.C.ſi cer.pe.
8 ¶ † Quartò moueor quia à ſponſalib. cōtractis per verba de fu-
turo, pōt quis licitè diſcedere ſi probabilis cã ſubeſt.c. ex literis.
de ſponſa.& cã probabilis cōmittit̃ arbitrio iudicãtis. vnde ſi ſpe
ratur ꝓp matrimoniũ contrahendũ debere ſequi homicidiũ, vel
guerrã,licitũ promittenti eſt deijcere ſponſalia.Sed ita eſt ꝙ pro
batũ eſt ꝑ plures teſtes,& maximè per Io.Baptiſtã,& per Io.de le
natis conteſtes,qđ Leonellus à d. Io.Baptiſta nomine ſuo & alio
rum attinentiũ valde fuit comminatus ꝙ ipſum occideret, vt eſt
probatum per teſtes productos pro parte Leonelli. & quod di-
cti attinentes ſunt homines cōſueti mandare executioni ea quæ
minant̃:& quod ſunt & erant potentes,& animoſi: ergo apparet
quod licitè potuit reijcere d. Leonellus ſpōſalia primo facta per
verba de futuro cum ſer Fortitolo.¶ Apparet etiam quod nō ani
mo iniuriandi d.ſer Fortitolum & eius filiam factum eſt hoc, ſed
cauſa vitandi periculũ mortis. ¶ Nec ob. ſi diceret̃ ꝙ d. Ioannes
Baptiſta teſtis productus per Leonellũ eſt affinis Leonelli. quia
reſpondeo quod tales non repelluntur in teſtimonio ferendo in
cauſa ciuili,etiã ſi oriat̃ ex crimine:dũmodo tali, ex quo nō infe-
rat̃ iniuria teſti producto. ita cōcludunt doct.in c.cum oportet.
vbi Ant.de But.de acc.¶ Colligitur etiã ex not.maximè per Bal.
9 in l.parentes.C.de teſt. † dũ dicunt ꝙ etiã frater poſſit eſſe teſtis
pro fratre ad defendendũ eum à pœna: & an ſibi ex toto creden-
dum ſit ſicut alteri teſti,committitur iudicantis arbitrio inſpecta
qualitate pſonæ,ſecundũ doc. in dictis locis & clarè ponit Io. de
Im.in l.qui teſtamento.§.fi.ff. de teſt.¶ Sed attento qđ hoc caſu
concurrat dictũ aliorũ teſtiũ ad idē tendentiũ ſupplet numerus
defectũ alterius idoneitatis.l.iij.§.eiſdē. not. ibi.in ver.nume-
rus.& ibi no.Ia.Bu.ff.de teſt.& Iac. de Are.de teſta. in l.qui in te
ſtamēto.imò & etiã nōnulli ex teſtib. ſer Fortitoli hoc deponũt,
10 & maximè Damianus, & dñs Gaſpar de Bulgola. ¶ † Prætereà
in his in q̃b.à cōiter accidentib. difficilis eſt probatio, toleratur
etiam probatio per teſtes minus idoneos.c.veniēs. el.ij. de teſti.
l.cōſenſu.C.de repu.c.fi.cũ ibi not.de teſt. cog.l.ij. cũ ibi no.C.
de teſt.& ꝙ no.Io.And.in addi.Spe.in ti.de teſt.§.j.in ver.itē ex
cipit̃.in ver.itē qđ eſt mulier. ſed tales res ob ſimiles cãs quæ ſigil
lãt pudorē attinentiũ virginib. nubēdis nō cōſueuerunt fieri niſi
occultè.vt experiētia docet quę eſt efficax magiſtra rerũ.c.quàm
ſit. de elec. in vj. ergo tolerari debet probatio. etiã per teſtes qui
aliàs non eſſent omnino integri. Ex quibus concludit̃ quod abſ-
que eo quod ſit neceſſe deuenire ad aliquam reſtitutionem in in
tegrum,d.Leonellus eſt omnino abſoluendus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio præſcriptionis impedit litis ingreſſum.*
2 *Bona fides requiritur in præſcriptione actionum.*
3 *Conſentire non videtur qui non comparet.*
4 *Teſtes non debent iurare die feriato.*
5 *Examinatio teſtium non poteſt delegari priuato.*
6 *Notarius non poteſt facere inſtrumentum commiſſionis ſuæ.*
7 *Actis notarij non ſtatur extra officium ſuum.*
8 *Actus factus alia quàm præfinita hora, non valet.*
10 *Delegatus archidiaconi ſi dicat ſe delegatũ epiſcopi, non valet ſententia.*
11 *Socius præſumitur reliquis partibus vti iure familiaritatis.*
12 *Coniunctorum & vicinorum facta quis ſcire præſumitur.*
14 *Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*
17 *Teſtes quando poſt publicationem producere licet.*

CONSILIVM CCXIII.

VIſo & opportune diſcuſſo proceſſu inter Nolũ rentij de
monte oliuo agentē cōmuni diuidundo contra Ioannē
Martinũ.& do.Bar.fratres & filios quōdã Matthæi ſath.
de mōte oliuo ſe defendentes. ¶ Omiſſis ſuperfluis,primò viden
dum erit vtrũ ſtante exceptione præſcriptionis oppoſita in vim
declinatoriæ ante litē conteſtatam & ſtantib.probationib.ſuper
eo factis pro parte dictorũ reorũ,partes iudicis ſint in pronũcian
do exceptionē præſcriptionis impedire litis ingreſſum vel non.
¶ Secũdò principalr̃ an ſi Nolus inſtaret primò recipi teſtes ſup
q̃buſdã capitulis per eũ vlt.loco ꝓductis, ad reprobationē teſtiũ
& atteſtationũ iam publicatorũ & publicatarũ poſſint & debeãt
1 reis cōtradicētib. ¶ † Quoad primũ vr̃ prima cōſideratione dicē
dũ pronunciandũ eſſe exceptionē præſcriptionis impedire litis
a ingreſſum:[a] quia exceptio pręſcriptionis,ſi opponat̃,eſt de impe
dientibus ingreſſum litis.l.fi.& ibi Bar.& Ang. ff.pro ſuo.l.oẽs.
& ibi no.doct.C.de præſcr.xxx. anno.& in l.j.in fi.C.ad Terty.
& in auth.niſi per Bal.C.de bo.mater. ¶ Et licet rei cõuenti non
ſe incontinenti obtulerunt ꝓbare dictã exceptionē,prout tene-
bant̃ ad hoc vt impedirent litis ingreſſum.l.nã & poſtea.in prin.
ff.de iureiu.& no.Bar.& doc.in locis ſ.allegatis. tñ ex quo acto
re & iudice patiente fuerunt factę probationes ſuper dicta exce-
ptione præſcriptionis,debēt tales probationes opitulari per no.
per Inn.& do.in c.cũ Bertoldus. de re iu. & in c. fraternitatis. de
frigi.Et facit text.in c.j. de reſtit. ſpolia. Sed ita eſt ꝙ probatũ eſt
ꝑ plures teſtes productos pro parte eorũ ꝙ bona de quib.in libel
lo actoris ſaltē in tpe. xxx. annorũ dictorũ fuerunt tenta & poſ-
ſeſſa per d.Rentiũ & Fochũ auum dictorũ reorum. & ſucceſſiue
per Matthæũ patrē dictorũ reorũ. & deinde per dictos reos cõi-
ter & ęqualiter ꝓ indiuiſo.vnde vr̃ quod tacite tpe ſit ſublata om
nis actio, quæ cōpetere potuiſſet pro illa parte quæ ꝑ dictos Fo-
chum & ſucceſſores poſſ. fuit.l.ſicut. & l.oẽs.C.de præſcri.xxx.
ann.& in l.ij.C.de cōſti.pec. ¶ Et licet nō appareat de aliquo ti-
tulo Rochi & ſucceſſoris:tñ non eſt neceſſarius ti.ad præſcriptio
nē.xxx.annorũ de iure canonico:q̃ñ ius cõe non reſiſtebat poſſi
denti ſeu præſcribenti.c.j.de præſcr.in vj.& plenè no.in c.ſi dili
2 genti.eo.tit.in antiquis.¶ † Et licet ſit neceſſaria bona fides[b] &
b c.in præſcriptione actionũ ſecundũ verã ſententiã, iuxta ea quæ
plenè leguntur & notantur in c.fi.de præſcr. & in regula poſſeſ-
ſor,& per legiſtas.l. ſequitur.§.ſi viã.ff.de vſucap. & in l.j. C.de
ſerui. ¶ Tamen iſta bona fides vr̃ præſumenda in caſu iſto ꝓpter
poſſeſſionem longi & longiſſimi tēporis:vt no.Inn.& alij in c.ij.
de in integr.reſtit.per l.iij.§.ſi ſeruus.ff.de acquiren.poſ.& not.
Arch.in c.ij.de præſcr.in vj.& Ioan.And.in addi.Spe. in titu. de
teſte,

teste.§.nūc videndum.in prin.addi.magnæ in versi.item oppo-
nunt.& Ang.in l.ij.C.quibus non ob.lon.tēp. præscr.& in l.eū
qui.§.fi.ff.de pu.& An.de But.in c.cum ecclesia.circa vlti.colū.
de cau.pos.& do.Ab.Modernus in d.c.si diligenti. & dixit Bart.
in l.fi.C.vnde vi.per illū tex.ꝙ mala fides non pōt ꝯ præscriben-
tem oppōi,nisi à veteri possessore,& nisi intra xxx.annos.& per
Bar.ēt in l.Celsus.ff.de vsucap. ¶Sed præmissis non obstantibus
ꝯriam sententiā de iure ꝓbabiliorem ex infrascriptis esse puto.
Primò quia testes producti per reos iurati & examinati in ciuita
te Cesenæ per eximiū doctorē dn̄m Philippum de Mantua, seu
dn̄m Iulianū de sanctis,nō fuerūt legitimè iurati,nam iurarūt die
septima mensis Septēbris MCCCCLVIIJ.quod tp̄s erat feriatū pp vin
demias ex forma statuti Cesenæ sub rubrica,de feri.quo cauetur
ꝙ dicto tpe inter ciues Cesenæ vel inter ciuem & forensem non
reddat᷑ius aliquod,nisi quatenus de ambarum partium volunta
te processit.vel nisi per partē tacitè vel expresse esset illis renun-
ciatū.& istud est ēt de iure cōi.l.j.& p totū.ff.de feriis. ¶Nec po
test dici ꝙ interuenerit cōsensus seu volūtas saltē tacita dicti No
3 li,vel Antonij eius procuratoris:†quia tūc demum tacitè vr̄ quis
feriis renunciare & consentire,ꝙ procedatur qn̄ ille qui est cita-
tus ad actum comparuit, & non opposuit exceptionem feriarū.
secus autē si non comparuerit: vt ꝓbatur in præalle.l.j.ff.de fe-
riis.& maximè cū Nolus sit ciuis Cesenæ,vt apparet in actis pro
ductis.Sed ita est qđ Antonius qui fuit citatus pro die.vij.ad vi-
dendum testes iurare in ciuitate Cesenæ, non cōparuit dicta die
ad videndum iurare:ergo iuramentum dictorum testiū non fuit
4 solenniter præstitum. †Testes.n.die feriato iurare non den̄t: vt
no.Spe.in tit.de feriis.§.sequitur.versi.quid si tunc.& Guido in
l.iurisiurandi.C.de testi.vbi ad hoc allegat l.dies festos.C.de fe
riis.& refert.Io.And.super d.versi.qđ si tunc.& not.in cle.j.de
offi.dele. ¶Præterea testes isti non probāt alia ratione:quia exa-
minatio ipsorum testiū fuit commissa d.dn̄o Philippo per vica-
5 rium Ghiazo.& dn̄s Philippus†subdelegauit examinationē cui
dam priuato.s.dn̄o Iuliano.quod fieri vr̄ non potuisse,per not.p
Bar.in d.auth.apud eloquentissimum.de fide instru.& sequitur
Ang. in l.iudices.eo.tit.vbi voluit ꝙ priuato sine consensu par-
tiū non possit fieri dicta subdelegatio. ¶Ac etiā quia de dictis te-
stium non cōstat,nisi ex actis ser Ludouici quōdam Iuliani, qui
non erat notarius ad acta deputata sm̄ formam statuti Cesenæ.
Vnde nō pōt actus ēt confici,nisi per notariū ad hoc deputatum.
6 l.in fraudem.§.quoties.ff.de iure fisci. ¶†Quinimo de aliqua
cōmissione facta per iudicem dicto notario,q scribit dictam exa
minationem,non apparet qđ apparere requiritur per fidem al-
* terius scripturæ sm̄ magis* cōem opinio. qnā tenet Host. & Io.
And.in d.c.qm̄ ꝯ.de proba.& ibi sequitur Ant.de But.in iij.col.
per l.j.C.de man.prin.& l.prohibitum.C.de iure fisci.libr.x.&
sequit᷑ Io.And.in c.cū quid.de reg.iur.in vj.in mercu.& Fed.de
Senis in cōsil.cxcix.incip.quæritur an dicta Margarita.& Bal.in
l.iureiuran.C.de test.& in l.iudices.C.de fide instr.& dn̄s Abb.
7 in d.c.qm̄ ꝯ. ¶†Et ꝙ dictus ser Dominicus non fuerit notarius
ad acta deputatus,patet ex fide & attestatione cancellarij,de quo
in actis,quæ fidem facit iuxta l.si publicanus.§.de rebus. & qđ
ibi doct.ff.de publi.l.diuus.ff.de custo.reo.cum si. ¶Ergo actis
suis,si facta essent de consensu partium, fides adhibenda nō est:
vt no.Guil.de Cu.& Bal.in l.repetita.de epis.& cle.& Bald.in l.
testō.C.de test.per d.§.quoties.& Io.And.in addi.Spe.in tit.de
instru.edi.§.restat sup quid de his.& Bal.in l.j.in fin.ff.de iudi.
An.de Bu.in c.pen.de offi.deleg. ¶Pari rōne ēt non probant alij
tres testes,videlicet Bartolus, Antonius, & Siluester iurati & re-
cepti per vicarium die xiiij. Septembris,quæ fuit dies feriata in
honorem Dei pp festū sanctæ Crucis,sm̄ formā constōnis. ¶Prę
terea isti tres testes nō fuerunt legitimè recepti alia ratione: quia
vt apparet ex literis commissionis factæ à dicto vicario Liuorij p
vicarium Ghiazo,consuetus procurator fuerat monitus vt com-
pareret coram dicto vicario Liuorij die xv. Septembr.ad viden-
dum iurare testes,& illi testes iurauerunt die xiiij. ergo cum ne-
cessaria fuerit de iure citatio ad videndum iurare testes.l.si qn̄.C.
8 de testi.c.in nomine dn̄i.de testi.†& actus fuerit factus alia hora
q̃ hora p̄fixa in citatione.non valet.l.si.§.si is qui.& ibi not.Bar.
ff.qđ vi aut clā.& in l.aut q alr̄.in prin.& ibi p eundē eo.tit.& c.
consuluit.cū ibi no.de offi.delega. ¶Oēs ēt alij testes dictorum
reorum fuerunt recepti & examinati per d.vicarium Liuorij si-
ne aliqua cōmissione:nam, vt apparet in examinatione facta de
Nicolao Alberti,in testē asseritur,ꝙ ille testis est examinatus per
dictum vicarium Liuorij vigore cōmissionis sibi factæ p magni-
ficum comitem Nicolaū de Malatestis, de ghuosoli pro exami-
9 natione illius testis,& aliorum postea receptorū.†Et de ista com
missione nihil apparet.& per ꝯn̄s quod ibi testes fuerunt recepti
absque cōmissione,& sic illegitimè,cum per illa verba proculdu
bio non ꝓbetur cōmissum,vt in auth.si quis in aliquo.C.de edē.
& in c.cum in iure.de off.dele.& in c.qm̄ ꝯ.de proba. ¶Nec ob.
si dicatur ꝙ dato ꝙ examinatio ipsorum testium, q̃uis fieri non
potuerit per vicarium Liuorij vigore alicuius cōmissionis sibi fa-
ctæ per d.Nicolaū.tn̄ potuit fieri vigore commissionis sibi fa-
ctæ primò per vicarium ghuosoli:quia rn̄deo hoc de iure nō pos
se subsistere,attento ꝙ d.vicarius Liuorij asserit se examinare vi-
gore commissionis sibi factæ p comitem Nicolaum. hoc decidit
10 Io.And.in tit.de sent.prola.§.qm̄ versi.†quid si dixerit se esse de
legatum epi,cū esset delegatus archidiaconi,an valebit sententia
& cōcludit ꝙ nō ēt qui per ignorātiā dixerit.alleg.l.pe.ff.de eo
qui pro tuto.Et idē in effectu voluit Inn. & Host.alij.in c.cū ex
officij.de præscr.arg.c.cū super.de offi.dele. quia qđ potui no-
lui &c.vt in l.multū vult.C.si quis alteri vel sibi. & hoc ēt in effe
ctu voluit Pe. Cy.& Sal.in l.j.C.qui pro sua iuris. ¶Præterea da
to ꝙ videretur d.examinatio facta vigore d.commissionis factæ
sibi per vicarium ghuosoli,tamen non posset sustineri : quia oēs
testes fuerunt iurati die xiiij.Septembris pro qua non fuerat ci-
tatus seu monitus d.Nolus,seu eius ꝓcurator ad videndum iura-
re testes. ¶Secundò principaliter vltra prædicta on̄do ꝙ dicti te-
stes non probant allegatā p̄scriptionem cōcludenter. Nam præ-
suppono ꝙ de omnibus fere bonis petitis in libello Blonetus de
Monte oliuo habebat titulum in d.rebus pro dimidia,& d.Ren-
tius pro vna quarta parte,& d.Rochus pro vna alia quarta parte,
vnde si consideremus tp̄s quo isti prædicti testes vixerūt & pos-
sederunt non posset dici ꝙ possederunt pro iure spectante ad d.
11 Blonetum & Rentium.Sed tm̄ pro sua quarta parte:†quia reli-
quis partibus ētsi vsus esset possessione dictorum præsumeretur
vsum fuisse iure familiaritatis non aūt suo nomine possedisse: vt
l.qui iure. & ibi hoc no.Bar.& alij.ff.de ac.pos.l.gn̄aliter.eo.ti.
& l.si mulier.ff.quib.mo.vsusfr.amit.l.& habet.§. hospes.ff.de
p̄ca.& no.Inn.in c.cū ecclesia.in fi.primæ gl.de cau.pos.ergo di
ci nō potest ꝙ Rochus inceperit p̄scribere, cū p̄scriptio nō pos-
sit esse sine possessione & animo possidēdi.l.sine pos.ff.de vsuc.
¶Impeditus fuit ēt Rochus tpe suæ vitæ præscriptionem incho-
re:quia partem dictarum rerum emit pro dimidia nomine [illegible]
ꝓ alia dimia nomine Blōdi & Rētij vt in dictis duob.instr̄is a[illegible]
acta productis continetur,ex quo apparet ꝙ intentio fuit ac[illegible]
rere Rentio & Blōdo pro dictis partibus & non sibi, qn̄[illegible]
Blondus & Rentius seu eorum hr̄des haberent ratū.l.si ego.[illegible]
de neg.gest.& plenè in l.qui mihi donatum.& hr̄s possit ratum
habere.l.si sine.§.si procurator.ff.rem ra.ha.no.Dy.in d.c.ratū.
de re.iu.lib.vj.& Bal.in l.bonorū.ff.rem ra.ha. Et sic cum mala
fide Rochi nō poterit Rochus inchoare p̄scriptionē:vt in regula
possessor. ¶Præsumeret᷑ ēt ꝙ Rochus fuerit in mala fide ꝯ titulū
quem habebat Blondus in dictis rebus aliàs acquisitis pro dimi-
12 dia:†quia coniunctus præsumitur scire facta cōiunctorum vel vi
cinorum.ff.vnde cog.l.octaui.l.de tutela.cum ibi no. per Bart.
post gl.C.de in integ.resti.& per Bar.in l.de ætate.in ij.q.princ.
ff.de min.& per Bar.& doc.in c.literis.de p̄sum. præsertim cum
familiariter simul haberent vt cōfitentur rei conuenti in positio
nib.suis.ad hoc c.quosdam.c.quanto.de p̄sum.& Bar.in d.l.j.&
in l.si cui.§.his.ff.de accusa.& l.is pōt.ff.de acqui.hære. ¶Stan-
te ergo quod Rochus non potuit p̄scriptionem inchoare sequit᷑
ꝙ nec etiam Matthæus eius filius & hæres d.Rochi vel Matthæi
nō potuerūt præscribere & præscriptionem cōplere pluribus ex
causis.primò cum ipsi nullum haberent titulum nō poterāt præ
scribere minori spatio q̃ xxx.annorum.l.sicut.& l.oēs.& l.si qs
emptionis.C.de præscrip.xxx.anno.& no.in c.fi.de p̄scri. Sed
tp̄s triginta annorum non transiuerat à tempore mortis dicti Ro
chi vsque ad tp̄s litis inchoatæ,vt patet ex inspectione testamen-
ti cōditi de anno MCCCCXXIX. & rei videntur hoc fateri rn̄dendo
positionibus actoris. ¶Nec posset dici Matthæus filius & hæres
Rochi,vel quod rei conuenti filij & hæredes d.Matthæi p̄scripse
13 rūt spatio longi tpis.s.x.annorū pro hærede. †Quia filio succe-
dente

dente patri nō cadit titulus pro hærede.l.nihil.& ibi not.C.pro hære.& l.ij.§.filium.ff.pro hrde.¶Secunda rōne non possent se tueri præscriptione:quia ex quo præsumitur d.Rochum fuisse in mala fide,vt supra dixi,sequitur qđ nec ēt hrs Rochi potuit pscri
14 bere ex persona ipsiusmet:† q̃a hæres tenetur exonerare cōsciētiam defuncti,vt c.fi.de sepul.quare aliū exonerare non pōt nisi id quod alienum est dño cōsignet.& ita in proposito firmat An. de But.& Io.de Imo.in c.si diligenti.de pscri.& per hoc d.Abb. ibi allegat.l.cum hæres.ff.de diuer.& tem.præscr.& l.sequitur. §.his.ff.de vsuca.q̃ iura de iure cano.non reperiuntur correcta. ¶Ergo dispositioni dictarum legum standum est tā in foro cano nico q̃ ciuili:per no.in c.j.de noui.ope.nun.Idē vr̃ fuisse de men te Io.An.in addi.Spe.in ti.de præs.§.fi.cum ver.quid si debitor. & Bal.in auth.ad hæc.C.de vsu.in versi.sed quid dicemus de hæ rede præscribentis.Et firmat Pau.de Ca.in d.§.hæres.in l.iij.eo. tit.& Rodul.in l.Pompo.§.cū quis.ff.de acquir.pos.& l.sequitur.§.si viam.ff.de vsucapio.Et propter hoc doc.in d.locis repre hendunt opi.Dy.contrarium tenentem in c.possessor.de reg.iu. lib.vj.Vel fm̃ Io.de Imo.in c.fi.de præscr.possent opiniones ad concordiam sic reduci:quia aut loquimur in successore vniuersali,qui non succedit rōne iuris hæreditarij si aliter habet titulū à superiore habente potestatem conferendi,vt contingit in prælato & alio beneficio, qui succedit alteri in platura vel bn̄ficio: quia in illis non hēt locum successio hæreditaria.c.ad extirpandas.de fil.presby.hēt locum opi.Dy.& sequacium p no.per gl. in c.cura.de iure patro.aut nos loquimur in successore qui succedit ratione iuris hæreditarij & in nullo procedat opin.ɔtraria. ¶Præterea fatetur d.Bar.rn̄dendo vltimis positionibus actoris, & præsertim rn̄sioni incip.& quod post mortem d.Blondi Rochus & Rontius:& post eorum mortem Matthæus & Nolus, & post mortem eorum dicti hæredes Minimus & Barth.tenuerūt & possederunt bona descripta in libello d.Nol.pro partib.tm̄ ad vnūquenque eorum spectantibus in dictis bonis, & per consequens confitent̃ ꝙ non possederūt nisi pro partibus, & de quib.
15 in libello & in d.instrís vr̃ facta mentio.† & nulla pōt esse efficacior probatio,quā illa quæ resultat ex cōfessione.l.cum te.C.de transac.l.fi.C.de fideicom.¶Et quo ad d.Martinum alia ratione constat non hr̃e locum exceptionem præscriptionis: quia Martinus rn̄dendo positionibus vltimis,& maximè positioni incipiēti.Item quod qn̄ Matthæus &c.& positioni incipienti.Item qđ nihilominus &c.confitetur quod post mortem d.Matthæi d.rei conuenti & hr̃des d.Matthæi remanserunt infantes seu infantiæ proximi,& semper d.bona fuerunt tenta & possessa per aliquem, modo sic certum est ꝙ dicti infantes non potuerunt possessionē apprehendere per se sine tutore:& cū non appareat eos habere tutorem,acquirere nō possunt sed oportet quod sit pupillus aut pubertati proximus.l.sequitur.§.pupillus.cū gl.in verbo.possider.ff.de vsuca.& in l.j.§.adipiscimur.ff.de acquir.poss.& ibi Barth.ad fi.& clarius no.ibi Io.de Imo.& Pau.de Cast.in l.quāuis.eo.tit.¶Ergo apparet ꝙ possessio Matthæi post mortem occupata fuit per alium,primo q̃ per hr̃des & per ɔn̄s si fuit inchoata præscriptio per Matthæum,adeo quod non pōt ad complen. præscriptionem iungi possessio Matthęi cum possessione hr̃dum Matthæi.l.possessio.ff.de vsucap.l.Pomponius.§.quæsitum.in prin.ff.de vsuc.¶Præterea si quis rectè inspexerit dicta testiū receptorum pro parte dictorum reorū,cōstabit ꝙ in pluribus peccant pp quæ eorū ꝓbatio redditur insufficiens.verū q̃a in hoc diligentissime laborauit dn̄s aduocatus actoris:ideo dicta eius nō referam, & hoc facile pōt dn̄s iudex indagare.cuius conscientiæ cōmittitur quanta fides sit adhibenda.l.iij.§.j.ff.de test.¶Et ex his patet euidens rn̄sio ad allegata in ɔ̃rium.quia non est ꝓbatū per testes id qđ requirebat̃ ad esse pscriptionis xxx.ann.tū quia testes non fuerunt examinati,nec iurati vt supra est ōnsum: tum q̃a non est probatum de continua possessione xxx.annorum eo
16 modo quo necesse erat:vt latius ex s̃.deductis cōstat.¶† Quo ad fm̄ dubiū principale.s.an debeat recipi testes super c.nuper productis per d.Nolū,vr̃ prima consideratione dicendū ꝙ non pp publicationem attestationū partis aduersæ.& quia didicita sunt testificata.c.testibus.& c.cōstitutus.& c.intimauit.de testi.& in auth.qui semel.de proba.¶Tn̄ in proposito puto contrarium esse verius,tum quia omnia capitula producta per Nolum excepto.iiij.c.si bn̄ ponderentur,nō vr̃ ɔdicere capitulis reorū: & est certū ꝙ super separatis & sup diuersis capitulis nō impeditur fieri probatio noua testiū post publicationem aliorum testiū, q̃uis didicita sint testificata in c.cām q̃ de test.¶Quinimo ēt si essent capitula ista ɔ̃ria capitulis partis aduersæ,tn̄ possent ꝓduci testes,
